



...tenda
...DA



Biblioteca Universitaria
CANADA
...
...
...
...



3
38-49

302

2 400 40  MADE IN SPAIN

PC-16.160

(1)

ANTONII
POSSEVINI
SOCIETATIS
IESV


BIBLIOTHECA
SELECTA

Qua agitur

DE RATIONE STUDIORVM

In Historia, In Disciplinis,
In Salute omnium procuranda.

R. P. Pariza



Francisco
Del librero de Felipe
urbano del Castillo
Sevilla 1685

Cum Diplomate

CLEMENTIS VIII. PONT. MAX.



ROMÆ

Ex Typographia APOSTOLICA VATICANA.
M. D. XCIII.

BEATISSIMO PATRI
CLEMENTI VIII.
PONT. MAX.



Antonius Possennus Societatis IESV.



V AE me, Beatissime Pater, causæ impulerint, vt hanc Bibliothecam in ordinem, methodumq. , qualem antea non vidi, redigerem, initio huius Operis, quo ipsius ideam propofui, fufius attigi. Earum vero præcipua fuit, ne distinerentur in ancipiti, qui in tanta librorum multitudine meliores Auctores, atque ab omni labe emaculatos versare desiderant. Quæ res cum postularet, vt de pluribus eorum iudicium ferretur, simul autem ij proponeretur, qui aptius cum pietate disciplinas coniunxissent, dedi operam, Deo aspirante, vt quod vnus ipse efficere non poteram, id ex alijs ita disponerem, vt cum sua laboris laus cuiq. constaret, tum alij facilius perficerent, quod hic fuit aliquousque perductû. Sane vero præsentis quoque sæculi necessitas vrgebat, vt ingestis vndiq. aut hæresi, aut obscenitate scatentibus libris, clarior aliqua fax in hoc cursu præferretur, qua in illos tamquam latentes scopulos haud impingeret, qui saluus in portum inuehi cupit. In hanc autem potissimum curam cum Vestra Sanctitas incumbat; neque opportunior accidere, nec sub alterius patrocinio tutior, quàm sub eius, qui clauum tenet Ecclesiæ, hæc editio apparere poterat. Quam obrem eandem hanc Bibliothecam V. Beatitudini humillime dico, offeroq., precatus D. Bonitatem, vt V. Sanctitatis ductu, ac benedictione, hoc, quicquid laboris est, in salutem multorum ad Dei gloriam cedat.

PRIMA PARTE
BIBLIOTHECAE SELECTAE
DICATA
SUMMO PONTIFICI
CLEMENTI VIII.



- IN PRAEFATIONE.
LIB. I. *Idea totius Operis.*
Studiorum Finis, Media, Impedimenta: ubi de publicis Academijs, & libris.
II. *Divina Historia, sive Theologia positiva; & Apparatus ad eam.*
III. *Theologia Scholastica, & Practica; sive de casibus conscientiae: ubi de Graecorum, & Latinorum Methodis, ac Summa S. Thomae.*
III. *Theologia Catechetica ad domesticos fidei instituendos. Vbi primo de PVERIS, & horum scholis, ac catechismi tradendi ratione. Deinde de CLERICIS, & eorum seminarijs. Demum,*
V. *De SEMINARIIS Ordinum Regularium, etiam Militarium: ubi de illorum Nouitiis, & Institutis: ac de Disciplina quoque Militari. De SODALITATIBUS Scholasticorum, & aliorum, qui non sunt Regulares. De PRINCIPVM FILIIS, qui vel saecularem, vel Ecclesiasticam vitam sunt acturi. De ALIIS, qui negotia Pietatis, & Pacis procurant nomine Principum Ecclesiasticorum, & reliquorum.*
VI. *Ratio agendi cum Graecis, Rutenis, seu Moscis, & alijs, qui ritus Graecorum sequuntur.*
VII. *Ratio agendi cum haereticis variarum sectarum.*
VIII. *De Atheismis Lutheri, Melanchtonis, Caluini, Besæ, Vbiquetariorum, Anabaptistarum, Puritanorum, Arianorum, & aliorum fidei hostium.*
IX. *Ratio agendi cum Iudaeis, Saracenis, & Agarenis, sive Mahometanis, & Sinensibus.*
X. & XI. *Ratio agendi cum reliquis gentibus, praecipue Indis noui Terrarum orbis, & Iaponijs.*

SECUNDA PARTE
BIBLIOTHECAE SELECTAE
DICATA
SERENISS. REGI POLONIAE, ET SVETIAE
SIGISMUNDO III.



- LIB. XII. *De Iuris prudentia.*
XIII. *De Philosophia generatim, mox de Platonica, deinde de Aristotelica, & eius interpretibus.*
XIII. *De Medicina generatim, mox de Hippocrate Choo, & Galeno.*
XV. *De Mathematicis, ubi item de Architectura ad Religiosos praesertim spectante, deq. Cosmographia, & Geographia.*
XVI. *De Humana Historia.*
XVII. *De Poesi, & Pictura Ethnica, vel fabulosa collatis cum vera, honesta, & sacra.*
XVIII. *De Cicerone collato cum Ethnicis, & sacris Auctoribus: cuius occasione agitur de ratione conscribendi Epistolas, & de arte dicendi etiam Ecclesiastica.*
Elenchi autem insignium Auctorum fere in unaquaque facultate, ac libro sunt adscripti.
Canonici verò Iuris tractatio alteri Auctoris Bibliotheca, qua inscribitur SACRA, adtextetur; quòd cum Canones è Patribus, Pontificibus, Synodis vim suam acceperint, equum erat, ut proximum ipsis, de quibus eo Libro agitur, tamquam riuu fontibus, locum occuparent.
At cur praeter id, quod in Operis Idea conceperamus, Iurisprudentia, & Mathematica disciplina in duodecimo, & quintodecimo libris collocatae sint, eorum argumenta, qua ipsdem prefixa sunt, indicant.
Reliqua, de quibus Lectorem praemonitum cupimus, sequens pagina, & Idea ipsa Operis ostendent.

LECTORI.

SI in hoc Opere in aliquos Auctores incideris, quos suspiceris esse prohibitos, eos scito a nobis aut fuisse notatos, vt ij caueantur, aut intelligi tantummodo legendos, qui à sancta Sede Apostolica, vel ab ijs, quibus id demandaerit, expurgati iam sint, vel expurgabuntur.

Errata verò, quæ cudendo interciderunt, adiecta sunt Indici, qui ad calcem secundæ Partis est positus. At quædam, quæ vel contextui interferenda, vel margini adnotanda omiffa sunt, ea in Appendice post errorum emendationem inuenies.



VIRI DOCTRINA, ET PIETATE ILLUSTRES,
*qui mandato Reuerendiss. P. M. BARTHOLOMÆI MIRANDÆ
 Ord. Prædicatorum, & Magistri Sacri Palatii, Bibliothecam Selectam Auctoris pro sua quisque parte,
 examinarunt, & approbarunt.*

Marcus Antonius Maffa I. V. D. & Abbas, apud Illustriss. & Reuerendiss. Card. Cusanum.	Don Consalvus Ponce de Leon. Hispalensis Archid. Talauerensis in Ecclesia Toletana. I. V. D.
P. M. Bernardinus Algoreta Theologus, & Procurator generalis S. Bernardi in Hispanijs.	P. M. Petrus Ioannes Saragoza Ord. Prædicatorum, & Socius Reuerendiss. Mag. Sacri Palatii.
P. Antonius Agellius Ordinis Clericorum Regularium, seu Theatinorum.	D. Federicus Metius apud Illustrissimum, & Reuerendiss. Card. sanctæ Seuerinæ.
Doctor Hieronymus Vitalis Hispanus, olim cathedraticus Barchinonensis.	D. Petrus Morinus apud Illustrissimum, & Reuerendiss. Card. Veronæ.



CLE-

CLEMENS PAPA VIII.

AD FUTVRAM REI MEMORIAM.

SVM, sicut accepimus, dilectus Filius Antonius Possuinus, Presbyter, Societatis IESV, quoddam opus BIBLIOTHECÆ SELECTÆ inscriptum, multis vigilijs, ac lucubrationibus ab eo compositum, atque tam à suis Superioribus, quam etiam à dilecto Filio Magistro sacri nostri Palatii Apostolici diligenter examinatum, & approbatum, typis in nostra Vaticana Bibliotheca cudi, atque imprimi curauerit, atque propediem in lucem edere intendat; vereatur tamen ipse Antonius, ne opus prædictum postquam editum fuerit, ab alijs, ipso inscio, ac in eorum, quorum sumptibus imprimitur, præiudicium, imprimatur; Nos tam prædictorum indemnitati in premissis consulere, quam ipsi Antonio ob eius in Catholicam Religionem, & Romanam Ecclesiam merita specialem gratiam facere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, præsertim librorum Impressoribus, aut Bibliopolis tam in Italia quam extra eam existentibus sub excommunicationis lata sententiæ; In Terris verò sanctæ Romanæ Ecclesiæ, mediate vel immediate subiectis, etiam quingentorum scutorum auri Camera Apostolica applicandorum, & insuper amissionis typorum, & librorum omnium, pœnis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium præcipimus, & prohibemus, ne opus prædictum, aut illius partem aliquam etiam vulgari, vel alio Idiome, aut cum additionibus, vel declarationibus quibuscumq. durante Decennio a prima dicti operis impressione, sine speciali dicti Antonij, vel ab eo causam habentium licentia in scriptis obienta imprimere, aut aliâ quàm de licentia huiusmodi impressum vendere aut venale habere, vel proponere, seu aliâ quouis modo tenere audeant, seu præsumant; Mandantes propterea venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, alijsq. locorum Ordinarijs, nec non dilectis filijs Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iudicibus, vt quoties ab ipso Antonio, vel ab eo causam habentibus requisiti fuerint, vel aliquis eorum requisitus fuerit, in contrasacientes & rebelles, pœnas prædictas irremissibiliter exequantur, adhibito, seu inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis; quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisq. contrarijs quibuscumque. Datum Romæ in Monte Quirinali sub Annulo Piscatoris. Die III. Iunij M. D. XCII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

Approbatio Reuerendiss. quorum est inspectio ad cudendos libros.

P. Antonius Episcopus Auellinen. Vicegerens. } Imprimatur.
 F. Bartholomæus Miranda sacri Palatii Magister. }

CLAVDIVS AQUAVIVA Præpositus Generalis Societatis IESV

Ant. Possuino eiusdem Societatis.

DILECTE IN CHRISTO Frater. Cum BIBLIOTHECÆ tuam SELECTAM, quam scripsisti, ad pietatem, methodum, atque usum bonorum Auctorum spectantem, examinati à præcipuis Societatis nostræ Theologis, Philosophis, & alijs peritis fecerimus; in eaq. nihil reperiuntur, quod sanæ Doctrinæ aduersetur: quin etiam intellexerimus, OPVS hoc, esse ad DEI gloriam perutile; concedimus tibi licentiam, vt possis eam in lucem edere, præuia illorum approbatione Reuerendiss. Superiorum, ad quos hoc spectat. Porro, vt ipsidem, & alijs, ad quos hoc ipsum pertinere possit, hæc nostra voluntas constet, hæc litteras patentes manu nostra subscriptas Sigillo Societatis nostræ obfirmari iussimus. Romæ die XVI. Aprilis M. D. XCII.

Locus Sigilli.

Claudius Aquauiva.

SEQVENTI TRACTATIONE,
TAMQVAM PRAELOQVIO
AD NOTITIAM HVIVS BIBLIOTHECAE
NECESSARIO,
HAEC CONTINENTVR:

CAVSAE, & IDEA OPERIS.

Eiusdem BIBLIOTHECAE conflandæ occasiones, & facultas.

Cur SELECTAE BIBLIOTHECAE nomine inscriptus hic Liber.

Cur BIBLIOTHECA hæc de HISTORIA prius, quàm de
DISCIPLINIS, inscripta sit: Vbi quid, & quotuplex Histo-
ria: Vnde & materia Libri quænam, & quanta.

ORDINIS ratio in scribenda BIBLIOTHECA.

Ante singulos autem Libros, Argumentum cuiusque, & ca-
pita sunt posita, vt vnico pene aspectu incurrat
in oculos quidquid in ijs explicatur.



ANTONII POSSEVINI
SOCIETATIS IESV
BIBLIOTHECA SELECTA



CAVSÆ ET IDEA OPERIS.

C VOD nescio, an ab vlllo hætenus factum sit, vt Historia ad
solidam cum pietate notitiam legendæ, aliosq. tractandi se-
lectiores libros, certam & vniciue propriam rationem, tum
qui sese dant disciplinis interioribus, tum Christiani Princi-
pes, ac milites, vel alij quique sine vlllo salutis periculo, &
verò breuius atque facilius assequerentur, id, Deo aspiran-
te, aggredior penè coactus. Virium enim mearum imbecilli-
tatis plane concium, atque ideo quærentem diu, si quis onus
istud, quantum satis esset, suscepisset, aut subire voluisset; nec tamen consecu-
dum; non vna me impulit causa, vt manum denique ipse operi admouerem. Ea
prior; quòd cum breuissimæ huic vitæ propemodum immensi librorum in vnaqua-
que facultate acerui obijciantur, ingenia meliora distinentur in ancipiti, qui nam,
quo tempore, loco, ordine, aut quatenus versandi, num item plerique legendi,
obijciendive sint. Qui enim ad efformandos Principes, aliosve Magistratus, du-
ces item, ac milites, libros emiserunt de politicis rebus, methodove humanæ hi-
storiæ; hi si fuere ethnici, adumbrata potius, quàm plena illa, quæ Deum spiret,
scientia, vel fortitudine mentes hominum potuerunt imbueri; præterquam quòd
varijs seculis variata bellandi ratio laborem antiquiorum in pluribus hoc tempore
inānem reddidit: Sin Christianam fidem professi, ac tamen schismate, vel hære-
sibus hausti, operam in hac re suam poluerunt, non solum fortitudinis, & scien-
tiæ militaris, verum etiam Religionis aditus obstruxerunt, atque (vt ita dixerim)
brachia Christianis ducibus & militibus præcidere tentarunt, & adeo plurimis præ-
ciderunt. Alii verò, etsi à schismate atque ab hæresi alieni; cum nihilominus
politica tantum lance penderent hoc negotium, & plus æquo seruirent affectibus;
dum bellorum occasiones, causas, & exitus tribuerunt industriæ ac viribus, pe-
cuniamque putarunt, quàm pietatem, neruum esse belli potioem, ex infensif-
simis autem Dei, & Ecclesiæ Catholicæ hostibus confandos esse monstrarunt exer-
citus,

citus, vix aliquid ingenerare potuerunt in militum animis, quod non saperet ethnicum; ac proinde ab iis, qui praelia Domini praeliari debent, Deum ipsum, verasque victorias, quae potissimum in animis consistunt, quam longissime submoverunt. Ac Catholici quidem extant Auctores, qui magna cum laude attigerunt hoc scriptiois genus; sed non eo consilio, ut tam ducibus & militibus, historiae, aliorumve librorum vltim, quam Scriptoribus gesta recte narrandi modum ostenderent. Quamobrem factum est, ut e nobilissima Christianae Reipublicae parte, quae omnibus praesidio esse debet ad hostes abigendos, ad tutandam pacem, ad rem Christianam propagandam, ad extirpandas haereses, ad tollendum schisma, cum plures nulla constanti institutione, praeter ipsam armorum tractationem, & hanc plerumque praeposteram niterentur, hac illhac incerti pererrarent, seque quisque ad eam effingeret formam, quam caprata potius, quam oblata, qualiscunque historiographi (etiam haeretici) vel impudicissimi quoque poetae, suppeditabat occasio. Itaque tyrones cum veteranis eiusmodi militibus versati, eorumdem facile induerunt mores, Gentiliumque seu Barbarorum & ipsi magis quam Imperatorum & Regum Christianorum historiis, vel fabulosis atque obscenis amantium narrationibus arreptis, & turpissima poemata, plus quam fidei Christianae rudimenta, vel praecleara piorum gesta, memoriae mandantes, sordidissima tectere fundamenta militiae; vix ut, si quando victores euerint (nam & interdum Deus hostes suos per alios hostes suos solet ylcisci) integra vlla sit reportata victoria; ac si vlla fuerit, ea profecto plurimorum sanguine, inutilissimis sumptibus, ac temporis iactura confiterit. Sed & hinc factum est, dum iniuicem enses stringerent, occasionem peropportunam Thureis, atque haereticis, oppugnandae Christi Ecclesiae, ac populis ansam innumerabilium scelerum, non vnam praebuerint. Et Olorius quidem, excellenti virtute, uti & sapiente eloquentia Episcopus, atque alii praestantes viri, e Machiaveli & aliis huiusmodi libris, quanam Regnis evertendis machinae admouebantur, aliquando fuerat persecuti; cum haec, quae diximus, permouere coeperunt Gregorium XIII. aeternae memoriae Pontificem Maximum, ut qui propagando Diuino cultui Seminaria ex omnibus nationibus summo cum fructu instituisset, militaria quoque aliqua moliretur, in quibus tyrones probitate, ac religione manerentur in primis, & meliores edocti historias, ea perciperent documenta, quibus & fidam Reipublicae Christianae operam praestare armis, prudentia, pacificationibus polent: & in stationibus atque hibernis dispositi, siue per maria excurrentes, tere-re possent vtiliter tempus, ab otio foedissimarum rerum auctore, abstracti. Haec, inquam, sanctissimus ille Pontifex dum meditaretur, rem adeo salutarem mors D interceptit.

Par etiam fuit calamitas ex infinita librorum congerie de naturalibus rebus, de Philosophia vniuersa, & Medicina, uti & de Iuris prudentia: quippe tot ac tanta volumina, haecque interdum haeresibus aspersa, nutantem iuuentutem diutissime distrahant, atque ita angunt, ut iactura temporis, sumptuum, dignitatis, altera illa iactura, aeternae cum Deo vitae amittenda, plerumque adiungatur.

Prior igitur haec causa; posterior illa fuit, quae me ad hoc scribendi genus affecit: nimirum, quod non solum Diuinam quoque & Ecclesiasticam historiam alii super alios aceruati commentarii, notationes, glossata, centuriae, fallacissimis (licet in speciem pulcherrimis) typis editae, incredibili aliquot Principum, ac Regnorum pernicie, deprauarunt; verum etiam quod Gesnerus, Iosias Simlerus, & alii Elenchos, & Bibliothecas auctorum, alphabeti quidem, ut & aliquando materiarum ordine digestas, sed mira Catholicorum, haeticorum, Rabbiorum, & ethnicorum farragine permixtos, humanis ingenis semper noua quarentibus, summo Christiani orbis malo haecenus obruserunt: cum interea methodum, & verarum seriem historiarum ac disciplinarum, emendatiores quoque typos, & fide-

liores

liores interpretes, cautiones denique ad pietatem (quae potissima homini a Deo, & ad Deum facta, debet esse ratio librorum deligendi, ac legendi prorsus omiserint. Et vnus quidem, vel alter non ita multos ante annos, Xylus Senensis, & Guilielmus Eysengrenius, quorum ille insignis Dominici Ordinis Theologus Bibliothecam sacram: hic Catalogum testium veritatis Ecclesiae Doctorum, tamquam Antidota contra ista venena confecere: at in quibus etiam (quod suis monstrabitur locis) cum multa desiderantur, optandum erat viros eiusmodi ad haec vsque tempora potuisse esse superstites. Videlicet his demortuis plerique omnes A Patres, & Codex ipse Diuinus, vel emendatiores, vel interpretationibus, ac notis illustriores, auctores item alii aduersus haereses absolutissimi, & reliqua, aut historia, aut chorographiae certiores, ex Ecclesiae Catholicae prelis exierunt: ne quid dicam de legibus Ecclesiasticis, deque alijs aliarum disciplinarum Scriptoribus; quos indicare, & alijs illis, qui olim in lucem prodierant, anteferre, vsumque ostendere, Christianae operae pretium fuerit, atque compendium.

EIVSDEM BIBLIOTHECAE CONFLANDAE

occafiones, & facultas.




ATTIGI causas: dicam breui occasiones. Et haec enim (spero) alicuius erunt ponderis apud probos: ut neque mirentur, a me attentatum hunc partum, cui multorum sudor, ac praestantium in varijs Disciplinis hominum ductus, subsidio fuere: Et verò gaudeant fore, ut plerique, quibus est angusta res domi, vel vberes de-
C culis itinerum facile assequantur quidquid tum ex iis, tum ex celeberrimorum Academicarum sinu eruerentur potui.

Ea igitur, quod vix aliquem fugit, ratio est instituti Societatis nostrae; ut qui in hac degunt, mittantur identidem in varias orbis partes: e quibus aliquos pro Diuinitus concessa cuique mensura, manipulos importent in Ecclesiae horreum. Quod cum non solum in Europa inter Catholicos, atque haeticos: verum etiam in nouo orbe inter gentes continenter fiat, plura ex aliorum ordinum in eandem rem studio, atque ex ipso vsu addiscunt, quae deinceps paulo attentius collecta, & recte disposita, nemo negauerit vtilissima futura legentibus. In hac ergo Societate cum non paucos annos, Deo miserante, vitam egissem, ipsaque res, quasi per sese mihi occurrerent, habui quae vndequaue colligerem ad id, quod cum in animo multo antea infidisset, altiores in dies, sed & meliores agebat radices, vnde maturior foetus aliquando ad frugem asurgeret. Et in haec sum, bellorumque ingentibus Galliae (vbi decennium insumpsi) turbinibus, cum tamquam ex lapidum collisione hinc praestantissima micarent ingenia, illhinc fortissima sacerdotum pectora sanguinem pro fide Catholica effunderent; haeretici autem datis non dexteris, sed sinistris, infinitos horribili diligentia libros in dies emitterent, victoriamque tamen e praesidio Diuinam pro Religione Catholica sententiam testarentur, acutissimi erant stimuli notandis, ac nisi imitandis, aemulandis certe melioribus; quorum postea labores, scripta, sanguinem, rationes asseruarem iis, qui haec aptare possent, ad aliquam supellestem, qualem optabam, rectissime disponendam. Cum iterum quinquennium functionibus illis vniuersae Societatis nostrae officium praestandum fuit, vnde licebat rationes elicere, suosque in locos referre, quas per integros quadraginta annos, fidei, bonisque artibus, inter Catholicos, haeticos, ethnicos importandis, eadem Societas nostra, IESV duce, iniuerat. Quibus comparatis, alterum decennium variis itineribus, fuit impendendum. Ardebat nempè incredibili desiderio Gregorius XIII. Ecclesiae vniuersae vigilantissimus in terris Pastor, ut quoscumque posset quaquaersum cogendis ad

A 2 Ouile

Ouille ouibus, indefesso studio, & plenissima liberalitate mitteret. Tum igitur mihi quoque (quando & luto tamquam collyriovtitur Deus) parendum fuit ei, cuius auctoritati ac fidei post Deum omnino, cum alia omnia mihi deessent, erat innitendum. Et si verò plura mihi marorem augebant, cadentia passim Regna cernentis; solatio tamen erat, quæ ubique sese dabat occasio in Germania, Polonia, Hungaria, Transylvania, Russia, Moscovia, antea verò in Regnis adhuc interioribus Septentrionalibus, Suecia, & Gothia, observandi quæ ad pietatem restituendam facere possent, & ad id, quod moliebar, fortasse maturius concoquendum. Patuere enim Bibliothecæ, archivia, & pij conatus Regum, atque colloquia, quantum satis erat instituto nostro, hoc est, populis per ea quæ pietatis sunt, ac pacis, & verarum scientiarum, iuuandis. Eo igitur absoluto decennio, quadriennium penè cum visendis iterum aliquot Academij operam dedissem, nec dum verò sese mihi offerret liber, quem cupiebam, in hanc tamquam Bibliothecam, propriosque pluteos intuli, quæ apud me erant; nè si cursus hic vitæ mihi præcideretur, laboribus non tam meis, quam alienis frustrarentur, qui hinc tamquam ex delincatione, vel melioris formæ opus effingere, vel aliquem fructum, aut certè solidam voluptatem capere poterunt. Porro si quid in hoc opere minùs aptè obrepisset, id sanè meum fuerit; sed tamen ita dictum, aut omissum, ut nec unquam cogitauerim alicui minimum afferre detrimentum, vel iniuriam: nec quoniam complurium libri auctorum silentio prætermisisti sunt, id vllus suspicetur improbè factum. Neque enim volumen immentum congerere ex omnibus volui, qui alia ratione, quam ceteri, hoc scripsi, Scriptoribus (ut aiunt) classicis, & ijs, qui magis necessarij videbantur, nunc contentus, ne ordinis claritas infuscaretur. Neque verò omnes libri peruenerunt ad meas manus; cum, etiam si plures peruenerint, hoc nec tempus fuit sic perlegere, ut perpenderem; vel de iis iudicium ab Ecclesia, vel cordatissimis viris exquirerem, quemadmodum & de alijs feci, & Selectæ Bibliothecæ nomen, ratioque poposcerat. Ac tamen erunt sui cuique loci, in quos alijs huius Bibliothecæ editionibus, eiusmodi librorum nomina, materies, Catholici Typographi, & vsus inseri possint, si id, quod obtestamur in Domino, ut faciant, reliqui voluerint, vel adeò per nos, Deo dante, licuerit.

CUR SELECTAE BIBLIOTHECAE nomine inscriptus hic liber.



ETERVM ne quis in ipso operis limine, suspenso sit animo, cum Bibliothecæ Selectæ inscriptionem legerit, hæc habeat. Ex iis, quos habemus, qui Bibliothecæ nomine suos libros appellarunt, fuere Diodorus Siculus, Photius Constantinopolitanus Archiepiscopus, Xystus Senensis, nam hæreticos nostri temporis, qui hac in re perfidè laborarunt, missos facimus: quemadmodum item suis postea locis agetur de iis, qui vitas, vel labores virorum illustrium posteritati commendarunt; Diogenes Laërtius, Eunapius, Suidas, Philostratus, Plutarchus, Dion Chrysostomus, & alii.

Et Diodorus quidem, ut legentium alliceret animos, vberimam historiarum quasi penum pollicitus, contra quam alii fecerant, qui singula sibi argumenta tractanda proposuissent, historica Bibliothecæ titulum suis de historia libris adscripsit, quos & Bibliothecas fuisse nominatas, auctor est Plinius. Collegit enim (ut scribit Eusebius) siue (ut inquit Iustinus) contraxit, & in compendium rededit, quæ alii totos mille centum & triginta octo annos varijs scribere temporibus: Id quod planius de ipso singillatim erit postea dicendum. Sanè verò, si quis Herodotum, Ctesiam, Thucydidem, Xenophontem, Theopompum, Ephorum, Philistum, Callisthenem, Timæum, aliosq. huiusmodi, vnum in locum ordine intulisset, historicam

Eusebius in præm. lib. 2 in πλε. των 125 150 πίας άναλο εάμενος.

historicam meritò Bibliothecam vocasset: quæ tantò habita fuisset instructior, quantò detractis pluribus, quoniam eadem à pluribus repeterentur, aliquis è tot monumentis suæ veluti corpus historici conflasset, addidisset autem multa, quæ oculus ipse testis vidisset; cum etiam loca illè perstrasset, in quibus eadem gesta, quæ narrabat, accidissent, quæ res ad historicam narrationem plurimum confert. Quod cum Diodoro contigisset, qui Asiam & Europam peragrauerat, historicam hanc Bibliothecam verius condere potuit.

Photius autem alteram plurimorum (uti præfert inscriptio) librorum abs se perlectorum Bibliothecam reliquit, quæ ideò *μυερόβιβλος* est dicta; quam ipsi ex Besario-nis codice, qui in sancti Marci Bibliotheca extat Venetijs, descriptam Græce accepimus à Ioanne Vincentio Pinello, doctrina & pietate, ut sanguine, illustri; deinde auctiorem è Vaticano vidimus. Operis autem titulus sic habet: *Απογραφή, & συναρίθμησις τῶν ἀνεγνωσμένων ἡμῖν βιβλίων, ὧν ἡς κεφαλαίωδῃ διάγνωσιν ὁ ἡγαπήμενος ἡμῶν ἀδελφὸς Ταξιάρχης ἐξήγησάτο. ὅτι δὲ ταῦτα εἰκοσι δέον ἐφ' αὐτῇ βιβλιοθήκῃ.* Quibus verbis ostendit, se non tam legisse, quam dignouisse, ac perpensis multos Auctores Græcos, quorum sanè esset numerus complurium si eorundem Auctorum singula opera numerarentur. Et hi igitur libri non omnes fuere Ecclesiastici, ac ne extant quidem omnes; eorumque iudicium, aut censura Photii, quam misit ad Tarasium, non videtur ad manus Xysti Senensis peruenuisse. Id interim certum est, Photium ipsum Constantinopolitanum Patriarcham, (qui octauæ Synodi tempore, multarum in Ecclesia turbarum auctor fuit, qui quæ fraude à Patriarchali sede abdicauit præcessorem suum, ac proinde à Nicolao huius nominis primo, Pontifice, ut summo, sic sanctissimo; atque ab octauæ generali Synodo damnatus est anathemate, ac Patriarchali spoliatus dignitate) schisma inter Latinam & Græcam Ecclesiam fouisse, atque auxisse: cum etiam in populo Constantinopolitano perniciosissimum seminasset errorem, asserens duas esse in homine animas; quamobrem acriter à Constantino philosopho Christiano reprehensus est, quemadmodum Anastasius Bibliothecarius inquit in præfatione octauæ Synodi generalis, cui interfuit, quamque, Adriano Pontifice Romano mandante, sub quo eadem Synodus finita est, è Græco Latinam fecit. Quæ volui dixisse, dicturus plura ubi de Photio in Bibliotheca nostra Sacra mentionem faciam, ne quid damni afferat præiudicata de viro opinio. nam & quæ in eo cauenda sint, quisvè illam verterit in Latinam linguam, quamuis necdum ediderit, eo loco ostendemus.

Tertiam habemus à Xysto Bibliothecam, in cuius octo libris agit de numero, partitione, & auctoritate Diuinorum voluminum: de scripturis & scriptoribus, quorum in sacris ijs voluminibus fit mentio: de arte exponendi sacrosancta volumina, ac de catholicis eorum Expositoribus: cum reliqua spectent ad annotationes, ac censuras in expositores veteris & noui Testamenti, & aduersus eos, qui hæc oppugnarunt.

At alij alia maluere nomina suis libris inscribere, licet & ipsi materias diuersas congestissent, vel plurium auctorum eximios indicassent labores. Hieronymus Catalogum scriptorum Ecclesiasticorum; Athanasius librorum diuinæ Scripturæ Synopsim; alij (ut inquit Plinius) Musas, Pandectas, *ἐγκύκλιον, λαμῶνα, πινάκιδον*, hoc est, Enchiridium, Pratum, Tabellam: Athenæus Dipnosophistas, hoc est, eruditorum hominum cænas, quos inter cænandum disputantes facit de piscium natura, & vsu; de vocabulorum explicatione; de oleorum vniuerso genere; de animantibus omnibus; de historia scriptoribus; poetis sapientibus; instrumentis musicis; iocorum innumeris modis; poculorum differentijs; Regum opibus, nauium magnitudine; & alijs plurimis: reliqui vel lucubrations, vel Noctes, vel Catenas, vel Dies geniales, vel Saturnalia; vel Locos communes; vel Theatra & ideas, Plateas vniuersales; Artes mirabiles, siue Cyclognomicas; ne quid modo dicam de Margarita philosophica, quæ postea facta est auctior, Ap-

paratus; & huiusmodi alia nominarunt. In quibus tamen quid obseruandum sit suo loco dicitur.

Nos secuti priores illos, maluimus hoc, quidquid ex aliquo nostro studio profectum est, sub Bibliothecæ nomine apparere. Ex pluribus enim, quàm Diodorus, & his eminentissimis, principes rerum & gestorum materias, aut contraximus in vnum, aut propria monstrauimus loca, & (quod caput est) quem ad vsum docenda, discendaue essent, conati sumus ostendere: cum ipsis oculis haussissemus, reque ipsa tractassemus (quando id nobis ab eodem Gregorio XIII. tum Christi Vicario, dicto, scriptoque mandatum fuerat, vt diligentissimè efficeremus) quæcumque aut ad cognoscenda inuictæ olim Christianæ religionis exordia, vel ad huius cadentis causas, vel ad rationes ipsius restituendæ, vel ad initia varijs in regnis atque prouincijs restituta, ac denique latius propagandæ spectare poterant. Et cum per Amanuenses è Pontificijs Seminarijs, atque aliunde fidissimos licuisset plurima consequi, cernere, discernereque, quæ profectò ex antiquis auctoribus antea lecta, minimè tamen omnino percipiebam: præsertim quæ ad causas, & occasionem, scaturiginesque heresum & dissidiorum, atque Dæmonis, tum in spargendis hæresibus, tum in auertendis à recto populis, pertinebant; mihi sanè (vt ita dixerim) quasi cæcipienti, aperuere oculos. Id in Moscouiæ commentarijs ijs, quæ ad quorundam hæreticorum depellendas calumnias coacti fuimus edere, & alijs in libris experientur, qui legerint; vel eadem occasione, qua nos missi fuimus, easdem aliquando prouincias obierint. At cum Diodori, quæ non prodierunt, & Photij, atque ante eum Hieronymi, & Athanasij, Ioannis autem Trithemij, & reliquorum, qui hoc seculo scripsere, Xysti item, quem amicum, & de sua Bibliotheca mecum in Galliis agentem habui, atque aliorum humanas & Ecclesiasticas historias callentium, vel libros, vel scripta necdum in publicum data, & sententias vel audierim, vel legerim, Pantagathi, Onuphrij, Sigonij, Muræti; & ante omnes Guilielmi Sirleti Cardinalis, ac Fuluij Ursini de Romana historia (vt de pluribus alijs optimè meriti) æquissimum erat, vt potius Bibliothecam facerem, quæ non tam recognita (nec enim altera huic similis mihi innotuerat) quàm Selecta diceretur; quod hac, præter methodum, ac pietatis indicium, quæquiliæ auctorum, qui aduersus pietatem scripsere, aut ablegarentur, aut notarentur. Iam verò item necessarium fuit; ne, qui ab Hieronymo, siue Iosepho, atque ab alijs antiquis celebrati, iniuria temporum intercederant, extare putarentur; propterea quòd paucos ante annos reuiuiscere visi sunt, Berofus, Manethon Aegyptius, Megasthenes, & alij, qui ab Annio Viterbiensi suppositi, fucum ipsi quoque Xysto Senensi, & viris alijs doctis sic fecerunt, vt Diuinæ, humanæque historiae auctoritas & fides conuelli possint, si quis eis mordicus inhæserit. Erant item quasi de facie pernoscenti auctores ij, quos vel pudor, modestiaque, & inuidiæ declinatio, ac proximorum utilitas, vel exercitationis ratio, vel improbitas, aut hæresis egit, vt nullos, aut falsos operibus suis titulos præfigerent. Mouerat enim Gregorium Theologum cupiditas intelligendi sententiam legentium suos de Fide libros, vt anonymos ederet; Paulum, vt sine nominis inscriptione epistolam ad Hebræos scriberet, quibus sese nosset infensum ob neglectas Phariseorum traditiones, & Mosaiscas caeremonias: Saluanum Massiliensem Episcopum, inanis gloriæ fuga, qui sub nomine Timothei Episcopi scripsit paræneticos libros ad Ecclesiam toto orbe diffusam; Lyrinensem, iuuandi proximos desiderium, qui aduersus profanas hæreticorum nouitates, aureum librum sub Peregrini titulo foras dedit, quo libentius ab hæreticis peregrinarum rerum audis, legeretur. Sed hæc suis quibusque locis liquidius constabunt. Antiquis autem & bonis auctoribus attributos ab hæreticis libros, cum Xystus, & alij, tum Robertus Bellarminus, opere de hæresibus absolutissimo (de quo sæpius dicendum erit) permultos, quasi de tracta larua, tamquam pestilentissimos, reddidere manifestos, ne quos amplius hypocriti fallant.

Gregor. Magn.
Xysti in
prefat. libri
de Fide.

Vide Xysti
Biblior. San-
ctam ad
nem quart.
libri.

CUR ITEM HÆC BIBLIOTHECA NON
minus de historia quàm de Disciplinis dicta sit: vbi quid,
& quocumque Historia: vnde & libri mate-
ria quanam, & quanta.


VERVM TAMEN permoueri queant ingenia perspicaciora, cur non minus de Historia quàm de Disciplinis dixerim hac agi Bibliothecæ quippe qua vnà cum historicis Auctoribus, Theologie, Philosphiæ, Iuris prudentiæ, Medicinæ, & aliarum facultatum potissima habeatur & mentio, & ratio. multa enim (fateor) in ea traduntur, quæ ad reconditiorem scientiarum illarum notitiam attinent. Equidem primò Bibliothecam Principum ac nobilium inscripseram, humanarum historiarum seriem, auctores, vsum, initio tractaturus. Sed dum hæc molirer, rerumque ac scientiarum origines cum methodo essent attingendæ, necessariò tractus ad reliqua hæc amplectenda, eas quoque Historiæ nomine censerì posse intellexi. Historiam enim non tam quòd labentium rerum fluxum quodammodo sistat, vt inquit Plato, quàm quòd res nobis conspiciendas, quin etiam speculandas, obijciat, Græci appellant. Et Historiam mundi Plinius suum vocauit opus, atque alij, qui de rebus naturalibus scribentes, naturalem historiam prænominarunt; licet videri posset historiam rectius dici eam dumtaxat, quæ contenta cum sit narratione simplici, describit, qua quæque res facie sit, & quibus affectibus. Aristoteles enim suos de Animalium historia libros inscripsit, quamuis hac de re ita egerit, vt vniuersæ animantium naturæ potius, quàm singulorum animalium rationem habuisse videatur; ac tamen ita egerit, vt non solum quantum satis esset, vniuersalia ipsa, quæ sub scientiam cadunt, verum etiam rationes scrutaretur, hoc est, quo quidque modo, à quo, vbi, quando, quatenus fiat: quæ operosior altera Philosophiæ tradendæ ratio est. Atqui Theophrastus (vt mittam ceteros, qui suum in locum referuntur) sic de caulibus plantarum scripsit, vt harum historiam à nobilissima illa Philosophiæ parte non abiunxerit, quæ conquirat causas substantiarum, à quibus elicit affectuum productiones naturalium, atque ea principia, quibus in hærent illis, siue sint apparatus ad generationes, siue rei generatæ perfectiones, quibus omnia naturæ opera finem suum consequuntur. Hæc igitur, si qua huiusmodi in nostra Bibliotheca sunt posita, fecere, vt vniuersaliore nomine sub Historia comprehendi posse putarem, cum non ignorassem, quæ de corruptis, vel tradendis disciplinis Ioannes Ludouicus Viues; vel de examine vanitatis doctrinæ gentium Ioannes Franciscus Picus Mirandulanus, Ederus de Oeconomia Diuinarum Scripturarum, Theodoretus de curatione affectionum Græcarum, Eusebius de præparatione Euangelica, Clemens Alexandrinus de Stromatibus, & alij de alijs scripsissent, Historiam magna ex parte dici posse, quòd rerum euentus, & rationes enarrassent.

Historiam autem cum dico, primò Diuinam intelligo, quæ veterè, ac nouo Testamento continetur: deinde Ecclesiasticam, quæ de Religione potissimum agit, deque Ecclesiæ administratione: schismataque, & hæreses, ac si qua alia sunt, quæ ad præsentem quoque rerum statum attinent, notat: præterea Naturalem, quam Ethnici, & Orientales, & Græci, & Latini, ac deinceps Christiani quoque tractarunt: vniuersæ naturæ magna ex parte Plato, accuratius Aristoteles: totius orbis, Plinius: cæli, Hyginus, & Aratus, Maniliusque (nil enim refert, metro ne, an soluta oratione historia scribatur, modo historia sit) terræ & maris Prolemæus, Strabo, Solinus, Mela, & alij Geographi: hominis quatenus viuere possit incolumis, Hippocrates, Galenus, & alij animalium terrestrium, aquatilium, auium, plantarum, gemmarum, mineralium, partim Aristoteles, partim Oppianus, & Ouidius;

Plato in Cra-
tulo. Sim
1-5. d. d. d.
p. 1. v. 1. d.
p. 1. d. d.
quod video.
Παρα το
ισοπ. 1. 2.
το 1. 1. 1.
το 1. 1. 1.
το 1. 1. 1.

Quidius, partim Theophrastus, & Dioscorides, & Aelianus, partim Orpheus, & alii. ut mittam recentiores, qui hoc praecipue seculo egregiam in hac tota re operam praestiterunt: sicut suis quibusque locis plurimum nomina, ratioque scribendi, atque emendatiores libri recensentur. Sed & qui Christophori Columbi, qui Magellani, & Castellorum, ac Lusitanorum cursus, sicuti Ioannes Leo, Damianus à Goa, Laurentius Gambarà, Oforius, Simon Barrius, Ferdinandus Lopez, Ioannes Petrus Maffeus; quivè positiones & situs regionum, ac civitatum, uti Leander Italiae, Cippus Istriae, scripserunt; qui etiam Topographias, & Chorographias delinearunt; ii quoque qui Mathematica tractarunt, ad hoc historiae genus spectant. Nisi quod quum reliquarum rerum naturalium narrationi (quae quidem certis causis & finibus definiuntur) acta hominum, ac bella & mores adiunxerint, ideo ad humanam quoque historiam pertinent: Quam denique eam intelligo, quae res aut publicas, aut priuatas, quaeque varias Reipublicae formas, vel Imperia, & Regna continent, comprehendit. Quare huc etiam referuntur legum, & Iuris scientia, quique praestantium virorum vitas, Commentaria, Ephemerides, siue Diaria, Annales, Chronologiae, Apophthegmata, Dicteria, Stratagemata, rationesque muniendarum civitatum, & eiusmodi alia nobis reliquerunt. De quibus omnibus, quemadmodum & de humanioribus studiis, quem ordinem scribendo secuti sumus, proximo capite dicemus.

ORDINIS RATIO IN SCRIBENDA
Bibliotheca Selecta.



In margine ponenda est haec verba qua inter has notas [] postea sunt in contextu.

A licet poteram ab iis incipere, quae ad humanam Historiam spectant; mox sensim per aliarum quasi gradus historiarum, ad Diuinam ascendere: iustissimis tamen causis adductus, ubi de Homini dignitate, ac cultura ingeniorum, & alijs ad parandos ad varias disciplinas animos necessarijs, priore actum est libro, à Diuina incoepit qua constituta, veluti norma & perpendiculo, nil esset denique ceterarum aut historiarum, aut disciplinarum, quin ex ea perpendi rectissime posset. [Historiae Diuinae summa utilitas.] An ne verò quidquam est vnde potius ordiendae lectio sit, quam vnde manarunt omnes historiarum & scientiarum fontes, naturaque ipsa & religio, cum omnibus virtutibus, quibus excoluntur animi; bella item, quae dextera Domini semper inuicta praeliata est; denique vnica & verissima Rerum publicarum, & Regnorum forma, aut infusa est humanis mentibus, aut nostris ipsis oculorum aspectibus obiecta? Et bis mille quidem ac septingentos amplius annos, exterarum atque alienarum à Deo gentes ignorarunt haec gesta: quippe teterrima caligine demersus Mundus, antiquissima esse putauit, quae à Gentilibus scripta sunt, ab eo tempore, quo Iudices in Iudaea Rempublicam, siue illam veterem Synagogam administrarunt. Ac dum inde auream aetatem comminisceretur, ne posterarum quidem rerum, quae maximè erant scitu dignae, aliquid commemorauit, nisi quod inuolutum fabulis, & obscuratum, obliuione pene obsitum iacebat in tenebris. Praestantissimas interea res illas, quae antecesserant, de Deo, de Mundi creatione, de hominis conditione, deque legibus, & sacrificijs, ac reliquis, altissime nesciuit. Haec igitur omnia complectitur Diuina historia, quam os Domini loquutum est; in qua sunt vetustissima veterum, certissimaque omnia, & perpetua magnarum, conuenientissimarumque ei, qui ad imaginem Dei creatus est homini, rerum series atque connexio; locupletissimus videlicet supellectilis aeternae thesaurus. Hunc autem qui ignorarunt, vitra pro gemmis scrutati sunt; ac quibus debebant cantabiles esse iustificationes Dei in loco habitationis huius, ii rectissimo filo abiecto, per huius ambages vitae, multiplici errore impliciti, iuerunt gementes, sed non rediere gaudentes: quin etiam semper discentes, nunquam ad veritatis scientiam

tiam (quod inquit Apostolus) peruenerunt. Hinc certè lapsus illi ingentes, siue in consilijs capiendis, siue in dispiciendo vero: ut neque illa consistant; quae ex Deo non sunt, Diuinaque ex historia non hauriuntur, nec veritas innotescat iis qui euentu syderibus, aut qualicumque alteri creaturae rei tribuerint. Neque enim in Satanam, tertiamque illam caelestium mentium partem, sydera quidquam agebant, ut tamquam fulgura de caelo caderent; nec Adamo sublata est immortalitas à caelesti circumuolutione; sed quod voluntas libera maluit labi, quam stare; ac qui poterant tutissime in portu illo aeternitatis nauigare, ii data opera solutis anchoris, sese fluctibus ac naufragio exposuerunt.

A b Historia igitur Diuina erat inchoandum: cuius auctoribus, origine, partitione, ac hostibus quoque qui eam oppugnarunt, indicatis, suas quibusque partibus vel cautiones, aut obseruationes, vel interpreterum nomina adiecimus, ne alibi conquirendi essent, vel inemendati, ac scateantes erroribus prius tractarentur, quam ii, quos iam diuina ope habemus castigatiores, sicut in Bibliotheca sacra monstrauimus. Eadem autem opera, & quasi ductu, discrimen inter Diuinam, atque ethnicae historias monstrauimus, ut ex istis eo ipso tempore multa intelligi possint, quae sine Diuinae historiae lumine obsita fabulis & tenebris, legentium ingenia trahunt in mirabiles tricas. Eandem rationem in Scholastica Theologia secuti, vtilissimum, atque ad omnium captum fore existimauius, si proprias etiam tractationes adtexeremus de Theologia practica, seu conscientiae casibus; de controuersia item cum Iudaeis, cum Graecis, cum haereticis, & atheis, cum gentibus, nouique orbis terrarum incolis, aut alijs eiusmodi: quibus tractationibus, quae non tam in libris meliorum auctorum perspicere licuit, quam quibus ipsi, aut ceteri Societatis nostrae interfuerunt, dilucidè conati sumus exponere; ut si qui à Sede Apostolica, vel aliunde ad eos iuuandos allegarentur, facile constaret, qua quique ratione ad Fidem orthodoxam, atque pietatem, Deo in primis adspirante, affici possent: Vberem certè, qui ea legerint, habebunt de statu huius seculi historiam, consiliaque & rationes à Pont. Maximis, atque à Christianis Principibus, & à Religiosis viris adhibita. Quae cum absoluissimus; iam ipsius Ecclesiasticae historiae partes, & auctores erant attingendi, qui & res antiquitas in Ecclesia gestas, & Martyrum, atque aliorum Sanctorum vitas, & Synodos posteritati reliquerunt. Quem quidem ad locum Bibliothecae ius Pontificium spectat: nisi quis id malit post tractationem de Iuris ciuilibus prudentia collocare; cum hoc in Academijs primò doceri soleat, quippe quod magnum praerant lumen Canoniarum legum vocibus intelligendis, si ea, qua decet pietate, ac methodo, quemadmodum suo loco diximus, Ius ciuile addiscatur. Iam verò de Philosophia vniuersè, deque primarijs eius tractatoribus, Platone, atque Aristotele, & horum interpretibus; mox de quibusdam naturalis historiae scriptoribus, Latinis, & Graecis, agentes, non omnis aliquosque Mathematicis, descendimus ad Medicinam; de qua primò generatim, quod ad originem, partitionemque spectabat, deinde de Hippocrate & Galeno, atque alijs, methodos varias in medendo homine assecuti, & scripsimus, & vnde eruta sunt, ingenuè, si quid nondum adhuc in lucem venerat, aperimus. Restabat Iuris prudentia, librorum mole, rerumque aliarum multitudine onerata, ac tantum non oppressa: quae licet locum fortasse alium obtinuisset; nos tamen quòd ea de actionibus humanis ageret, quibus affines sunt humanae historiae, naturali Philosophiae subiecimus. Ac ubi de vera Iuris origine, deque aequitate, & quibus potissimum artibus comparatur, tum de generali corporis Ciuilibus in sua membra, siue libros partitione tractatum est; mox egimus de Institutionibus Iustiniani, quae ueritate ad haec studia docens, ac discens sese comparare debeat, quivè initio habendi sint interpretes ad manus: deinde singillatim de Pandectis, de Codice, de Authenticis, seu Nouellis, de Feudis, de interpretibus Graecis & Latinis, vetustioribus & recentioribus, de Tractatibus, & illorum sanioribus editionibus: Quibus omnibus adiunctae suis quibusque locis cautiones, siue ad declinandas haerese-

reses bonis libris insperfas, suè ad rectissimam viam indicandam, quæ fert ad eruditionem, atque pietatem; cum etiam scriptores aliquos de Rebus publicis indicauerimus: Iuris denique vniuersam distributionem addiderimus emendatam, quæ quidem visa est ex omnibus esse perfectior, quæuè materias quaslibet tum oculis illicò subiiciat, tum loca, vbi iacent, ostendat.

Humana igitur historia fuit postrema, cuius etiam è celebrioribus Historiographis quasi epitome contracta, quam à nostris Catholicis hæretici quidam furripuerant, tædium quisque in legendo leniet, resque penè omnes antea actas breui temporis spatio percurreret; cum etiam quid in vno quoque sit eorum, qui Romanas antiquiores texerunt historias, quod inuicem respondeat, dedimus operam vt esset in promptu, ne quis aliarum rerum lectione, quas complexi sunt, fatigaretur, atque in auiâ dilapsus, semitam earum amitteret, quas cuperet integras animo comprehendere. Accessere in melioribus probatioribus obseruationes, aut typi, ac de aliquibus, qui è Græco versi pessimè habebant, monstrata veritas est è Græcis, quæ adhuc iacent in Bibliothecis manuscripta, non edita. Cum autem eorum, qui mixti dici possunt, ac methodo haud satis certa scripserunt, aliqui inter ethnicos fuerint, qui vel adolescentum manibus teruntur continenter in scholis, vel item ab alijs libenter leguntur, itaque proprium in Bibliotheca locum non habuissent, si cum aliqua peculiari facultate, aut historiæ genere locati fuissent: alii verò spectent ad Bibliothecas, Apparatus, Theatra, seu quo alio vocentur nomine: reliqui bona fide, sed magno cum damno versentur à plerisque, qui latens in iis virus adhuc non perferunt, quales plerique sunt, in quibus de religione, ac de politicis agitur: propterea horum omnium iudicium, præter id quod priore libro generatim attigimus, ad sua loca reseruatam est: qua item occasione actum est primo de humaniorum studiorum ratione, deque Rhetoribus, Oratoribus, Poetis, & qui hos penè contingunt, Pistoribus. Inter priores illos Cicero fuit, cuius opera cum in Epistolas, Rhetorica, Orationes, Philosophica, distribuuntur, non solum quid cum Græcis collatus, aut amplius, aut par præstiterit, eiusque usum, & meliores interpretes ac typos ostendimus; sed & earum omnium rerum artem cum auctoribus Christianis, atque in primis cum diuina Scriptura comparantes, ingentem (spero) piis & verè eruditis fenestram patefecimus, vnde dicendi, scribendi que sapientiam, quæ de cælo sit, consecuti, eandem alijs facillimè commo-
strent. Quòd si eadem; ac quæ de Poëtis necessariò fuere præmonenda legerint, habebunt vnde Christianæ Reipublicæ magnoperè commo-

Hæc cum ita sint, ne cui videatur fuisse fraudi, omissa laborum suorum, & in minutis rebus commendatio vel appellatio; meminere legentes, Hieronymum virum eruditissimum & sanctum, cum plurima ex Origenis scriptis, quæ non essent maculis errorum inquinata, in suos libros transfudisset, atque huius quasi furti ab æmulis accusaretur, purgasse sese, aientem, ad vitandum lectoris tædium ea tacuisse, quæ in præfatione sua fat fuerat semel innuisse: ac tandem composito ex Terentianis versibus quasi centone, sese sic defendisse.

In 4. vol. super Hierem.

In præf. 2. comment. in Michæam.

Moneo tauros pingues, qui circumdederunt me, vt quiescant, & desinant

Maledicere; maledicta nesciant sua.

Nam quod dicunt; Origenis me volumina compilare; &

Contaminari non decere veterum scripta;

Quod illi maledictum vehemens existimant;

Eam laudem ego duco maximam; cum illum volo

Imitari, quem vobis, & cunctis prudentibus placere non dubito.

Si enim criminis est, Græcorum benè dicta transferre; accusetur

Ennius, Maro, Plautus, Cæcilius, & Terentius.

Tulliusque; sed & Hilarius noster furti reus sit, qui in

Psalmos quadraginta ferè millia versus, supradicti Origenis, ad sensum verit.

Quorum omnium æmulari exopto diligentiam


Potius, quàm obscuram istorum negligentiam.

De me autem, etsi propter eandem tædii causam nonnumquam auctorum nomina

mina reticui, vix dubito iuste aliquem posse conqueri: nemo enim scienter fraudatus est, sed omnium honorifice mentio facta est, à quo aliquid ad nos boni accesserit. Id autem quicquid est, & ab ipsis, & à nobis, & adeo ab iis, qui hæc legerint, vt Deo referatur acceptum, iustissimum est; quandoquidem ab eo omne bonum descendit, qui est Pater luminum, quique dat sapientiam abundanter, & non improperat: Cui omnis gloria & honor, Amen.

ARGUMENTVM PRIMI SEQVENTIS

LIBRI.



VI bonis artibus se dedunt, tria prænoscant necesse est, FINEM, MEDIA, IMPEDIMENTA. Sic enim humanæ acies mentis rectà collineat, & pede inoffenso quisque decurrit ad metam. FINIS est Sapientia, & Religio, quæ numquam dissociandæ sunt.

MEDIA, vel intrinseca. quæ manant è varia ingeniorum qualitate, ac propensione; viribusque animi & corporis. vel extrinseca. quæ tum cælitus, tum in terris è viuus præceptoribus; ex vsu rerum; è melioribus petuntur auctoribus.

IMPEDIMENTA. quòd præter peccati labem, quæ mirificè hebetat mentes, nec antea dispicitur. eequid ferre valeant humeri; nec sedulò deinceps, nec qua decet methodo, nec vnde oporteret, excoluntur ingenia: nec verò doctrina vel sobriè, vel ad vsum hauritur.

Priore igitur hoc libro differitur.

De DONIS, quæ largitus est Deus, vt pro cuiusque captu, ne quis otietur; nec sibi aut Reipub. inferat damnum; afferat autem opem & commodum.

De GRADIBVS, per quos tutò ad sublimiora, & diuina conscenditur.

De veris, ac diuitibus OFFICINIS, hoc est Academijs, & libris, è quibus Religio cum bonis artibus promitur.

His omnibus cum Satanas, Mundus, ipsique hominum affectus plerumque cœnum intermiscant, RATIO studiorum illibata ostenditur.

Cuius vim atque ordinem è sequenti capitum ferie liquidius inspicio.






PRIMI LIBRI CAPITA.



- | | |
|--|---|
| <p>1 IGNITAS Hominis, unde & finis, quæ ve ei præsidia collata diuinitus.</p> <p>2 Humanae mentes ad Sapientiam, & Religionem condite, ac tot munita præsidij, cur à veritate deflexerint.</p> <p>3 Varia esse Hominum ingenia.</p> <p>4 Ratio noscendi ingenia, quæ quibus artibus idonea sint; ex viro ingenioso.</p> <p>5 Latinam & Græcam linguam qui calleat, quæque alia quædam nouerint, eos non esse inhabiles percipiendis speculatiuis scientijs, contra quam ille senserit.</p> <p>6 Ratio altera tutior pernoscendi ingenia.</p> <p>7 Cultura ingeniorum quænam breuior, facilior, fructuosior: Vbi, quales esse debeant Magistrj, & à quibus cauendum.</p> <p>8 Loca, vbi eadem cultura rectius adhibetur.</p> <p>9 Salmanicensis Academiæ æconomia, leges, mores, studia.</p> <p>10 Ratio collegiorum, & Scholarum, quibus præsumunt Viri Religiosi: Vbi de Institutione Studiorum Societatis Iesu.</p> <p>11 Quasnam tetenderit, atque adhuc tendat insidias Humani generis hostis, vt Scholas, Seminaris, Academiæ, & collegia Catholica euertat. Quæ ve ratione eidem Satanae obuiam itum sit & antiquitus, & hoc seculo.</p> <p>12 Quænam pertineant ad bonorum librorum usum. Quæ occasione agitur de Lectione; Expositione; Purgatione; Editione; Correctione; Emendatione; Diffinitione; Dispositione & Conseruatione librorum.</p> <p>13 Historiæ dignitas, unde & finis.</p> <p>14 Historia ad imitandum quoque vtilissima.</p> | <p>15 A quibusnam Historicis cauendum, ac primò de Chaldeis.</p> <p>16 De Beroso, Metasthene, Philone de temporibus, Anno, qui circumferuntur, quid sentiendum, quidue in ijs cauendum sit.</p> <p>17 Aegyptij Historici qui nam antiquissimi, & in quibusnam sit ab ijs abstinendum.</p> <p>17 Apocryphos libros, licet speciem pietatis habentes, qui Apostolorum, vel procedente tempore scripti sunt, aut non esse legendos, aut non esse ijs fidem integram habendam.</p> <p>19 Cautio in legendis quibusdam Historicis, & alijs Auctoribus, aut Versionibus, quæ hoc præsertim seculo prodierunt in lucem. Vbi & de Bibliotheca sacra Margarini Bignæi, ac de Theatro Mundi, & alijs eiusmodi.</p> <p>20 Iudicium de Desiderio Erasmo Roterodamo.</p> <p>21 Centurias Magdeburgensium, & chronica Hæreticorum, cur & pestilentiæ sint, & abolenda.</p> <p>22 Cautio de libro Mattheæ Flacci Illyrici, quem ad faciendum primarijs Principibus fucum, inscripsit de Translatione Imperij.</p> <p>23 Cautio in credendis Historicis, quas Ioannes Caluinus, & alij citat, vt ad suas hæreses tum insinuandas, tum statuendas viam sibi muniant.</p> <p>24 De libris Leonis Imperatoris de Apparatu Bellico præuè ab Hæretico Versis.</p> <p>25 Cautio in legendis fabulosis, & Amatorijs, quæ tum metro, tum soluta oratione sunt scripta.</p> <p>26 Iudicium de quibusdam antiquis, qui prudentiores habiti sunt, Seneca, Cornelio Tacito, Plutarcho: deque huius seculi Scriptoris, haud vere politici, Machiavello, Quamillite, Ioanne Bodino, & eiusmodi alijs.</p> |
|--|---|



ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

Liber Primus

BIBLIOTHECAE SELECTAE.



DIGNITAS HOMINIS, UNDE ET FINIS.
quæ ve ei præsidia collata diuinitus. Caput I.

MAGNO & excellenti ingenio viri (ait Lactantius) cum se doctrinæ penitus dedidissent, quidquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus & publicis & priuatis actionibus, ad inquirendæ veritatis studium contulerunt, existimantes multò esse præclarius, humanarum diuinarumque rerum inuestigare ac scire rationem, quam aut fruendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere. Nam & abiectissime quosdam res familiares suas, & renuntiasse vniuersis voluptatibus constat, vt solam nudamque virtutem, nudi expeditique sequerentur; tantumque apud eos virtutis nomen & auctoritas valuit, vt in ipsa summi boni præmium esse iudicarent. Et hæc quidem illi. Quibus si lux splendidior, qualis à Dei Filio deinceps emicuit, illuxisset, ij postremum in virtute finem haud collocassent: quin etiam certò sibi persuassissent, per eandem altius esse ascendendum, parandosque animos ad gratiam illam excipiendam, qua mentes cum Deo iunguntur, qui est OMNE BONVM, atque verissimus finis.

Ac certe naturam hominis sic (vt loquar cum scholis) eleuatam Deus esse voluit, duas vt res semper appeteret, RELIGIONEM, ET SAPIENTIAM. quæ dum simul cohærent, solidam parerent veritatem, partam custodirent, custoditam in cælum vnà cum animis eueherent. Tum verò hi gustarent plenissime, quantopere, hoc est, supra omnem modum, ab æterni illius conuiuij vbertate micæ hæc superarentur, quæ inde ad nos decidissent. Quo ne cui aditus intercluderetur, frustra ve hæc tanta & tam honesta cupiditas indita fuisset, effecit, nullo vt sæculo deessent ipsi quoque Ethnici, qui sapientiores haberentur; qui eodem omnes sensu non solum de munere hoc, deque disciplinarum præstantia testimonium ferrent, verum etiam, cum ad eas sese natos intelligerent, ad easdem equis velisq. (vt est in proverbio) contendere niterentur. Sic Cicero dignitatem HOMINIS considerans, hunc dixit, animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, præclaraque conditione generatum à supremo Deo, cum quo ait, primam homini rationis esse societatem. Alij vero appellarunt, creaturarum in-

B ternun-

Perfæ.
David.

ternuntium, superis familiarem, regem inferiorum, indaginem rationis, lumen A
intelligentiæ, interpretem Naturæ, animal sanctum, liberum, stabile, fluxi æui
interstitium, mundi copulam & Hymenæum, ab Angelis paulò deminutum; qui
status ab opifice Deo rectus concessus fit, vt mens eò spectet ac ratio, quò vultus
ipse collineat: ceteroquin positum in mundi medio, vt commodius omnia cir-
cumspiciens, omnium item rerum disquirat causas; animusq. virtutibus excultus,
atque in Deum rectà tendens, gloria & honore in perpetuas æternitates coronetur.

SENSVS IN
CORPORE.

Arist. 1. Me
taph.

Nec vero diuina illa solertia fatis habuit, si & istos sciendi igniculos, ac reliqua
mentibus iniecesset, ni quoque simul sensus patefecisset in corpore, per quos scien-
tia permaneret ad animos. Omnes (ait Philosophus) homines natura scire desi-
derant; atque huius signum est ipse amor erga sensus: qui licet non adhibentur ad
vsum, per se ipsi tamen diliguntur: in primis autem qui per oculos fit, quo præ B
omnibus plurimæ nobis differentiæ rerum innotescunt.

MYNDVS
INGENS VO-
MEN.

Sed & præter sensus, dator ille simplicis (scd multiformis) ac quietæ sapientiæ
Deus condidit mundum; in quo tamquam ingenti volumine impressit atque ex-
pressit, vnde ipsa rerum magnitudo, motus, dispositio, constantia, vtilitas, pul-
chritudo, temperatio, varietas in admirationem omnes raperet; atque oculos
etiam rudium & ferorum hominum attolleret. Hi vero cum nossent, non potuisse
tanti effectum operis, nisi à sublimissima prodiisse maiestate, hanc in mundo
quasi in eruditissima schola semper contemplantur.

ANGELI.

Galat. 3.
Lex data
est per An-
gelos in ma-
nu Media-
toris.

Addidit magistros tum aspectabiles, tum inuisibiles, qui nos in ea exercerent,
& obuolutam in obscuro veritatem explicarent, Angelos primo, deinde homi- C
nes. Et illos, quidem, quos cum diuinis (vt vocant) speciebus imbuisset, iam nul-
la ipsi ratiocinatione indigentes, nobis, qui ratiocinatione atque arte participa-
mus, veritatis radiòs de cælo micantes iacerent; ac qui illa in luce perenni conti-
nenter versantur, lumen haud extinguendum inter quantascumque tenebras præ-
ferrent. Videlicet Angelicæ illæ mentes, Deo & dante & mandante, cunctarum
sublunarium rerum curam gerunt, earum præcipuè, quæ necessariæ nobis & vti-
les sint. Quin & cælestes orbis propterea circumagunt, & quæ natura dicuntur
acquiri, hæc iis administrantibus adipiscimur: cum etiam pleraque nobis altiora
munera à Deo impertiant, Promi videlicet & condi. cælestis penus; vnusq. ipso-
rum vniciquè nostrum custos adiunctus, tamquam internuntius æterni Patris, & au-
ferre satagit à nobis prauitatem nostram, & aduersus dæmones nos tutatur; at
quidquid agimus boni, hoc hilaris diuinum ante altare offert, ac pro nobis prece- D
tur; sibi autem gaudens de conuersione nostra, gratulatur ceteris; qui nos (vt fan-
ctus ait Dionysius) purgant, illuminant, perficiunt, ac sine quibus esse mus nequissimi.

HOMINES

ADAMVS.
Eccles. 7.
Eccles. 17.
Magist. sct.
li. 2. dist. 23.
Et ibid. 5.
Bonau. ar. 2.
quæst. 1. c. 2.
S. Thom. 1.
par. 9. q. 94.
Hugo de S.
Vitiore li. 1.
de Sacram.
p. 5. c. 12. 13
14. 15.

Nec tamen vis illa bonitatis immensa contenta his ducibus, homines destitit
nobis vt tutores & pædagogos attribuere, qui nos pro captu nostro in hanc vniuer-
si scholam deducentes, tum scientiis & artibus, tum exemplis & libris erudirent.
Inde enim factum est, vt cum primum Deus in animam viuentem formasset Adā-
mum, hunc omni naturalium rerum scientia impleuerit; vt quem ætate corporeq.
perfecerat, vt parens esset omnium; eumdem animo absolutissimum traderet,
qui omnium quos gigneret, ac proinde ceterarum gentium magister esset futurus.
Nimirum haud decuit alium esse eum, qui primus à diuina manu condebarur;
quippe qui nec tamquam inops, ac quasi erasa tabula, scientiarum lineas, ac rerum E
naturas hinc inde, vt nos facimus, emendicaret; sed statim phantasmata reci-
peret expressa, quæ ipsa cuiusque speciei indiuidua proprie distincteq. exererent,
in quibus nullo cum errore vim ac naturam specierum illorum contempleretur;
cumq. perfecto in statu fuisset creatus, nil ei deesset facultatum earum, quibus
mirifice humanus animus oblectatur & pascitur.

PATRIAR-
CHAE.
PROPHETAE.
VETVS HE-
BRAEORVM
SCHOLA.

Collata igitur Adamo diues illa supellex manauit ad posteros per familias Pa-
triarcharum, per Prophetas, perq. veteres Hebræorum confessus, à quibus vnus
Dei cultus & doctrina facta testaq. diu seruata est. Excitati item in Gentibus,
ac

A ac potissimum in Græcia, viri præstantes, qui cum Naturæ ductu, & aliquanta ex GRÆCÆ.
Oriente hausta notitia, plura eruisent, hæc sequentibus sæculis commendarunt.
quæ quidem etiam num vigent; ea præcipue, à quibus ablegati sunt errores, quos
altrius ebiberant, quò religionem cum sapientia non coniunxissent. Atqui & ipse
veritatis splendor, qui è singulis rebus, tamquam vestigiis & rimis, foras erum-
pit, Galenum Christianis infensum adegit ad potentiam, sapientiam, & bonita-
tem diuinam inclamandam, humani opificium corporis, & minutas qualque parti-
culas scrutatum. At altius Seneca, licet à Christianis haud edoctus, sed tamen à
Christi latente lumine coactus, huiusmodi pene verbis Lucilium alloquitur: Apud
te est Deus, tecum est, in te est, manet in vnoquoque nostrum sacer quidam spiri-
tus, qui bona opera nostra obseruat, qui nobiscum agit, qua nos cum eo ratione agi-
mus: nec sane quisquam sine illo potest esse bonus. Et alibi: Admiratus es (ait Epist. 74.
homines ire ad Deos: admirari potius debes Deum venire ad homines, quodq.
vicinius est, vt in eis maneat. nec enim sine ipso aliquid est boni. Sed & Cicero
diuinam erga res omnes particulares prouidentiam testatus, quod & tot alij fece-
re, riuulos ostendit haud exaruisse eius sapientiæ, quæ in omnium ruit amplexus,
qui eam conspiciunt.

GRÆCÆ
RES OMNES.
Galenus de
usu pariti.

In epist. 14.
ad Lucil.

Epist. 74.

Lib. 2. de
nat. Deorū.

Verum enimvero, vt ad antiquiores patres reuertatur oratio, Salomon discipli-
nas diuinitus immitti docens, quas & præter ordinem celerius atque eminentius
aliquorum animis Deus instillat, sic inquit: Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt, Sapien. 7.
scientiam veram; vt sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementor-
rum, initium & consummationem & medietatem temporum, vicissitudinum per-
E mutationes, & consummationes temporum, morum mutationes, & diuisiones
temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras be-
stiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, &
virtutes radicum, & quæcumque sunt absconsa & improuisa didici: omnium
enim artifex docuit me Sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus,
vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans
bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, cer-
tus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens; & qui capiat omnes
spiritus; intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est
Sapientia: attingit autem vbique propter suam mundiciem. Vapor est enim vir-
tutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo
D nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine
macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit vna, omnia potest; &
in se permanens, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, ami-
cos Dei, & prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui
cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, & super omnem disposi-
tionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox, sapien-
tiam autem non vincit malitia. Hæc Salomon.

Sapien. 7.
SAPIENTIAR
DIVINAR VIS
ADMIRABI-
LIS.

DOMINVS
IESVS.
Catech. Ro-
man. inuiso.

Esai. 49.

Ioan. 1.
Hebr. 1.
2. Par. 1.
Præfat. in li.
de falsa Re-
lig.

Sed neque fatis hoc fuit diuinæ erga nos charitati. Cum enim Naturæ lumine
non omnia possint comprehendi, illa præsertim, quibus æterna salus compara-
tur, cuius rei in primis causa homo conditus, atque ad imaginem & similitudi-
nem Dei creatus est; necessarius erat summus ille alius, quem Deus ipse prædi-
E xerat daturum se, doctorem iustitiæ in lucem gentium, vt esset salus eius vsque ad
extremum terræ: in quo Filio pleno gratiæ ac veritatis nouissimè locutus est no-
bis; quem etiam voce è cælo delapsa à magnifica gloria, iussit vt omnes audi-
rent, eiusq. præceptis obtemperarent. Nimirum (ait Lactantius) non est pas-
sus hominem Deus lumen sapientiæ requirentem diutius oberrare, ac sine vl-
lo laboris effectu vagari per tenebras inextricabiles: quare aperuit oculos eius
aliquando, & notionem veritatis munus suum fecit, vt & humanam sapientiam
nullam esse monstraret, & erranti ac vago viam consequendæ immortalitatis
ostenderet.

APOSTOLL.
PROPHETAE.
PASTORES.
DOCTORES.
Ephes. 4.
Luc. 10.
Lib. 2. cap. 1
huius Bibl.
SYNODI.

SCHOLAE
CHRISTIANAE.
MAE.

ACADEMIAE

Quaest. 7.
Scul. lib. 1.
c. 5.

PARISIENSIS
ACADEMIAE.

ATHENIEN-
SIA GYMNA-
SIA COMMY-
TATA IN ME-
LIVS.

Synodo lib.
14.
ALEXANDRI-
NA SCHOLA.

Deinceps autem Dei Filius alios dedit Apostolos, alios prophetas, alios pasto- A
res, & doctores, qui verbum vitae annuntiarent, ne circumferremur, tamquam par-
uuli, fluctuantes omni vento doctrinae, sed firmo Fidei fundamento adhaerentes
coedificaremur in habitaculum Dei, in Spiritu sancto. Eorum sane magisterio
quanta esset auctoritas tribuenda, testatus est his verbis: Qui vos audit, me audit.
quod postea planius fiet, cum diuini verbi vim atque efficacitatem attingemus.

Et ineunte quidem Ecclesia cum Synodi iam ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto
missio de caelis, cogi, & Christianae aperiri scholae inciperent, impleta est terra
scientia Domini, apparuitq. magis quam antea Deus docens vtilia, cuius sapientia
voce iam manifestiore in plateis, in foribus ciuitatis, in viis & semitis clamaf-
set. Itaque & Idolis in Aegypto cadentibus, & gymnasiis gentium mirantibus
atque nutantibus, verae sunt Academiae instituta, quibus eadem, quas diximus, B
inseparabili nexu vincunt, nec sapientia esset inermis, neque nuda Religio. Id
quod si degustasset Cicero, multo rectius intellexisset, erepta istarum cognitio-
ne atque scientia, tolli omnem rationem & vitae degendam, & rerum agenda-
rum: multo autem iustius philosophiam hanc, quam quae eius tempore tra-
debatur, nominasset vitae ducem, virtutis indagatricem, expultricem vitio-
rum; quae vrbes pepererit, dissipatos homines in societatem vitae conuocauit;
ex feris & agrestibus reddiderit mites; domiciliis eos & coniugiis copulaue-
rit, leges denique firmissimas inuenerit; ac magistra morum, & disciplina virtu-
tum fuerit.

At quid, inquam, dixisset, si post aliquot saecula Parisiensem vidisset Acade- C
miam, in qua cum Athenis collata, quae tot sectas philosophorum inter sese disse-
ctas fouebant, virorum fuit coetus excellentium, qui in vniuersum orbem lumen
inferentes, rerum humanarum scientiam cum diuina iungebant, idq. non ad
fastum, aut decus, sed vt omnes ad aeternam illam Academiam destinarent, in
qua ad celsissimos gradus promouerentur. neque vero homines in terris solum,
in quamdam societatem cogent, sed ex terrestri ciuitate, caelestem quoque al-
teram conderent; quam non tam politicis, quam diuinis legibus, quarum Deus
ipse fuerat lator, constabilirent.

Athenienses quidem cum Academia, Lyceo, Porticu gloriarentur; Paulo, &
aliis, quos Christus allegarat in Gentes, Quinam sunt hi feminiuerbij dixerunt; qui
resurrectionem mortuorum annuntiantes prohibent nos, quo minus mortalitatem
animorum, negationem diuinam prouidentiae, & creationis mundi, atque alia do- D
ceamus, quarum ab Epicuro, & aliis philosophis heredes sumus? Quoniam iure ab
Areopago Dionysium, à cœtu feminarum nobilium Damarim, & alios auertunt?
At interim diuina stabat sententia; quae & antiquissimam veritatem restitui, ac
veras decreuerat Academias institui per sapientes & sacerdotes viros; quibus
alios esset deinceps vsque ad consummationem saeculi suffecturus. sic enim & Pau-
lus discipulos relinquens Athenis, vidit non ita multo post, è caelo segetem illam
vberem, quae tum è doctrina, tum è libris Iustini martyris, Chrysostomi, Grego-
riorum, Theodoretii, Athenagorae enata est, excreuisse ad frugem, ac caelum ipsum
Martyribus, Virginibus, Confessoribus, verissimis sane ducibus, quasi splendi-
dioribus sideribus ornasse.

Eodem verò quo Athenae tempore, Alexandria liberalium omnium artium scho- E
las (sed quibus densissimi essent errores immixti) & Bibliothecas, in quibus septin-
genta voluminum millia numerarentur, habebat; vt honoris nomine *πολις*, hoc est
vrbs, quemadmodum Athenae *ἄστυ*, diceretur. Nam & dum bis Graecia bello arsis-
set, eo tamquam ad portum plerique omnes docti appulerant. In eam igitur cum
Pantenus, Clemens, Origenes, Heraclas, & alij diuinas ac profanas litteras callen-
tes ingressi fuissent, & Catechistae vocarentur (quod haec sit praecipua scientiarum
pars, quae ad Christianam doctrinam spectat) terribimas ab Oriente tenebras de-
pulerunt: quare & Basilus illam vocat pulcherrimam vniuersae doctrinae officinam.

Ac

Ac quidem Pantenus antea Stoicae philosophiae sectator, sentiens postea hanc, A
quidquid speciosius praeferret, sine Christi sapientia plus veneni, quam antidoti
continere, cum aduersus haereticos acriter disceptasset, atque ideo ad Indias mis-
sus, Brachmanas & Gymnosophistas atque alios philosophos vicisset, Alexan-
driam ad pristinum officium redijt.

Par ratio saeculis succedentibus est subsecuta; vt quocumque in loco celebri-
res Episcopatus fuissent excitati, ibidem aut scholae, aut Academiae nobiles infi-
tuerentur. Quin etiam coenobia Religiosorum hominum huic potissimum negotio
se addixerunt. Et Gregorius Magnus Britannorum gymnasia transtulisse ad mona-
stera scribitur, vt haereticis Pelagiana, quae tradebatur in scholis, extirparetur.

Iam Romanae vrbs, quod Religionis ac sapientiae primitias vna cum Petro &
B Paulo Apostolis exceperat, imperium a deo firmatum est, vt scepra saecularium Re-
gum sese demiserint ad pedes successorum vnius piscatoris; ferociiores autem, ac
quondam indomita gentes, ex Apostolica sede leges, ritus, libros, Antistites sum-
mo cum honore sint amplexae. Nec vero vllum Christianis monarchis diadema
integre traditum è caelo fuisse, iudicatum est, nisi à Christi Vicario in terris firmi-
tatem quoque ac robur assequeretur.

At & Hispania, quamuis ingentibus bellis atque calamitatibus à Saracenis affecta
fuisset, Fidem tamen ac dignitatem diuini obseruantia cultus, ac sapientiae studio
retinuit, aut recuperatam mirifice auxit. Salmantica, Complutum, Valledoletum, HISPANIA.
Granata, Hispalis, Corduba, Valentia, Eborae, Conimbrica, illustres habent
Academias; cumq. eruditissimis hominibus, ac liberalibus studiis affluant, stabi-
lissimum Fidei ac disciplinarum, non solum ijs Regnis, verum etiam disiunctissi-
mis ab orbe Christiano prouincijs lumen accenderunt: cumq. Religiosas familias,
tamquam subsidiarias copias, Deus huic operi tanto sustinendo identidem excita-
uerit, nemo est quin cernat, quam solida veritatis indagandae vis Catholicis ac
bene moratis gymnasijs constet, qua ingenia pascuntur, & ad alterum illud iuge
aeternitatis conuiuium parantur.

Verum enimvero, vt haec tanta praesidia sint; est tamen alia caelestis Academia, CAELESTIS
in qua vias suas diuina sapientia docuit, atq. etiamnum plenius exeunte iam mun-
do indicat; verissimum vt sit, quod ex Domini ore prodijt, dicentis: Pater meus
vsque modo operatur, & ego operor. Quas enim rerum perturbationes vbique cer-
nimus, non sunt verae turbae ijs qui sapiunt, sed scholae, quibus piorum exercen-
D tur, impiorum autem ab ignorantia reuocantur ingenia. Quas vt semper patere
intelligeremus; saepe nos Scriptura, saepe qui de prouidentia Dei perutiles edi-
dere labores, sapissime vero nos docuit euentus rerum, quae antiquitus accide-
runt. Anne praestatio vlla certior, aut ad veritatem assequendam liquidior esse
potuit, quam tot captiuitatibus & transmigrationsibus afflicti Iudaei, per quos ta-
men quae videbatur ijs illata calamitas, ea sapientiae iustitiaeq. Dei manifestan-
dis operibus mirifice inseruiebat? Sefaci Aegyptio Regi traditi sunt illi, vt sciant
(ait Deus) distantiam seruitutis meae, & regni terrarum. Ideo Deus (inquit
Theodoretus) Allophylis Arcam quidem tradidit, populi iniquitatem arguens
(nec enim oportebat legem propugnatorem suum facere eos, qui legem palam
transgressi fuerant) traditae autem maiestatem tuetur, Allophylos docens, quod
E non Deum vicissent, sed hominum iniquitatem. Propterea Dagon quoque, quem
illi ceu Deum adorabant (Idolum verò hic erat mutum, & omnis sensus expers)
ante Arcam corruere facit, & eundem cultoribus illius spectandum exhibet, vt
Allophyli discrimen discerent. Illi vero eundem stolide rursus erigunt; demum
autem ipsum collapsum vident, & eum adorant; deinde magna amentia ducti, &
discrimen videre nolentes, experientia magistra sapete didicerunt; & castigati,
& ignorantiae ebrietate excussa, Arcam, vt decebat, suis cultoribus remittunt; &
anathematis eam honorantes, castigationes suas praedicant; eosq. qui illam susci-
piebant, redivis modum docent.

B 3

Quod

Sexti DECI-
MI HVIVS SE-
CVLI à CHRIS-
TIO nato e-
ueta, & do-
ctrina mi-
tabilis.

Quòd si in hoc, quod prope iam elabatur, sæculum inspicimus, num vidimus vnquam vberiore diuinæ sapientiæ scholam? Prælia tot cum Turcis & gentibus; & adeo inter Christianos ipsos, ac cum hæreticis commissa; tot pro cuiusque affectibus, aut culpa reportata, vel amissæ victoriæ: hæresum numerus tantum non innumerabilis: quæ tamen hæreses, nolentibus, ac ne cogitantibus quidem hæreticis, peperere insignem martyriorum copiam; scripta nobilissima; Patres emendatos, cum per Fidei hostes, aut iniuria temporum, varij errores in eorum opera irrepissent; Canones limatissimos; absolutissimam (post Lateranensem, Leone X. Concilium) Tridentinam Pio III. Pontifice Synodam; reformationes optimas; Seminaria denique & Collegia catholica genuerunt: iam Religiosæ familiæ, anti- quæ ac recentes, quæ in orbem vniuersum ad animas è satanæ faucibus eripien- das, quasi veloces Angeli conuolarunt; sceptraq. & Regna, quæ ipsis conspexi- mus oculis cadere, quòd catholicam explodi Religionem permisissent; admini- strationes perturbata, atque confusa, quòd antiqua illa & sapiente relicta, Ma- chiauellica feci adhæserint: tot libri hæresibus & atheismo scatentes, qui emissi sunt ad cæcitatem plectendos eos, qui tenebras magis quàm lucem dilexerunt: tot è contrario doctissima edita volumina propter eos, quos in Fide perstantes verita- tis splendor reddidit perspicaciores. Hæc, inquam, & alia, quæ mox dicenda erunt, quasi lucidissimi radij humanas ita mentes collustrarunt, vt in promptu quis- que habeat, quod inde addiscat aptissimè.

NOVI ORBIS
dignissima
considera-
tio.

At, vt antiquiora omittamus, emerfus penè ex Oceano, ætate nostra, nouus Orbis quantam non gemmarum modo atque auri, verum diuitiarum sapientiæ Dei copiam exeruit? Inditum autem duobus Hispaniæ ac Lusitaniæ Regibus deside- rium eos remotissimos tractus peruestigandi, quantos veterum philosphorum erro- res sustulit, & quot veritatis recessus abditos patefecit? Tot quidem animarum myriades per id desiderium, tamquam per escam ad salutem allecctæ, non tam fe- cerunt, vt Ecclesia ipsa, quæ hæresibus contaminata, videri iam poterat moribun- da, reuiuisceret, quàm vt verissimum experiremur quod vir sanctus olim scripsit: Ecclesia (inquit) dum persequitur, floret; dum opprimitur, crescit; dum con- temnitur, proficit; dum læditur, vincit; dum arguitur, intelligit; tum denique stat, cum superari videtur.

Philari.

Cum igitur Occidentales & Orientales Indiæ in vnum postea Regem coiuisent, animaduertimus denique sapientissime omnia à Deo effecta fuisse. Philippinis enim insulis inuentis, cum proxima iam Lusitanicis aliis tractibus ingentibus esset Catholici Regis ditio, sub vnius imperio nunc fit, vt sublata contendendi occa- sione, ratio sit facilius animos in officio continendi, ac Religionis cum sapien- tia propagandæ.

Heb. 4.

Matth. 10.

ἐκ δὲ τοῦ

ἐπιμα.

Πλαδ. 8.

24.

Summa hæc esto: Omnia nuda & aperta Dei sunt oculis; quiq. hunc mun- dum sine vlllo labore creauit, eundem sapientissime absque molestia tueri ac re- git. Et quidem sic regit, vt res etiam singulas, harumq. omnes actiones integrè procuret, nec res vlla maxima, minima, sine illius voluntate geratur; quem & ipsi Ethnici negare non potuerunt, quin oculum haberet vindicem, & aurea illa li- bra vniuscuiusque opera penderet, ac quasi è duobus dolijs bona malaq. deplueret, ipsamq. à nemine cerni dicerent, cum tamen cuncta intueatur. En igitur Deum; qui vt paterfamilias, duces suis adhibuit liberalissime: vt vero magister, atque ante omnes æternitates in splendoribus genitus, innumera mentibus obiecit lumi- na, vt & potestatem dederit nobis, vt filij Dei efficeremur: quamobrem iure summo poscit, vt ingenti animo & alacri ad excipiendam cum Religione sapientiam oc- curramus. Nam si sterilitatem culti ab se agri odit agricola; sane multo magis ode- rit Deus animos, quos tam sedulo excultos viderit in sui dedecus (vt ita dicam) infœcundos.

HVMANÆ

HUMANÆ MENTES AD SAPIENTIAM
& Religionem condita, ac tot munita præsidijs, cur à
veritate deflexerint. Caput I.



ED quænam causæ sint, cur mens humana ad sapientiam & Reli- gionem condita, totq. ad eam munita præsidijs, neque veritatem conquirat, nec quæsitam consecetur, & verò defectat in vanitates atque insanias falsas; permirum profectò est. Eò certe quòd præ- ter inditum à Deo sciendè desiderium, incitari adhuc acrius potest vel abijs, qui cum nihilo maiores essent hominibus, in summos viros euaserunt; vel incendi honore, qui virtutem etiam in hac vita, vt umbra cor- pora consequitur; vel adduci publico priuatoque patriæ, suæq. familiæ bono; vel affici liquidissimarum dulcedine voluptatum, quibus animi maxime aluntur; vel (quod caput est) æterno visionis & fruitionis æternæ præmio inuitari. At multo mirandum est magis, quòd cum pecuniam & vitam ad verum indagandum impendimus, ipsius tamen aliqui fiant hostes acerrimi, vt mordicus incertissima dogma- ta retinentes, pro his depugnent tamquam pro aris & focis; quin etiam sangui- nem interdum effundant. Quid? Id, quod esse falsissimum, certissima Religio, veræq. lumen Philosophiæ monstrarunt, quodq. exitus habuit infelicissimos, ita quorundam sensus peruasit, vix vnquam vt ab eo possint auelli, nisi extraordina- riam Deo supponente manum, celeriter in viam redeant, quæ rectissime du- cit ad vitam.

Tres igitur tanti istius damni principes sunt causæ, ita necessario prænoscente, vt quemadmodum morbi, cognita origine, facilius curantur; sic causis illis perspe- ctis, facile possint, quæ præcessere incommoda, anteuerti, vel imminetia auerti: Tum vero huius nostri laboris vsus, disciplinarumq. tractatio erit, Deo adspiran- te, dilucidior atque vtilior.

Tres illæ sunt: Peccati labes, quæ mirifice hebetat mentes, ac cui faces submi- nistrant satanas, mundus, & prauis identidem affectus: Quòdq. antea non dispici- tur, ecquid ferre valeant humeri: Nec sedulo deinceps, nec qua decet metho- do, nec vnde oporteret, excoluntur ingenia: nec vero doctrina vel sobrie, vel ad vsum hauritur.

Priorem attigit Deus. Nonne (ait) lux impij extinguetur, nec splendet flam- ma ignis eius? Et alibi: Qui posuerit immunditias in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam interro- gans per eum me: respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas Prophætæ erit. Ac profectò ita res habet. Nam & quantacumque emineat arbor, hæcque floruerit, ac fructus quoque tulerit vberes, si vermis in radice lateat, non potest non exarescere, aut amarorem per omnes ramos & fructus, perq. ipsa fructuum semina diffundere. Auerroes, ille quidem impius, atque à veræ philosophiæ semita non vna in re aberrans, vi tamen veritatis actus, castitatem & reliquas virtutes, quæ carnis petulantiam coercent, falsus est plurimum ad scientias speculatiuas comparandas afferre adiumenti.

Ceterum cum gradus sint multi, per quos ad domicilium veritatis ascenditur, non est (ait Lactantius) facile cuiuslibet euehi ad summum. Caligantibus enim veritatis fulgore luminibus, qui stabilem gradum tenere non possunt, reuoluuntur in planum. Porro cum primus sit gradus, intelligere falsas religiones, vt eas & de- testemur, & declinemus: secundus, quòd vnus sit Deus summus, cuius potestas ac prouidentia effecerit à principio mundum, & gubernet in posterum: tertius, cre- dere in eius Filium, quem legauit in terram, cuius ope ac doctrina liberati ab er- rore, quo implicati tenebamur, formatiq. ad veri Dei cultum, iustitiam discere-

mus:

Job. 18.

Ezech. 14.

In 7. Pég.

Lib. de Ira

Dei.

mus; quartus, in sanctitate & iustitia eidem seruire omnibus diebus vitæ nostræ: A
haud mirandum est, si de priore gradu excusati fuerint, qui ad colendum Deum non
se contulerunt, sed mundi elementa suspicientes, cælum, terram, mare, solem,
lunam, ceteraq; astra venerati sunt. Sapientia enim simul cum Religione colitur,
vbi vita, & actus omnis ad vnum caput, & ad vnum summum refertur. De secun-
do autem gradu deciderunt, qui cum vnum esse Deum consensissent, hi tamen à
philosophis quibusdam irretiti, & falsis argumentationibus capti, aliter de vnica
illa Maiestate senserunt, quàm veritas habet. De tertio præcipites ruerunt, qui
cum nossent Filium Dei redemptorem omnium, ac volentem omnes saluos fieri,
tamen aut non admiserunt, aut aliter acceperunt, quàm recta postulat fides. De
quarto præcipitarunt & præcipitant plurimi, qui cum mentes & corpora foedarunt
& foedant turpitudinibus, intueri nequeunt Deum, ac veritatem, quam soli mun- B
di corde recte videbunt.

Iam quod ad satanam, mundum, & affectus attinet, qui cœnum intermiscunt,
ne pulchritudo sapientiæ cernatur & ametur, id primo statuendum est; dæmonum
inuidia nil intentatum relinqui, quo nobis subtrahat lucem, quam ipsi deperdide-
runt. Nam etsi (quod S. Thomas inquit) naturalis in ijs haud sit imminuta cog-
nitio; ea tamen quæ per gratiam & reuelationem infunditur, aut prorsus ab ijs abest,
aut imminuta est; cum affectiua, quæ diuinum gignit amorem, omnino sit in ijs ex-
tincta. Quare & Patres optime censent, vires illorum esse ligatas; intellectionem
autem peruersitate affectus & voluntatis magna ex parte obscuratam.

Cum itaque (vt optimus vir inquit) diuinum diabolus in homine formando spe-
ctasset artificium, vt hic miro tum veri intelligendi, tum pulchri boniq; adipiscen- C
di studio teneretur; cerneret autem hominem ipsum non posse, nisi in Deo, qui
ipsissima veritas, pulchritudo, bonitas est, conuiescere, atque beari; nil autem
esse, quod felicitatem nobis queat adimere, nisi amorem in Deum adimat; qui sa-
ne amor non nisi sublata Dei cognitione amitti potest, aut eripi; quantis potuit ma-
ximis viribus connifus est, vt cognitionem hanc in animis nostris vel imminueret,
vel funditus euertiret. Euerit principio tota non poterat. recens enim mentibus
impressa penitus infederat: quamobrem operam dedit callidissimus serpens, vt il-
lam imminueret, ac sensim labefactaret. Quod sibi successurum sperauit, si posset
primis parentibus persuadere, Deum non benevolentia, sed inuidia impulsu pro-
hibuisse, ne arboris illius, qua boni maliq; scientia continebatur, fructibus vesce-
rentur. Quod enim illis interdictum fuerat vt Deum cognoscerent, cognitumq;
diligenter, atque felices essent, ipse persuasit, idcirco fuisse vetitum, ne Dijs simi-
les, beatiq; forent. Qua fallacia decepti, ex amoenissimo illo deliciarum loco in has
miserias detrusi sunt; & ignorantia tenebris circumfusi, tantum diuini amoris,
quantum Dei cognitionis ob peccatum sibi detraxerant, amiserunt. Hic verò ma-
gis adhuc incautos, & insidijs expositos, Deiq; formidine plenissimos adortus,
occasionem arripuit, qua nos diuersis rationibus impugnaret. Fingens enim cala-
mitates nostras omnes ex inani Dei metu pendere, quo dies noctesq; discruciabatur;
eò nos præcipites impellere conatus est, vt nullum esse crederemus Deum. X
Verum quia paucis id poterat persuaderi, diuinam illam imagine mentibus humanis
instita, quæ tamen propter peccatum infecta, non tamen prorsus erat extincta, re-
pugnante; faciliorem illam aggressus est viam, vt pro vno veroq; Deo multos & E
fallos, & hominum cupiditatibus obsequentes introduceret. Quæ quidem fraus
sic illi è sententia celsit, vt totum propemodum orbem inuaderet, & gentem etiam,
quam sibi Deus vnã ex omnibus delegerat, corrumpere & inquinare. Verum
cum versutissimus hostis speraret iam se, quæ optauerat, perfecisse, nec homi-
nes posse perfectam amplius cognitionem veri Dei asequi; tum verò clementif-
simus hominum procreator, manuum suarum opus miseratus, audacissimi aduerla-
rij dolos detexit, vim comminuit, & dominatum euertit. Misit enim Filium suum,
qui tenebris ignorantia discussis, veritatis lumine mundum illustraret. Hic homi-
nibus

A nibus persuasit, Deum non eorum commodis inuidere, sed nihil magis cupere,
quàm vt essent in perpetuum felicissimi. Sic enim homines dilexisse, vt se Filium
vnicum daret, qui morte sua genus humanum vindicaret in libertatem; vt omnes,
qui sibi fidem haberent, vitam assequerentur beatissimam ac sempiternam. Hanc
autem vitam in eo sitam esse, vt ipsum verum Deum cognoscerent, & se, qui ab
eo missus esset, Iesum Christum. Ad quam veritatis cognitionem velle omnes
homines peruenire.

VARIA ESSE HOMINUM
ingenia. Caput III.

B ENIO ad alteram causam, quam in eo sitam diximus, quòd an-
tequam ad studia scientiarum conferunt se adolescentes, non
dispiciunt ecquid ferre valeant humeri. Quod quidem tanti es-
se ponderis Plato existimauit, vt eminentissimum supra reliquos
magistratum esse dixerit instituendum, ad quem ingenia exami-
nanda (præsertim puerorum atque adolescentum) adducerentur: Aristoteles
autem non parum, sed totum Reipublicæ bonum in hoc positum
esse asseruerit. Primo igitur de varietate ingeniorum, mox de necessitate ac ra-
tione singula pernoscenti agemus; vt deinceps, quæ cuique cultio adhibenda
sit, ordine dicatur.

C Ingenium ea indoles est, qua facile, vel difficulter res aut artes addiscuntur.
Naturam qui vocarunt, non eam intellexerunt, qua forma qualibet substantialis
designatur: quæ cum det esse rei, principium operandi est. Quo item nomine qui
particeps rationis est animus natura dicitur; quo cum informemur, idem quoque
principium est omnium, quas edimus, operationum. Cum autem animi, de quibus
agimus, eadem perfectione essentiali sint omnes, siue sapiant, seu desipiant; sane
natura hæc, ingenium non est. Vnum enim esset in omnibus. Quamobrem Ari-
stoteles, atque alij, Naturæ alteram notionem tribuerunt, quæ (cum per eam fiat,
vt habiles vel inhabiles simus) existit è quattuor primarum qualitatum temperatu-
ra, calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ; vnde & ingeniorum varietas prodit. Quin
& eiusdem hominis, vel pueri, aut adolescentis; vel viri, aut senescentis, varia
cernuntur studia, quæ manant è diuersis atatum temperamentis. Vt qui puer tan-
tum non distabat à bruto, is postea grandior factus miram ingenij vim, demum
& fortitudinem vir, ac prudentiam ostendat senex: alij vero, qui viuiores appa-
rebant, postea stupidi, aut stipes pene fiunt. Ac non desuere qui, cum summo fuis-
sent ingenio, scientijsq; præstarent, partim omnia, partim pleraque dediticinerunt.

At hæc vel morbo, vel cultura defectu, vel contrario habitu, vel miraculo constat
accidisse. Notum est illud Messallæ Coruini, qui è diuturno morbo nominis quoque
sui oblitus est. Corruptione enim interioris sensus, quæ dicitur phantasia, scientia
penitus corrumpi potest. Sed de cultura defectu postea, cum ad id, quod tertium
huius capitis membrum est, veniemus. Contrario autem habitu, quem quis ca-
ptiosa ratione deceptus induit. Miraculo, quali donatus est Albertus Magnus à bea-
tissima Virgine, cum quinquennium ante mortem omnino quæ didicerat, ignora-
uit; quippe qui ab eadem Virgine impetrauerat, ne se in philosophorū opinionibus,
sed in ipsa Christi fide ac charitate fineret mori. Plato autem ad tres causas refert
ingeniorum diuersitatem; ad humanam, naturalem, diuinam. Humana, vt sit, lex,
educatio, consuetudo diuersa. Naturalis, elementorum atque alimentorum
varietas. Diuina, siderum Angelorumq; potestas. Quem in locum Ficinus, Me-
mento (inquit) vim omnem atque motum à superioribus in nos descendentem, sem-
per ad bonum suapte natura conducere, quandoquidem & cælestis influxus tendit
semper ad bonum. Sed neque tu hic vel rigidiorum hominum tristitiam & parsi-

Lib. 1. de Re
pub.

Plin. lib. 7.
cap. 24.
Solinus. c. 7.

Tostatus 9.
11. in cap. 3.
lib. 3. Reg.
Ferdinand.
Castillus 1.
cent. histor.
Dominicani
ord. nis.
Plato. dial.
5. de legib.
versus finē.
Marfil. Fic.
in argu. dia-
logi 6. de la-
gibus.

mo-

moniam reijcias in Saturnum; vel temeritatem ferocitatemq. in Martem, vel A fraudulentam malitiam in Mercurium, vel lasciuos amores in Venerem. Quid vero si Saturni grauitas in nobis complexionis naturæ, nutritionisq. & educationis vitio, in simile quiddam grauitati vitium conuertatur? Similiter magnanimitas Martia in audaciam magnanimitati quodammodo similem? Mercurialis industria similiter in malitiam? Venerea charitas in libidinem? Nonne sub Solis radijs, qui natura sua ad videndum conferunt & viuendum, quotidie accidit, alios visum, alios vitam amittere: & qui in aere libero salubriter calefaciunt, in concauis vrunt? Quemadmodum vero sub benefico radiorum influxu ob inferiorem naturam resultat alicui malum; non vniuerso; sic sub stellarum viribus naturâ bonis, atque sub numinum muneribus optimis potest interdum inferioris vel naturæ vel consuetudinis vitio, vitium vel corporis vel animi suboriri. Nihil vero vniuerso vitium, aut malum: quemadmodum in concentu secunda, vel septima vox; quæ seorsum audita dissonat, interim coniuncta ceteris consonat vniuerso.

Alex. lib. 4. cap. 13.

Et hæc quidem Plato & Ficinus: cum & Hippocrates de aere, aquis, locis edisserens, ex ijs diuersitatem ingeniorum effici dixerit. Ac cum diuersos populorū mores Alexander ab Alexandro referat, idq. quod Apostolus è Menandro aduersus Cretenfes scripserat, fuerit etiam prouerbio eo confirmatum, *τρία κάρπια κρη, κρη, κρη, κρη, κρη, κρη, κρη*: nempe tres hæc litteras, c c c, esse malas, quibus Cretenfes, Cilices, Cappadoces indicarentur, hæc q. omnia ante Christi aduentum, peccato in omnes inualefcente, verius dici possent: postquam tamen eius benignitas apparuit omnibus hominibus, & claudi sicut cerui (ait Propheta) salierunt, & quæ erat in aridam, facta est in aquosam; nemini ad capeffendum diuinam gratiam obfuerunt aer, aqua, locus, influxus siderum, orbium lationes, siue alia quæcumque; modo vocanti Christo aures & cor aperuerit.

Isa. 35.

A. R. hor.

Et Aristoteles quidem ingenia facit duplicia; alia, quæ à natura bene conformata sint, quæ diuidit in viuida, & stabilia: alia, quæ male; cum nimia vel mobilitas furorem, vel stabilitas stuporem gignit. Atque ad hæc sane capita quidquid ingeniorum est, non incommode referri posset, qualia sunt præcocia, vt in quibusdam pueris cernitur, quos *αισχροπραδας* vocauit Sophocles, quasi diceret viriperos, quos item Græci alij *διδόμους*, bene currentes; atque *διδάσκεις*, bene discentes dixerunt: contraria vero, serotina; magna item, parua, mediocria, felicia, infelicia, apta, inepta, velocia, tarda, acuta, obtusa: vt felix ille sit dictus, qui in se vno inuenerit & doctorem, & disciplinam, & docendi viam ac rationem, seq. ipsum D habuerit semper in sua potestate. Sane aliqui *αυτοδιδάκτοι*, quasi absque aliena disciplina eruditi visi sunt; quales sancti Augustinus, Antonius, Stephanus anachoreta, Bernardus; Ioannes item Picus Mirandulanus superiore exeunte sæculo, quem Naturæ miraculum vocauerunt, qui sola ingenij bonitate (narrat eius fratris filius Io. Franciscus) nullius fere præceptione, tutorum præceptorum subsidio ad quæcumque animum appellebat, ea affectus est. Sed tamen hi pene omnes *αυτοδιδάκτοι* potius dicendi sunt, quos peculiari priuilegio, sed tamen ipsis assidua mox oratione cooperantibus, Deus edocuit. Nam & præter Salomonem, de quo supra diximus, Beseleel, Ooliab, in templo ornando, Daniel, Hieremias, reliqui Prophetæ, atque Apostoli, Hor Aegyptius abbas, Maria Aegyptiaca, barbarus quidam Seruus, qui atate Augustini (vt hic ipse scriptum reliquit) litteras E ipsas nemine docente, triduanis precibus, vt sibi reuelarentur orans, optime didicit; Romualdus abbas eodem modo Psalmorum factus interpres; Ephræm Syriae eremita, cui Græci sermonis vsum Basilus Deum precatus obtinuit; Thomas Aquinas, cui (quod continenter faciebat) oranti, cum in locum Prophetarum difficillimum incidisset, affuere Apostoli Petrus & Paulus, qui sensum scripturæ aperuerunt; sanctus Franciscus, Ioannes Traiectensis, qui ab aratro vocatus ad Episcopatum, Rege Clotario, diuinitus litterarum & virtutum Ecclesiasticarum cognitionem accepit; Hildegardis Spanheimensis Abbatisa, quæ octoginta annos nata

Cap. 1. huius lib.

August. lib. 1. de doctr. Christiana.

Et docet examinandum esse, Multa vero omittenda, quæ processura non sint. Ait enim: *Desperat tractata nitescere posse, relinquit.* At certè (quidquid Galenus & alij senserint, mores animi sequi temperaturam corporis) vt negandum non est, tum inde, tum è causis extrinsecis aliquatenus animos inclinari; docendi sunt tamen (quod & nos faciemus, vbi agitur de Medicina) ne qui plus nimio eorum sententiæ adhærent, aliquam propterea vim arbitrij nostri libertati putent inferri. Neque enim (quemadmodum in Idea huius operis diximus) vlla fuit in Angelis iis corporum constitutio, qui à Deo defecerunt; nec in Adamo & Eua, qui facti sunt recti & perfecti, cur suo conditori non obtemperauerint: neque item scientiam tot rerum Adamus est consecutus, nisi quod vt boni omnis fuit ipse Deus dator, ita eorum quæ perpetrarunt, sponte illi met fuere auctores. Duo igitur hæc fundamenta sunt: Alterum, Vocatis à Christo seruis tradi bona, vel externa; opes, honores, amicos: vel corporis; nobilitatem, valetudinem, decorem: vel animi; virtutem, scientiam. Numerari autem ab Apostolo nouem donorum genera eorum, quæ Theologi gratis data dixerunt: Sermonem scientiæ, sermonem sapientiæ, Fidem, gratiam sanitarum, operationem virtutum, prophetiam, discretionem spirituum, genera linguarum, interpret-

A nata multa scripsit, Latini sermonis ignara, cælitus erudita; Catherina Senensis, Baptista virgo Genuensis, Teresa in Hispania paucos ante annos. Quæ eo libentius attuli, tum quoniam hostes ipsi Catholicae Fidei, iusto Dei iudicio, in suos liberos magnum istorum numerum & exempla contulerunt, vt nihil iam afferre possint excusationis, cur tantos viros à Deo edoctos reiectis hæresibus non audierint: tum vt cordati intelligant, diuersa quidem esse ingenia, at non tam è qualitatibus corporum, quàm è diuina prouidentia sapientissime vniuersum hoc pendere negotium; quæ de re postea adhuc.

Verum enimvero, quoniam & ad procurandam omnium salutem, non minus quàm ad humanas scientias edocendas plurimum profuerit, si noscantur eorum, quos veteres vocauerunt Barbaros, non eadem omnium esse ingenia: id quidem fufius erit dicendum, quum de Theologia controuersa cum Gentibus & Indis agemus; quo loco naturam noui Orbis, ac rationem procurandæ Indorum salutis, ex optimis & oculatis testibus, ac fids Dei operariis, ad eam tractationem retulimus.

S. Thom. in ep. ad Rom. c. 1. lect. 5. & 1. Cor. 14 lect. 2.

Accedit ad hæc omnia, quod philosophi, sed & ante hos diuina Scriptura, docuerant, seruii adeo nasci quosdam ingenio, vt vix aliud capere queant, quàm materiale quiddam, quod in hominum obsequium operantur. Natura seruos dixit Aristoteles, quos haud putat liberalibus artibus esse addicendos.

1. Politic.

Natura autem qui dicuntur serui, hi à reliquis distinguendi sunt, quos lex, aut conditio, quales qui in bello capiuntur; vel emptio, vel merces, vel virtus, aut charitas faciunt, vt alijs alij seruiant. hi enim à disciplinis haud arcendi sunt.

Sed & Hippocrates dixit, quæ telluris ad semen proportio est, eandem scientiæ esse ad humanum ingenium; quæ neque vniuersa eadem est, ac quamuis aliqua pinguis & foecunda sit, excolenda est tamen, ac dispiciendum cui nam seminum sit aptior. At ne hoc quidem satis. Tempus enim sationi idoneum expectandum est; mox enatum semen expurgandum; multumq. in id impendendum laboris & temporis, vt maturefcat. Quin Clemens Alexandrinus cum animos nostros vocasset agros animatos, eisdem diuersitatibus, quibus sunt agri, subiectos esse homines ostendit. Nec Cicero secus censuit, qui dixit repugnare naturæ, esse hoc ipsum, quod est gigantes pugnasse cum cælo. Sategerat ille filium Marcum virtutibus atque scientiis imbuere, sed frustra: vt expertus in eo sit quod Aristoteles inquit, Vnum quodque recipi per modū recipientis. Quare & Poeta ille inquit:

Tu nihil inuita facies, dicesve Mimerna.

Horat. de arte poet.

Et docet examinandum esse, Multa vero omittenda, quæ processura non sint. Ait enim: *Desperat tractata nitescere posse, relinquit.* At certè (quidquid Galenus & alij senserint, mores animi sequi temperaturam corporis) vt negandum non est, tum inde, tum è causis extrinsecis aliquatenus animos inclinari; docendi sunt tamen (quod & nos faciemus, vbi agitur de Medicina) ne qui plus nimio eorum sententiæ adhærent, aliquam propterea vim arbitrij nostri libertati putent inferri. Neque enim (quemadmodum in Idea huius operis diximus) vlla fuit in Angelis iis corporum constitutio, qui à Deo defecerunt; nec in Adamo & Eua, qui facti sunt recti & perfecti, cur suo conditori non obtemperauerint: neque item scientiam tot rerum Adamus est consecutus, nisi quod vt boni omnis fuit ipse Deus dator, ita eorum quæ perpetrarunt, sponte illi met fuere auctores. Duo igitur hæc fundamenta sunt: Alterum, Vocatis à Christo seruis tradi bona, vel externa; opes, honores, amicos: vel corporis; nobilitatem, valetudinem, decorem: vel animi; virtutem, scientiam. Numerari autem ab Apostolo nouem donorum genera eorum, quæ Theologi gratis data dixerunt: Sermonem scientiæ, sermonem sapientiæ, Fidem, gratiam sanitarum, operationem virtutum, prophetiam, discretionem spirituum, genera linguarum, interpret-

Math. 25. Job. 31. Ecclef. 7. 1. Cor. 12

terpre-

interpretationem sermonum. Præter hæc, gratiam iustificantem vnâ cum virtutibus, quas infusas Theologi optimè nominarunt. Alterum: Quibus talenta dat Deus, id vnicique facere (vt idem ipse inquit Dominus) secundum propriam virtutem: nimirum quibus tradit vel vnum, vel plura, præbere etiam his vires, quibus eorum officium præstet: nisi per eos ster, ac sinant se abducia vero & recto.

Porrò nisi omnibus omnia det, dicendum non esse, Cur me fecisti sic? Sed vt cuique proprium esse colendum agrum, ex quo non plus, quàm deceat, tributum exigendum sit; ita summum fuisse donum, quòd Deus condiderit nos ad suam imaginem, libero donauerit arbitrio, quæ maxima ditio est; nemini ad cælum viam intercluserit, nisi vocanti obsurdescat; eundem esse Spiritum, qui singulis largitur vt vult: proinde corporis etiam incommoda plerumque superari, si tot caelestibus præfidiis vti velimus.

RATIO NOSCENDI INGENIA,

qua quibus artibus idonea sint. ex viro ingenioso.

Caput IIII.

HIS iactis fundamentis, ratio ingenia noscendi quærenda est; quæ quidem vna non fuit. Ac primò scite locutus est qui dixit, in Republica proxenetas esse istis inquirendis ac probandis necessarios. is fuit Plato, cuius dialogo de Scientia, cum Theodorus cum Socrate colloqueretur, sic inquit de Theæto: Difficile est admodum, reperire hominem ingeniosum simul, & præ ceteris mansuetum, atque virilem. Equidem nec fuisse vumquam existimo, nec esse video, qui ita natura sint instituti. Ceterum acuti, vt hic, sagacesq. & memores ac dociles, plerumque in iracundiam impetusq. præcipites sunt. prouunt enim atque raptantur, quemadmodum abique retinaculis naues; & furiosi potius, quàm fortes existunt. graues autem sæpe, cum ad disciplinas se conferunt, segnes, torpentes, obliuiosi sunt. Hic vero ita leniter, libere, suauiter, expedite, maxima cum mansuetudine ad disciplinas quæstionesq. graditur, vt nec lubricus quietusq. olei fluxus mollior & suauior videatur: vt mirum sit, tantum ingenium tam mature ista peragere. Hæc Plato, indicans moderata ingenia (quæ tamen sint perspicacia) esse scientiis apta. Aristoteles autem eum ait non posse idoneum esse auditorem ciuilibus philosophiæ atque moralium, qui ob iuuentutem diiudicare nequeat ex quibus & de quibus rationes conficiuntur. Adde (inquit) quòd cum perturbationes sequatur, frustra & inutiliter audiet. finis enim non cognitio, sed actio est: Interest autem nihil, iuuenis ætate, an moribus aliquis sit. non enim defectus penes tempus est; sed quia & viuunt, & singula persequitur ex perturbatione. talibus enim cognitio perinde atque incontinentibus inutilis euadit. Illis autem perquam utilis esse potest, qui secundum rationem, & appetitiones & actiones suas moderantur. Sic ille: qui si Christum nouisset, dixisset cum Paulo: Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. vel cum Iacobo: Quia si quis auditor est verbi, & non factor; hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Qui autem perspexerit in LEGB perfectæ libertatis, & permanferit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis; hic beatus in facto suo erit. Atqui & Salomon in maleuolam animam haud ingredi sapientiam, ante Platonem & Aristotelem testatus est.

At Ioannes Huartes libro De ingeniorum examine, disciplinas, quæ memoria comparantur, scribit esse, Grammaticam, Theoricam Legum, Arithmeticam, Theologiam positiuam. quæ vero intellectu, Dialecticam, Naturalem ac Moralem Philosophiam, Practicam Legum, eam scilicet qua causæ publice defenduntur;

Plato in
Theæto.

Lib. 1. Eibi
cor. cap. 3.

1. Cor. 2.
Iacobi. 1.

Sapient. 1.

Cap. 8.

Atur; Theoricam Medicinæ, Theologiam scholasticam. quæ autem cogitativa, siue dianœa, Artes ac Scientias omnes, quæ ad figuras, ad symmetriam & proportionem, ad harmoniam pertinent, has esse Poësim, Eloquentiam, Musicen, Practicam Medicinam, Mathematicam, Astrologiam, Administrationem Reipublicæ; Artes, Militarem, Concionandi, Pingendi, delineandi, scribendi, legendi, machinas excitandi; amanuensibus pluribus eodem tempore varia, re, ac procurandis negotiis acrem. Affert autem exempla. Nam si de vocibus (ait) loquimur; cum hæc non natura, sed inuentorum arbitrio imposta sint rebus, vix quidquam intellectus, memoria vero omnino cuncta efficit. Quod & in pueris cerni docet Aristoteles, quos facilius discere linguas, quàm grandæ natu, etsi hi ratione plus valent, res ipsa monstrat. Sic ille. At duo perpendenda sunt: alterum, posse hinc natu grandiorum ingenia deterreri à linguis addiscendis: alterum, existimari fuisse temere ac fortuito nomina rebus indita: quod sane falsum est, ac (si generatim accipiatur) diuinæ ipsi Scripturæ contrarium. Equidem in variis prouinciis expertus, quod ad primum attinet, in eam opinionem dudum veni, ætatem quidem puerilem non ob ipsam memoriam potissimum dictionibus alienarum linguarum addiscendis ac pronuntiandis esse aptiorem; verum facilius id consequi, quòd soluta aliis curis, feruentioribusq. animorum affectibus expedita, quòdq. tenerioribus organis prædita, minus patriæ linguæ assueuerit. Verum enimvero, si in idem incumberent prouectiores, multitudinèq. negotiorum deposita, sensuum item illecebras vel vocati ad religiosiorem vitam, vel sanctis sæpe Sacramentis cohiberent; tantum abesse, quin linguas addiscerent, vt etiam rectius & breuius quàm pueri assequerentur. Adest enim iudicium acrius, quo ex flexibus, & compositarum vocum deriuationibus docentur, ac ducuntur in notitiam plurimarum, quæ ex principibus tamquam radicibus existunt. Etymon illud est, quo affecuto, cetera pleraque non tam memoria, quàm iudicio comprehenduntur. Græcam linguam, felicem in componendis simul simplicibus vocibus, atque in epithetis apte concinnandis, quæ rerum notiones aut proprietates ponunt ob oculos, viri docti non immerito commendant. Ea de lingua nos fusus, vbi de Theologia cum Græcis controuersa agemus. De Latina quoque hic dici possent aliqua; tum quòd & à Græcis multa acciperit, qui à Phœnicibus litteras ipsas mutuarunt (quod postea planius erit attingendum) tum quòd inter Latinos, vt doctissimus, celebratus est Marcus Varro, qui de Latina lingua conscribens, origines eius attentauit elicere; vnde multa, quæ huc faciunt, suppeditantur; quamquam nec viri foetus integros habeamus: & vero in huius fragmentis nonnulla acutiores desiderent: non quidem illa, quæ spectent ad emendatiorem editionem (nam id olim præstitit Antonius Augustinus, cum Romæ, quæ extabant Varronis, emendatissima edidit) verum quòd natura verborum & dictionum ab eo penitus inspicere poterat. Vt paucarum vocum exemplo persuasum sit quod dicimus; lux à Latinis dicitur ea vis, quæ est in corpore lucido; Græca voce $\lambda\upsilon\chi\acute{\epsilon}$, vnde $\lambda\upsilon\chi\beta\alpha\varsigma$. at accidentis huius, quod quidam vocant diuinum, siue species, siue effectus, qui in aere ita cernitur, vt alibi terminetur, ac per colorem faciat visibilem superficiem; hanc inquam effectiorem, lumen appellarunt. Quo flexu, atque proportionè, plura quoque alia. nam à luce, verbum luceo; hinc lumen: vnde postea tot compositæ, siue dictiones, seu verba, quibus quasi mens illuminatur, vt rerum notiones & percipiat, & dicendo illustret. Ac Græci quidem $\mu\epsilon\nu\sigma$, quo designatur mens, deducunt $\nu\omicron\epsilon\acute{\iota}\nu$, quod est intelligere. A verbo hoc nostra vox illa, Nomen: ab ea verbum Nuo; cuius vestigia in compositis sunt. huius verbi opus est, Numen. sic lucis opera est lucere; opus lumen,

Varronem
dicitur;

men, quasi lucimen; sicut luna, quæ prius lucina fuit. Mitto quæ Plato in Cratylō, Eustathius in Homerum, Græcus auctor in Etymologico, Germani in componendis nominibus, ut Conrad (Conradum Latine dicimus) quod consilium audaciam significat; & recentiores alij in eruendis vocum originibus studere. Patet enim late campus, in quo non tam memoria, ut diximus, quam intellectus cum fructu collaborent. Certe cum notiones eæ sint, quas appellamus rerum species mente comprehensas, cumq. quod utique manus agit in materiam, hoc agat intellectus in notiones, quarum notæ sunt verba; quanto fuerit expeditior intellectus, ac proprietates rerum melius discreuerit, & quibus vocibus id efficiatur, fuerit affectus; memoriæ etiam ipsi suppeditabit, unde firmiter quæ apprehenderit, retineat. quod certe puerorum non est. Propterea & Aristoteles ipse in tradenda philosophia noua inuexit nomina, quæ plus iudicio, quam memoria indigent: & Philosophi nostrates hoc ipsum, Græcam imitati rationem, facere conati sunt: minus forsitan apte, quod Latinæ linguæ vim & causas omnes haud perceperant: at non prorsus inepte iis qui sapiunt, ac quibus ad res probandas incommoda est verborum circuitio.

Iam quod suspicari quis possit, nomina temere ac fortuito indita fuisse, cum arbitrio non natura dicantur imposita; sic sentiendum, & adeo dicendum est iis, qui sese linguis dant; Deum ipsum fuisse primum, mox Adamum, qui ea imposuerunt; summa videlicet ratione, non autem casu, nec pro cuiusque hominis arbitrio. Et Adamum sanè nominavit Deus variis nominibus, siue eo ipso quod Terrenum; siue Enos, & Isch; quorum alterum, obliuiscens, alterum significat virum. imposuit etiam nomina luci, cælo, diei, nocti. Adamus autem Chauæ, siue Euæ, filiisque, è quibus certa etiam num remanent eorum inter gentes vestigia nominum, quæ ab Adami posteris fluxere, qui in varias orbis partes commigrarunt. Ac cum Hebræa lingua omnium prima fuerit, inde Græci, Latini, ac plerique alij populi earumdem vocalium atque consonantium nomina, & idem pene alphabetum accepere, quod adhuc retinent.

Tost. q. 344.
in cap. 13.
Genes.

Tostatus sane tantæ eruditionis vir diserte inquit, Adamum accepisse à Deo linguam (quod ad alia omnia attinebat) perfectam; exceptis quæ ad animantium nomina pertinerent: cum autem plurimarum notitiam vocum diuinitus hausisset, eum nomina iisdem indidisse animantibus, quæ horum naturis congruerent, sumpta è diuersis causis, siue à propria differentia, siue à naturali proprietate, siue à motu, siue à figura, siue ab aliqua peculiari actione, siue à singulari aliquo & proprio accidente. Ceterum ut ut linguarum confusio sub Babelis turri secuta sit; aut aliâ inueterauerint, vel prorsus immutatae sint, aut irruptionibus externorum commixtae minus antiquum obtineant; id tamen certum est, in omni idiomate quædam esse tamquam primitiua, è quibus ratione plus quam arbitrio cetera deducantur: Platonem proinde monuisse, compositionem vocum res potissimum sacras spectantium, ad sapientes potius quam ad alios pertinere. Quamobrem & sapientes, & qui ratione utantur, rectius sæpe quam pueri linguas addiscent.

Plato in
Cratylō.

A *LATINAM ET GRÆCAM LINGUAM*

qui calleant, quiq. alia quadam nouerint, eos non esse inhabiles percipiendis speculatiuis scientiis, contra quàm Ioannes Huartes senserit.

Caput V.



B **ADDIT** Huartes, scientiis theoreticis eorum ingenia apta non esse, qui Latinam linguam egregie nouerint, vel in poetica excellant. Itaque poetas & eloquentes ablegat à philosophia, à Theologia scholastica, à Mathematicis. Accersit autem exempla è sancto Thoma, Seoto, Durando, Caietano: quibus non ueretur adiungere Platonem & Aristotelem; quippe quos omnes & intellectu plus ualuisse, quam memoria opinatus est; ac proinde nesciuisse eleganter scribere, quamquam (inquit) in speculatione præstiterint. At bonus uir toto errat cælo. Plus errant, qui versantes eius librum, non fecernunt uerum à falso; sicq. de ingeniis statuunt, ut auellant à studiis sublimioribus adolecentes, qui plurimum proficerent.

C Ac primum non negauerim, ad ueritatem eruendam requiri aciem mentis, quæ non sit obruta, vel hebes. Nam profecto actiones illæ, quas edunt intellectus & dianœa; quam vulgus (non tamen male) discursum uocat; facultates illas requirunt eximias: ut si cum aliquo disputandum sit, peruideant, ecquid positum sit in controuersia: si uero per se ipsi rem dispiciant; causas disquirant, ab effectibus in earum cognitionem ueniant, ex iis cognitis remeant ad causas; distinguant ambigua, diuidant, recte definiant, & colligant: si quæ non perspiciunt exitus, aperiant sibi tamen effugium: sciant uti propositionibus, quas dicunt reflexas, atque ad id, quod grauissimum est, deducant aduersarium: itidem argumentationibus aptis, quibus repellantur, vel dissoluantur, vel eludantur, vel retundantur hostium tela: purgetur nimirum putatis hinc inde obiectionibus ac rebus superfluis cortex, ut ueritatis nucleus prodeat purus. Sed ut hæc præstare nequeat uir memor, & probè loquens, pernegandum est. Ac cum Latinæ æquè ac barbaræ uoces mandari memoriæ possint; quidni Latinam, vel Græcam is discat, qui fordidas & obscurissimas percipit, quæ ne ab iis quidem omnibus intelliguntur, qui eas barbarè publice profitentur? Nam & diuinandum est sæpe, quid sibi uoluerint, qui eum ad modum locuti sunt: ac de uocibus crebrior, quam de ipsis rebus existit altercatio. Vsu autem res liquet. Nam qui de plebe ea in ciuitate commorantur, ubi apte loquuntur reliqui, non alia utuntur lingua quam ipsi nobiles; sæpe etiam elegantiore, cum (fucata relicta) natiuam retinent. Nec in sancto Thoma, ceterisq. Theologis culpanda memoria est, qua quidem enituerunt; sed tempus, quo politiores litteræ aut conciderant, aut in sacra eorum septa non penetrauerant, qui rebus potius quam uerbis, ac Deo plus quam humanæ gloriæ uacabant. De Platone & Aristotele prorsus falsum est. Stylo enim Platonico & phrasibus nihil in Græca lingua est elegantius. Aristotelem Cicero, qui fere non minus in Græcis, quam in Latinis fuit Orator, uocat aureum eloquentiæ flumen. Sed ut ab aliquibus male Latinus factus, aut ad Aueroem pessime ex Arabico uersum adiunctus, alia quam decebat facie apparuit; illiterati barbariem ei tribuerunt: præterquam quod in iis quæ ad naturalem potissimum philosophiam attinebant, concisior fuit, tum ex methodo breuitatem postulante, tum quoniam iis explicandis consulto obscuritatem adhibuit, quæ ne ipse quidem satis fuerat affectus. quamquam & ipsa rerum inquisitio specificarum differentiarum, interiorumq. expensio causarum,

C 2 quæ

quæ non sunt omnibus obuia, remotiorem ab usu communi dicendi exigunt modum. Moralia certe, quæ prima emisit Aristoteles in lucem, quæve methodi, styli, ac studij erga virtutem, magnum ipsi nomen conciliarunt (Socratis enim & Platonis opera, pars illa philosophiæ tum florebat) ita sunt nitide scripta, vt nihil supra. Reliqua, in quibus sensa animi apertius deprompsit, eandem ostendunt limam. Idem de Theophrasto, Alexandro Aphrodisiensi, Themistio, Simplicio, qui Platoniam & Aristotelis philosophiam apprime nouit, Ioanne Grammatico, Hammonio dici potest: vt eodem momento intelligatur bonas cum bonis linguis artes posse facilius, quàm cum barbarie copulari. At, si à Græcorum philosophia ad veterum Christianorum Theologiam accedimus, Clemens & Athanasius Alexandrini, Iustinus, Gregorius Nazianzenus, qui poesim cum scholastica iunxit, Basilius, Gregorius Nyssæus, Ioannes Chrysostomus, Eusebius, Theodoretus, ac plerique alij, licet non omnès à Græcia essent oriundi, quivè Patres ad septem priores Synodos conuenerunt, propriam & elegantem dicendi vim ad scientias adhibuere. Sin oculos in Africam & Europam ad eos conuertimus, qui penè scholasticæ methodi habentur auctores, præsertim ad Augustinum, ex quo Thomas ingentem Summæ pulcherrimæ partem in sua scripta contulit; ecquid aliud statuas, quàm scientias, vt factum est à Patribus, Latine; ac recte esse explanandas, ni velis cui loqueris, ne dicam & tibi ipsi, esse barbarus? Rhetoricos tamen flores excipio minime huc accommodos. Sed & qui ad prouincias ipsas, Hispaniam quoque respiciunt, quam Huartes affert in medium, quasi Latinæ linguæ (ait) incapacem, quòd ingenio ad contemplandum valeat; ne homini quidem illi assentient. Erat certe, cum minus humanioribus litteris excoleretur Hispania, vt videri hoc potuisset. Verùm id non ab ingenijs, sed inde acciderat, quòd præceptores deerant, nec Hispani his studiis sese dedebant. At iam ipsorum aliquot cum perlego, quæ hoc sæculo in manus hominum prodierunt, nec vim in dicendo, nec iudicium in recte exponendo, nec memoriam, quod ad dictionem attinet, desidero. Extat è pluribus, quos nunc taceo, Dominici Soti liber de Natura & gratia, quem in Tridentina Synodo emisit; & Melchioris Cani Episcopi Canariensis communes loci, qui ostenderunt, quid hoc in genere potuissent in reliquis, si voluissent. Domestica si licet intueri mihi, tamquam notiora, neminem pene cerno è nostris Theologis & Philosophis Hispanis ac Lusitanis, qui prelo sua commiserint, quin videam vberem atque interioriorem scientiam cum dicendi facultate coniunctam. Collegium Societatis nostræ Conimbricense in Lusitania Philosophiæ curriculum nouissime edidit, quo nescio an quidquam vel acriori iudicio, vel aptiore dicendi, vel sinceriore philosophandi genere vquam ad nos manarit. Petrus Fonteca (de quo post, cum philosophica suo loco attingam) Benedictus Perrerus, Gregorius Valentia, Franciscus Ribera, qui in duodecim Prophetas scripsit, Petrus Ribadeneyra, Iosephus Acofta, & ceteri an Latine scripserint, nemo tam rudis est, quin sentiat. Et Ioannis Azori, ac Ioannis Maldonati commentaria in plerasque diuinæ Scripturæ partes auidè expectamus, testatura quod dicimus. At eminentia illa Antonij Augustini, & aliorum ingenia, quorum labores Christianus orbis magno cum fructu excepit, ac certe Ioannis Viuis Valentini (paucis exceptis, quæ Theologi cordate monuerunt, vt ex eius operibus eximerentur) satis commentum Huartes euincunt; Hispanos autem ceteros accendent, vt, ne earum dotium, quas à Deo accepere, integram, in Dei ipsius gloriam, Latinæ (addo & Græcæ) linguæ simul cum scientiis iungendæ laudem aspernentur.

De amanuensis, qui ab aliis conducti dictata à professoribus excipiunt, quos ideo à scholis reiicit Huartes, quòd recte atque expedite scribentes, vix tamen quidquam intelligunt, infirmum iudicium est. Nam si victus suppeteret, ac professores adirent, cumq. aliis conferrent, quæ antea meditati priuatis in studiis

A studiis fuissent, aptiores forsan essent, quàm qui pecuniam ad scriptionem eis subministrant.

Nec verò admittit Huartes qui pingere, aut scribere scite operam dant, quibus cum facultas cogitandi inest, negat intelligendi esse vim illam acrem, quæ percipiendo vero fit satis. Quamobrem desperat istos fore vquam philosophos, siue Theologos. Dixerim ego, si quemadmodum scribendo & pingendo, species quæ in cogitationem cadunt, haud in ea sisterent gressum, sed intellectus in eas sese effunderet, nil obesse cur vtrumque aliquis capere possit. Ac quod de sermone dixi, posse videlicet nos elegantem æque ac inelegantem addiscere, sic de scriptione pronuntio, si quis rectius litteras, mox syllabas, & voces in tempore delineasset. At socordia sæpe nos plus quàm ingenij tarditas auocat ab iis, quæ bene initio percepta habitum gignerent. Atque vtinam aliqui id nolint, meruentes, ne quid sibi deinceps iubeatur grauius, quod ad scribendi officium spectat. Quin & audio non defuisse, qui vt doctiores haberentur, data opera pessimè scribere soliti sunt, quasi tota eorum mens contemplando absorberetur. Sed quidquid obstrepant, id certum est, quæ recte fiunt, sternere viam ad rectiora: iuuari autem assuetudine, & à doctoribus, manum & animum eorum, qui vtroque nolint abuti.

RATIO ALTERA TUTIOR

pernoscenti ingenia. Caput VI.



VETERES igitur philosophi priusquam in scholas & ad disciplinas altiores admitterent adolescentes, secus eorum pendebant ingenia. Pythagoras tum Arithmetica, quæ ingenij monstrat acumen, tum quinquennij silentio indicto: Plato si Mathematica prius didicissent: Socrates vero eos loquentes audiens; quare & dicebat: Loquere, vt te videam. Diogenes Cynicus querebatur terrena vasa non emi, quæ antea tinnitu non explorarentur; solo autem aspectu contentos esse qui emerent hominem. Obseruabant alij alia. Protagoras Abderites puer ligna in fascem compendiose posita, & ratione quadam Geometrica, librata humeris expeditissime gestabat, quæstus causa: Democritus philosophus compositionis gratiam admiratus, fascem soluere, & de nouò componere iussit. quod cum Protagoras sine cunctatione fecisset: Adolescens (inquit) cum ingenio valeas, me sequere, vt maiora melioraq. addiscas. Aristoteles præloquiis, seu procemiis scabrosa & ardua proponens, stupidos & negligentes arcebat, inuitabat autem viuidos & perspicaces. Bion pueros deliciores haud putabat disciplinis idoneos, tenellum caseum inquiring hamo non attrahi. Atheniensibus is erat mos (inquit Gregorius Nazianzenus) vt adolescentum patientiam primo pertentarent. Cuius fortasse nonnullum vestigium reliquum est in quibusdam Europæ Academijs, quod vocant pupillatu eximere studiosos. Quæ cum antiquitus virtutis aliqua esset probatio, deflexit alicubi ad licentiam, peccandi. & ebrietatis ansam: quare & ad pristinum statum, qualem Christianos decet, esset ea probatio reuocanda. In qua si quid pecuniæ (quod ceteri studiosi solent) extorqueatur à tyronibus, quibus id commode liceat, id in pauperes scholasticos alendos honesta in domo, vel Septentrionalium excitato Seminario tribuendum esset. Sic enim diuinæ sapientiæ liberalitatem in persequendis studiis demerentur. Alij igitur à parentum educatione, à prælagijs aliquibus, à propensionibus, quas Aristoteles vocat ἀποδιδασκαλίαν, quænam futuræ essent indoles, iudicarunt. Origenes (ait Eusebius) cum adhuc esset puer, de abditis Scripturæ sensibus Leonidam parentem,

Laertius li. 4. cap. 7.

Greg. Nazianzen. in Monodia.

Euseb. lib. 6. cap. 3.

Suidas.
Gilbertus
Cognatus
lib. 6.

de causis autem, atque instrumentorum vsu opifices fatigabat. Aesclepiodotus Alexandrinus à puero miracula naturæ obseruabat, eademq. accuratissime inquirebat de opificibus, quæ Origenes. Sanctus Nicolaus Myra Episcopus in Lycia adolefcens ad lectiones sacras adibat, dum ceteri lusibus vacabant. Carolus Bonromæus Cardinalis, cuius memoria recentissima est, altaria domi puer excitabat, ac coram iis sæpe procumbebat. Galenus Pergamenus tantum non excedens ex ephæbis methodo operam dabat. Andreas Vesalius nostro sæculo vix euaserat ex infantia, cum mures dissecaret. Hi igitur, & alij, iudiciis alijs, quantus quisque in varijs studiis futurus esset, monstrarunt. Sane nullo vniquam tempore defuit Deus, quin edere sineret argumenta ingenij eum, quo ad publicum bonum vti vellet, nisi is alio peccatis rueret. Quare & interrogandi essent parentes, vel susceptores, ecquibus rebus filij eorum libentius hærebant pueri; **B** tum pro captu, si propensio ad bonum esset, vnusquisque duceretur. Quinetiam haud facile iudicium ferendum est, vbi inuicem similia videntur ingenia. Mirum enim est quot quemque circumscribunt hominem, quasi proprietates indiuiduæ, quibus inuicem quisque ab altero differt. Nam qui erga Iurisprudentiam affici visus sunt, aut Medicinam, horum Theoriæ alter, praxi alter: sic qui erga Theologiam, hic positiuæ, Scholasticæ ille euasit aprior. Quemadmodum igitur quæ extrinsecus speciem habent simillimam (qualem habent inter se candidum sal, faccarum, farina, calx, contusa optime omnia) facile sensum oculorum fallunt, nisi gustatus adhibeatur; sic plerumque in quibus videantur eadem esse ingenia, interiore disquisitione indigent, vt probè noscantur.

Gustatus porrò harum rerum interior, quando nobis, qui in Christi luce versamur, palatum sanatum est, rectius ad hoc negotium adhibebitur, quam fiebat à Gentilibus. Cum enim dicat Apostolus, à spiritali diiudicari omnia, etiam quæ profunda sunt Dei; è Christiana & spiritali schola petenda est vniuersa hæc ars pernoscenti ingenia commodissimè.

Artis ratio duplex: altera qua commixti Ecclesiasticis laici, quasi totam rem administrant, Episcopo tamen (qui solet esse Academiæ Cancellarius) præside, atque adscitis qui pro tempore eliguntur, Rector (vt vocant) vniuersitatum, & Consiliarij; altera spectat ad ea, quæ sunt vel Canonicorum & Capituli, vel cœnobiorum, vel aliarum Religiosarum familiarum seminaria, siue Collegia, quæ tamen docendæ iuuentutis publicam curam susceperunt. Quæ quoniam ad culturam ingeniorum pertinent; quod est tertium ex iis quæ proposueram; ideo non ita multo post de re tota planius. Nunc sat fuerit, ne quis ingenij, temporis, bonorum decoctor sit; & vt quam quisque artem aptius est amplexurus, in ea se exerceat; vt animo quæ dicturi sumus insculpat. Nimirum primo:

Ne Aristotelem quidem latuisse, mortalibus à Deo cuncta communicari, quorum etiam causa sit efficiens. Quare, vt qui cupit aptum ad horas pulsandas horologium, is rectè conuenit ad artificem: sic qui ingeniorum delectum habet ad disciplinas, eat ad opificem, qui maiore sapientia nos condidit, quam alter ille fecerit horologium. Dissertit Philosophus de intellectu, de scientia, de manu, de organis multa, vt acutè & apposite, sic etiam vere. Duo, ait, diuinitus collata sunt homini; corpori manus, animo mens. Nam & hæc naturæ nobis indita, quasi organum quoddam est intrinsecus. At extrinsecus tamquam organa sunt scientiæ & artes, quas paramus & acquirimus. Quare quod manus corpori, id intellectui mens est: vtraque vtrique vtriusque organum. Nam & manum inquit instrumentum esse instrumentorum; intellectum autem speciem esse specierum.

Deinde sibi certò persuadeat, Deum, qui quoniam nos condidit, optime nouit quid sit in homine, docere nos verissimum ingeniorum examen; ita vt qui eo relicto, prudentiæ tantum suæ velit inniti, in ipsa planitie lapsus sit. At certe qui secus fecerit, sæpe ad Academias se conferet, vt, quod aiunt, Doctoratus insignia

Arist. 30.
Seditione.

Arist. 3. de
Anima.

A signa suscipiat, sibiq. apud homines conciliet famam, qui mox cœno turpissimo peccatorum confuscatus, nec vlla sapientia imbutus, redibit ad suos: aut certe, quod sæpe hîsce quoque annis accidit, interfectus iacebit in plateis; ac Deo & hominibus pessimum sui relinquet odorem; præter æternam illam, quam daturus est, pœnam, si sine Deo, sine lumine, sine pœnitentia emigrat è vita. Quibus igitur hæc fuerit cura Principibus, Magistratibus, parentibus, tutoribus, præceptoribus, Confessarijs, amicis; hi in toto hoc negotio ingenia perpendendi, sibi ponant ob oculos creationis nostræ finem: qui in eo situs est, vt qui litterarum studijs sese daturi sint, SALVTEM IN DEI GLORIAM consequantur. Quamobrem & diligenti peccatorum (etiam totius vitæ antea actæ) exhomologesi expiati apud sacerdotem, eò rectissimè tendant, quod senserint & potissimum placere Deo, ac sibi ipsis condu-

B cibilius esse ad salutem. Tum vtrinque rationes expendant, quas mox sacerdoti pio, prudenti, erudito communicent, vt diuinæ oblatas sapientiæ & ipse perpendens, dicat quid senserit. Sic enim rectè cupienti non subtrahet Deus lumen suum. Cum è contrario omnem temeritatis limitem ea excedat cogitatio, qua opinatur aliquis fore, vt seipsum Deus concessurus sit ei, qui semetipsum Deo subducatur, & oculos claudat. Sane quod ad finem eum sibi proponendum attinet, tantum eius esse vim scripsit Basilius, vt cum nemo (inquit) ex arte laudem consequatur, nisi eandem artem, in qua se exercuerit, ad eum ipsum finem perducatur: ita hic si negligatur, cuius gratia quidquid cogitamus, molimur, agimus, faciendæ sunt, non solum proxime accedimus ad bruta, verum etiam nostræ mentes, veluti sine arte nauigia, quibus desunt qui clauum regunt, aut temere huc illuc omnino circumferuntur, aut denique scopulis illisæ miserrime naufragium patiuntur. Et hæc quidem Basilius.

Id vero etiam cogitandum est, eum qui nobis indidit mentem, corporiq. absque vlla ipsius cooperatione constructo, & varijs qualitibus prædito infudit, posse item ad maiores gradus euehere nos, atque efficere, vt quæ ex ipsis qualitibus existunt in nobis difficultates, superentur, aut ad certam temperationem redigantur: siquidem nouæ frequenter illuminationes emanant ex illa diuini splendoris abyssu in Angelicas mentes; & quanto puriore & eminentiore natura pollent, tanto excellentius conuertuntur ad Deum, sanctis autem iis donis perpetua cum datoris laude vtuntur; quamobrem pleni harum illuminationum, eas alijs subministrant; quorum desideria, vt dictum est, ad altare diuinum erga salutem nostram seduli offerunt. Iam ipsum intellectus donum, quod è septem Spiritus sancti est vnum, mentes nostras attollit ad ea noscenda, quæ solo naturali lumine numquam assequi, nec intime potuissimus indagare: videlicet hoc dono in fide constabili-mur, atque ad diuinam gloriam procurandam impellimur; permouemur item ad salutem proximi, atque ad contemplandam in creaturis altitudinem, sapientiam, & bonitatem Dei; non humanis quidem argumentis, quæ ab effectibus perducunt nos in notitiam causarum, sed interiore quodam lumine superinfuso; ac denique per eum fit, vt ab eo magistro in primis pendeamus, à quo magisterium omne, ac disciplina, scriptaq. & libri, in quibus veritas aliqua sit, profecti sunt. Ipsi in æternum gloria. Amen. Et à Dauide quidem enixe hoc intellectus donum ad diuinam intelligendam legem expetebatur: quod multo magis faciendum est nobis in percipiendis iis scriptoribus, qui cum de scientiis humanis egerint, populos à diuina lege, atque à veritatis semita auerterunt. Hinc itaque factum est, vt non solum Prophetis, Apostolis, & quibus extraordinarie sublimium scientiarum munus collatum est à Deo, verum etiam alijs ad humanas ipsas disciplinas diuina se manus exeruerit, iis, qui demisse ac cupide vota sua Deo obtulere. Alberto Magno, qui capere philosophica non poterat, quoniam certis quotidianis precationibus à beatissima Virgine hoc flagitabat, certis item condicionibus concessum est. Ac neminem pene latet, oratione plus quam studiis eò scientiarum Thomam Aquinatem euectum fuisse, quò nescio an aliquis vllus peruenerit, ne dicam al-

FINIS STV-
DIIORVM
QVI NAM.

Basilius lib.
Quomodo
legendi sūt
Eibnici au-
tores.

tius


tius ascenderit: plurimi vero, qui ad diuini pectoris ostium cum fide pulsarunt, A
verum esse experti sunt quod Iacobus scripsit Apostolus, ac in præfatione nos attigimus, Deum esse qui petentibus sapientiam largiens, nemini impropereat.

Ceterum pro certo habeat quisque probus adolescens, si certum tenuerit ordinem, mundiciem autem animi & corporis ad scientias adhibuerit, pleraque se, tum naturalia, tum externa incommoda superaturum; quandoquidem & ferrum, quod vel rubigine fuit exesum, vel aliunde retusum, industria potest expoliri atque exacui. Ordinem autem dixi, quod, ut fere vniuersi ingenio, summo in gradu vna tantum disciplina respondet (nimirum cum in eam serio incumbitur) sic variis sese eodem tempore dedere disciplinis, ingenia distrahit, mentisq. aciem obrundit, ut dum hæc in plures inspicit, nullam integre contempletur atque concipiat. Accedit, si quid vnum recte addiscimus, id quasi gradus ad alia superstruitur; è quibus tandem tuto peruenitur ad apicem. Sed hæc planius in Philosophicis. Ordinem item intelligo, quo omnes animi vires ad id, cui vacandum est, apposite adhibeantur, ita ut, ne dum altera tantum utamur, reliquæ iaceant, atque, ut ita dicam, se desertas relinqui ægreferant: cum, si quis omnes vires ordinate ad discendum intenderit, vniuersus ipse homo euasurus sit doctus; faciliusq. reliquis adhibitis, quas vocant, animæ potentiis, res ipsas sit percipitur: quemadmodum pluribus manibus, quàm vna, leuius onera, licet grauiâ, gestantur. Quod ut magis liqueat, sciant qui solum speculatione pascunt intellectum, aut sine hac memoriæ tantum mandant quæ audiunt, aut legunt; aut intellectu & memoria posthabitis, vnam ipsam voluntatem specie pietatis quadam afferunt ad disciplinas; hos absoluto studiorum curriculo, non admodum vtilis futuros. C
Nam vel docere alios nescient, aut cum auocabuntur à libris, in cælo ne (ut aiunt) an in terris consistant, ignorabunt; vel occasione studiorum ac speculationis vix fructum aliquem ferent, ob quem scientiæ ipsæ comparantur.

Res itaque hæc summi momenti est, sed quam perpauci consequi possint, qui in primis ac sedulo virium animi, quas potentias dicunt (vtendum est enim ad pietatem piorum vocibus) ad prælectiones diuinas non adhibuerint. Diuinas autem prælectiones voco, quas in Dei schola orando & meditando pernecessarium est, ut vnusquisque, si velit agere serio, comprehendat.

Atqui & animus constans, ac firma deliberatio (ni prorsus repugnet natura) faciunt, ut qui haud omnino sit studiis aptus, aptior fiat si primæ causæ diligentius cooperetur. Cleanthes, qui (sicut Xenocrates) tardissimo fuit ingenio, dictus est Hercules alter sapientiæ, quod labore ac studio insignis philosophus euaserit. D
Accedebat summa inopia. Nam ut victum quotidie quæreret, noctu aquam aliis hauriebat; quare & *φρασεως* vocatus est, quasi aquæ haustor. Demosthenes pronuntiandi difficultatem, ac tarditatem ingenij vicit industria (quod norunt omnes) ac diligentia. Baldus, cui iam seni ad studium Iurisprudentiæ venienti, ut probrum obiiciebant, dicentes: Sero ad hæc venis, o Balde; quamobrem caesarum in altero sæculo eris patronus: nil territus ita profecit, ut cum nominis celebritate mundus adhuc perdoctis eius scriptis vtatur. Ignatius Loyola Societatis nostræ, excitante Deo, fundator, cum ex aulico, ac militari genere viuendi, sæculo renuntiasset, grandisq. ætate iam, sponteq. pauper, linguæ primum Latinæ, mox scientiis se dedisset, procul non solum à suis, verum ab omni humano solatio atque subsidio, dum aliis Lutetiæ suam præstaret operam, interdum autem Rothomagum Normaniæ metropolim petens, nonnumquam item in Angliam traiciens, ut tantum stipis sibi eum ad finem, ad quem vocabatur à Deo, corrogaret; non tam sibi scientias est consecutus, quàm ostium tot Collegiis & Seminariis aperuit, in quibus plurimi erudiuntur. E

A CULTURA INGENIORUM QUAM AENIAM
breuior, facilior, fructuosior: vbi quales esse debeant magistri,
& à quibus cauendum. Caput VII.



B

IXI auerti nos à semita Religionis & Sapientiæ, cum non excoluntur ingenia. Id vero cum accidat ab imperitis & improbis præceptoribus; à scholis, & publicis Academiis, in quibus antiqua disciplina non viget; à ratione studiorum præpostera, à sociis, ab egestate, ab imbecillitate virium, à scriptis, aut libris vel inemendatis, vel labe aliqua aspersis, vel in quibus vix vlla rectissima sit methodus, quòdque nec sobrie, nec

ad vsum discitur; agendum hic est de tota re, Deo aspirante, aliquanto accuratius; quandoquidem & dimidium facti (ait ille) qui cœpit, habet: ac sæpe fit, ut alij nobis in itinere præeant, nisi sarcinæ, quas equo gerimus, rite prius aptentur, quàm ex hospitio discedamus. De præceptoribus id constat, quales sunt duces, tales fore ducendos. Si enim cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt, inquit Scriptura. Hinc vero & multiplex illa opinionum hydra, & variæ philosophorum sectæ, & hæreses, atque hæresiarchæ, qui orbem inflammant, atque etiam nunc inflammant; ac plurima denique in omnibus artibus & disciplinis damna prodierunt. Quare hoc primum esto: ut natura cuiusque exploranda est, ac quæ quibus ingeniis scientiæ quadrent, deliberandum; sic magistros aptiores, quiq. ad docendum magis afficiantur, esse deligendos, adhibito per diligentem examine. Humanum ingenium (aiebat Plato) cultura fit diuinissimum: at hæc si desit, fit diabolicum. Agri enim quòd fecundiores, eò peiores germinant herbas, nisi colantur & purgentur: & perspicax natura hominis, quæ vix potest quiescere, nisi bono assuescat, fertur præceps in malum: quæ, ut è multis nodis catena, sic aliis ex improbis factis adeo denique impeditur, humanæ ut vires ad se expediendas haud sint fatias. Ita Iulianus Apostata, quòd Maximum philosophum & Libanium impios nactus est, ex seipso, & è Christiano orbe (quantis potuit conatibus) pietatem, Religionem Christianam, scholas antea recte institutas, templa Catholicorum, idq. breuissimo temporis spatio, eiecit. quod deinde fustius attingendum est. Adeo veneni mica quantascumque exquisitas epulas inficit. Sed quibus probi & docti magistri obtigere, ij Rempub. instaurarunt, atque auctores fuerunt, ut sapientia, Religioq. pristinum reciperent statum. Carolus Magnus, quòd Alcuinum Bedæ discipulum: plerique alij, quòd Othricum secundum, qui Magdeburgensis fuit Archiepiscopus: Honorius & Arcadius Theodosij Imperatoris filij, quòd Arsenium Romanæ Ecclesiæ Diaconum: Otho III. Imperator, & Robertus Galliarum Rex, quòd Gilbertum Floriacensem monachum Gallum, qui postea fuit Siluester II. Pont. Max. Rufus Angliæ Rex, quòd Lanfrancum Cantuariensem Archiepiscopus: Carolus V. hoc sæculo, quòd Adrianum VI. Pont. Max. habuere præceptores, ea in se ipsis semina conceperunt, vnde ad Christianam Rempub. maturuere fructus preciosissimi. Græcia item dicta est *νεκροβοσ*, filiorum alitrix, quoniam in id omnibus industriæ neruis contendebat. Verum quoniam Religionem cum sapientia non coniunxit, tantus labor irritus fuit. Cum tamen qui propius naturalis luminis ductum sequebantur, ij magistros adolescentibus procurarint, quos factis, exemplis, signis, verbis, scripture erudirent. Nihil prætermitto (ait Terentianus ille Demea) consuefacio denique; inspicere tamquam in speculum, vitas omnium iubeo; atque ex aliis sumere exemplum sibi. Lacedæmonij (Xenophonte & Plutarcho testibus) exemplo vitæ seniorum proposito filios instituebant, nec vero permittebant pro suo quemque arbitrio liberos docere: ac quos iuuentuti præficiabant, ij neque mercede, nec pecunia

In Eunuchis

In Politicis.

condu-

condukti, sed è probioribus & sapientioribus Reipub. deligebantur, qui pro-
 iusque aetate fecernerent magis idoneos, atque his decuriones addicerent, qui &
 præcipuam morum curam gererent, atque eos crebra hortatione, variisq. erga
 virtutem exercitationibus incenderent. A cœna quæstio proponebatur, cui nisi
 diligenter, breui, & acute respondissent, vti hebetes, ac tardo ingenio habeban-
 tur, & sæpe castigabantur. Quæstio erat; Qui nam aliqua virtute excelleret?
 Quidve sentirent de iis qui recte, an secus aliquid negotij pro Reipub. administra-
 sent? Idem vero Lacones affectabant cantilenarum elegantiam, & carminum;
 quibus inesset aculeus, quo animi excitarentur, & alacritate quadam inflamma-
 rentur. Dicitio nuda erat, & mascula: nec argumentum habebant aliud, quàm
 eorum ornamenta, qui generose vixissent, ac pro patria occubuisse, quos vt
 immortalitati commendabant, sic contumeliis afficiebant ignavos, quòd acerbam
 atque infelicem vitam duxissent. Idem quoque & Cretenles fecere. Quod cum
 Romani fuissent imitati, Cicero exclamat: Quid hoc splendidius, quid etiam vti-
 lius certamine? Pubertas canis suum honorem reddebat; defuncta virium cursu
 atas ingredientiæ actuosam vitam fauoris nutrimentis prosequatur. Quas
 Athenas, quam scholam, quæ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ præ-
 tulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricij, per quos res Romana ita
 fuit aucta, vt vniuerso orbi imperaret. At certe ita se res habet. Nam nec Pla-
 toni placuit, vt à nutricibus narrarentur infantibus fabulæ, quæ cum in se tenellos
 insinuant animos, vix vquam funditus possunt euelli, nec veritati locus relin-
 quitur. Hæc quidem illi; qui cum virtutis speciem haberent, solidas tamen &
 veras haud obtinebant, neque eorum historias perlegerant, quorum laus à Deo
 potius, quàm ab hominibus profecta est, non poterant collineare ad verissimum
 scopum. Sed diuina Sapientia sanctorum Patriarcharum vitas, & Regum, atque
 aliorum gesta multo antea litteris mandari voluerat, vt constaret quodnam præ-
 mium ij essent in terris consecuti, quodve æternum in cælis erant consecuturi in
 omnes æternitates. Qui igitur ad eum Ethnicorum modum tantummodo iuuen-
 tutem docent, Christianum autem hunc omittunt, qui verus, optimus, & primus
 esse debet, ecquis miretur si parcissimæ rationi respondeat mensis exigua? si item
 mores secundum obiecta & exempla efformentur? plus autem factorum nofcatur
 eorum, qui perpetuo cruciantur apud inferos, quàm aliorum, quorum possessio
 est in cælis futura perpetua?

Dixi vero doceri quoque consueuisse per signa, nempe per imagines, atque
 huiusmodi alia. Hæc enim vt pro sui ratione ad bonum, malumve possunt esse in-
 citamenta, idiorum autem documenta; si pueri, in quibus tamquam in molli
 cera species imprimuntur, iis affueuerint, nemini dubium est, quin prodesse aut
 obesse possint quàmmaxime. Ac cum nos quidem hac de re fufius acturi simus,
 cum de arte pingendi & sculpendi loquemur, sat fuerit modo attigisse quod acriter
 reprehendit Augustinus, qui cum in poetarum & comicorum Gentilium le-
 ctionem inueheretur, damnat quòd Terentius Chæream adduxerit, qui turpe Io-
 uis factum in tabula depictum cernens, dixit: Ego vero homuncio hoc non facerè?

Sed inter signa connumero quasdam (vt ita dicam) industrias, ab iis solitas
 adhiberi, quibus diuinus honor, & salus animarum est cordi. Neque enim Hie-
 ronymum virum sanctum ad Lætam scribere pudit de institutione filiolarum in gram-
 matica, in hæc verba: Fiant ei litteræ vel buxæ, vel eburnæ, suis nominibus ap-
 pellentur: ludat in eis, vt & lusus ipse eruditio sit: & non solum ordinem teneat
 litterarum, vt memoria nominum in canticum transeat; sed & ipse inter se cre-
 bro ordo turbetur, & mediis vltima, primis media misceantur: vt eas non sono-
 rantum, sed & visu nouerit. Cum vero cœperit trementi manu stylum in cera du-
 cere, vel alterius supposita manu teneri regantur articuli, vel in tabula sculpan-
 tur elementa, vt per eosdem sulcos inclusa marginibus trahantur vestigia, vt foras
 non queant euagari.

Id

A Id igitur etiam in aliis iocis honestis, ceterisq. notis effici potest, quibus ex-
 citentur ingenia, memoria vero iuuetur ad ea, quæ cum sint à sensibus remota, fa-
 tigan mentes, nisi aliquo præsidio muniatur. Vidi ego, qui vt grammaticen, aut
 Logicen facilius addisceret, varia pinxerat vasa, è quibus existerant arbutulæ,
 in quarum folijs & ramis tum præcipuæ voces, quas vocant terminos, tum defi-
 nitiones, aut diuisiones erant inscriptæ, vt aspectum non confunderent: nimirum
 suo quæque res loco dispositæ, aciem ingenij mirifice leuant.

At rogandus est Deus, adhibendaq. omnis ab adolescentibus diligentia, vt in
 optimo incidant præceptorem. Ij enim (inquit Cicero) primùm ante tenentur
 adstricti, quàm quid esset optimum iudicare potuerunt: deinde infirmissimo tem-
 pore ætatis, aut obsecuti amico cuidam, aut vna alicuius, quem audierunt, ora-
 tione capri, de rebus incognitis iudicant, & ad quamcumque sunt disciplinam
 quasi tempestate delati, ad eam tamquam ad saxum adhærescunt. Hæc ille. Sed
 & non tam doctus, quàm vt fide catholicus, & moribus integerrimis sit magister,
 necesse est. Quæ enim vetus erat querela, ea etiam peruenit ad hæc tempora: per
 præceptores hæreticos aut improbos mundum ipsum, atque omnem rerum statum
 concidisse. Et Aristophanes comicus, atque Aristides & Lucianus sophistæ, Ti-
 mon item, qui Pysillos conscripsit, ac Iuuenalis, qui in eos inuectus est, atque Pa-
 cuuius, qui dixit, Odi homines ignaua opera, philosopha sententia; fecere, vt cor-
 dato cuique vna cum Sallustiano Mario parum placuerint eæ litteræ, quæ ad vir-
 tutem doctoribus nihil profuerint, immo (vt recte vir doctus obseruauit) nocue-
 rint, quia multi vitia sua tegunt & inumbrant hoc velo, animo (vt inquit Tacit-
 us) perfidiosi & subdoli; auaritiæ ac libidinem occultantes, specie bonarum
 artium falsi.

Sequitur doctrina, quæ verbis, aut dictando proponitur. Ac primùm altiora
 nostræ Religionis mysteria nec facile omnibus manifestanda, nec profanæ multi-
 tudini (vt inquit Dionysius Areopagita) tradenda erant, ne priusquam esset ini-
 tiata Sacramentis, quod sanctum erat & admirationis plenum contemneretur.
 Sic Moyses (de quo postea secundo libro) vel figuris, vel notis, vel traditione
 reconditoria docuit sacerdotes. Quem postea morem suis in rebus, aut spectris
 Iatanas, vt auctoritatem conciliaret erroribus, primo inter Chaldæos & Aegy-
 ptios, deinde inter Græcos & Romanos, ac denique in vniuersum terrarum or-
 bem inuehere studuit. Sed cum iidem errores nec veritate niterentur, nec pie-
 tate muniti fuissent, id ipsis ob diffidium atque absurditatem accidit, quod de fal-
 sis prophetis verax testatus est, iniquens: Diuisum est cor illorum, nunc inter-
 bunt. Inde factum est postea, vt quæ de cultu Numa edixerat, comburerentur;
 & à Græcis ficta sit Cybele falsorum Deorum, ac fallacium cæremoniarum mater,
 quas nemini communicabant, præterquam iis, quos secreto mysteriis illis execran-
 dis imbuebant. Plato item philosophica variis ænigmatibus & velis, ne dicam &
 fabulis, obuoluit. Ac Pythagorei nec scripto, nec libris, sed viua voce in disci-
 pulorum animos scientias instillabant, quamobrem & viua erat disciplina, cui
 plus aures & animi erigendi, quàm parandus calamus, aut papyrus, ac pro-
 pterea ἀκουστικοί, hoc est auditores dicebantur: silentio autem diuturno, quod
 ἡσυχία vocabant, eruditi, verba facere, quærere, commentari poterant. Græ-
 ci eam docendi rationem ἀνεγμαντιὰ, hoc est, auscultatoriam nominarunt;
 quemadmodum suos de naturali philosophia libros inscripsit Aristoteles. Et Dio-
 genes roganti Hegesæ, vt sibi scripta quædam interpretaretur: Stultus es (ait)
 qui caricas quidem non pictas, sed veras eligis; vera autem exercitatione negle-
 cta, te ad scriptam confers. Quin & Xeniadis Corinthij liberis totius doctrinæ
 summam tradidit in compendium redactam, vt non chartis, sed memoria com-
 prehenderent: quos & instruit domi ministrare parentibus, ac cibo leui & vili,
 atque aquæ potu esse contentos: cumq. reliqui cæsariem alerent ad formæ com-
 mendationem, ille iussit eos radere comam: & cum prodeundum esset in publi-
 cum,

Plutarchus
in LaconicisCælius lib.
18. cap. 26Val. Max.
lib. 2. cap. 1.
Cicero lib. 1.
et 4. Tuscul.
quæst.Cicero A-
cad. quæst. in
Lucullo.Sallust. in
Iugurtha.
Epist. de
Ciuili doct.
lib. 1.
Tacitus. 15.
Annalium.Plutarch. in
vita Numa

Osee. 10.

Laertius li.
8. in Empe-
docle.Laertius li.
6. in Dioge-
ne.

Plutarch. in
quæst. Plato
nicis.

cum, incomptos producebat absque tunicis, incalceatos, ac tacitos. Socratem A
scribit Plutarchus haud docere aliorum exemplo solitum, sed ingressione aper-
ientem dubitationum, sicut puerperij, iuuenibus; excitasse, fuscitasse, atque elicuisse
se ex iis genuinas intelligentias: quod quidem obstetricandi artem dicebat: non
quæ extrinsecus infunderet, ut alij ostentabât, mentem illis, qui cum ipsis agebant;
verum demonstraret habere eos domi propriam, quæ aleret, rudem tamen & inco-
ditam. Aristoteles autem intelligens quantum exercitatione, ac disquisitione, &
disputationibus rerum natura erueretur, organum, & methodum, ac topica,
sextum præcipue & octauum eorum librum diligenter conscripsit; de quibus pos-
tea suo loco fusiùs, ob eos qui nec tam utili labore vtuntur, & verò plerumque
carpunt quod minus experti sunt aut intelligunt.

Tractatu de
philosophia
Aristotelis.

Hæc igitur qui omisere, distandisq. prælectionibus potius ingenia prefferunt B
adolefcentum, quam vt per veterum semitam deducerent, culturam eam deseru-
ere, quam innuimus supra. Fit autem hinc, vt neque viua vox, quæ (vt inquit
Hieronymus) nescio quid latentis habet energiæ, in discipulorum animos influat.
Sæpe enim ex alienis scriptis eadem promunt, quæ volunt haberi pro suis, quare
potius peregrina & mortua, vel Echo nescio quæ obtundit aures, non mentem in-
struit. Ac qui dictata excipiunt, si nimis scriptioni sese immerferint, cum capita
rerum notasse sat esset, haud minima damna patiuntur: primum, quòd scriptis fi-
dunt plus, quam vt res animo comprehendant; sæpeq. id verum sit, quod vulgato
& simplici, sed tamen vero carmine dicitur: Quòd si charta cadat, secum sapien-
tia vadat. Præterea & ipse dicendi stylus, ac bene litteras formandi ratio abiicitur. C
Quam enim scribendo celeritatem adhibent adolefcentes, ea fit, vt nec ma-
nus recte vnquam deinceps aptetur, nec in auctoribus stylus ipse ac dictio animadu-
uertatur; qui cum eleganter scripserint, sæpe barbare explicantur à præceptoribus,
ac mixte, quòd ex alienis laboribus, vt diximus, sua commisceant, multi ve-
ro pariant quæ non parturierunt. Sane qui in pictura vellet excellere, si initio,
aut etiam post, nimis cito primas duceret lineas, numquam voti fieret compos.
Valetudinis autem ac vitæ non mediocri periculum incurritur, atramentumq.
plerumque mutatur in sanguinem, cum è pectore vomitur: vbi vero capitis ac
ventriculi vires sunt fractæ, quòd debuerat esse studiorum curriculum, id vitæ
claudicatio fit, temporisq. iactura, aliorum etiam molestia, pecuniæq. amissio, ac
damnum proximi, cui opera præstari nequeat. Iam ipsis, qui prælegunt, occasio
demitur, qua serio materias excutiant: vt qualis fuerit fons, talis inde necessario D
aqua, turbida nempe ac sordida scaturiat. Quin & antiquiores ac perspicaciores
interpretes, contextusq. auctoris omittuntur; ac denique non pauci scholas de-
relinquentes sat habent, si amanuensem, qui dictata describat, eò mittant, in quæ
vix postea vnquam inspiciunt; aut si oculum admouerint, fructu certe frustrantur
repetitionum, ac disputandi & conferendi; quæ res cum utilissima sit, intellectum
perficit. Sic ergo in horrei superficie iacet semen, quod cum neque sulcis com-
missum sit, nec contactum, eequam inde speraueris messem? Atqui cum vix per-
cipi possit, quod tam celeriter, aut decurtatis dictionibus scribitur; ipsa scriptio,
vel potius corruptio, exequiæ sunt laborum: præterquam quod, qui labor in ap-
paratus & reliqua huiusmodi impenditur, is non semel irritus est; quòd eo in gene-
re plerique libri iam euulgati sunt, & quidem multis nominibus perfectiores, quam E
nostri. Quamobrem, si antequam scriptione conficeremur, à Deo lucem, à periti-
tis notitiam eorum haurirémus, magnum esset operæpretium atque compendium.
Quinetiam religiosæ paupertati interdum magnopere incommodauit id pecuniæ
referuatum, quod amanuensibus attribuitur, quòd sane in bonos auctores coemen-
dos utiliùs atque communiùs transferri posset. Ducentis autem & quinquaginta
propemodum ab hinc annis, in Academia Parisiensi lex de ratione explicandæ
philosophiæ lata est, qua præcise cauebatur, ne Doctores, quos vocabat Nomi-
natores ad pennam, subducendis singulis propositorum verbis, nominando & di-
cendo,

anno 1355.

A Stando, auditorum manum potius exercebant, quam continenti explicatione men-
tem erudirent. Centum post annis Gulielmus Cardinalis Totauillæus Sedis Apo-
stolicæ Legatus, cum eiusdem Academiæ statum, partim abrogatis, partim firma-
tis legibus, constituisset, vocis continuationem, & sententiarum disquisitionem
retinuit; curiosam illam & molestam de verbo ad verbum prælectionem vehemen-
tius coercuit; philosophicos libros de puncto (vt ipse scribi voluit) in punctum,
ac de capite in caput, ore & voce doceri ac pronuntiari iussit.

Nostri certe, quorum magna pars hoc in negotio maxime versatur, vsu & da-
mno edocti, quod è nimia illa descriptione prodiit, diu est, cum tanti incommodi
& laboris tollendi (ne dicam moderandi) necessitatem intellexerunt. Ac propterea,
quos in Lusitanæ Academiis habemus Patres, hi iam naturalis philosophiæ
B partem è prelis emisere; qua tū scriptio illa subtrahatur, tum relinquatur occasio,
vnde acuantur tamen ingenia, ac multa in arenam disputationū conferri queant.
Sed de tota etiam hac re vt dictum est aliquid supra, sic planius in Philosophicis.

Porro quòd ad ingeniorum culturam attinet, ei magnopere officit, si neque no-
scantur, nec cognita iaciantur initio in auditoribus fundamenta veritatis; cuius
profecto ipsissimum domicilium est Christiana & Catholica Religio. Quod quo-
niam haud præstitum officium est, letale Republicæ ac Regna vulnus acceperunt,
vt hoc ipso sæculo duabus Synodis, Lateranensi & Tridentina fuerit remedium
studiosissime conquirendum. Summa hæc esto: Qui Philosophiam proficitur, is
vt Theologiæ prius operam dedisset: quæ ciuilem prudentiam Iuris explanat, hic
vt antea diuinum & Canonicum altius degustasset: qui autem in reliquo discipuli-
narum orbe alienis mentibus excolendis vacant, ij vt omnino perpenderent, ec-
quid ad eam rem in suis mentibus peculiij haberent, consultissimum esset. Nam si
quis deinceps studio vltioris progressus in libris declarandis, vel thesum specie
disputandarum, discipulos ac seipsum auertat à diuinis & laudibus, & sacris, &
concionibus, næ hic facile in barathrum torius impietatis ruet. Quod liquidius
constabit, vbi ipsæ facultates quid in quaque singillatim hac de re monstrandum
sit, aptiores nobis ansam differendi porrexerint.

Addo vrgeri quemlibet præceptorem conscientia & ratione, vt emendatioribus
indiget auctores, aut interpretes, antequam eos proponat legendos: ne quis vi-
delicet in hæreses, aut labem, aut in veteres illos, ac plerumque scatenes erroribus
libros incidat, neve pro legitimis suppositos admittat. Nam si, vt suus cuique
D fœtus adscriberetur, id prisca grammaticis, qui scientiis quoque erant imbuti,
erat (ait Quintilianus) potissimum curæ, vt libros recognoscerent, num essent,
quorum nomina præferrent; quòd quidem è dictione fere iudicabant: cur non præ-
monitos adolefcentes lineas præcipites ruere, ac quemcumque euulgatum li-
brum illico arripere, atque in suam ipsorum versare perniciem?

At & cultura deest qui reticet, quæ falsæ sese inter veras scientias improbe im-
miscuerunt: scilicet quoniam etiam impiæ sunt, atque à Synodis, à Patribus, ab
ipsa Scriptura diuinitus fuere damnatæ (quemadmodum suo loco dicemus) sunt
à præceptoribus explodendæ, libereq. dicendum, qui iis assenserit admonitus, hunc
in grauissima peccata lapsurum. Sic igitur & in tradendis vtilibus disciplinis sine
impedimento decurret, qui obices à satana iniectos initio submouerit.

E Ille enim, Magia (hac nimirum, quæ diabolica sit & damnata) rerum scientiam
naturalium; Geomantia, præstantiam Geometriæ; iudiciaria Astrologia, castitatem
Astronomiæ; Physiognomia, & eiusmodi aliis, solida Theologiæ studia, & adoran-
das, ac certas diuinæ prouidentiae vias; Chymica Medicinam; nouis denique nouis
sime hoc sæculo artibus, quas vocat Rationem status (nisi hæc in primis inspiciat in
Deum) Moralem atque Politicam corrumpere fatēgit, certā sine dubio administra-
tionem inuertens, diuinarumq. atque humanarum legum auctoritatem eneruans.

Neque vero etiam tacendum est, quæ nimia laus auctoribus vel profanis, vel
Ethnicis tribuitur, hanc præiudicium potius quam rectam iudicandi vim afferre au-

D dien-

diētib; . Cum enim hi soleant multum deferre praeceptoribus, talem esse rerum A
 veritatem existimant, qualem de auctoribus existimationem conceperunt. Qui
 enim leges ciuiles, vel Romanas duodecim Tabularū in celū laudibus extulit, qua-
 si perfectius aliquid quam Decalogus continerent; ille vel nesciuit quid diceret; vel
 diuinam cum ethnicis legibus non contulit, quae religionem & rationem in pleris-
 que labefactarunt; vel quantum Ciuiles à Canonicis disiderent non animaduerte-
 rit. Iustinianum Imperatorem qui plus nimio laudat, neque vero affert eius admini-
 strationis inclinationem, & errores, in quos ante mortem incidit; facile praebuerit
 occasionem adolecentibus, qui eius Institutiones euoluere incipiunt, vt vel eius,
 vel eorum, quorum opera digestae sunt leges, errata mordicus comprobent. Zafium
 (vt propius ad haec tempora accedam) si quis ira commendat, vt quae suis imperit
 laboribus veritati & Religioni repugnātia, non moneat, nec curet expungenda; nō B
 minimam re ipsa calamitatem afferet. quod quidem qua ratione faciendum sit, in-
 dicabitur, vbi de Iurisprudētia agetur. Id ipsum item si quis de Molinæo, Hotoma-
 no, Oenotomio, Balduino, Spiegelio, Vigelio, Duareno, ac de aliis eiusmodi fa-
 ciat, summi periculi plena res erit, & damni. De philosophis idem dicendum est.
 Nam qui Platonem & diuinum, ac diuinissimum (si Deo placet) appellant, deumq.
 philosophorum faciunt, extremam hanc laudem à Gentilibus mutuantes; testimo-
 niaq. pro eo sanctorum Patrum, praecipue Augustini afferunt grauissima; neque ve-
 ro dicant, quae postea iidem Patres de eodem recantant, vbi latens in Platonica
 philosophia venenum reperere; sane philosophia atque Religioni magnopere in-
 commodant. Videlicet quae in eo boni laus fuerit, ea dissocianda non est à vitupe-
 ratione mali. Quin etiam addendum, si quid ille veri dixerit, aut quod sublime fa-
 piat, & cum Fide nostra sit consonum, id accidisse, quod in Aegyptum traiecerat, C
 in qua, cum diu Hebraei demorati essent, veri cultus memoriam & semina quaedam
 adhuc compererit. At qui, & quidquid Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Ori-
 genes, Iustinus Martyr, Augustinus, & alij de Platone, retractarunt, diserte docendi
 sunt qui scholas frequentant. Augustinus certe priore suarum Retractionū libro:
 Laus quoque (ait) ipsa, qua Platonem, vel Platonicos, seu Academicos philosophos
 tantū extuli, quantum IMPIOS homines non oportuit, non immerito mihi dissi-
 cuit; praesertim quorum contra errores MAGNOS defendenda est CHRISTIANA DOCTRINA. Illud etiam, quod in comparatione argumentorum Ciceronis, quibus in libris
 suis Academicis vsus est, meas nugas esse dixi, quibus argumenta illa certissima ra-
 tione refutauī, quamuis iocando dictum sit, & magis ironia videatur, non debuit D
 tamen dici. Haec Augustinus.

* Cep. 1.
 a Clemens li.
 3. Strom.
 b Orig. li. 6.
 c Hom. 4. se
 per Exo. 6. 7
 d De Prae-
 aduer. ha-
 c In Coloss.
 cont. Try. h.
 Iud.
 f In oratio-
 ne contra I-
 dola.
 g 1. de spi-
 ritu.
 h 1. de ge-
 nesi. ph. lo-
 ph. irrif.
 i Lib. 2. ad
 rom. gentes.
 k In dial. 90.
 l Theophras-
 tus inscribi-
 tur.
 m Lib. 3. ad
 Anab. 1. 2.
 n Lib. 3. di-
 uinar. 1. 1. 1.
 o De p. p. ar.
 Euagel. lib.
 13. cap. 13.
 p Lib. 2. cor.
 q 1. rom. 2.
 h. 1. 32.
 r C. n. ra. 1. u.
 s In 1. lib. 1.
 t 1. 1. 1. ad
 Hebr. 1. 1.
 u 1. 1. 1.
 v 1. 1. 1. 1.
 w 1. 1. 1. 1.

Neque igitur mirum videri debet, Clementem Platonis olim admiratorem scri-
 psisse; huius, ac reliquam Graecorum philosophiam simile esse illuminationi, quae
 fit ex scirpo, queni homines accendunt, lucem a sole artificiose suffurantes. Et Ori-
 genem b Platoni exprobrasse, quod vna cū ceteris Grecis, qui sapientes dicerentur,
 praesuperbia similis esset medicis iis, qui neglecta plebe, solis opulentioribus mede-
 rentur; sane & alibi, dum aquas interpretaretur Aegyptias, eos puerorum ac paru-
 lorum deceptores vocauit. Ac Tertullianus, d licet antea Platonis egregius cultor,
 eius lectione denique se proditum, eumq. esse haesum penum inclamauit. Quod
 & reliqui deinceps fecere. Iustinus e Martyr, Athanasius, f Cyprianus, s Her-
 macas, h Arnobius, i Aeneas Gazæus cognomēto Platonius; Theophilus l Patriarcha E
 Antiochenus, Lactantius m Firmianus, Eusebius n Casariensis, Epiphanius, o Grego-
 rius p Naziāenus, Hieronymus, q Chrysofomus, r Theodoretus, s & alij in Oriēte.
 Quid autem de Aristotele, Hippocrate, Galeno, ac plerisque aliis eandem ob ve-
 ritatis causam, & cauendum & dicendum sit in hoc genere, suis locis attigi: cum
 etiam eadem cautiones plerumque in aliis Ethnicis (quod quidem hoc, sed & pō-
 stremo libro dicitur) omnino sint adhibendae. Quamobrem rogatos velim profes-
 sores, integrum vt primum hunc perlegant librum, qui & ad disciplinas munitet via,
 & praesens aduersus haereticos remedium erit, quas satanas callide insperfit historiis.

De

De cultura ingeniorum perspicacium, & hebetum.

SI quis autem minus circumspecte agat in excolendis perspicacibus inge-
 niis, haec sequuntur incommoda: Primum, quod plus quam deinde con-
 coquere possint, comprehendere animo velint: vel cum scire omnia affe-
 ctent, vix quidquam denique solidi assequuntur. Quamuis enim (ait Phi-
 losophus) vt oculorum acies à circumfuso aere, sic mens à disciplinis accipiat
 lumen; qui tamen nocturnam quietem suis oculis demerent, periclitarentur. Sa-
 ne scientiae docendae sunt, quantum satis sit ad vsū; quare & addiscenti ni-
 mia speculatio cauenda est; sed vbi lumen accenderit, id sibi & aliis commo-
 de ac caute, hoc est sancte, tamquam in laterna (ne vento superbiae extingua-
 tur) est praefendum. Recte Aristippus, vt meminit Laertius, homini iactanti
 permultam scientiam, Vt ij, inquit, qui plurimum edunt, ac corpora exercent, ni-
 hilo melius valent, quam qui hoc mediocriter faciunt; sic non qui plurima, sed vti-
 lissima legerint, habendi sunt docti & studiosi. Ac Seneca docuit intemperantiae
 speciem esse, plus quam satis sit velle scire. Sapienter item Lactantius, cum vul-
 gus saepe melius sapere scripsit, quandoquidem quantum opus est sapit. Augusti-
 nus autem simplicitate credentium dixit plebem tutissimam reddi. Sed & Chri-
 stus Dominus docuerat pauperes facilius euangelizari, quam qui sibi ipsis diuites
 videntur. Quod vero eorum plerique, de quibus diximus, vix quidquam solidi
 assequuntur, veterum extant exempla, Gorgiae, Protagorae, Hippiae, Prodicij, Euthi-
 demi, Dionysodori, qui cum de quacumque re omnibus respondere gloriarentur,
 satis inglorij, quod nihil praestiterint, abiere. At certe idem Seneca cordate scri-
 ptum reliquit, ad scientias multos peruenire potuisse, nisi iam se se peruenisse
 credidissent.

Laertius in
 vita Ari-
 stippi.
 Seneca epi-
 stola. 89.

Iam tardioribus ingeniis, quae natura procliuēs sunt ad torporem, plurimum
 affert damni, nisi addatur animus, vitiosusq. dematur ille pudor, qui multos inua-
 fit, quod iam natu grandes praceptoribus, vel collegis, aetate licet inferioribus, de-
 beant subdi. His igitur tantum cibi praebendum est, quantum concoquere possint;
 quem quidem haud solidum, sed praemansum glutiant: praecipuarum vero dictio-
 num notiones etiam similitudinibus aliquibus in eorum animis consignandae. Mox
 admonendi amanter, laborem & vigilantiam solitas esse vocari cotem, qua Clea-
 this & aliorum tarditas acuebatur. Sic autem quae supra commemorauimus exem-
 pla: sed multo magis accensa charitas, quae rationes suggerit efficaciores (praeser-
 tim Sacramentalis Confessionis tempore) excitabunt iacentes: quos deinceps in
 crebra lectione, ac (quam vocant) compositione plus quam praecipis expe-
 dit exercere. fiet enim, vt ipsimet postea methodum atque artem agnoscant,
 quam antea capere non poterant. Et Romani quidem, licet summis Reipublicae
 negotiis distinebantur, cum siue comederent, siue incederent, aut iter haberent,
 vel se ad somnum componerent, Anagnostas audirent; plurimam rerum atque hi-
 storiarum notitiam adepti sunt. Qui itaque statuerit, vitam non esse somnum, sed
 vigiliam, vt dixit Varro; quantum autem sibi demit temporis à superuacaneis re-
 bus, tantum adicere vitae atque doctrinae aliquem; nisi sit penitus stipes ac trun-
 cus, fructum feret. Porro qualibuscumque ingeniis magnopere semper obfuit,
 cum defuere praepceptores officio exigendi à discipulis penum, repetitione, colla-
 tione, responsione, quotiescumque interrogantur, ac disputationibus. Quemad-
 modum enim perfecta agri cultio non est, si quis aret tantummodo, aut ferat, sed
 tellure tegendum est semen; sic non recte excoluntur ingenia, si post pralectio-
 nes publicas, ea quae dixi, non adhibeantur. Quod vero ad respondendum in-
 terrogationibus spectat, vt discipuli inde magis fiduciam erga magistrum concipiunt,
 sic crebris humilitatis actibus à Deo merentur vberiore lucem: cumq.
 quisque quod nescit interrogat, sit vt remedium proprio vulnere possit afferri, quod

D 2 sane

fane publicis prælectionibus non poterat. Num vero semper, aut quam ratione A
interrogationibus, siue quæstionibus respondendum sit, locus hic exigit, qui com-
munis est omnibus disciplinis, ut agamus. Ad quæstiones enim & conclusiones
quod attinet (illæ enim, cum in dubium vocantur, quæstiones sunt; cum ratione
coguntur, conclusiones) meminere semper eius, quod Nazianzenus Christi Do-
mini exempla obseruans, cordatissime monuit. Christus, inquit, quasdam quæstio-
nes soluere atque explicare solet, quasdam comprimere atque obstruere. Cum
ex eo quæritur, In qua potestate hæc facis? propter interrogantium vecordiam &
ineptiam vicissim quoque ipse interrogat: Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex
hominibus? Sic utrinque interrogantes suos premit atque constringit. id quod
& nobis interdum licet. At cum Dominus quæstionem ratiocinatione videt egen-
tem, tum vero eos, à quibus interrogatur, prudenti responso nequaquam indi-
gnos censet. Quænam vero quæstionum species sint, aut cognitionis, aut actionis,
eæque aut vitiosæ, aut honestæ, ac laudabiles, Melchior Canus legendus est, qui in-
tegrum duodecimum de Locis communibus librum, ac præsertim huius duodeci-
mi caput quintum, hæc de re scripsit. Attigit quoque hanc materiam nostro tem-
pore Abbas Rogerius libro ab se Romæ edito, in quem varia coniecit opuscula de
ratione Theologiæ tradendæ. Quod quidem antea idem Nazianzenus libro prio-
re de Theologia fecit, quo docuit de quibus rebus, & quatenus disputandum sit.
De iis enim (ait) dumtaxat, ad quæ humani acies ingenij possit pertingere, &
quatenus auditoris condicio assequi possit: ne ut intensior vox auribus, & ut ali-
mentum immodicū corpori, utque onera paulo grauiora subeuntibus, terræ denique
crebriores pluuiæ nocent; ita sane & auditores quæstionibus damni aliquid acci-
pian. Cyrillus vero Alexandrinus quæstiones de re penitus ignota improbas,
ait: Stultissimum omnino fuerit examini ea subiicere, quæ mentem nostram tran-
scendant, ac conari intelligere, quæ percipi nequeunt. Penitus autem ignota di-
cimus, quæ ratione sui sciri non possunt, quoniam neque sunt, nec esse possunt; ut
corpus infinitum in actu, chimæra, quæue alia cum natura pugnant. De quibus
tamen cum anxie differant quidam, nonnulla adhuc magis portentosa adiece-
runt, ut pote quorum subiectum ac prædicatum in rerum natura non extet: quæsi-
tum vero nec cogitari quidem possit, nisi quibusdam positis, quæ rerum ordinem,
actum, statum, & naturam conuellunt, ac Dei vstitutum agendi morem inuertunt,
ut inde pugnantia quandoque concludant. Ignota porro penitus etiã illa sunt, quæ
ratione nostri cognosci nequeunt; cuiusmodi est ipsa Dei essentia secundum eam D
perfectam rationem, qua sola Trinitas se ipsam intelligit. Ipse enim posuit tene-
bras latibulum suum; nec nostrum est scire tempora, neque momenta, quæ Pater
posuit in sua potestate: ac scrutator Maiestatis opprimeretur à gloria. Quod si ve-
ro Theologi illustres nonnumquam de altioribus, ac supra hominum captum ege-
rint, consilium illorum & mens spectanda est, quæ non temere ferebatur, sed ratio-
ne ducebatur, ut commenta atheorum, & eiusmodi alia exploderentur. Quod
quidem dolenter significans Nazianzenus dicebat: Posteaquam Sexti, & Pyrrho-
nes, & contradicendi libidine, & incitata lingua, velut grauis quidam ac magnus
morbus infeliciter irrepsit, ad nihil aliud vacamus, quam ad noui aliquid dicen-
dum, vel audiendum, quemadmodum Actorum liber de Atheniensibus narrat.
Chrysostomus quoque clamabat: Non cessabis ergo, o homo, superflua quæ-
rere? Augustinus autem præceptum Apostoli ad Titum tenens, ut à stultis quæ-
stionibus, & genealogiis, & contentionibus, & pugnis legis declinarem, sic tes-
tatur, dicens: Quibus respondeo, multum subtilibus & laboriosis rationibus ista re-
quiri, ut vere percipiantur, utrum ita, ac non ita sint, quibus ineundis atque tractan-
dis, nec mihi iam tempus est, nec illis esse debet, quos ad salutem suam, & sanctæ Ec-
clesiæ utilitatem cupimus informare. Illos præterea idem Augustinus reprehendit,
qui in perscrutandis superuacaneis istis ac inutilibus studium collocabant. in-
quit enim: Multi multum disputant de his rebus, quas maiore prudentia nostri
aucto-

A auctores omiserunt ad beatam vitam, nec profuturas discuntibus, & occupantes
33 (quod peius est) multum proluxa, & rebus salubribus impendenda tēporum spatia.
At vero, quoniam professorum quorundam ingenia libertatem (ne dicam li-
centiam) maiorem in inueniendo & opinando quærunt, quam quæ re vera optan-
da sit; sin autem intra mediocritatem cogantur, indolent sibi minui quam à Deo
consecuti sunt perspicaciæ aut solertiæ vim & potestatem; ideo sciunt isti, modestis
piisq. ingeniis non qualem qualē appetendam esse libertatem, sed eã tantum, quæ
cū virtute ac pietate coniuncta sit. Quemadmodum enim cum velox equus abtrahi-
tur quidem vtiliter à spatiis, quibus decurrendis aliquod periculum metueretur, la-
xatur tamen, ut in apertis tutisq. campis, quantum velit, expatietur: sic doctissimo
cuique semper fuit persuasum, in probatis receptisq. sententiis ingenij vim expo-
mere, plus habere subtilitatis, laudis, ac commodi, quam licentiæ ac nouitatis opi-
nandi. Et certe, quod huc attinet, optime monent qui dixerunt, si plus deside-
retur libertatis, id totum esse eiusmodi, ut valde noceat eorum valetudini, qui sese
tam multarum rerum excogitatione conficiunt, ac præterquam quod suarum sæpe
familiarum, si Religiosi sint, existimationem in discrimen adducunt, in materiis
quoque lubricis non esse tutam omnium inuentionem. Quin etiam hæc pertur-
bat concordiam, sectasq. pene introducit, officit soliditati scientiæ: mauult enim
quisque suos vel incoctos & informes edere foetus, quam alienis (& his quidem ma-
turiorebus) ac quos doctorum & sæculorum consensus comprobauit, ac quiescere,
donec suo auditorumq. malo discat sero tandem sapere.

Ergo omnis doctrina duas res consequatur, soliditatem, quæ omni temeritate
vacet, & consensionem. Nempe, ut cum in docendo corroborandæ in primis Fi-
dei, alendæque pietatis cura habenda sit, nemo quidquam doceat, quod cum Eccle-
siæ catholicæ Romanæ sensu, receptisq. traditionibus haud bene conueniat;
quodque aliquo modo robor Fidei, ac firmitatem solidæ pietatis labefactet. Vbi
item nullum Fidei & pietatis periculum imminet, suspicio vitanda est res molien-
di nouas, aut nouæ colendæ doctrinæ. Quæ vero opiniones (cuiuscumque aucto-
ris sint) in aliqua prouincia, vel ciuitate multos Catholicos graues, doctos, &
pios offendere sciuntur, eas expedit, ut nemo doceat, aut defendat, quamuis alibi
sine offensione doceantur. Proinde securiorum etiam opinionum delectum habuisse
se prius quam ad docendum se conferat, vtilissimū erit. Cum autem de S. Thomæ,
de Scoti, & aliorum eximiorum Theologorum sententiis agendum fuerit, id com-
mode fiet ea ratione, de qua cum nominatim de iis agatur, suo loco dicendum erit.
Ordinem denique ac praxim scholarum, omniumque exercitationum, quibus audito-
res tum ad alias disciplinas, tum præcipue ad Theologiam promoueri possint,
non difficile erit tenere, qui vel Dominicani ordinis, vel aliarum Religiosarum fa-
miliarum hac in re deliberationes & rationem studendi pernoctauerit. Qua de re
Deo aspirante, aliquid fortasse & nostra Societas suppeditare potest, quæ in consti-
tuenda certa methodo & ratione laborauit, qua scientiæ & facultates tractentur,
quæ ad institutum nostrum pertinent.

De disputationibus denique dixi: si quid enim est, in quo vsus, ordo, solertia,
moderatio vtiliter excitandæ sint, hoc sane præcipuum est. Vsum igitur præcedat,
rerum quæ perpendendæ sunt, ac virium animi nostrarum cognitio, quibus tam-
quam organis veritatem eruimus, quæ quidem antequam descendamus in arenam,
priuata meditatione essent diligenter acuenda, ut eò feratur assensus, ubi vel ne-
cessitas, vel euidentia, vel certitudo, aut certe probabilitas maior appareat.

Recte vero dixit quidam, cum veritas magnis inuolucris occultetur, ac quasi
corticibus tegatur, disputationem ita esse dictam, ut quemadmodum vites, nuces,
ferrum, aurum putantur reiectis inutilibus, ita in examine veritatis, remotis vel
falsis, vel ambiguis, ac incertis ad ea veniatur, quæ proculdubio sunt vera.

Narrat autem ex Republica Platonis Ioannes Philoponus, quinque nobis inef-
se animi functiones, Mentem, Diancæam, Opinionem, Phantasiam, Sensum. Sen-
sus

A sus lentior est, quam ut syllogismo discurrat, & aliquid colligat. Mens celerior, quam ut syllogismum expectet. Opinio assensus est. Phantasia, seu visum, apprehensio. Dianœa, quam sane cogitationem dicamus, est motus: itaque hæc ratiocinatur, & syllogismo utitur. Mens ad cogitationem, quantum assequi potest, verissima & perfectissima adfert, velut axiomata, naturales informationes, & in omnium animis impressas insculptasque. notiones, ex quibus aptissima ac firmissima rationis necuntur syllogismis in quibus est scientia, si alibi vsquam. Opinio suppeditat credibilia, alias vera, alias falsa: vnde existunt syllogismi verisimiles, qui secum nonnullam dubitationem important. Visum subministrat vanas imagines, somnia, hallucinationes, imposturas. Ducitur enim Phantasia similitudine, quam ex incogitantia temere commiscet, ut vnum è duobus, aut è multis confundat. Adde huc, cum praua conclusio pro vera admittitur, quod aliquam illius præ se imaginem ostendet. Phantasia enim, ut leuiter ab vno ad aliud discedit, ita etiam leuiter assentitur: ut in quodcumque incidit subsistat. Itaque sæpe fallitur, quod neque distinguit ambigua, nec partes inter se confert, ut quemadmodum inter se aptæ sint ac nexæ animaduertat. Iudicium autem animi inter hæc tam diuersa, velut disceptator quidam sedens, incipit eorum omnium vires, ac veluti causam expendere. Quæ reprobatur, omnino respuit & damnat: quæ approbat, alia secure admittit; in aliis à iudicando superfedet; ac dubius pendet similitudine aliqua veri, vel falsi.

Ad eam igitur normam, quam diximus, qui se ita in disputationibus composuerit, ut veritatis inquisitione, plus quam nominis celebritate gaudeat, maiorem plerumque aliis pertinacioribus coronam reportabit; quod virtuti cedere, faterique se nescire ut discat, laudabilis est quam litigare, ac duplici interim damno affici, affectatæ ignorantia, ac pertinaciæ.

Accedit ad hæc omnia vitium, quod excolendis ingeniis valde aduersatur. Quod quoniam vnus exemplo magis quam argumentis innotescet, ac tolli poterit, id huc adiiciam. E multis, qui philosophiæ ac Theologiæ studiis in magno Religiosæ familiæ Seminario operam dabant, erat nobilis, qui cum eidem familiæ se addixisset, dies ac noctes voluendis libris enixe impendebat. hic cum ad alterum Religiosum virum diuertisset, cupere autem se dixisset quidquid ageret, hoc vnum ad Dei referre gloriam; responsum accepit, si mensum dumtaxat integrum exercitationibus quibusdam spiritualibus daret, fore, ut maiore cum alacritate, viribus item validioribus, ac breuiore methodo, deinceps proposita sibi studia perficere posset. arrham certe interiori cælitus acciperet, qua intelligeret, se in tota studiorum ratione à diuina manu rectissime duci. Solebat ille vel non cœnare omnino, vel certe non nihil edere parcissime, ad octauam vsque horam noctis studia producens. Erat item ibidem mos, ab iis qui philosophiæ & Theologiæ operam darent, ut omnes professores audirent, magis ut eorum gratiam sibi ad reliqua conciliarent, quam quod aut necessarium esset, vel expediret. Res enim disparatas, easque præpostere, ac quidem ab hora ante diluculum vsque ad prandium excipere, ecquid operæpretij afferre poterat? Sensim itaque hic tanto è labyrintho cum esset educendus, spes erat, eo efformato, ut ad eius exemplum alij circiter centum aprarentur: id quod breui de plerisque, Deo iuuante, factum est. Primo igitur curatum est sedulo, ut altius crederet, ac quasi degustaret se à Deo diligi, à quo & vocatus & tractus, intelligere debebat sui maiorem geri curam, quam à quocumque alio vnquam sperare posset in terris. Diuino oculo cum paterent omnia, non esse vnde certius & vtilius, quam ab illius infinita sapientia & bonitate consilium peteret. Itaque ad eum in primis confugiendum, eiusque vocem, relictis tantisper studiis, audiendam, qui sine dubio sibi locuturus esset ad cor. Id ut efficeret, submouenda necessariò esse impedimenta, quæ solent inter nos & Deum, ecclipsim quamdam luminis illius parere, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ea ut funditus amouerentur, meditandum esse attente finem, cur Deus se condidisset; mox paucos primæ hebdomadæ dies, certis horis

de

A de peccati scditate, de morte, de iudicio, de Inferno, per se ipse ageret iis, quæ præscriberentur, horis: deinde plenam & generalem totius vitæ peccatorum Confessionem ederet, siue ordinario sui Ordinis Confessario, siue alteri sacerdoti probato & perito, cui per obedientiam liceret: quod vbi præstitisset, sanctissimam mox sumeret Eucharistiam. Diem postea vbi ad animi laxationem intermisisset, vitæ Domini Iesu initia, progressum, modum vocandi & docendi Apostolos, dona item, quæ propterea iis impertit, sequenti hebdomada meditaretur. His enim ex omnibus rebus futurum, ut nosset, quænam studia sibi deligenda, quidque in singulis esset præstandum: cumque scientiæ ipsæ sint ad vsum referendæ, cogniturum id adhuc liquidius duabus sequentibus hebdomadis, quæ harum exercitationum spiritualium clauderent mensum. Iis enim tamquam armis muniri animum, ut theoria conuertatur in praxim. Quæ certe res facit, ut non tam ad altiores in Religiosis familiis, quam ad æternos veræ sapientiæ gradus in diuinæ gloriæ laudem, vnusquisque promoueat. Hæc cum successissent, priore autem mensis hebdomada varias ipse per se meditationibus afflictiones corporis adiecisset, maximum cum animi tranquillitate atque munditiæ lumen est consecutus. quare & cum se ad omnia paratissimum esse diceret, ventum est propius ad ea, quæ ad rationem studiorum pertinebant: Quorum fuit alterum, ut è multis interpretibus, quos ille ad Magistri sententiarum sensum hauriendum lectitabat, saltem ex iis aliquem seponeret, alium vero eminentiore doctrina interpretem euolueret: alterum vero, ne quocumque pretextu, nisi morbo, aut iustissima de causa impeditus, sacrum quotidie facere intermitteret. Sacrosanctum enim sacrificium aliis omnibus rationibus præstare, quibus scientiæ comparari queant. quarum cum omnes in Deo sint thesauri, erat stolidi, ac vix recte credentis hominis, diuinitissimum omnium donum contemnere, quo noxia omni ignorantia depulsa, sanctissimam Trinitatem in animum, tamquam in hospitium admittimus. Sic vero Thomam, Albertum Magnum, Bonauenturam, & alios, cum hanc viam intrassent, non tam sibi, quam posteris studuisse: nec solum familiis suis Religiosis vixisse, verum etiam viuere adhuc: & aliis quoque Ordinibus, quos in Ecclesiæ subsidium diuina excitauit misericordia, vitam præbere exemplo, doctrina, & qua iam valent apud Deum auctoritate. Hilari hæc suscipiens animo adolescens, rogans autem, ecquis ille eminens esset interpres, qui cum aliis, vno posthabito, esset versandus; hic (responsum est) ipsemet est Deus. Nam si è Magistro sententiarum futuræ prælectionis duo, triue capita seligas, extincto autem lumine, & clauso cubiculo super te, iam reuerenter accedens ad Deum, ut tanti Doctoris, quantus est Deus, doctrinam excipias, quem, scriptum est, esse docentem vtilia, eum quid in te loquatur, audieris; intelliges nihil hac re plus tibi commodaturum. Sed vbi te coram ipso stiteris, memoriam primo excita, qua materiam, de qua tuus Theologiæ professor acturus est, menti ordinatè proponas; mox ipso intellectu talis doctrinæ causas disquire; denique voluntatem accende, nimirum pete à Deo, ut aut veritatem addiscendarum rerum, postea cum opus fuerit, alacriter ac modeste tueare, aut virtutem sequare, ac declines vitia; prout earum contextus rerum tibi suppedabit, qui tum erit ad manus. Vbi autem horam primario Doctori, id est, Deo dederis, tum in libello, quem huius excipiendis monitis antea paraueris, eorum capita, quæ ab eo audieris, breuissime scribe, ne excidant: quæ cum reliquis collata interpretibus, facient, ut istorum sensa quasi nouo spiritu addito informantur, ac tamquam illuciscente sole magis coluceant. Vnus autem, aut alter interpres sat erunt, ne grauiori onere mens pressa, minus sit apta itineri, quod restat, absoluendo. Ceterum Deus, qui videt in abscondito, cum viderit te ab eo pendentem; supponet manum, ut per anfractus licet arduos, securum te deducat. Præterea nec tot tibi, nec tam disparatæ prælectiones audiendæ erunt, quemadmodum faciebas. Neque vero dubites ceteros professores ægre laturos, nisi omnibus adueris: potens enim est Deus, qui eorum immutet corda, qui cognita ratione suscepti à te propositi, quam interduum

iis

iis referre poteris, non solum erga te magis in Domino afficientur, verum etiam exemplo (vt fere fit) permouebuntur, vt idem ab aliis adolescentibus effici curent. Porro dictum est ei, cum ea esset ætate, cœnaret sobrie, nisi quibus diebus ex Ordinis instituto, & Ecclesiæ præcepto, aut ob aliquam animo salubrem causam, à cibo esset abstinendum: somno etiam sex, vel septem horas singulis noctibus daret, ne corporis vires fractæ spiritum extinguerent, aut caput ipsum frangerent, quod maxime omnis mali auctor diabolus curat, ne integris accedamus sensibus ad Sacrum faciendum, vnde regnum illius contritum est. Ceterum si prælectiones essent omittendæ, hæc omnes potius, quàm vnum omitteret Sacrum. Quæ omnia cum in rem contulisset, tantam animi & pacem ac lætitiã à Spiritu sancto iterum hausit, vt qui ex turbulenta illa & præpostera studiorum confusione nunquam sui erat vel dominus, vel compos, iam ex hoc ordine, & tempore, & mentis serenitatem, & firmitatem valetudinis, & plures identidem sibi dari occasiones experiretur, quibus alios quoque collegas & studiosos per eamdem deduceret semitam: quod certe eò illis suadebat efficacius, quò ipsam in seipso altius persenserat, atque, vt ita dicam, loquebatur ex propriis.

In his cum progressus fecisset aliquos, solitaq. eius loci Religiosi studiorum vacatio propterea superueniret, quòd cum annui redditus, aut eleemosynæ ordinariæ alendis tam multis deessent, cogebantur conquirere quibus in pagis, vel oppidis tempore Quadragesimæ, tum populis iuuandis, tum stipe corroganda concionarentur: quæ res cum faciat, vt variis periculis soli euntes exponi possint, tempusq. anni studiis opportunius amittant, datum est consilium, vt, ni publice posset, priuatim certe studia sua persequeretur, annum enim ita continuatum pro triennio futurum. Vbi verò studia absoluisset, quibus pietatem addidisset comitem, tunc sese procurandæ animarum saluti rite daturû: id quod denique sic effecit, vt in variis ciuitatibus cœceptum semen ad diuinam gloriam vberè cum fructu pepererit.

LOCA, UBI EADEM CULTURA
rectius adhibetur. Caput VIII.



AM vero ordinis ratio postulat, vt de locis agatur, vbi excoluntur ingenia. Loca sunt, scholæ tum priuatæ, ac (vt ita dicam) populares; tum publicæ, quas & Vniuersitates vocant. Huc spectant Collegia & Seminaria, quæ alunt aut laicos, aut Ecclesiasticos nullis certis ordinibus addictos, aut quos, ob rationem vitæ perfectiorem, Religiosos dicimus. Academia vero, quæ priuatim habentur, vt honestis quibusdam exercitationibus (etiam præter studia litterarum) nobiles erudiantur, referri quidem huc possunt: sed de aliis nunc præcipue agendum est: & ita sane agendum, vt cum intelligatur, quæ ab eorum antiquo instituto degenerarunt, eas esse collapsas, eadem opera cernatur diuinæ vis prouidentia, quæ nunquam destitit alia excitasse, & obstructis à satana canalibus, nouos aperuisse siphones, per quos salutaris aqua sapientiæ in bonorum vsum deriuaretur.

Et locis quidem istis quasi proprium aliquid inest ad ingeniorum culturam, sicuti de agris dictum est: id autem non tam pendendum est è natura soli, aeris, ciuitatum, vnde victus suppeditatur; tutelæ, vbi sine hostium metu agitur; immunitatum, quæ studiosis conceduntur; quàm ob eos, qui ad hauriendas disciplinas vndique confluunt, atque in primis ob præstantium professorum copiam, qui & eas tradunt, & inuicem accenduntur ad præstandam Christianæ Reip. operam. Accedit ratio ipsa studiorum, legesq. & ordo, ac varia hominum officia, quæ reip. litterariæ speciem constituunt eò meliorem, quò rectius obseruantur, si optime à viris optimis fuerint instituta; & ab studiorum instauratoribus, quos Reformatores vocant, curentur obseruari.

De

A De priuatis scholis, cum fufus dicendum sit, vbi de studiis humanioribus agatur; hic tamen prætermittendum non est, ludimagistrorum doctrinam & vitam accuratissime à spiritali Magistratu esse examinandam; quod iuuentus cerea sit, & flexibilis; & vero Christiani orbis sit seminarium. Deinde curandum, vt classes, magistri, gradus pro vario adolescentum captu distincti sint, sine quibus nec tanti progressus à pluribus fiunt, quanti possent: alij autem quasi per saltum (vt ita dixerim) ascendunt quò nondum peruenire possint.

In Collegiis etiam, vbi laici aluntur, id eò magis curandum est, quò iam natu grandiores, ex ætate & sanguine procliuiores ad omnia fiunt: cumq. vel gratia, vel pecunia, eò sæpe admittantur; breuiore autem spatio temporis, vel diutius quàm par sit, in iis commorentur; qualis fuit ingressus & progressus, necesse est vt eiusmodi sit exitus. Ea igitur Collegia vel ad pristinam disciplinam reuocanda, vel in pauperum studiosorum domos essent fortasse commutanda; qui à probis præfectis exculti, diuinæ iræ flagella auerterent, quæ Regnis & Rebus pub. solent ex abominandis sceleribus imminere, sicubi patrantur.

In Seminariis Clericorum, quæ afflatu Spiritus sancti Synodus Tridentina iussit institui, vt in singulis diocesisbus efformarentur operarij, nihil est quod maiore animaduersione ac cultura dignius sit. hanc enim rationem inuit ipsa diuina Sapientia, quæ calitus descendens, & nostram induens carnem, duobus seminariis vniuersam propagauit Ecclesiam: quorum alterum non plus duodecim, reliquum septuagintaduos habuit alumnos. Horum autem eam curam gessit, vt ad mortem vsque illos excolerit, ac deinceps Spiritum iis sanctum de cælo demiserit. Ac quidem quid in illis efficiendum sit, liber ipse noster Ecclesiasticæ historiæ, & Canoniarum legum, qui in hac Bibliotheca Theologicum consequetur, ostendet. Cum enim in eo de cura pastorali agendum sit, inde & monita, & regulæ, & libri, ac leges peti poterunt, quas colligere potuimus omnium aptissimas.

Variarum item nationum Seminaria extant; quorum auctor maxima ex parte fuit hoc sæculo Gregorius XIII. Pont. Max. Atque ex iis sane prodiit adolescentium doctorum & religiosorum, atque adeo martyrum haud mediocris numerus, qui Ecclesiæ imperterrito pectore inseruierunt; inseruitori fructuosius omnes, si fidem omnes obseruandis sanctis Seminariorum legibus promissam præstent. Ac tamen hæcenus non vna prouincia, & integræ pene ciuitates cum per eosdem alumnos Catholicam Religionem sint amplexæ; qui vero ex hac vita pie decesserunt, migrauerint ad Deum; ecquis ambigat ab his patriæ salutem procurari quidem ardentè in cælis, rogari autem ex animo Deum pro iis, quorum opera salutem sunt consecuti?

Ad Vniuersitates, siue publica gymnasia quod attinet, postquam Christianæ Ecclesiæ per eos Imperatores, qui Christo nomen dederunt, extructæ sunt, nihil iis potuit vtilius effici. Nam inuitatis quaquauersum insignioribus viris, & familiis Religiosis adiunctis, diuina lux splendidior affulsit: sæpeq. cadentes Academia instauratæ sunt, quemadmodum & supra dictum est, & infra dicetur. Neque vero vllæ extant Synodi, in quibus de ratione studiorum actum sit, quin præcipua scholarum cura Ecclesiasticis viris demandaretur. Et in ædibus ac Cathedralibus nomina eorum seruantur adhuc, qui vel scholastici, vel vulgari nomine Capischolæ, vel Magistri scholæ appellantur: quorum erat antiquitus non tam clericos, quàm laicos, & pauperes scholasticos apud templa ipsa gratis instituere. Carolus certe Magnus tot bellorum & administrandarum prouinciarum mole oneratus, id habuit antiquissimum, vt cum post relatas de hostibus victorias templa extruxisset, vbi Deo gratiæ agerentur (victorias enim oratione potius, quàm armis, quod idem restatus est, erat consecutus) scholas illico templis adiungebat, quibus sacerdotes præciebat. E multis autem illustribus Hispaniæ Academiis, expedit vt hic aliqua exprimat, è cuius legibus, ac tamquam idea, habeant reliquæ cadentes Academia, vnde iuuari possint, aut Principes, quæ instituere debeant: & hæc cau-

fa

fa est, cur eò libentius Salmanticensem hoc tempore Academiam describendam A existimaui, quòd neque Middenthorpius, qui de Academiis librum conscripsit, nec alij, quod sciam, liquidò de statu & ordine ipsius egerint.

SALMANTICENSIS ACADEMIAE
æconomia, leges, mores, studia. Caput IX.

SALMANTICA Regni Castellæ in Hispania ciuitas est, in qua Alfonso Octauus Castellæ Rex Academiam instituit, imitatus Regem Legionis, qui alteram Palentiæ excitauerat. Salmanticensis igitur cum primo minus esset locuples, redditibus deinceps B est aucta, clero Cathedralis Ecclesiæ consentiente, qui ei tertiam suorum reddituum partem attribuit. Hæc igitur à Martino V. confirmata est, & variis priuilegiis, ac legibus in Reip. formam redacta: cui etiam ipsius Cathedralis Scholasticum præfecit, delata ei amplissima auctoritate, qua stitiosos ciuilibus & criminalibus pœnis posset coercere, seruata prouocatione causarum Sedi Apostolicæ, vel suis administris, qui futuri essent in Hispania.

Rectorem, qui eligi solet è præcipua Academiæ nobilitate, cum octo Consiliariis ex octo Hispaniæ Regnis adlegit, quorum esset suffragium ad professores constituendos. Eius, & Consiliariorum magistratus annum non excedit, qui eliguntur die S. Martini sacra, in memoriam Martini V. à quo stabilita est Academia, Iisdem autem suffragiis Rectorem & Consiliarios sequentis anni deligunt. C

Scholastici dignitas cum proxima sit post Episcopum, hanc insuper alteram de Academia administranda obtinet. Quare nisi tanto ob affectam interdum valetudinem, ac caducam ætatem, oneri ferendo fuerit aptus, alibi ad gerendum Episcopatum Pontifici Max. proponitur, atque in eius locum viribus validior sufficitur.

Redditus ipsi Academiæ sunt annui triginta millium aureorum, qui æquis diuisi partibus, altera professoribus, quos proprietatis Cathedralis vocant, satisfaciunt: altera iis, qui in quadriennium conducuntur: reliquum in necessaria ædificia, & opera pia impenditur, inter quæ Nosodochium est, in quo pauperes omnes scholarum studiosi, cum morbo tentati sunt, curantur egregie. Summa ter mille aureorum quot annis ei Nosodochio attributa est.

Cathedratici, qui proprietatis dicuntur, numerantur viginti, tres Theologi, D quorum vnus mane, alter vespere Theologiam, tertius Biblia, siue Testamentum vetus & nouum, idq. finita prima lectione matutina, prælegunt. Canonici iuris sex sunt professores, duo mane, totidem vesperi: à quibus omnibus exponuntur Decretales, è quibus proprii assignantur tituli. reliquæ lectiones sunt duæ, altera Decreti, quæ fit absoluta matutina lectione: altera est ex Sexto, quæ horam exponitur ante vespertinam. Ciuilis Iurisprudentiæ lectiones sunt quattuor, duæ quæ mane, totidem quæ vesperi: prima Infortiatum, albescente die: aliæ vespere Digestum nouum interpretantur. Medicinæ item tres sunt cathedræ, quæ proprietatis dicuntur; eaq. iisdem horis, quibus Theologia solet, declaratur. Reliqui professores artibus liberalibus sunt addicti. Lectiones cum dico proprietatis, eas intelligo, quæ (vt aiunt) dantur ad vitam: quas qua primum hora aliquis inchoat, E iam aliis præeminet; huncq. Hispanicæ vocant Iubilatum. At vbi vigesimum in eo munere annum expleuerit, eodem stipendio (immunis iam à legendo) fruitur, quamdiu vixerit: tum vero in eius locum sufficitur alius, cui ex aliis Academiæ redditibus pensio creatur annua.

Qui in quadriennium conducuntur, tres sunt Theologi, quorum vnus S. Thomam, alter Scotum, tertius Durandum. Iuris autem Canonici quattuor, quorum vnus Clementinas, alter Extrauagantes, duo reliqui Decretales interpretantur. Ciuilis Iurisprudentiæ sex, quorum alter Digestum vetus, alter Volumen, duo Codicem,

A dicem, totidem Institutiones Iustiniani explanant. Medicinam tres alij profitentur. Hebrææ, Chaldææ, Arabicæ, Græcæ linguis suis cuique est professor. Ac præter hos omnes, artium liberalium septem sunt professores, Grammaticæ, Rhetoricæ, Mathematicæ, Musicæ, Logicæ, Philosophiæ naturalis & moralis, atque item alter, qui secundo Grammaticam docet; ac præter hos plurimi Grammatici inueniuntur, qui Grammaticam priuatim docent.

Cum autem sæpe viri excellenti doctrina ad eam Academiam appellât, qui quidem cathedris proprietatis addici nequeunt, quousque eadem cathedræ morte professorum vacent, his certam pensionem, qua honeste possint sustentari, claustrum attribuit. Claustrum vocatur Rector & octo Consiliarij, vnâ cum omnibus cathedralicis proprietatis, qui omnes Senatuum efficiunt, ad quem vniuersa Academiæ administratio pertinet.

Rectoris est, vt curet integram horam à cathedraticis prælegi: quorum singulos singulis tribus mensibus inuitit: hiq. ni præstent quod debent, multantur. Cathedratici proprietatis necesse est vt Doctoratus insignia Salmanticæ acceperint.

Cum cathedræ vacant tam proprietatis, quam quæ in quartum vsque annum conferendæ sunt, edicto proponuntur, quod edictum integrum mensem hæret cathedris ipsis affixum. At minoribus cathedris, cum vacant, triduo tantum; quo expleto Rector sortito aliquid promit, quod ad eam facultatem attinet, vt qui prior accessit, is id publice exponat. Adfunt autem omnes eiusdem facultatis discipuli: postridie vero, ac sequentibus diebus idem fit cum aliis: tum denique, discipulis omnibus secreto suffragia ferentibus, is eligitur cathedraticus, cui plura C obtigerint.

Cum discipulis ad altiores disciplinas transeundum est, primò an idonei sint; à primario humaniorum litterarum professore examinantur. Si idoneos inuenerit, accepto chirographo ad ea studia admittuntur.

Qui iuri Canonico dant operam, priore biennio duas quotidie mane, aut vespere audiant lectiones necesse est, Decretalium alteram, Decreti alteram, tertio anno Clementinarum, quarto Sexti, quinto Extrauagantium. Qui Iuri ciuili student, primo anno Institutiones Iustinianis; at secundo & tertio Codicem, quarto & quinto Pandectas mane aut vespere audiunt. quo quinquennio absoluto, promotio ad Baccalaurei gradum petitur, qui quidem à quocumque eiusdem facultatis Doctore conferri potest.

D Præter has prælectiones ordinarias, complures aliæ audiri solent ab iisdem studiosis. Ac qui Canonico iuri dant operam, vacant etiam primis annis Institutionibus Iustiniani, alijs vero Digesto, ac Codici. quin etiam Theologi Hebrææ ac Græcæ linguæ professores audiunt.

Baccalaureatum assecuti, vel donum, vel in solitudinem aliquam recipiunt sese, vbi cum triennium repetendis lectionibus impenderit, Salmanticam redeunt; Licentiati nomine insigniendi. Quod vt fiat, publica repetitio ab iis habenda est. Nam à Scholastico, siue Magistro scholæ, qui Procancellarij munere fungitur, lex aliqua, vel caput forte exemptum proponitur, de quo repetitionem habeat secreto. Adfunt Magister scholæ, ac publici professores, è quibus vbi quattuor, qui iuniores sint, cum licentiandi disputauerint, hi per secreta suffragia vel admittuntur, vel reiciuntur.

Qui Theologiæ, aut Medicinæ studiis sese daturi sunt, vbi ab humaniorum litterarum professore, quem diximus, fidem acceperit; primo anno Summulas, secundo Logicam, tertio Philosophiam naturalem & moralem, ac deinceps Metaphysica audiunt; denique facti Baccalaurei ad eas disciplinas se conferunt.

Ac Theologi quidem primo biennio Theologiæ lectiones matutinam & vespertinam; sequente autem biennio diuinam Scripturam audiunt; quo quadriennio absoluto Baccalaurei fiunt.

Qui Medicinæ student, huic quadriennium operam minimum nauant. At hi in Bac-

Baccalaureatu suscipiendo examinantur, quemadmodum de iis fit, qui iuri Canonico student, cum ad Licentiatum (quem vocant) gradum euehantur. In Medicis autem id citius fit, quod Baccalaureatum affectum, iam aegros inuifere, ac curare possunt; sed & denique ex iis plures & Licentiatum, & suo tempore Doctores fiunt, maiorem his gradibus sibi auctoritatem concilians.

Singulis annis die, quae sancto Lucae est sacra, inchoantur praedicationes & studia. Horum vero intermissio, seu vacatio, est octiduum ante Dominicam Natiuitatis festa: dies quindecim tempore Christi Domini resurgentis: quadraginta dies a beatissima Virginis matris Natiuitate, usque ad diem sancti Lucae. Singulis item hebdomadis dies Iouis vacat: ac si intercidit in alios hebdomadae dies festus aliquis, tum & eodem ipso die Iouis professores praedant.

Sunt autem in Salmanticensi Academia circiter viginti Collegia, quae pij Episcopi & Archiepiscopi instituerunt. Quattuor dicuntur maiora, tum quod omnium optime redditibus ac legibus sunt constituta, tum quod ex iis Hispaniae Rex Auditores fere atque Inquisitores deligit. In horum singulis collegia sunt quindecim, aut viginti, panno simplici & unicolore vestiuntur, sic tamen ut cuique Collegio suus proprius sit color. Bini incedunt, cum domo exeunt. Rectori quisque suo integre obedit: communi in loco comedunt, non secus ac si essent viri Religiosi. Nocte fores alicui numquam patent, quantacumque res, etiam grauissima, ingrueret. Antequam vero ad haec admittantur Collegia, exactissima testificatio exigitur, qua constet nihil in moribus, vel in Fide, vel in progenie esse, quod iis legibus aduersetur. Quas vocant praebendas, haec iis per concursum, ut dicitur, conferuntur, idque secreto per suffragia, & Hispanice dicuntur Beças. Duae partes est tribus iuri Canonico student. Quattuor item Collegia sunt Sacellanorum ordinis militaris S. Iohannis, S. Iacobi, Calatrauae, Alcantarae; plures autem alumni in Collegio S. Iacobi, ut opulentiore. Reliqua Collegia dicuntur minora, tum ob numerum, tum Regem illorum opera vix vrent. Collegium quod dicitur S. Bartholomaei, redditus habet vberiores; sex aureorum millia singulis annis numerantur.

Omnium autem moribus Magister scholae diligentissime inuigilat, ut quem primum in vitia, vel in turpes iocos, taxillorum, aut chartarum esse compererit, hunc primo obiurget; sin pergat, in custodiam coniciat, in qua diu detento maxime profuisse hanc poenam re ipsa comprobatur est.

Ceterum cum quattuor millia Salmanticae litteris operam dent, ac vero septem aliquando fuisse millia scriptum sit, ij omnes vitae honestate, moribus, sermone coenobium Religiosorum (& horum quidem valde obseruantium) repraesentant. Vestes omnes induunt ad talos usque, quibus angustior domi res non sit. Neque vero arma, non sericum, non alicuius generis colores gestant.

Accedunt Religiosae familiae, Dominicani, Franciscani, & aliorum Ordinum, in quibus pietas & sapientia magnopere vigent. Dominicani ordinis sunt ducenti, apud quos disciplinae omnes, quae ad Religiosorum institutum pertinent, sedulo docentur; ut mirandum non sit, vbi ea ratio & forma Academiae sit, quam & sequuntur aliae Hispanicae & Lusitanicae Academicae, ibi diuinum cultum efflorescere in iis Regnis, atque inde per vniuersum orbem semina omnis Religionis serui, E ac maturefcere.

RATIO COLLEGIORUM ET SCHOLARUM,
quibus praesunt viri Religiosi. vbi & de institutione studiorum
Societatis IESV. Caput X.



Præter celebres Academias, Collegia sunt & scholae, quibus praesunt viri Religiosi. Quamobrem & quanam, & quanta in iis sit ratio culturae ingeniorum, dicendum est. Ac primo, quod supra innuimus, Christianis Academicis excitandis attributi sunt a Religiosis viri Religiosi, quod rebus saecularibus minus impliciti, in eam operam toti poterant impendi. Et Ferdinandus Castillus Dominicanus, qui sacrae familiae suae centurias vere prudentes & sanctas edidit, dicitur scribit, id S. Dominico fuisse propositum, ut non solum Philosophiam & Theologiam sui docerent, verum etiam inferiorum scholarum suscipere curam, ad quas ipsi quoque laici confluerent: quod nimirum intelligeret, hanc esse conuertendis ad Deum ciuitatibus compendiosissimam viam. Cum autem hoc saeculo hinc haereses, illinc nouus Orbis erumperent, nouasque non minus a caelo, quam a terris diuitis suae sapientiae fodinas Dominus IESVS aperiret, exciuit vna cum aliis nostros, ut in hoc potissimum incumberent. In quo quid haecenus praestare Societas nostra conata sit, quive fructus est Religiosa cultura vel capti iam sunt, vel percipi possint, paucis quidem illud, exemplo Collegij nostri Romani hoc alterum ostendam.

Ignatius Loyola cum post peragrata mundi partem, perspectasque Hispaniae, Galliae, Germaniae Academias, vocatus fuisset ad diuinum nomen, per studia litterarum & pietatem propagandum, iam vero Societati nostrae postea Praepositus esset, ac a quibusque prouinciis praestanti ingenio viri nomina nostro Ordini darent, florent autem Religiosae familiae aliae, habuit vnde ab omnibus ad Proprium institutum firmandum plura colligere posset. Quidquid enim in Lusitanicis, Hispanicis, Gallicis, Italicis, Belgicis, Germanicis & Academicis & Coenobiis optime fuerat institutum, id tamquam symbolum ab iis qui ea cognouissent, atque ad nos se aggregassent, ponebatur in medium. Ille autem ut solertissimo erat ingenio, Deique negotium agebat, concoquere omnia & disponere coepit. Quod postea diuturno scholarum & Collegiorum nostrorum usu quasi tritum & cribratum, quid in qua ratione vel procedebat, vel emendatione egebat, subinde per congregationes generales, vel aliis rationibus, ab iis qui successere Ignatio Praepositi Generales, ad examen saepe reuocatum est. Atque ut Ecclesia conflictatur aduersis opinionibus tum Gentilium & haereticorum, tum eorum item, quos nimia sui fiducia transuersos agit; factum est, ut nostri in hac palaestra experirentur plurima. Notandum tamen extrema erat manus imposita rationi atque institutioni studiorum, cum denique Claudius Aquauia ante duodecim annos delectus Praepositus Generalis, uti reliquis Regulis, ita potissimum eiusdem Institutionis legibus roborandam sibi esse Societatem intelligens; hanc, quam dicturi mox sumus, rei conficiendae rationem inuuit.

Sedebat Gregorius XIII. Pont. Max. magno Christianae Reip. bono, cui quod diximus, fuit cura, ut per Seminaria, Collegiaque Religio quam latissime pateret: quare & in eius Pontificatum reseruatum est, quod antea forsitan vix vnquam vel hoc modo deliberatum, vel ad effectum aliquem redactum fuerat. Praecessere igitur aliquandiu per vniuersam Societatem (ut fere fit in magnarum rerum deliberationibus) orationes, Sacra, corporis afflictiones, ut mentibus adesset diuinæ sapientiae numen. Deinde a prouinciis disunctissimis sunt a nostris euocati: ex Hispania Iohannes Azor, ex Lusitania Gaspar Gonzales, ex Gallia Iacobus Tyrius, ex Austria Petrus Bulæus, ex Germania superiore Antonius Guifanus; Romae commorabatur Stephanus Tuccius: omnes administrandarum scholarum usu praediti, & in omnibus pene facultatibus versati, gnari etiam singuli rerum prouinciæ suae:

E vt

vt variarum gentium auditis collatisq. moribus ac studiis, id communi consilio A
statueretur, quod locis, quo ad eius fieri posset, congrueret vniuersis. Hi vbi con-
uenere, Pontifici Max. à Claudio Aquaiua sistuntur, vt re cognita, benedictio-
nem à Deo rite per Pontificias manus accipiant. At Christi Vicarius commenda-
to consilio, sedulitatemq. ac celeritatem operi adeo saluari vt adhiberent, hor-
tatus, vbere benedictione tantæ rei initium sanxit: Cardinales item nonnulli do-
ctrina & auctoritate præcipui, quos certiores facere oportuit, institutam hanc à
Generali nostro quasi communem studiorum reformationem vehementissimè
comprobarunt. Accincti operi Patres ita rem instituerunt. Horæ ternæ diebus
singulis in consultatione ponebantur; temporis reliquum legendis Doctoribus, &
commentariis, quos aliqui manuscriptos ex prouinciis attulerant, traducebantur.

Iam vero vniuersum hoc opus duo in capita distributum fuit. In vno de secu- B
riorum opinionum delectu ac censura agitarum est: In altero traditus fuit ordo ac
praxis scholarum, omniumq. exercitationum, quibus ad sapientiam ac bonas ar-
tes iuuentus promouetur, institutio. Ac primum in opinionum Theologicarum
examine, in quo aliquid excogitare, quod multis probetur, arduum semper visum
est omnibus, Patrum illorum vnus, qui præerat congregationi, quæstionem aliam
ex alia iuxta ordinem partium, quæstionum, articulorum S. Thomæ in discepta-
tionem vocabat; ordine suam quisque sententiam prodebat; si suffragia concor-
dabant, haud magno negotio res transigebatur; sin dissidebant, tum disputatio
acris oriebatur: diuidebatur quæstio in proprios status, certa secabantur ab ambi-
guis, lubrica & obscura à ratis & definitis: controuersie capite sic explorato, discre-
pantium inter se argumentorum momenta appendebantur, in chartam sedulo re- C
ferebantur; copiosa duorum, interdum etiam trium dierum disputatione exa-
minabantur, donec qui aliter senserant, in plurimorum sententiam sponte
concederent.

In constituenda deinde certa ratione, ac methodo, qua scientiæ & facultates
singulæ tractarentur, recitabantur Patrum nostrorū in hunc vsum conseruata de-
liberationes siue Romæ, siue extra in nobilioribus Societatis Collegiis, varia
temporum occasione institutæ: percensebantur epistolæ & consulta, legesq. Vni-
uersitatum, & diuersi generis alia, partim superioribus annis, partim nuperrimè
ad Claudium ipsum Generalem ex plerisque cum Italis, & Hispaniæ, tum etiam
Galliæ, Germaniæ, Poloniæ prouinciis transmisa: relegabantur quartæ partis D
Constitutiones, studioq. ad nutum illis parendi sedulo expendebantur: Canones si-
militer congregationum, Regulæ & statuta scholarum, consuetudines præterea
moresq. Collegij Romani, quæ liber manuscriptus simul omnia complectebatur.
Ex his antiqua plurima retinebantur, recentioraq. adtexebantur, abrogabantur
nonnulla: si qua dubitationem adferebant, singuli prouinciæ suæ priuatas, vel
communes institutiones, vsum, & exempla scholarum, mores & euenta in medium
proferebant, commoda & incommoda demonstrabant, quibus tot, tamq. variis
auxiliis ad disquisitionem, iudicationemq. adhibitis, multarum peruestigata
sunt remedia difficultatum, iactaq. mutuæ inter nos consensionis fundamenta,
cum fixum ac ratum id apud se haberent, nihil esse posse vel ad scholarum con-
seruationem promotionemq. vtilius, vel ad gratiam, comparatamq. existimatio- E
nem retinendam accommodatius, quàm vniuersi omnes normam, præscri-
ptionemq. in excolendis ingeniis, gubernandisq. scholasticis muneribus tene-
re, ac sequi.

Confectus tandem est tractatus duplex: vnus de opinionibus seligendis, alter
de scholarum administratione. vterque deinde sub incudem reuocatus, relectusq.
omnibus audientibus, & emendatus, tandem etiam subscriptione singulorum fir-
matus, inq. Collegij Romani Theologorum manus iussu Generalis traditus est, vt
ab ipsis primum, à reliquis deinde per vniuersam Societatem prouinciis expende-
retur. Atque hic congregationis de studiis habitæ tam cursus, quàm exitus fuit.

Anno

A Anno vertente denique sub finem mensis Augusti, cum Decembris initio cœpisset,
conuentus est solutus. Stephanus Tuccius, Ioannes Azor, & Gaspar Gonzales in
Urbe relicti, vt, sicubi desideraretur, eorum quæ constituta sunt, interpretatione,
vel rationem redderent: ceteri domum, quisque ad consueta munia, rediere.

Visum est deinde eidem Præposito Generali, cum hoc opus esset arduum, atque
in publicam totius Societatis vtilitatem institueretur, quò & æquioribus animis
exciperetur, & perpetua sedulitate conseruaretur, nil constituere prius quàm
omnium prouinciarum Societatis Doctores, quid de tota re arbitrantur, expo-
nerent. Voluminis igitur deputatorum Patrum opera confecti multa exempla in
omnem Societatem dimissa sunt, vt sicut à Romano iam Collegio diiudicata fue-
rant, ita & à prouinciarum Doctoribus recognoscerentur. Qui postquam Romam
perscripsissent quæcumque de tota re sensissent, tandem à Præposito Generali, au-
ditis prouinciarum sententiis, quid optimum factu esset, vel omnino decerneretur,
vel, si opus esset, res ipsa tota sub experimentū adhuc triēnij per vniuersam Socie-
tatem adduceretur. E prouinciis itaque cum etiam ea de re conuentibus Doctorū
nostrorum habitis, cuncta fuissent examinata, quæcumque obseruauerant, aut ani-
maduerterant, ad Præpositū Generalem miserūt. Quæ cum præcipui Doctores Col-
legij Romani, cum deputatorum Patrū tribus, qui in hunc vsum (vt dixi) in Urbem re-
tenti fuerant, recognouissent, denique omnibus quæ aut in Urbem, aut in prouinciis
acta fuerant, accurate perpensis, idem Claudius Præpositus Generalis è Patrum Af-
sistentium consilio, ea, quæ è re litteraria nostrorum esse maxime visa sunt, censuit

approbanda: ac pars ea, quæ studiorum ordinem ac praxim instituit, missa est vt in
mores induceretur per Societatem omnem: eo tamen consilio, vt si qua in iis regu-
lis quotidianus ipse doceret vsum, emolumentum minus quàm speratum fuerat, habi-
tura, notarentur haud segniter in singulis prouinciis: quamquam difficultates,
quæ in hoc toto genere propositæ fuerant à prouinciis, Romæ gnauiter ac strenue
versatæ, tractatæq. fuissent, curatumq. vt tollerentur omnino, aut certe magna ex
parte leuarentur, siue per communes, siue per proprias sensim regulas. Quæcum-
que vero obseruata fuissent, post tres circiter annos Præposito Generali prescri-
berentur, vt postquam iussu ipsius ab iis, à quibus oporteret, omnia denique reco-
gnita, atque excussa fuissent, inter nostros firmarentur.

Restabat id quod ad delectum opinionum pertinet. Quæ primò Romæ, deinde
D in prouinciis, postea etiam iterum Romæ, eo modo, quo reliqua (sed tanto diligen-
tius, quanto grauiora sunt) erant perpendenda, præsertim cum Societatis nostræ
constitutiones communiorem, tutiorem, ac pene omnibus concordem atque vnam
nostrorum doctrinam esse iubent; quare & S. Thomæ doctrinam amplexi sunt,
quam Academiæ pene omnes, vt maxime tutam ac solidam receperunt. Itaque &
hoc absolutum est; monitaq. à Claudio Generali Præposito Societas, vt labores
tot Doctorum examine elaboratos, qua possent sedulitate, omnibus, qui litterarum
studiis vacant, grauiissime commendarent. si qui vero ab iis desistere viderentur,
& paternis monitis in viam reuocarentur, & seueris, quando res tulerit, animad-
uersionibus coerceri curarent. si qui autem vnquam difficiles & inobedientes se
præberent, ij à legendi munere prorsus amouerentur. Hæc igitur ad Dei gloriam,
E in Societate nostra ratio studiorum inita est, de qua postea quæ singillatim ad om-
nes facultates attinent, quæ quidem à nostro instituto non abhorrent, quantum fat
erit, suis locis erunt attingenda.

At & quæ cultura in Religiosis istiusmodi Collegiis adhibeatur, quem ve fructū
in disciplinis ferant, liquebit adhuc planius, si quemadmodū è publicis Academiis
ea, quæ Salmanticæ est, proposita fuit, sic ex iisdem Collegiis, Romani Collegij So-
cietatis nostræ quasi idea quædam (quod ad res nostras spectat) delineetur. Et pri-
mum in eo, quod à Gregorio XIII. Pōt. Max. redditibus atque ædificiis auctum est,
ducenti circiter è nostris variarum nationum commorantur: mille item alij supra
septingētos è diuersis tum regionibus, tum Collegiis, quæ Societas non vno orbis

E 2 in

in loco administrat, eò confluunt: Seminarium Romanum, Germanicum, Anglicū, A Græcum, & Maronitarum: Romana item in primis nobilitas, & ceteri, qui continenter ad Urbem veniunt, eum numerum expleunt. Nemo autē qui in Grammatica fundamentum non iecerit, admittitur. Quinetiam à certis examinadoribus ingenium, mores, atque propositum vniuscuiusque prius sedulo exploratur: cui nisi ad fuerint qualia tantam virtutum scholam decent, non patet aditus ad nostros. Admissus debet confiteri singulis mensibus proprio Confessario, vt ea ætas à Deo custodita Reipublicæ utilior, cælo euadat beatior; Arma procul sunt. Sacrum diebus singulis audiendum. Professores cum præfectis studiorum sunt plures: quippe alij diuinam Scripturam, Scholasticam alij Theologiam, nonnulli controuersam cum hæreticis, & practicam, quæ est de casibus conscientiarum: varij Logicam, & Philosophiam, reliqui Mathematica, Rhetoricam, & humaniora studia cum poetis; linguas B item Hebræam & Græcam præter Latinam docent. Philosophiæ curriculum triennio, Theologiæ quadriennio absoluitur. Quos autem citius in vineam Domini expedit mittere, qui forsitan omnes scholasticis studiis minus idonei sunt, hi biennio practicam Theologiam audiunt. In scholis, siue classibus inferioribus, cū vnā cum bonis litteris animi pietas sugenda sit, vtrique opera datur enixè. Nam quæ de quotidianis exercitationibus, quæ in iis habentur; de officio & forma vniuscuiusque classis, de promotione ad superiores, de quotidiana temporis ratione ac diuisione, de pietate & disciplina morum, de incitamentis studiorum, de singulis Decuriis, quibus præfunt Decuriones, de libris exponendis, & quomodo id in eodem, atque in reliquis Societatis IESV Collegiis agatur, de additis quoque regulis, quæ Italica, Germanica, Gallica, Lusitana, Transalpina sunt propria; viderint, qui hoc velint, vbi de C humanioribus litteris postremo libro actum est. Nam quæ præsidia tū aliis disciplinis, tū isti facultati summo studio siue ab aliis, siue à se cōquisita fuere, id charitas: Christi vrget me, vt vbiq; communicem: nā & nos ab aliis edocti fuimus: fraternā autem aliis gratiam, aut profectum inuidere, peccatum est contra Spiritum sanctū.

Num vero status Religiosorum aptissimus sit omnium ad vberiores in scholis fructum efficiendum, si vel quæ alij hac de re scripserunt, vel quæ nos dicturi quàm breuissimè sumus, æquisimo animo accipiantur, nemini dubium est quin facillime persuadeatur, vt qui cōtra hiscere audeat, nec à bono spiritu agi se, & verò publicæ salutis ac commodo aduersari intellecturus sit. Mitto autem nunc, qui fructus editi sunt in Ecclesia Dei è Religiosis viris in omni scientiarum genere. Id enim cum reliqui, tum nouissime iustissimis causis adductus testatur reliquit Hieronymus Platus Societatis nostræ libro secundo de Bono statu Religionis: quem librum neminem virum bonum legisse poenitebit. Nos pauca tamen ex illo, tum è re ipsa. D

Et quidem quæ naturalia, vel supernaturalia dona conferuntur à Deo, hæc ad ipsius immensam bonitatem attrinet, vt efficaciora sint, & augeantur, cum iam nō suis commodis, quæ omnia Religiosi contempserunt, sed Dei gloriæ seruiunt, & illorum salutis, quorum oculis & animis illa vel utilitas, vel pulchritudo comparantur. Nam vt Judith femine honestissime, quod ad Holophernem hostem capiendū, non tantum preces, aut cilicium, vel ieiunia, quibus antea utebatur, sed etiam inanes, & sandalia, & annulos, & denique omnem muliebrem mundum adhibendum putauit; Deus quiddam insuper ei gratiæ & splendoris contulit, quoniam compositio illa non ad libidinem, sed ad virtutem referebatur: sic eloquentia & scientiæ à Religiosis tamquam ancillæ ad arcem adductæ, clypei denique sunt ad propellendos hostes, qui in Dei Ecclesiam vellunt irrumperere.

Accedit tempus, & animi attentio, quæ duo ad sapientiæ studium cum pernecessaria sint, in sæcularibus rara sunt, in Religiosis abundant; quibus item animi quies, & tranquillitas adest, quæ seque solet cōprelsis & eradicatis omnibus eius turbulētis motibus. Iuuat virtus tēperantiæ ac sobrietatis, sine quibus & ingenia redduntur obrusiora, & minus apta ad scientias speculatiuas sunt: id quod diximus etiam ab Auerroë alioquin impio; veritate cogente, dictū fuisse. Iuuant præ omnibus Dei lu-


men

A men & gratia. Labores enim Religiosorum Deus nō tam vt ipsorum, quàm suos, vt potestate suā causam & negotiū promouet: quod longe secus est in iis omnibus, qui ad iuu lucrum, vel honorem studia referunt. Atque hoc quidem tanti est, vt etiam sæpe miraculo, & præter naturam ordinem Religiosorum mentes Deus illustret, oblcura patrefaciat, easq; habiles efficiat ad difficillima quæque capienda. Rē propius oculis subiiciamus. Ipse tantūmodo aspectus mutuus in vno Romano Collegio Societatis duorum circiter millium adolescentum, in quibus altum silentiū, nullus strepitus sit; plurium autem frequēs Eucharistiæ vltus, vt & variæ beatissimæ Virginis sodalitates, quæ ex aptioribus ad scientias, & propensioribus ad pietatem ingenii diebus festis vnā conueniunt ad loca propria, vbi de excolendis animis simul conferunt, hortationes audiunt, & diuersas piorum operum exhortationum ineunt rationes: B in scholis autem nulla profani auctoris, aut poetæ lectio, quæ labem aliquam contineat: lexcentæq; quotidie orij & peccatorū præcitiæ occasiones; continua itē prælegendi series, cū iidem philosophiæ professores bis in die prælegentes, atque repetitiones, disputationes, & collationes adiungentes, repleant scientiis mentes adolescentum: nemini vero professorum permitti philosophiam vt doceat, priusquam Theologiam accurate didicerit, mirum non est, si hæc omnia faciant, vt qui videntur adhuc iuniores, præsent id, quod in sæculo grandiores natu vix possunt.

Præcesse autem illa maximi sane ponderis. primum vocatio à Deo ad Religionem, & ad hoc docendi munus: deinde diligentissima examinatio prius quàm in nostrum Ordinem admissi essent: admissorum deinde probatio biennis in moribus, in pietate, & litteris: mox non interrupta vnquam studia, ni valetudine prohibeantur: plures autem inter eos domesticæ repetitiones & disputationes, quàm quæ in scholis habentur: volutatio auctorum emendatissimorum: multorum professorum eodem in Collegio commoratio, qui mutuam sibi operam præstant: variarum nationum mores, quibus prudentiam vnā cum doctrina consequuntur: vnaquæque enim natio ipsa viuendi consuetudine, dona, quæ habet à Deo, inuicem communicat: morum porro probitas & simplicitas, quæ in plerisque Septentrionalibus viget; alacritas ingeniorum & grauitas, quæ in Hispanis; vinda vis, quæ in Gallis; iudicium, quod in Italis; eloquentia, quæ in Græcis, & aliis Orientalibus; vna ipsa pietas, quæ in omnibus perspicitur; addo ardens illud laborandi pro Christo desiderium, quod in Anglis præcipue extat, dum vel isti proprii sanguinis prodigi emensum studiorum curriculum solent consignare martyrio; vel dum alij plerumque vale dicentes huic hemisphærio, parentibus, amicis, patriæ, sibi ipsis, lætissime ad Indias conuolant, & ad truces atque efferas nationes: hæc, inquam, omnia, quæ diu obuersantur oculis, vix dici potest quantum lucis & calcaris addant Religiosis mentibus.

Sed & mutua eorū præsentia, qui paulo antea quàm Societati nostræ nomina dedissent, mundo hærebant, quiq; cum patrimonii, dignitatibus, pompis auidissime inhiascent, iā nunc paupere amictu & vita contenti, eodem remigio vnanimis ad caelestem portū nituntur appellere: ipsa vero eodem tempore tum precatio, quæ sit mane, ante meridiem, & nocte; tum sacra lectio, quam vel edentes, integrum annum audiunt: professorum autem, vbi curriculum Philosophiæ exposuere, reditus sæpe ad humaniores scholas; vt cum Latinam linguam & eruditionem istarum litterarum repetant, sint eadem opera Christianæ iuuentuti fructuosi, dum nondum per ætatem audire Confessiones, aut publice concionari debent: post absolutum autem Theologiæ curriculum reuersio ad nouitiatum, in quo annum adhuc, tamquam in schola affectus, impendunt, concipiendo nouo igni, qui solet in meditatione exardescere; summa certe præsidia sunt, quibus breuiore temporis spatio, quàm per sæculares fiat, disciplinas & pietatem cum addiscere, tum docere possint.

QUAS NAM TETENDERIT, ATQUE ADHUC
tendat insidias humani generis hostis, ut scholas, Seminaria, Aca-
demias, & Collegia Catholica euertat. quare ratione
eidem satanae obuiam iurum sit & antiquitus
& hoc saeculo. Caput XI.



VANTO igitur splendidior in eiusmodi Academiis & Collegiis
micabat Sapientia, eò magis conuicti sunt satanas & reliqui eius asse-
clae, ut eam extinguere. Quoniam vero hostilium stratagematum
notitia victoriam faciliorem affert, age videamus quibus id artibus,
ac per quos illi hoc procurarunt.

Sapient. 3.
Hierem. 10.
Aug. lib. 8.
de ciuit. Dei
cap. 9.

Primi fuere antiqui Philosophi, qui tamquam obiectu multipli-
cis opinionum sylvae, radios verae philosophiae obscurarunt. Videbat enim sa-
tanas scriptum esse, vanos esse homines, in quibus non est sapientia Dei; istosq.
fieri à sapientia sua: cumq. philosophari sit amare Deum, etiam secundum Plato-
nem, ut inquit Augustinus, intelligebat vera philosophia sublata, amorem in no-
bis erga Deum non posse consistere; atque idcirco suum regnum tartareum au-
dum iri. Sed hoc ubi de philosophia.

Secundi fuere Iudaei, qui sicut affixerant cruci Christum Dominum, ita spera-
runt se eius doctrinam, verissimam nimirum principia philosophiae, cruci affixuros.
Hinc persecutiones Apostolis illatae, falsissimaeq. Prophetarum interpretationes,
falsatus item ipse diuinus codex: missioq. mille legatorum in varias mundi partes,
ut Christianae religionis propagationem impedirent.

Tertij fuere primi illi haeretici, Ebion, Cerinthus, Marcion, quiq. deinceps
sunt sublecuti. Inuictam enim ab Apostolis, atque ab horum discipulis lucem in
mundum, extinguere nouo astu moliti sunt.

Accessit vis Imperatorum tyrannica, qua Ecclesiam sunt persecuti: inter quos
cum Iulianus Apostata viam haeticis ostenderit, qua Catholicas Academiis, &
Collegia tollere conati sunt, ideo eam huc adiciere peropportunitate fuerit: Ape-
riant enim oculos viri, qui vere sapiunt. Iulianus itaque à Libanio sophista & Ma-
ximo philosopho, de quo postea ob diabolicam Magiam supplicium est sumptum,
ita dementatus fuit atque corruptus, ut è pietate Christiana in ethnica impie-
tatem prolapsus, Apostata & factus & dictus sit. Hic cum esset Viennae, quae ad
Regnum Galliae pertinet, religionem Catholicam simulabat, qua simulatione Ca-
tholicos lenim in suas partes alliceret, ut etiam die ipso Epiphaniae Domini in Ec-
clesia cultui Christianorum interesset. At cum paucos intimos apud se haberet,
quibus fidebat, secretam auguriis & inspiciendis animalium extis operam dabat.

Ratus autem appetuisse tempus promendi quod coquebat in animo, sublatis quo-
que iis, à quibus metuebat, edicto insit, ut Paganorum templa paterent, in his im-
molarentur bruta, thus idolis fallorum Deorum incenderetur, Idololatria restitue-
retur. ut res procederet, si plebem cum Episcopis Catholicis ea de re litigantem
audiuisset, utraque in palatium accersita parte, monebat, ut ciuilibus dissensionibus
sopitis, vnaquaeque libere, ac sine metu quem vellet ritum sectaretur. In Gal-
liis (quod testatur Hieronymus) Christum negauit: seq. ipso nominato Pontifice,

Epist. ad Ne-
postianum.

& Ecclesiae capite, Gentilium templa publice est ingressus, idem ut Christiani fa-
cerent edicens. Quos verò intellexisset esse Ecclesiae hostes, aut apostatas, hos
honore ac studio prosequatur. Basilicam haeticis Donatistis reddidit, quas an-
tea Constantinus Imperator ademerat. Benignum se & comem erga Iudaeos ges-
sit; quibus etiam suavit, ut Salomonis templum reedificarent. Quod cum facere
coepissent, igne, qui è fundamentis erumpens absumpsit operarios; & crucis signo,
quod eorum vestibus haesit, atque aliis prodigiis prohibiti sunt. Veniens Del-
phos ad Apollinis templum de bello aduersus Persas consulturus, templum fulgu-
re

Are ac terramotum euersum est. Ecclesiis redditus abstulit, Christianorum scholas
claudi imperauit, ne Christiani Deorum Gentilium facinora cognoscentes, eos
euincerent; ac pietatem haurirent. Ad extremum sagittae ictu, quae incertum à
quo fuerat emissae, vulneratus, atque aduersus Christum inclamans, Vicisti Ga-
liliae, ad inferna descendit, cum annum dumtaxat & septem menses imperasset.

Cum Iuliano Apostata Ariani Imperatores connumerari possunt, quamuis Arius
Constantini Magni tempore coeperit Orientem haesibus inflammare. Genferi-
cus certe, atque Hunericus Reges Vuandalorum omnem ex Africa religionem
atque sapientiam exterminarunt. Extinctis autem sex millibus sacerdotibus, scho-
lis item Catholicis clausis, ingens illud vulnus iam ante mille annos tertiae orbis
terrarum parti inflictum est, ut non solum cultus omnis in ea conciderit, verum
etiam Sergio Apostatae, & Mehemeti inde patuerit, quae Mahometismus in mun-
dum tamquam torrens irrumperet. Itaque in Africa nulla iam schola, aut acade-
mia per tot iam saecula extitit, nisi Academiis eas dixeris, quae in Fessae Regno di-
sciplinas quaedam, Arabicamq. & Hebraeam linguas ad fouendos Mahometicos &
Indicos errores, vti & ad impia scelera docent.

Vitor Vri-
ces. de Per-
scut. Vuand-
dal.

Scholas item Alexandriae Catholicas multo antea turbauerant Ariani, ut non
modo Alexander Episcopus, & Antonius Aegyptius, ac Patres Synodi Nicanae,
verum etiam Valentinianus Imperator haesim eam compresserint, prohibentes,
ne vlllo in loco haeretici docerent.

Refert Zonaras, à Leone Graecorum Imperatore, qui bellum aduersus Sanctorum
reliquias & Imagines suscepit, quemadmodum Caluini hoc saeculo fecerunt,
domum illam insignem Constantinopolitanam cum duodecim sapientissimis viris
fuisse concrematam, quae Religioni & sapientiae propugnandae ab aliis Imperato-
ribus fuerat iis attributa. Id vero Leonem fecisse, quod ipse impietati cum resiste-
rent, tum aliis persuaderent, ne assentirent.

Lib. 9. An-
nualium.

Ne longum faciam, nec, quae consequentibus saeculis acciderunt, enarrem, no-
stra memoria (ne dicam & praesenti aspectu) paucissimos intra annos Vngariae, Po-
loniae, Suetiae, Gothiae, Daniae, Angliae, Scotiae, Galliae Academiae omnes catholi-
cae, quae fuerant à Pontificibus Maximis, à Regibus, ab Episcopis, & aliis siue in-
stituta, seu confirmata, inuadentibus haeticis, & bona Ecclesiae diripientibus,
corruerunt. At & simul omnis decor pietatis & cultus collapsus est. Neque enim
tam cito Lutherus vexillum iniquitatis extulit, quum Catholicis professoribus eie-
ctis vna cum Academiis Regna corruerunt, aut & facta sunt, ut dixit Propheta, quasi
cumerarium in vinea: quae verissima causa fuit, cur vitae libertate, ebrietate, &
noua opinandi licentia, Gallicae, Italicae, Germanicae, Polonicae Catholicorum
Academiae, magna scholasticorum frequentia orbarae sint.

Cladem harum haesum secuta sunt quorundam philosophorum infelicissima
secta, quae cum monstra aluissent errorum, coniunctae tacite cum haeticis, mirum
est quantas molitae sint strages & ruinas. Contra istas igitur Synodi Lateranensis
& Tridentina, ut diximus, salutaria remedia adhibuere.

At id, quod haesi, vel falsae philosophiae artibus non potuit effici, quinque aliis
viis aggressus est satanas: nepe Diffeminatione librorum, qui haesibus, atheismis,
foeditatibus essent inquinati: Intermisione lectionum; aut, cum habentur, strepi-
tu & vlulatibus ita inturbatarum, ut vix hominum, ne dicam Christianorum
species appareat: Factionibus, & carne: ad quae & illud iniquissime accessit, ut scri-
ptione, ac turpissimis signis ipsi scholarum muri foedarentur; sicq. tenera illa aetas,
quae venerat innoxia, discedit deinde polluta scelere plus quam imbuta discipli-
nis, ac Deo ipsi facta inimica: Auersione tandem à diuino cultu, dū disputationes,
promotionesq. ad gradus, ac praedicationes saepissime in eos dies & horas traductae
sunt, quibus in eum erat ex diuino praeepto publice incumbendum. Ac tamen istis
satanae & mundi conatibus, Reges ipsi, Catholicus, Lusitanus, Henricus secun-
dus Galliae, Carolus & Ferdinandus Germaniae Imperatores, Sigismundus secun-
dus

us & Stephanus primus Poloniae Reges, cum permultis Principibus atque Episcopis obuiam iuere, Academias alias & Collegia catholica passim excitantes.

QUAENAM PERTINEANT AD BONORUM

librorum usum, qua occasione agitur de lectione, explanatione, purgatione, descriptione, censura, editione, correctione, emendatione, disseminatione, dispositione, & conseruatione librorum. Caput XII.

DE Academijs diximus, loquamur de libris: è quibus si boni sunt, summa ad culturam ingeniorum existit utilitas: id quod, ut ex ijs quae supra diximus, planum est factum, sic ex ijs quae postea dicturi sumus, planissime liquebit. Cum vero generatim ad librorum usum multa pertineant; de singulis, Deo iuuante, dicendum est. Aut enim leguntur, aut explanantur, aut corriguntur, vel purgantur, aut scribuntur, aut subeunt censuram, aut eduntur, aut alijs distribuuntur, & disseminantur, aut disponuntur, aut conseruantur libri.

Lectione librorum.

De librorum lectione, praeter illa quae dicta sunt, haec quoque adijcimus. Vbi deliberatum fuerit, quae cuique studendi ratio sit aptior, mox qui nam sint emendatiores & meliores auctores, expedit ut noscantur. Id quod magna ex parte constabit ex hac Bibliotheca. Si quid vero animi causa legetur, quod recta non tendat ad disciplinas, quibus sese quisque dederit, id tamen aliquo ordine legendum erit, qui memoriam iuuet. Si historiae fuerint, non modo hanc, modo illam, sed ex locorum ac temporum serie continuanda erit lectio. Cum enim & multitudo & varietas historiarum ea sit, ut cuiusuis hominis non sit aut perlegere omnes, aut in ordinem redigere, aut memoria custodire; sanè opus est methodo, quam suis locis ostendemus; & epitome aliqua, qua ceu filo per tot anfractus ducamur. Librum autem habere chartaceum per materias distinctum, in quem legendo rerum capita breuissime conferantur, quod & Plinius faciebat, memoriam animumque mirifice iuuet. Cum autem fastidientis stomachi sit multa degustare; quae autem sunt varia, haec potius sint noxia, quam alant; Senecae consilium amplectendum est: nimirum, nil interesse quam multos, sed quam bonos habeamus libros, cum multitudo oneret, non instruat: & satius sit paucis auctoribus nos tradere, quam errare per multos. In primis autem legendum est, quod mores ad virtutem instruat, quam quod sensum acuat ad subtilitatem. Ea enim vera prudentia est, velle informari praecipis, quam quaestionibus implicari, ne videlicet quod ad refectionem quaerendum est, sumatur ad suffocationem. Porro nihil in manibus sumendum est, quin ut indice probatur aurum, sic Indice librorum ab Sede Apostolica, & ab alijs, qui eius auctoritate id praestitere, emisso, intelligatur, an liceat legi.

Expositio librorum.

Ad expositionem librorum quod attinet, si quis id ex munere publico, vel priuatim fecerit, satis per se intelliget, num id ex charitate, atque ad utilitatem praestet, nec ne. quod quoniam fultus dictum est, ubi egimus de cultura ingeniorum, dicendumque est in singulis disciplinis, eò cupimus, ut lector se conferat.

Correctio, emendatio, & purgatio librorum.

Iam libri corriguntur, emendantur, purgantur. Correctio & emendatio adhibetur potissimum, ubi contextus male vel descriptus, vel excusus est: purgatio ad sensus inuersionem, ad haereses, ad foeditates tollendas. Emendationem itaque iuuant

A iuuant tum antiqua & saniora exemplaria, & quae nouissime à Catholicis prodierunt editiones superiorum permisso. In Latinae autem linguae, uti & in ceterorum idiomatum, quae incident, erratis emendandis, Antiquitatis & linguarum notitia, iudiciumque peracrem necessarium est.

Purgandis autem libris percommoda sunt, quae primo Sancta Romana Ecclesia edixit, & qui in hoc incumbunt Magister Sacri Palatii, sanctique officij Inquisitores, praesertim Hispanici; deinde Academiae Catholicae ex Apostolicae Sedis concessu monuerunt. Extant vero decem Regulae Indicis librorum prohibitorum per Patres à Tridentina Synodo delectos confectae, & auctoritate Pij IV. Pontificis Max. comprobatae, quae ante ipsum Indicem excusae habentur.

Extant praeterea Indices librorum expurgandorum duo; alter Hispanus, alter Louaniensis Academiae. Sed & anno huius saeculi octogesimo octauo editum est Neapoli Enchiridion Ecclesiasticum, seu preparatio pertinens ad Sacramentum Poenitentiae, & sacri Ordinis; à Gregorio ordinis Capuccinorum Neapolitano, vno ex deputatis ab eius ciuitatis Archiepiscopo pro reuisione librorum: quo Enchiridion de plerisque libris corrigendis agitur. Nos item, quae variis in facultatibus animaduersione digna sunt, aut quae à Magistris sacri Palatii, & Inquisitoribus prodire, suis locis attigimus. Id quod etiam è Bibliotheca sacra, quae est altera huius Bibliothecae selecta pars, variis in locis intelligi poterit. Sed & in primis, quod in secunda parte Directorij Inquisitorum Romae editi anno huius saeculi octogesimo quinto scriptum est. Quae enim cauenda & emendanda in libris philosophicis sunt, ea ibidem sapienter proponuntur. Quae verò ad poetas purgandos pertinent, haec capite vigesimo quinto attinguntur.

At quoniam ad singulos videri possunt haec ita pertinere, ut tamen necesse sit adhuc agere de faciliore aliqua ratione expurgandi publicas Bibliothecas, propterea haec addo. Bibliothecae publicae aut venales sunt, atque (ut ita dicam) mobiles; aut ad reipublicae litterariae usum stabiles. Illae ad bibliopolas; haec ad Principes spectant. Romae autem cum praeter Vaticanam, tot aliae sint Cardinalium, atque hominum aliorum priuatorum; in ijs, si quid curandum sit, mox dicetur: nam & hoc ad ceteras ciuitates referri poterit.

Ac primo, non tam edicto & poenis (quando nitimur in vetitum) quam charitate bibliopolae in vnum locum conuocati, monendi Principis nomine viderentur. Nimirum cum eius consilium sit, ut boni vendantur, mali arceantur libri; velle tamen eundem, ut quam minima bibliopolarum iactura hoc fiat. Quin fore, ut plures distrahantur, quam cum vnà cum bonis mali commiscantur. Gemmas enim, quae nulla infectae sint macula, esse vendibiliores ac pretiosiores, quam alias vllas, licet quantitate maiores. proinde hilari excipiant animo quod sibi, quod ciuitatibus, quod ceteris prouincijs, quod posteris consultissimum futurum sit. Id vero est, ut libere atque ingenue omnes reuiforibus, de quibus dicetur, libros exponant, nullum abscondant: si metuant indictam poenam, condonari omnia, modo resipiscant, bonaque fide posthac egerint: & adeo monstrent ipsi, qua nam ratione occurri serpenti huic malo malorum librorum queat. Interim intelligant, si de quouis otioso verbo reddenda ratio sit aeterno Iudici, quantam reddenda quod haeresis, obscenitas, & sexcenta alia monstra per incuriam, aut auaritiam in mundum è pessimis libris inuecta sunt. pecuniam, quae his artibus colligatur, non peruenturam ad heredes, nisi in malum atque perniciem. Verum maiorem futurum quaestum eorum, quorum diligentia in selectioribus & purgatoribus libris cognita fuerit. Si quid in dedicatorijs epistolis, in praefationibus censura sit dignum, easdem vel demi, vel emendatas recudi: vel item si qua sit labe in folijs interioribus, haec eadem mutari posse; ut totus fortasse liber non sit abolendus.

Porro, ne longior sit haec expurgatio, assignandi essent qui toti negotio praesent gnari librorum, & solertes. His subessent amanuenses, aut studiosi adolescentes, qui partito inter se labore loca requirerent, quae essent expungenda: si quid stipendij

*Vide Enchi-
ridion Ecclē-
sasticū im-
pressū Nea-
poli anno
1588. a pag.
146. usque
ad 153. &
Directorij
Inquisitorū
2. par. pag.
174. in im-
press. Roma-
na anni
1578. & in
altera anni
1585. pag.
253.*

dij istis pendendum esset, id curarent ij, quorum sunt libri. Ac erit cura Ludimagistris, Confessarijs, Cōcionatoribus, Visitatoribus, vt populos & bibliopolas admo-
neāt, vt diligenter omnes hoc præstent: nec vero Ludimagistri, aut professores præ-
legant auctores, ni prius obsecritas sublata sit. Et quoniam è nundinis Francfor-
diensibus mittuntur quotannis librorum catalogi, quos etiam hæretici edi cura-
runt, id prorsus tollendum esset.

In Bibliothecis Principum, & aliorum, cauendum est potissimum, ne vnique
pateant manuscripti libri, siue Græci & Latini, siue alio idiomate cōscripti, qui ab
Ecclesia non permittuntur. Ad istos enim quoque purgatio pertinet. Quod si ijs
licet asseruare libros huiusmodi, separatim id faciant, videantq. quibus id concre-
di debeat, ac quorsum illos retineant: cogitent autem se ex hac vita decedenti-
bus, num filijs, aut cognatis tale patrimonium legandum sit, vnde aliquo infician-
tur errore, atque ita hereditatem amittant æternam.

Hæc omnia si vno & eodem tempore procurentur, id fiet, quod sæpe vel ingen-
tibus ciuitatibus accidere vidimus, quæ vnica die mundantur, cum quisque spa-
tium viæ, quod ad se pertinet, euerri iubet.

Scriptio librorum, qui edendi sint, qualis esse debeat.

Conscribendi libros (quando innumeri iam prope sunt) scopum quisque in se
ipso intelligat. Nā si humana impulsus gloria hoc facit, videat ne fallacis illius spe-
cies æternam sibi gloriam præripiat. Cogitet autē ad hanc suspirādum esse, quan-
do figura huius mundi præterit, atque vna dies dabit exitio, & in cinerem rediget
bibliothecas, libros, & scripta. Quin & meminerit, Traianum Imperatorem soli-
tum vocari herbarum parietariam, quod parietibus & arcibus marmoreis suum pas-
sim nomen inscribi vel pateretur, vel cuperet. Et sane tot ethnicorum Imperato-
rum, atque hereticorum immensa bibliotheca iustissimo Dei iudicio pene integræ
interierunt, quod vix quidquam continerent ad diuinam gloriam spectans: miran-
dum vt non sit, si etiam num multorum libri vix semel exierint è prelis, quoniam
eorum auctores humanæ huius gloriæ dumtaxat illecebra illecebræ eos conscribere,
vel salutem alienam simul perdere ea scribendi ratione curarunt.

At si diuino cōsilio, atque ad eius gloriā libri scribantur, vix quidquā excogitari
potest fructuosius. Id vero liquere potest, si Deo in primis per orationes ac ieiunia
cōsulto, quod Ioannes ipse Euangelista priusquā sua scriberet, fecit; si accepto à ma-
ioribus mandato; si re cum prudentibus viris, ac Deum amantibus prius collata; si
necessitas immineat submouendis hæresibus, aut seditionibus, aut scdissimis li-
bris; si item ad victum honeste comparandum, atque ad orium declinādum id fiat.

Ad necessitatem vero etiam pertinet, ni alij ea de re, quantum latis sit, egerint.
Quorsum enim tēpus prodegeris rem pretiosissimam, quod aliorum laboribus vel
communicandis, vel vertendis, vel edendis impendere sit vtilius? Nec tamen im-
probari velim (cum hæc dico) Augustini verissimam sententiam, qua sensit non so-
lum non obesse, verum etiam prodesse Ecclesiasticæ causæ, si plurimi aduersus hæ-
reticos scriberent. Optandum enim esse docet, vbi hæreses vigent, vt quicumque
aliqua scribendi facultate præditi sint, ij scribant omnes, etsi non modo de rebus
ijsdem scripturi sunt, sed eadem etiam alijs verbis fortasse scripturi. Expedit enim
(ait) vt hæretici intelligant, in castris Catholicorum non vnum aut alterum esse,
sed multos, qui cum eis aduersa fronte congregari audeant. Illud præterea ex mul-
torum scriptione commodum accedit; quod breuius & facilius libri ipsi Catholi-
ci ad manus omnium deferuntur, & cum alij in alios incidant, omnes tamen armis
iisdem in communi periculo instruuntur. Quam sententiā (inquit Bellarminus) ho-
mines prudentissimi atque doctissimi, & veterum Patrum exempla, & experimen-
ta quotidiana confirmant. Ariana enim hæresi quondam grassante scripserunt ac-
curate & copiose tum Græci, tum Latini propemodum infiniti, Athanasius, Basi-
lius, Epiphanius, Didymus, vterque Gregorius, vterque Cyrillus, Hilarius, Am-
brosius,

Lib. 1. de
Trinit. c. 3.

Cont. m-
daciū. c. 6.

Præfat. 1.
somi ad lect.

Ambrosius, Augustinus, Gregorius Bæticus, Idacius Clarus, Phœbalius, Fulgentius, &
alij. Ita vero conueniunt inter se, & quasi cōspirant, siue testimonia Scripturæ pro
Catholica Fide adducāt, siue ad hæreticorum argumenta respondeant, vt eadem
omnes repetere atque inculcare, & omnes etiam ab vno aliquo accepisse videantur.
Neque id illis vitio verti solet, aut potest. Nam quod multi scriberent, causa
erat ardor Fidei, & zelus Religionis, quem in eorum pectoribus Spiritus sanctus
accenderat. Quod eadem scriberent, inde fiebat, quod antidorum veneni eiusdem
ex eodem fonte eodem spiritu hauserant, & ex eisdem prædijs aduersus hostes
eisdem, de possessione eadem, eodem auctore ac duce Deo pugnabant.

Quod si veteres illi tanto ardore tum ipsi scribebant, tum alios ad scribendum
prouocabant, cum vna, vel altera hæresi orbis terræ laboraret; & inter hæreticos
non admodum multi scriberent; & nondum ars typographica excogitata esset, quæ
ex vno volumine librorum examina pene momento extrudit: quid hoc nostro sæ-
culo fieri par esset, quo & innumerabiles hæreses Ecclesiam vndique lacerant, &
rari sunt apud aduersarios, qui non aliquid scribant, quorum libri non iam vt can-
cer serpunt, sed velut agmina locustarum volitant; & denique certum est, atque
exploratum, non modo multis hominibus hæretica scripta quotidie pestem adfer-
re, sed totis aliquando prouincijs perniciem attulisse?

Quin etiam, quoniam Patrum nostrorum memoria aliqui minus eleganter scri-
psere, quæ tamen eruditionem ac pietatem spirant, ideo haud reprehendum
erit, si eadem elegantius ac dilucidius ab alijs scribantur: licet tum ingenui erit
animi suum cuique argumentum & laborem ferre acceptum, idq. maiorem ope-
ri auctoritatem conciliabit. Vbi igitur hæc simul occurrerint, nemo concise nimis,
neve laxius, aut Asiaticè scribat. Illud enim insulcat sentia: hoc fatigat ingenia. Syn-
onymis, & superlatiuis vix locus fuerit, vbi res ipsa doceri, aut narrari contenta
sit. Absolutum opus solidissimo examinantium iudicio subiiciat, nisi autem in no-
num (quod Poeta ille monuit) annum, sic certe tamdiu premat, vt cum ad sua le-
genda accesserit, humano affectu deposito, quasi alius sit, qui ea perlustret. Nec ve-
ro fuerit satis, si examinaturi magno polleant iudicio & doctrina. Vt enim vacare
ei rei sedulo velint ac possint, neque villo studio potius in auctorem, quam in veri-
tatem ferantur, necessarium est. Qui rem adhuc cupiat rectius ac tutius geri, præ-
sertim in qua de Fide, de moribus, de statu publicarum rerum, de principijs item na-
turalibus agatur; eam vni, vel alteri communicet, quibus nomen auctoris ignotum
sit. Liberius enim dicent quid sentiant. Præstat item, vt æmuli, vt hostes, vt qui à no-
stra sententia dissentiant, nostra interdum peruideant, quidq. cum alijs aut soli-
dum effantur, aut ineptum effutiant, noscatur. Vndique enim hauritur lux, & ea-
dem opera præmuniri possunt nostra validius, & refutari aliena firmiter ac mode-
stius; atque iidem æmuli alijs rationibus allatis sanari queunt: id quod charitatis
esse potest ingētis. Trabē enim ex alieno eruere oculo, vt & ipse videat, & in lumi-
ne ambulet, gratissimum Deo est. Scio, qui, Maioribus approbantibus, cum scripta
sub aliorum nomine, vel operā, aliquot annos emisisset in lucem; quod & Patres an-
tiqui quondam fecerunt; excepta eadem laudibus, & animis æmulorum libenter,
aliasq. adeo in linguas fuisse conuersa. At vbi rescitus est auctor, tristatos æmu-
los, quippe qui detrahere latum iudicium de eo non possent, cuius nomen & antea
carpsissent, ac deminutum cupiuisent. Sed neque pro cuiusque voluntate sibi exa-
minatores deligendi sunt, cum propius ad edendos suos labores venitur. Eiusmodi
enim ii esse debent, quales à Synodo Tridentina, regulisq. Indicis præscriptos
fuisse præmonuimus.

Censura Librorum.

Hic nos pauca malumus ex alijs, quam è nobis proferre. Candidæ (ait Ioannes
Ludouicus Viues) ac prudentes censuræ vehementer sunt studiis omnibus vtilis,
si animi iudicium citra damnū affectus profertur, vt inquit Tacitus: nec quidquam
est in

Lib. 5. de tra-
den. discipl.

est in his damnosus, quam iudiciorum confundi signa, sicut in vita voluntatum: **A** ut nesciatur quid quisque aut probet, aut improbet: quod vsu venit hoc tempore, quum periculosissimum est de quoquam loqui, tam irritati sunt omnium animi, & parati ad pugnandum, ut vel attingere quemlibet leuiter non sit tutum, etiam si alio spectes: tenera atque infirma conscientia illico sese peti suspicatur, haud aliter quam hucerosi equi actutum concitantur strigile audita. Quamquam vitio huic incitamenta atque incrementa praeuere quamplurimi, qui acerbissime alios perstrinxerunt, non ut veritatem exprimerent, sed ut sugillarent ac infamarent nomen alienum, vel odio impulsu, vel falsae gloriae spe adacti, existimantes, tam se habitum iri pulchros & praestantes, quam alios tetros esse ac viles ostendissent. Sed illis multo secus atque sperauerant, accidit. nam candoris etiam ineruditi sua est apud omnes laus, malignitatis vel eruditissimae vituperatio certa. Quid, inter haec odia quantam accipiunt plagam disciplinae? Detrahitur auctoritas tam odiose rixantibus, & tam capitaliter inimicis: despondent animos excellentia ingenia, quum pertaesa rem adeo amaram, nempe digladiationes perpetuas, ab studijs resiliunt ac abhorrent: profectus inter haec studiorum amittitur, atque obscuratur veritas, dum malunt quidam corrumpi litteras, quam instaurari per suos inimicos. Quantum scelus est eloquentiam, ingenium, & alia magna atque admiranda Dei munera, hominibus a Deo ad utilitatem hominum concessa, in eorum perniciem conuerrere, per bona malefacere? Hoc vero iam nec ferarum quidem est, ne dum hominum. Quanto religiosius Quintilianus ethnicus, quam nos Christiani? Mutos nasci, & egere omni ratione satius fuisset, quam providentiae munera in mutam perniciem conuerrere. Quid refert quomodo impetas alium, ferro, an stylo, **C** ubi voluntas est eadem; & plerumq. lingua plus laedis, aut stylo, quam gladio? quippe ferro corpus modo confaucias, lingua vero etiam animum. Artes humanitatis nominantur, reddant nos humanos: a Deo optimo sunt traditae, reddant bonos. Na qui alteri inuidet quod est ei Deus largitus, quid aliud quam sancti Dei iudicium improbat, & distributionem munerum illius condemnat? Tametsi quid est, quod queri quisquam possit de Deo? An non tecum ille egit prolixo? Aliquos supra te vides; at quanto plures infra te? Erit vir doctus in definiendo lentus, in asseuerando minime pertinax. Quae reprobaturus est, etiam atque etiam leget, versabit, excurret, ne quid ab eo temere in damnando assermetur. minus circumspicuum esse velim in laudando. Caueat ne non satis intelligat, quae damnat: ne cui notam iniustus est, maiorem pro se rationem habeat, quam ipse contra eum. Consultius fuerit nihil pronuntiare, quam ut condemnatio in iudicem ipsum recidat. Quod si haec siue prudentiam, siue benignitatem animi in homine docto requiro, quid me sentire par est de illis, qui benedicta inuertunt & deprauant, quod caufatus existimantur conuelleret? Nam si flectere in melius, & pium & vtilissimum est multis, profecto magnum erit scelus in peius detorquere. Ego Adrianum Florentium, illum qui postea factus est summus Pontifex, quum adhuc esset Decanus Louanienfis, in publicis saepe disputationibus quaecumque auctorum dicta a disputantibus citarentur, interpretantem pro se audiui, nunquam aspernantem, etiam si ex ijs essent, qui adhuc viuunt. De viuis censendum cautius, de mortuis reuerentius, qui sunt iam inuidiae exempti, & redditi suo iudici eamq. subierunt censuram, quae omnes manet: idq. potissimum de illorum vita & moribus: nam de eruditione paulo licebit liberius. **E** Qui in verbo vno, aut altero, aut multis etiam quempiam correxerit, ne continuo videri postulet se illo esse doctiorem, aut magis ad rem attulisse, quod multi sibi ipsis stulte persuadent: ut si quid in magnis auctoribus corrigant, illis se protinus anteponi oportere autument: velut cum memoria, seu incogitantia magnus vir labitur: nam Horatio vel Homeris ipse dormire nonnunquam videtur: aut quum linguae ignorantia fallitur, quae errata Graece ac Latine semidocti captant, magna sane iniquitate, qui a nobis eam cognitionem Latini aut Graeci sermonis exigunt alieni atque inuiti, quae in Cicerone aut Demosthene vix fuit, vel in quopiam

A piam ex illis, qui linguam suxerunt cum lacte, quiq. populo vniuerso uti quotidie poterant magistro, & de quibus dubitarent, a cerdone vicino, aut fabro admoneri. Quod si isti tam acres censores subituri essent eandem condicionem iudicij, mitiores credo se praerberent suis reis. Haud pauca iniquissimae huius feueritatis habemus exempla.

Equidem haud negauerim quin notari magnos scriptores interfit eruditionis. Sed non protinus plus aut idem adfert qui notas, & qui opus composuit. In auctore alicuius disciplinae, boni consuletis errores alterius: ut in Theologo historiae, in historico primae philosophiae, modo muneri suo satisfaciat: multo benignius linguae peccata condonabitur. bonam sententiam Gallice, aut Hispane dictam amplectemur, non accipiemus vitiose Latine? Ego vero cum Marco ipso Tullio indifferenter **B** malim sapientiam, quam stultam loquacitatem. Augustinus recte, qui eo magis ait solocissimis & barbarissimis offendi homines, quod infirmiores sunt: & eo esse infirmiores, quod doctiores videri velint, non rerum scientia, quae aedificat, sed signorum, quae non inflari difficile est, quum & ipsa rerum scientia saepe ceruicem erigat, nisi Dominico reprimatur iugo. Nolim tamen hoc sibi nomine imperiti & fordidi scriptores plaudat, tamquam res habeant, quia verbis carent: immo duplici crimine sunt isti damnandi, quod quum rerum essent vacui, nitorem omnem, atque elegantiam verborum abiecerunt. nam si res essent penes illos, indocti profecto atque iniqui esset, de vocibus mouere illis controuersiam vllam, aut querelam omnino aliquam.

Viri docti eo inter se debent esse affectu, ut iuxta Pauli sententiam, nec iniucem iudicent, nec iudicari aegre ferant: sed vtrique expectent patienter tribunal & foru illud Domini sanctum & iustum. Iudicans dementer ac flagitiose agit, qui de conferuo suo communi domino praedudicat. Iudicatus autem tractet animo id, quo se Paulus consolabatur: Mihi (inquit) pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die: Dominus est, qui me iudicat.

Non deerunt magnae eruditioni, qui inuideant: res altas & pulcherrimas morsu appetit liuor, foeda & iacencia praetermittit illaesa. Themistocles Atheniensis homo, quod res eius docuerunt, acutissimus, rogatus a quodam, an praecleara iam sibi videretur agere: Non dum, inquit, nam inuidos non habeo. Quod si ea est lex, quum sibi humana malitia imposuit, ferat vir sapiens communem sortem, nec indignetur sibi accidere, quod omnibus. Nec a Deo contendat impetrare, quod ab eo patre filius non impetrauit vnicus, charissimus, ut in suo mundo deessent sibi calumniatores **D** & maleuoli, qui diuina illius opera in partem pessimam raperent. Vult ergo lege hac feruus nequam domi alienae solui, qua filius domi sui tenebatur? Sed nec est tamen a benefaciendo propter inuidos & maleficos cessandus. Accipite Socratis orationem, quae est a Platone in eius apologia perscripta. Si mihi, viri Athenienses, in praesentia concedatis vitam hac condicione, ut ne posthac in sapientiae inquisitione verser, diligo quidem vos, sed Deo certum est parere potius, quam vobis; ac quamdiu viuam & valebo, philosophari, atque vnumquemque vestrum exhortari ad virtutem non desistam.

Editio librorum.

E Editio autem librorum cum ad typographos, & ad correctores, & ad eos, quos vocant compositores pertineat, qui nam ij fuerint, & quales, num oneri ferendo, num eruditi, num Catholici, num magis quam par sit, celeres sint, perspicendum erit; num item, quod fere fit, ob tenuem mercedem id accurate agere nequeant, quod alioquin vberiore stipendio praestarent. In publicas enim Typographias sese intrudere correctores, aut compositores, qui & S. Thome Summam, & plerosque alios libros mirifice deprauarunt; quod ineunte hoc saeculo fecisse schismaticos in Basilio Graeco edendo diximus alibi. Cauendum item ne ornamentis loco exculptae litterae maiusculae, vel alia cum imaginibus nudarum mulierum (aut etiam turpiorum rerum) capitibus praefigantur. auertunt enim legentem ad ea, quae Christiana peccata

hora dedecent. Quod si effigies auctoris eo viuente ac volente præponatur, ec-
quid sapiat, iudicent viri probi, & diuinæ gloriæ cupidi. A

Diffeminatio librorum bonorum.

Sequitur distributio ac diffeminatio bonorum librorum, quæ sane res vtilissima est, quando & bonum quod communius est, eod est diuinius: negotij vero huius vim & vsum comprobauit semper exitus, & quæ ei adhibita fuit antiquis sæculis diligentia. Nam etsi libri non dabantur prelo, describebantur tamen plurimi: ideoq. Apostoli, Synodi, Patres, Põtifices Maximi, Martyres, & hi quidem è compedibus & vinculis litteras, vel libros quoquoerum scribebant, quibus Christianos populos vbique ad professionem Fidei, pietatemq. inflammarent, errantesq. conuerteret. B
Quod si inter pietatis opera connumeratur rectum consilium, & calicis aquæ frigidæ porrectio; ecquantum charitatis fuerit opus, cum captata occasione eodem tempore optimi in varias ciuitates libri mittantur, quibus & ipsi ciues ac Principes mirifice iuuentur?

At cum non tam hæresibus, quàm peccatis Christianus orbis laboret, quorum incitamenta libri innumerabiles pene quotidie diffeminantur; antidotum tanto ac tam præsentem veneno eadem quidem, sed contraria ratione adhibendum est. Florentissimi sane Galliarum Regni casus hi fuere cuniculi initio latentes, & machinæ. Nã è Geneuensi ciuitate in ipsam Regis aulam, & in prouincias alias ab hæreticis conducti fuerunt homines nequam cum minutis mercibus, vt fraudem primò tegeant, libellos & Catechismos Caluini plurimos inferrent, quorum alij comparati ornatissime, alijs specula adiuncta, sub quibus latebat id virus, & hæc argenteis catenulis appensa subinde virginibus aulicis donabantur à nobilibus iis, in quorum animis iam fouebatur hæresis. Inde ventum est ad bibliothecas replendas, & publicè aperiendas: ad Orientem item, si Deo placet, atque Indias eo contagio inficiendas. Nam (vt è multis vnum afferam exemplum) quidam specie Carmelitani monachi Caluianus minister Geneua prodicens, & ad Villagagnonem accedens Rhodium & Catholicum Equitem, qui cum classe ad Meridionales Indias soluebat, cum è nauì discedens libros & alia eiusmodi pestilentissima exposuisset, re cognita libri combusti sunt, ipse fuga sibi consuluit. Quæ eod dicuntur, vt quibus artibus isti malo occurrendum sit, aliquando planius innotescat.

Artes vero he sunt. Vt primo noscatur, quisnã liber cuiusque statui & sexui quadret. alij enim coniugatis, alij viduis, alij Sanctimonialibus, alij Catholicis viris, & his Magistratibus, vel Ecclesiasticis, vel ciuilibus, alij hæreticis, aut schismaticis, aut Iudæis, aut Gentilibus iuuandis necessarij sunt. Qui vero nationi vniciquæ prodesse queant, horum nomina, & reliqua è propriis tractationibus poterunt peti, vbi de variarum nationum procuranda salute actum est in hac Bibliotheca.

Quidquid autem huius rei sit, pendebit è iudicio ac dexteritate eorum, qui nãpiter illud susceperint; variosq. prænouerint modos, quibus ad effectum commodè perducì possit. Eorum aliqui sunt hi. Cum Iobilaum conceditur, & pax (vt aiebant antiqui Patres) datur Ecclesiis: vel cum ordinarij confitendi peccata imminerit tempus, typographi & bibliopole parent pios & alios libros, qui ad tutandã Fidem pertinent: mox moneantur Concionatores, ac præcipui Confessarij, id ipsum vt multis significant. Cum item habendæ fuerint ab Episcopis Synodi, eod, vt iidè Episcopi numerum eorundem librorum afferri, siue à bibliopolis, siue ab aliis curent; tum vero edicant, vt sacerdotes ex iis coemant, quæ suo possint officio inferuire. Cum etiam nundinæ appropinquant, præsertim in primarijs ciuitatibus; expedit, vt hæc librorum merces in promptu sit. Et verò Lugdunum Galliarum magnum Emporium hoc habet, vt quater in anno publicæ sint nundinæ, ad quas cum pacatioribus temporibus è varijs nationibus plurimi conuenirent, præmoniti autem bibliopole libros eiusmodi compegissent, quorum nomina, materiam, vsum, eruditionem

A nem docere Concionatores aliqui è suggestibus solebant, quisque eos in patriam reportabat, quos suis ciuibus profuturos esse intelligebat.

Atqui & in maritimis, ac in magnis ciuitatibus, quas nobilia alluunt flumina, vnde videlicet pleræque naues soluunt, viri pij proxenetas, præfectisq. portuum Catholicis magno cum fructu suaserint, vt nauigaturis libri distribuantur, quibus annum pascant, cū otiosi cursum tenebunt: Legatis itidè Principum, qui in Orientem traiciunt, vt cõplures optimos libros secū vehant. Nam cū Christiani frequentissimi in eo ingenti tractu captiui sint, nemo sit qui eos soletur, aut instruat, & auertat à scelere, sane iis libros eiusmodi tradere maximi solatij, vt & præsidij fuerit. In aulis certe expedit hos haberi potius, quàm lusorias chartas, aut talos; in exercitu item, & alibi. Qui etiam morietes ad aliquod pium opus excitare cupiunt, moneri eod modo possunt, vt summã in libros pios diffeminandos legent: Pœnitentibus denique, quorum & mens & opes id ferre possint, proponere, ne hanc bene merendi de Ecclesia Dei, ac fructus istos pœnitentiæ dignos faciendi occasionem omittant: Iis autem, qui in publicis custodijs detinentur, atque in triremibus, in scholis, in cauponis, in tonstrinis, libros, tabellasq. rerum ad pietatem spectantes passim tradere: hæc, inquam, omnia efficient, vt inde vberissima breuissimi temporis spatio mensis ad Dei gloriam erumpat.

Dispositio librorum, ac collocatio ad facilem eorum inuentionem, & conseruationem.

C Sed & dispositio librorum procuranda ea est, quæ facile libros legentibus subministret, atque conseruet. Quod quoniam locum primo requirit, is fuerit editior, & humiditatis expers, siue ab ima parte, siue ab tectorum impluuiis, atque ad Orientem vergens, vt Vitruuius placet. Opacæ enim Bibliothecæ sordes, lanuginem, illuuiem, tetrum odorem gignunt, nec vero studentibus profunt, quibus matutinus splendor ingenij aciem exulscitat. Ceterum cedrino oleo, & cupressinis arcis utebatur antiquitas ad conseruandos libros. ac cum libri Numæ Pompilii cedrati fuissent, reperti sunt à Cn. Terentio octingentis & quinque post annis sub Ianiculo non computruisse, quemadmodum Plinius de vsu cedrini olei in chartis perungendis loquens, ab Hemina in Annalibus scriptum fuisse ait.

D Opportunum igitur locum nactus, libros locet quàm ordinatissime, quos suo tempore excuti, & à puluere, tineis, humore seruari curet. Addunt alij, credere se, idem posse præstari, si è folijs cedrinis exsiccatis puluis conficiatur, quod & intrinsecus libri conspergantur, & extrinsecus confricentur. Glutinum certe, quo libri compingendi sunt, è farina & aceto, atque ex æris rubigine compositum, excoctum sit oportet. Nam aut non excoctum, aut farina tantum & aqua commixtum tineas edit.

Ordo autem, atque locatio librorum ea quidem esse potest, quæ initio huius nostræ Bibliothecæ, tanquam totius operis œconomia præfixa est. Sed quoniam neq. omnium sunt tales Bibliothecæ, quæ auctores contineant in vnaquaque facultate; idcirco ex partitione materierum, quam in singulis disciplinis obseruauimus, suos quisque poterit libros disponere.

Et quidem communior illa solet esse in varias classes distributio, vt sint.
IN PRIMA. Biblia sacra. Patrum commentarij. Sermonarij. Synodi. Historia Ecclesiastica. Annales. Chronologiæ. Diplomata Summorum Pontificum. Summæ caluum conscientiarum. Ius Canonicum.

IN SECUNDA. Philosophica, iuxta Philosophiæ diuisionem. At quoniam non omnes eandem partitionem sequuntur: Alij enim in Naturalem, Moralem, Dialecticam: Alij in Metaphysicam, Physiologiam, Mathematicas partiuntur: propterea si priorem sequi velimus, quæ commendata est à Platone, vt testantur

a Alcinoſus
lib. de Do-
ctrina Fla-
tonis cap. 3.
b Eufebij
lib. 2. de
preparat.
Euang.
c Lib. 1. To-
pic. cap. 12.
d In vita Ze-
nonis, poſt
Plutarchū
lib. 1. de pla-
citis philoſo-
cap. 1.
Eid. etiam
Aug. 8. de
ciuit. Dei.
& Laſtani.
li. 3. cap. 13.

Alcinoſus, a & Eufebius b Cęſarienſis; quamve Ariſtoteles c ſecutus eſt; Chryſi-
pusq. & Eudromus, ac Xenocrates, & alii, quorum meminit: Laertius d compre-
hendet hoc loco Naturalis (uſo videlicet naturę ſignificatu, vnde nomen habet)
non ſolum Phyſiologiam, verum etiam Metaphyſicam, & Mathematicas. Ad hanc
vero claſſem cum metalla, chymica, & alia ad Philoſophiam naturalem ſpectan-
tia pertineant; tum Geometria, Arithmetica, Muſica, Aſtronomia, quę ad Mathe-
maticos attinent, referuntur: ſicut item Coſmographia, Geographia, quęve ex
iſtis pendunt Metrica, quę de menſuris; Statica, quę de ponderibus, & alia multa.

- Artes Mechanicę,
- IN TERTIA. Medicina, Chirurgia, &c.
- IN QVARTA. Iuris Ciuilis prudentia.
- IN QVINTA. Humana Hiſtoria pro ratione temporum, & locorum.
- IN SEXTA. Oratores. Poetę, Grammatici.
- IN SEPTIMA. Vniuerſalia, ſue Encycilia. Theſauri. Apparatus. Biblio-
thecę. Diſtionaria.

At Ioannes Mabuenus, is qui Roſetum ſpirituale edidit (de quo nos planius in
Bibliotheca ſacra) cum animum viri Religioſi informaret, ex illis autem Daudis
prophetę verbis, Diſciplinam, Bonitatem, & Scientiam doce me; triplex ſtudium
elicuiſſet; Morale, Deuotionale, (vt ille vocat) Intellectuale; libros item in tres claſ-
ſes ſequenti ordine & tabella partitius eſt, præfixo hoc verſiculo, quo tres claſſes li-
brorum, notari poſſunt.

Disci-

Disciplinam, Bonitatem, Scientiam doce me.
PRIMA CLASSIS SECUNDA CLASSIS TERTIA CLASSIS
Moralium, quibus affectus no- Intellectualium, quibus ra-
ſtri ac ſenſus perſi- tio & mens perſi-
ciuntur. ciumur.

REGVLA, & conſtitutiones
Ordinis S. Auguſtini, cum
explanatoribus.
Quatuor autem, vel quinque
erant inſignes Regulę S. Auguſt.
explanatores
Hugo de ſancto Victore.
Lambertus de ſancto Rufo.
Eufachius de Victoria.
Vmbertus, qui omnes videndi.
Speculum beati Bernardi.
Speculum Monachorum, & de ſchola
caeleſtis exercitiij.
Hugo de diſciplina Clauſtralium.
Speculum diſcipline Bonauenturę, an-
te omnia neceſſarium Nouitiis.
Dialogus Nouitij, Dionyſij Carthuſiani.
Vite, Collationes, & inſtituta Patrum;
Caſſiani.
Legendę, & flores Sanctorum, præfer-
tim Dominici, Franciſci, & alio-
rum.
Vmbertus de eruditione religioſorum
ſanctorum Patrum.
Opera Ioan. Vallenſis, quę ſunt qua-
ſi Alphetarium Religioſorum.
Regula Hieronymi cum moralibus epi-
ſtulis.
Regulę aliorum Patrum, cum libris
illuſtrium virorum de Ordinibus ſin-
gulis.
Homilię Eufebij Emiſſeni ad Mona-
chos.
Epiſtola ſancti Bernardi ad fratres de
Monte Dei: cum ſermonibus.
Richardij opusculum ad Nouitios, cum
aliis omnibus eius ſcriptis, & præce-
ptoris Hugonis.
Profeſtus Religioſorum, & de aſcenſu
ſpirituale.
Homo quidam de reformatione virium.
Beatus vir de aſcenſione mentali.
Summa vitiorum & virtutum, Lugdu-
nenſis.
Speculum morale Vincentij.
Climachus de Scala profeſtus.
Moralia beati Gregorij, cum Dialogis,
& omnibus moraliffimis ſcripturis
eius.
Et breuiter omnia parua opuscula de
inſtitutione morum, & vitiorum mor-
tificatione.
Deſtructorium vitiorum.
Omnia opuscula Iacobi, & Dionyſij
Carthuſienſium.
Opuscula deuota Thomę de Kempis.
Opera Gulielmi Pariſienſis: quę nihil
niſi deuotionem & eruditionem ſpi-
rant.

MITA Chriſti
parua ſecun-
dum hiſto-
riam.
Ludolphus de vita Do-
mini cum Vbertino.
Stimulus Bonauenturę
maior & Anſelmi.
Horologium diuinę Sa-
pientię.
Soliloquia.
Suſpiria.
Meditatio-
nes.
Manuale,
Libri confeſſionum e-
iuſdem, cum innume-
ris ſuis.
Meditationes Bernardi
de conſcientia, & ſi-
militer Cantica.
Anſelmi meditationes,
Stimulus, & de ſimi-
litudinibus.
Bonauentura de quat-
tuor exercitiis, cum
omnibus deuotiona-
libus.
Quattuor hominis no-
uiſſima.
Ephręm de compun-
ctione cordis.
De contemptu mundi:
& de arcta via ſalutis.
De triplici via, & de di-
uinis beneficiis.
Dionyſij Carthuſienſis
deuotę meditatio-
nes, & inſtimatoriũ
diuini amoris, cum
omnibus ſuis mora-
libus.
Thomas de dilectione,
cum aliis opusculis.
De ęterna beatitudine,
& moribus diuinis.
Albertus Magnus de vi-
ta contemplatiua.
Eiuſdem opus de laudi-
bus beatę Marię, cũ
aliis Marialibus.
Rhetorica diuina.
Gerſon de myſtica The-
ologia: de mendicita-
te: & de monte ſon-
tationis: cũ om-
nibus ferme opuscu-
lis, vbi ſpeculatiua
miſcet deuotus.

OTA Biblia: præſertim Euan-
gelium Chriſti in primis vt
ſpeculum teneatur.
Apoſtolica documenta: vt Au-
guſtinus monet Voluſianũ: Pręcipue
Apoſtolorum linguę exhortor vt leg-
gas; ex his enim ad cognoscendos
Prophetas excitaberis.
Pfalterium, poſſimum cũ explanatio-
nibus Auguſtini, Caſſiodori, & alio-
rum, præſertim Ludolphi Carthuſien-
ſis, & Gulielmi Pariſienſis.
Commentaria ſanctorum Patrum ſuper
Sapientialibus libris.
Poſtilla probatorum doctõrum ſuper li-
bris Biblię.
Ante omnia pro Scripturarum introdu-
ctione Auguſtinus de Doctrina Chri-
ſtiana, cum lib. quęſtionum, & om-
nibus ſuis, in quibus ſons eſt, vnde
ceteri hauferunt.
Et nonniſi probatores. ſic enim S.
Hieronymus monet: Poſt ſcriptu-
ras ſanctas doctõrum hominum tra-
ctatus lege, eorum dumtaxat, quo-
rum fides nota eſt, & pietas non va-
cillet. Ceteros ſic lege, vt magis
iudices quã ſequaris.
Eccleſiaſtica hiſtoria cum Triparti-
ta.
Scholaſtica hiſtoria, cũ aliquibus Chro-
nicis probatis.
Compendia Theologię Doctõrum;
præſertim Breuiloquium, Centi-
loquium, Itinerarium Bonauenturę,
Liber ſententiarum, cum ſuis concluſio-
nibus.
Thomas de humanitate Chriſti, cum
aliis ſcriptis.
Commentaria ſuper Sententias, præfer-
tim Bonauenturę.
Opera ſanctorum Patrum, Diony-
ſij Areopagite, cum homiliis Ori-
genis; & omnibus ſcriptis Chryſo-
ſtomi.
Scripta Laſtanti, Ambroſij, cum hu-
iuſmodi operibus antiquorum, in
quibus ſapientia & ſpiritus.
Magiſter Hugo de Sacramentis; &
de tribus dietis, cum omnibus operi-
bus ſuis.
Summa magiſtri Alexandri de Ha-
les, cum aliorum probatorum Do-
ctõrum ſcriptis, & ſummulis.
Deinde Decreta cum Decretalibus, &
reportatis: ne ignorentur in caſibus
neceſſariis.

Sic quidem Ioannes Mabuenus, qui ſi vſque ad hæc tempora vixiſſet, ingentem
aliorum piorum & ſpiritualium librorum copiam vidiſſet, qui à viris doctiffimis
prodierunt. Sed & hi ſub iſtis locari poſſent.

HISTORIAE UTILITAS ET USUS, UNDE
& finis. Caput XIII.



quoniam supra de disciplinis generatim est dictum, praestat hic historiarum quoque dignitatem, vtilitatem, ac cautiones quasdam planius (quae praecipue ad pietatem pertinent) attingere: nam reliqua suis in sedibus expendemus; cum etiam ad Diuinam historiam secundus liber vniuersus, ad reliquas autem reliqui omnes attineant. E bonis igitur historiographis, si recte, eoque ordine, qui postea dicitur, legatur; summa exiit vtilitas. Primo ad vitam diuinitate producendam, quae quidem videtur breuissima vitae ignorantibus vsum, ac diligentibus hunc mundum, cuius figura praeterit. Nimirum ex historia in mentes nostras admittimus, uti in hospitium, antegressas omnes aetates, ac tamquam peregrinos, qui varias obierint prouincias, excipimus: quamobrem fit, ut cuncta pene illa vidisse, ac semper vixisse existimemus: certe id nullo periculo, plurima vero cum voluptate, dum & calamitates eorum temporum euasimus, ac tamen ex alijs quae possunt vsum esse nobis, addiscimus. Et vero amissam valetudinem recuperasse aliquos certum est; quod animus auocatus a maerore, dum pascitur oblectatione nouarum rerum, imperium recipit in corpus, ac facit ut conualescat. Memoria parentum nostrorum vixit is, quem litterarum parentem vocarunt, Laurentius Medices. Hic cum morbo laboraret, qui morbus opera medicorum non poterat abscedere, historiae lectione illa, quae de Conrado tertio Imp. fertur, conualuit; qui visa Guelfi Bauariae Ducis vxoris, & aliarum erga maritos, quos humeris efferebant, pietate, obsequium soluit, ac omnem hosti condonauit iniuriam. Idem contigit Ferdinando & Alfonso Hispaniae ac Siciliae Regibus; quorum alteri Liuius, alteri Q. Curtius, valetudinem amissam restituit. Ac non solum corporis, verum etiam animi morbos sic depellit Historia, ut quorum vita mors esset, ea momento conuertatur in veram & salutarem vitam, ex qua perennes vtilitates sibi & vniuerso mundo plurimi perperere. Ignatius, is qui Societate IESV condidit (ut domesticum est multis exemplum afferam) vir ut illustis, ita militaris, cum pro patria dimicans, grauissime vulneratus, in hostium manus venisset, sic ex vna spiritali historia animo conualuit, ut post remedia corpori adhibita, multo maior & vtilior dux euaserit, quam si saecula plura in militiam impendisset. Nam postea, peragrata Europae & Asiae parte, sexdecim annorum spatio in iisdem, nouoq. Orbe, centum firmissima praesidia constituit, quae non solum hastenus steterunt aduersus haeresum perfidiaeq. impetus, verum deinceps aucta, prouincias vastissimas Christianis Regibus conseruant incolumes. At & alia ratione producit vitam historia; quod qui eam versat, intelligit dum mari terrae iter facit, sibi orienti multa proponi, quae cum diligenter attendit, ex vnius videlicet mensis lectione, multos sibi annos vitae componat. Lucullus sane, cum Roma bellicae rei rudis, in Asiam trajiceret, ita illa navigatione vorauit historias, ut obseruans quidquid futurae administrationi vsum esse posset, Mithridatem deuicerit, & maximus euaserit Imperator. Philopomenem, scribit Liuius, cum esset praecipua in ducendo agmine, locisque capiendis, solertiae atque vsum, non belli tantum, verum etiam pacis tempore ad id maxime animum exercuisse. Vbi iter (inquit) quopiam faceret, & ad difficilem transitu saltum venisset; contemplatus ab omni parte loci naturam, cum solus iret, secum ipse agitabat animo; cum comites haberet, ab ijs quaerebat, si hostis eo loco apparuisset, quid, si a fronte, quid, si a latere hoc, aut illo; quid si a tergo adoriretur, capiendum consilium foret: posse instructos recta acie, posse inconditum agmen, & tantummodo apud viam occurrere: quem locum ipse capturus esset cogitando, aut quaerendo exequabatur: aut quot armatis, aut quo genere armorum (plurimum enim interese) vsurus: quod impedimenta, quod sarcinas, quod turbam inermem reijceret: quanto

A quanto ea, aut quali praesidio custodiret: & vtrum pergere, qua cepisset ire via, an eam, qua venisset, repetere, melius esset: qua postero die castra mouenti, tutum maxime iter; quae forma agminis foret. His curis cogitationibusque ita ab ineunte aetate animum agitauerat, ut nulla ei noua in tali re cogitatio esset. Et haec quidem de Philopomene Liuius.

Præterea, ad iusta bella suscipienda, ad tuendam intrepide patriam, ad Iurisprudentiam, Canonesque Patrum legitimos dignoscendos, ad meliores Rerumpublicarum & administrationum formas inspiciendas, constituendas, seruandas, augendas; ad ipsam (quod caput est, & ex quo pendunt summæ omnium expeditionum militares) diuinæ Reipublicae tum ante, tum post Christi Domini aduentum in Ecclesia institutæ, faciem, ordinem, magistratus: conuersiones item B & casus Regnorum, ac Rerumpublicarum, agnoscendos: scientiarum denique veritatem eruendam: cum naturalis & humana, tum potissimum diuina mirifice historia conducit. Scientias cum dico, non solum intelligi velim, quod iis plurima ex historiis suppeditantur, quibus abditæ rerum causæ noscuntur, id quod Aristotelem, Plinium, & alios siue in plantis & animalibus, siue in Meteorologicis exponendis, mouit ut interfererent historiis: verum etiam, quod in ipsis historicis, & in alijs auctoribus veris cognoscendis, eadem perutiles sunt. Neque enim nostro hoc saeculo desuere, qui ad concitandas seditiones & bella, antiquos auctorum titulos ementiti, suos pro prisicis obtulerunt; ut eorum specie adducerentur imperiti ad credendum id, quod cum esset falsissimum, fecit, ut campi ex suorum cadibus sanguine exundarent. Sic Caluinus, nomine Alcuini abusus est, qui Caroli Magni præceptor fuit. Magdeburgenses quoque Centuriatores (vix paulo post monstrabimus) magnaque haereticorum pars, aut inscriptiones falsas veris materijs adiecerunt, aut veterum & recentiorum scripta deprauarunt, ut Christianam Fidem per haereses latenter labefactarent; ex quibus Gallia, Belgium, Anglia, Scotia, Suecia, Dania, Vngaria, miras hoc saeculo clades accepere. His igitur obuiam itur & temporum collatione, atque historiarum praesidio: quae & commodum illud afferunt, quod ad diiudicandos alios quoscumque legitimos auctores maxime pertinet. Id enim neque ex stylo, neque ex alijs coniecturis semper conici potest: siue quod vnus tantum vnus auctoris extat liber: siue quod qui in aetatis flore valebant eo genere dicendi, cui sese totos addixerant, ij procedente tempore scientiis exculsi, interdum etiam publicis distenti negotiis, ac rebus enarrandis potius, quam ornatu contenti, styli immutarunt. Quod sane in viro sancto Augustino, & reliquis saepe cernitur: ut & dormitare nonnunquam vili sunt Demolthenes Ciceroni, Homerus Horatio. Quinetiam, quoniam Graeci sibi tribuerant inuentio nem scientiarum, factum est ut non saepe, aut qua ratione decuisset, ex seipsis veritatem quaerere, sicque errarent in grauissimis rebus: quemadmodum æternum esse caelum, ac primum caeli motum, eiusque modi alia falso credidit Aristoteles, & probare etiam tentauit, obseruatione maiorum. In Theologia certe, scholasticisque disceptationibus testes ex historiis adhibiti, difficiles nodos soluerunt. Neque ea res in Synodis generalibus non necessaria fuit; cum in iis, quae facti sunt (ut loquuntur) errare quisque vel optimus possit ex falso relato rerum. Ac qui suppositiis aliquando Canones, vel quaterniones inseruerant in legitimas Synodos, vel mendacijs antiquitus aspersere probatissimos auctores, hi ab historiis quasi in libertatem & lucem vindicati sunt. Sanè plura, quae commemorantur in diuinis litteris, obscuriora fuissent sine historiae quoque humanae adminiculo; quemadmodum Hierosolymae euerio a Christo Domino praedicta, quam postea & ab ipsis Iudaeis, sicuti ab Iosepho, scribi voluit Deus, ut veritas Filij sui ab hostibus enarrata, esset tanto testator: Statuae item comminutio, pedumque illius varietas, quam prauidit Daniel; quod & ad ciuilia bella Romanorum, vel ad Arcadij atque Honorij diuisionem Imperij, S. Hieronymus retulit: Hebdomadaeque Danielis, quarum expletionem qui rectius assequi volunt, ad Olympiadam & Consulatum factos sese referre

ferre solent: Qua etiam aetate passus sit Christus Dominus; & cetera, quae vel ab ipsis Christianis ducibus aliquando noscenda sunt, cum in regionibus haereticorum exercitus ducunt, ne nutent in Fide: Traditiones quoque Apostolicae, successio Pontificum, rerumque aliarum, quibus veritas constat: Sic item series tota Christianae Reip. quae ut tolleretur ex mentibus hominum, tanto connixi sunt impetu plerique omnes haeretici, ut vel historias abolerent omnino, vel mendaciis implerent, videntes, fore, ut populi quoque eo furore decepti, auderent contra legitimos Principes sumptis armis, pessima quaeque moliri, & funestissimas elades inferre prouinciis. Id certum est, antiquitatem, cum vel gentes ad vniuersum Dei, vel Iudaeos ad Christi Domini cognitionem ac Fidem vellet conuertere, humanis etiam, sed veris, esse usam historiis, ut fecere Iosephus contra Appionem, & Tertullianus in Apologetico, ac in libro ad Scapulam, cum e Romanorum historiis ostendit pessimos quosque Imperatores, saeuos Christianis crudelesque fuisse: (Bonum itaque, inquit, esse id, quod mali homines infectarentur.) cum & ob vexatos Christianos, multos Gentilium praefules, tristes exitus habuisse scripserint Iustinus martyr, Lucianus presbyter Antiochenus, Cyprianus libro, Quod Idola non sunt Dij, Eusebius, Theodoretus, (vbi agit eruditissime de curatione affectionum Graecorum) Hieronymus aduersus Iouinianum, Augustinus libris de Ciuitate Dei, Orosius, Arnobius, & alij plerique.

HISTORIA AD IMITANDUM
quoque utilissima. Caput XIII.

SED & ad imitandum efficacissima est historia: quippe ex iis, quae cernimus ab aliis perducta ad effectum, sicut rationes & modi in oculis incurrunt, ita erigitur spes ad eadem aggredienda, ac vi quadam, quam secum quasi connatam ferunt exempla, semen in animis nostris altius spargitur, quod certe fructus edit vberiores, quam quos e praecipis haurimus. Moralis enim philosophia, ut rerum est vniuersalium, mentes afficit, ac mouet, ut illa hoc significatu materia, historia vero forma dici rectissime possint. Posteritatis contumelias (inquit Tacitus) sentiebat Tiberius Augustus ex suorum scelerum conscientia; quare a multis abstinebat, tegebat alia. Quare vel hoc nomine is ipse Tacitus solam hanc scribendi, legendive historias, putabat rationem aptissimam; qua nempe a vitiis deterrerentur improbi, ad virtutem inflammarentur boni. Certe Spiritus sancti afflatu, diuina ipsa historia tot heroum gestis, quasi luminibus, interstincta fuit; ut quibus verba non essent satis, hi gestis amicorum Dei permouerentur. Cum vero quidquid alicui a priuato spiritu suggestum, aut a quouis homine litteris mandatum fuisset; siue id ad mores, Decalogique obseruationem, siue ad dogmatum fidem, Ecclesiaeque hierarchiam spectasset, dubitationem in aliorum animis parere potuisset; idcirco id omne haud minus ex iisdem actionibus & exemplis, quam ex praescriptis diuinae ipsius historiae perpendi rectissime potest. Quare licet Deus pleraque rari permittit, diuitem tamen officinam, munitumque armamentarium, & eruditam scholam reliquisset in ipsarum actionum tradita memoria; vnde veritas ab erroribus discerni & propugnari, ac diuina eius voluntas posse agnosci.

Et Barbari quidem, si profanis historiis permoti, tanta sunt ausi, ut clarissimam de se posteris memoriam reliquerint; quidni hoc ipsum Christianis pectoribus bonae efficient historiae, ac reliqui libri, si ad eum finem, in quem scribi ac legi debent, cordate legantur? Non ignotum est, quam acutum calcar Cyrus Scipioni Africano, Achilles Alexandro Magno, hic Philopœmeni, Caesar Turcarum Regi, Ludouicus vndecimus Galliae Rex Carolo quinto addiderint, dum eorum historias, aut ne historias quidem, sed vel poemata Homeri, vel Xenophontis Cyripædiam

A diam legisent. At si ducum & Imperatorum, qui religione ac fortitudine fuere praestantes, sedulo versentur, certissime id sit, quod de Sanctorum vitis inquit Basilii; Quibus (ait) qui diligenter studet, optime suae vitae prouidet. Quamobrem & fortium virorum, atque ipsorum Martyrum imagines ob oculos perpetuo poni voluit Ecclesia, quae contra earum fractores summo conatu vniuersim vbique se opposuit, ne videlicet efficacissima ad imitandum memoria tolleretur. Quis enim (inquit pene similibus verbis Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus) coloribus expressum videns eum, qui decertat, & ignem despicientem, & nube flagellorum circumdatum, & in his creatori confidenter spiritum emittentem; non calidis circumfunditur lacrymis, & suspiriis ac gemitibus compungitur? Quis eum, qui se exiit ad grauius cruciatuum & suppliciorum genera patienda, & postremo tortum aspiciens, non cordis contritione pectus tundens recedit? Quis eum videns, qui pro Christo se tradidit licetoribus, compedibus, manicisque & fidibus constringi, & deinde in suppliciis intolerandis fortiter expirare, non admiratur patientiam, inuictamque excelsi animi virtutem & fidem? Quis alium spectans, qui nec vllum emittit verbum indignum pietate, & vero in lateribus interea & in dorso laniatur, non emollefcit comiseratione? Quis non impletur admiratione, & quatitur timore, cum videt eum, qui pro Fide patitur, omnia membra sua distribuentem ad Dei sacrificium & oblationem, quae usque ad musculos, femur, & talos scinduntur immisericorditer; non miratur, inquam, laboriosissimam in decertando patientiam? Quis eum adspiciens, qui leonibus obiicitur deuorandus, & dentibus eorum molendus, veluti caelestis panis, mensae caelestis iam iam parandus, non sit animo particeps illius martyrici spiritualis conuiuii? Quis eum contemplans, qui acerba catena propter Deum exagitatus, & in altum sublatus, & lorae ac stutinis vibices habet extensas, & tandem gladio mortem subit; non seipsum omnino cordis contrahens contritionibus, conuertitur ad gratam Dei glorificationem? Quis eum videns, qui rectus in ligno vincitur, & cuius inexcitantur intestina frequentibus ictibus flagellorum, & qui diurnam illam sustinet in ligno perpeffionem, & sine visceribus ingrediens, funebrem quamdam saltat saltationem; non diuino telo in corde sauciatur, tabernaculumque & templum pietatis efficitur? Quis videns, cui caput tyrannica sententia propter Christum fuerit amputatum, qui nimirum quasi sanguineis fluctibus seorsum fertur a reliqua cymba corporis; nutu autem diuini auxilij eadem membra iterum vnita per mare tamquam per aridam, recto itinere ingredientia; etiam si durissimo sit corde, non statim venit ad portum tranquillitatis spiritalis? Quis eum, cuius vngues arundinibus acuris perforantur, & qui in ebullientem picis lebetem praecipit immergitur, & rursus emergit, & gladio hostiliter consummatur, adspiciens, non manus ad Deum sustulit, & non optauit deinde talem experiri cruciatum? Quis eos, qui gelu hiberno, & aeris algore congelant, & nudi decertant, attente considerans, & qui crurum sustinent fractiones, & cum ardentibus carbonibus naturae robore effugerint, in fluuiorum fluentia eorum reliquiae proiciuntur; non desiderant eos habere patronos, precibusque ad sese eorum acrem & dignam defensionem allucere? Haec autem (addit Tarasius) videris non solum fieri in masculis, sed etiam in feminis, quae paribus praeliantur certaminibus, atque equuleorum & rotarum, ac ceterorum tormentorum nullam ducunt rationem. Quis enim haec fieri cernens in mollissimo sexu, non muliebre abiiciat timiditatem; tum vero fiducia, non temeraria audacia, inductus, ad Deum funebrem non canat laudationem, & aperte pronuntiet inuictam hanc fortitudinem? Quis videns immaturorum aetatem puerorum, in asperrimis doloribus tamquam in aquis innatantem, & tamquam lac coagulatum, emulsum ex vberibus fidei, omne genus tormenti & supplicij simul ferentem propter Christum, non intelligat hoc esse diuini opus auxilij, quod & muliebre imbecillitatem virtute virili fecit robustiorem; & impuberem ac puerilem imperfectionem ostendit spiritu ac sensu esse mutatam in senilem maturitatem? Quis Teclam & Stephanum, qui primi post Christum athleticam portam aperuerunt

Mar-

Martyribus; hunc quidem videns lapidibus oppetitur, & occidentium, per precum intercessionem apud Deum, curam gerentem; illam vero, & ferarum sauitiam despicientem, propter suam non fictam in Christum, quem desiderabat, charitatem; non statim discit, non male precari inimicis, sed tamquam benefactoribus eis gratiam referre, & aduersus omnem belluinam & amentem depugnare sauitiam? Sed transeo ad Deum meum & Dominum, qui Martyrum dux fuit posteris dispensator victoriae: quem in ligno cernens clavis affixum, & spongia, aceto & felle potatum, & latere lancea punctum, & ex eo viuifica fluenta emittentem; horreo, & a me discedo, honoroque inuestigabilem & stupendam sui demissionem, eiusque admiror summam malorum tolerantiam pelagus. Hæc ille; quæ sane ad summam historiae vtilitatem pertinent.

A QUIBUS HISTORICIS CAUENDUM, AC primo de Chaldæis. Caput XV.



HTSI vero Historiæ tanta est dignitas atque vtilitas; cauendum est tamē, ne ipso in limine impingat lector in eos auctores, qui vel opinione antiquitatis, vel falsa pietatis specie mentes hominum curiosiores inescant, atque ad rectissimo tramite veritatis auertunt. Quos deinceps si legerint, idque ijs facere per Ecclesiæ Catholicæ Antistites, ad quos hoc pertinet, liceat, ea circumspeditione spero perlegent, vt fecernant verum à falso; ac fidem & cultum in seipsis, atque in alijs statuunt.

In primis autem id sciendum est, quamuis monumenta pleraque interierint, quæ Chaldæi, & Aegyptij apud suos Sacerdotes seruare cōsueuerant; non desunt tamen quæ ab ipsis accepta, vel ad nos per Græcos deriuata, monstrant, quantis errorum tenebris inuoluebantur, dum vicinam lucem depellerent, quæ in Oriente, ac potissimum in Iudæa eodem tempore splendebat. Neque vero etiam desunt inter illorum fragmenta & tenebras scintillæ, quæ Mosaicæ historiæ, ac proinde nostræ Fidei indices fuerunt: præterquam quod ipsi eorū Prophetæ, vt Balaamus, & Sibylla Berofii sacerdotis filia, & alij, grauisimū Religioni nostræ testimonium ipsa antiquitate, perhibuerunt.

Periere igitur Berofus, Metasthenes, Manethon, Hieronymus Aegyptius, Abydenus, Ptolemæus Mendesius, & qui de iisdem interdum rebus scripsere, Philostratus, Timæus, Ephorus, Mochus Estiæus, Mnaseas, Damascenus, Artabanus, Eupolemus, & alij. Ac tamen horum testimonij vtuntur Herodotus, Diodorus Siculus, Thucydides, Dionysius Halicarnassæus, Strabo, Plinius, Plutarchus, & reliqui: qui cum & ipsi Ethnici fuissent, tanto maiorem adstruunt fidem veritati. Constat enim ex ijs, peruagatam fuisse vbique famam de Noe, de diluuiio, de Arca, de Turri illa *Βαβυλωνία* Babelis; de Gigantibus, de campis & terra Sodomæ & Gomorrhæ; de Abrahamo, de Moyse, ac lege per eum lata; de litteris ab hoc Phœnicibus traditis, ac de ceteris eiusmodi.

Ex Hieronymo nimirum Aegyptio, qui de antiquitatibus Phœnicum scripsit, & ex Mnasea, excelsus in Armenia mons fuisse constabat, qui Baris appellabatur, quo multi confugerant, diluuii tempore, & quidam semel in Arca deuectus, ad montis appulerat summitatem, in qua lignorum reliquæ fuere diu seruatae.

Ex Eupolemo, ciuitas Babylonis ab alijs prius condita fuerat, qui ex diluuiio euassissent incolumes, hinc omnes fuere Gigantes, sparsi per vniuersum orbem, postquam Turris, quam extruebant, diuinitus concussa decidit.

Ex Mochō Estiæo, & Abydeno, seruatus vir quidam post diluuium, quem pro Noe, Sisythrum nescio quem; pro Deo Saturnum nominat Abydenus: primiq. è terra editi homines, qui ob robusta & vasta corpora elati, quum Dijs superiores euadere

ad cælum tendente

Euseb. lib. 9. de prepar. Euang. c. 4.

A euadere in animo habuissent, immensæ altitudinis Turrim ædificare cœperint; cumque iam parum abesset, quin ad cælum vsque pertingerent, venti Dijs opitulantes machinam illam disturbarunt; atque huius ruinæ reliquæ, Babylon est credita. Ex alijs, sub Xeturo ingens fuit diluuium, ipse vero seruatus, quum ei Saturnus prædixisset, fabricandam esse arcam, in qua cum aibus, reptilibus, & iumentis nauigaret.

At hæc copiosè, sed verius Patres, quorum nomina & labores distinctius proprio Bibliothecæ huius loco recensentur. Nam de Babelis Turri, de qua in Genesi, & Iosephus, ac Philo, Eusebius, Augustinus scripserunt, cum idem quoque Eusebius, & Iosephus plurimum priscorum auctorum meminerint, qui hæc ipsa, vt & de Abrahamo & alijs, asseruerunt. De campis quoque Sodomæ & Gomorrhæ, quales nam post diuinam fuerint animaduersionem, mentionem fecerunt; præter illa, quæ collegit Orofius, Solinus, Strabo, Iustinus, Cornelius Tacitus, Plinius, Tertullianus.

Verum enimvero Græcos ab Aegyptijs, hosce autem, atque alios ab Hebræis accepisse disciplinas; quin etiam scientias multo antea floruisse apud Barbaros (vt ipsi vocant) quàm apud Græcos, & Diodorus Siculus, Strabo, Plinius, Diogenes, & Iosephus, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Cyrillus, Iustinus, Martyr, Tertullianus, & alij monstrarunt. Hæc igitur illæ sunt scintillæ, quas micuisse inter Aegyptias tenebras diximus.

Ad tenebras porro spectant, quæ Chaldæi & Aegyptij cum sua, quam vocabant, sapientia, insipienter commiscuerunt. Nimirum sarana non propinante venena, quæ prius melle non illinat.

CHALDÆI.

CHALDÆORVM ergo sapientia, quæ Aramæa, Syriaca, Babylonica dicitur, Magos, & hariolos, & maleficos, & augures, siue haruspices habebat. Et verò hoc nomine Chaldæorum apud Daniele (vt inquit Hieronymus) designatur id hominum genus, quos cum vulgus appellet Mathematicos & Genethliacos, Plinius scripsit, originem duxisse à Belo Ioue, Nini Assyriorum Regis patre, primo Sideralis scientiæ inuentore. Nam & omnia illi tribuebant fiderum motibus, à quibus credebant dispensari mundi potentias, è numeris (vt aiebant) & eorum proportionibus constantes. Res quoque visibiles, dum haud perceptis inuisibilibus venerantur, mundum ipsum existimabant Deum, profana opinione, creaturam (vt ait Philo) creatori similem facientes. Materiam quoque (quod sanctus Hieronymus docet) visibilis huius mundi sempiternam esse credebant, & à nemine productam. Hi olim Magi & Philosophi appellari, quorum auctor (Origeni) fuerit Balaamus, cuius vaticinio moniti post multa sæcula, ex Oriente in Iudæam profecti sunt Magi, Christum adoraturi. At Diogenes Laertius Zoroastrem Persam eorum principem statuit, qui tamquam sacerdotes, Deorum cultui operam darent. Chaldæi vero antiquiores, etsi vnum Deum primum esse omnium & sempiternum dicebant, vt ex Zoroastri Magi libro sacro ostendit Eusebius; Deos tamen alios ponebant secundos, & Genios, quorum substantiam arbitrabantur esse vel igneam, vel aqueam, vel terream. Signa & statuas Deorum reprehendebant, improbatore eorum, qui mares & feminas Deos esse dicerent. Animatorum autem immortalitatem credentes, omnia, quæ in mundo apud nos sunt, precationibus illorū aiebant permanere. Homines ite resurrecturos, quorum corpora putabant iniquum & impium esse exurere. De iustitia, & alijs virtutibus multa differuerunt, auri & argenti vsu interdicto. Et vero quamdam puriorem istorum sapientiam aliquando fuisse scribunt; quippe qua non ex cultis non licebat esse Regibus Persarum: quæ tamen cum à Zoroastre altero Bactrianorum Rege primo, illius sapientiæ corruptore, ad incantationum deliramenta detorta fuisset, hic è Regno pulsus est à Nino

Cyroll. lib. 1. contra Iulianum.

a Cap. 11. b Lib. 1. An. i. cap. 9. c Opusculis 11. & 13. d De prepar. Euang. lib. 9. cap. 4. e De ciuit. Dei. lib. 6. cap. 11. f Vnde Iosephus lib. Ant. i. q. 1. ca. 36. g Lib. 1. h Cap. 48. i Lib. 16. k Sub finē libri 36. l In i. 21. lib. Annal. m Lib. 5. c. 16. n In Apolog. cap. 39. o Lib. 3. c. 6. p Lib. 16. q Lib. 16. cap. vlt.

r In Proem. s Aduersus Apionem. t Stromatū lib. 1. u Lib. 9. ac 10. de prepar. Euang. x Contra Iulianum. y Ad Genes. z Philo li. de Abraham. a In Epist. ad Hebræos. b Vnde Origen. hom. 13. in Numeros. c Lib. 1. de Philosophis d Lib. 1. de preparat. Euang.

Philo de specialib. legib. Plinius. Iustinus. Augustinus.

Nino Assyriorum Rege. Secuti Zoroastrem plures, cum duo principia constituis-
sent; alterum boni, alterum mali; illud cæli, hoc inferiorum Deorum, à quibus ma-
la omnia proficisci, opinati fuerant; dogma hoc Manichæis reliquerunt, à quibus
postea disseminatum, Christiana explofit Ecclesia. Aëra item refertum esse dæ-
monibus cum credidissent, qui tenuiter, & veluti euaporationes quædam ipsis ap-
parerent, diuinationes ex ipsorum colloquijs profitebantur. Cumq. peccatis cæca-
tæ mentes in nouas semper insanias ruerent, matrumq. ac filiorum mixtionem con-
cederent; veneficos etiam habebant, qui sanguine vterentur, ac victimis, sæpe mor-
tuorum corpora contingentes, ex quibus diuinare se futura opinabantur: id quod
& haruspices ex intestinis bestiarum inspectis, & augures ex volatu, & ex cantu,
aut ex pastu auium facere solebant. Hæc igitur Chaldæi errantes, & in errorem
mittentes, quicumque ipsorum falsæ sapientiæ adhæsisserunt.

Sed & cum Chaldæi falso gloriarentur, habere sese rerum cælestium scientiam,
non minus quàm septuaginta & quadringentorum mille annorum obseruationi-
bus comprobata, Callisthenes (Porphyrio auctore) nepos, idemq. discipulus
Aristotelis, cum Babylone cuncta Chaldæorum arcana excussisset, reperit, obser-
uationes rerum cælestium, omnium vetustissimas, non amplius quàm nonaginta
mille annorum fuisse. Hipparchus quoque, & Ptolemæus Astronomicarum ob-
seruationum vetustatem altius non repetunt, quàm à temporibus Nabuchodono-
fori Chaldæorum Regis, Iudæorum calamitatibus nobilitati, qui circa primam &
trigesimam Olympiadem regnare cœpit.

Plin. lib. 30

Ad Plinium quod attinet, Eudoxi & Aristotelis testimonio confirmantem, vixisse
ante Platonis obitum sex annorum millibus Zoroastrem, Astronomiæ, vt ferunt,
parentem; Diodorus Siculus, Iustinus, & alij, mendacij conuincunt: Quippe Zoroa-
strem faciunt æqualem Nini Regis, à quo & bello victus est, Regnoq. spoliatus: à
Nino autem ad obitum Platonis paulo plures septingentis & mille annis numeran-
tur. Eodem loco habendum est quod narrat Plinius, esse in monumentis Indorum,
à Libero patre, qui primus in Indiam arma intulit, ad Alexandrum Magnum fuisse
Reges Indorum centum quinquaginta tres, per annos sex mille quadringentos,
duosque, additis præterea mensibus tribus. Namque à peritissimis & diligentissi-
mis Chronographis animaduersum est, post obitum Moylis, Iosue Hebræorum Im-
peratore cum Chananæis felicissime bellum gerente, Indiam à Libero patre esse
debellatam, & ab eo tempore ad Alexandrum Magnum, annos dumtaxat se-
ptuaginta & centum supra mille recenseri.

Plin. lib. 6.

Inde igitur ad reliquas gentes ista manarunt, falsissimasq. deinceps historias (si
historiæ dicenda sint fabulosa portenta) dæmones per eorum commenta deriuarunt
ad Græcos, & ab istis in Latium, hinc autem quoquo uersum. Turbato autem
veræ Chronographiæ fonte, origo mundi negata est, & plura, quæ sunt in verissima
Moylis historia, tenebris ac imposturis fuere inuoluta, sicuti paulo post de Aegy-
ptiis dicemus.

Vide suo lo-
co tractatio-
ne aduersus
Astrologiã
Iudiciariã.

Accessit astus satanæ, præsertim in Genethliacis, vnoquoque postea sæculo non
tam sustinendis, quàm etiam conquirendis, ac pretio interdum summo conducen-
dis: quem astum à plerisque sapientissimis reiectum, ab Philosophis quoque emi-
nentioribus, & ab Ecclesia sapientissimè prohibitum, Nicolaus Leonicensis superio-
re sæculo paucis aperuit. Nam cum (inquit) in dimetiendis astrorum motibus &
corporibus (quod Mathematica facit) Astronomia præcellentes viri diu noctuq. la-
borarent, nullum erat eis inde apud Principes emolumentum, quibus scilicet nihil
curæ, quàm magno sidera corpore, aut quàm veloci motu per cæli spatia reuolue-
rentur, hoc illi cum vidissent, ne cælestia perscrutantes, interim essent inopes ter-
renorum, lepidam (ait) excogitasse fallaciam, qua sibi Principum animos obliga-
rent, & suæ professionis facerent amatores. quare commentos ab his astris omniũ
fortunas, sed præcipue Principum dependere; liberos scilicet, vitam, imperia, vi-
ctorias, valetudinem; sibi vero, qui illorum diu motus & naturas obseruassent, peni-
tus

tus cognitum & exploratum, quid cuique vel boni pollicerentur, vel aduersi de-
nuntiarent: tum habere præterea ad manus se remedia, quibus præuisa mala re-
pellerentur, bona confirmarentur: nam si felix hora notaretur, imagines ex mate-
ria quadam cælestibus illis naturis cognatiores posse cõflari, ad quas miris machi-
namentis deducta virtus ab astris felicissimos faceret homines, rerumq. potentes,
illarum vel tactu, vel gestatione, quidquid appeterent facile consequentes: qui-
bus omnibus rebus quò plus fidei facerent, illud addidisse, reuelata sibi diuinitus
huius artis secretiora mysteria, quemadmodum à potentissimo Mercurij nomine,
& Petosirim, & Aesculapium accepisse quàmplurima, legitur apud Maternum:
tum vero Principes illiteratos & curiosos, & rerum, quas promittebant, appeten-
tissimos, adductos facile vt crederent, & professores fouerent, & præmijs stidia
hæc quotidie magis & magis excitarent. Hæc Leonicensis.

Sed cum hæc tractarentur à Chaldæis, Deus, qui non irridetur, comminationes
aduersus eos prædicatas à Prophetis, certiore, quàm Genethliacorum, diuina-
tione compleuit. Quare princeps illa istorum errorum officina Babylon concidi-
dit, quo tempore Darius Hytaspes rebellantes Babylonios perdomuit, mœniaq.
ipsum (vt narrant Herodorus & Iustinus) solo æquauit. Ac licet postea condita
sit prope Babylonem à Seleuco Nicanore Seleucia, & a Parthis Ctesiphon (vt scri-
bit Plinius) erat tamen huius tempore ferme exhausta incolis: Adriano autem Ro-
manis imperante (sicut Pausanias tradidit) nihil, præter muros, habebat reliqui
Babylon, omnium (vt ille inquit) quascumque Sol aspexit, vrbium maxima. In
qua tandem (ætate Hieronymi) ea erat solitudo & ruina, vt (quod ille scribit in
Esaia) intra mœnia non nisi feræ ad venationes Regum continerentur.

Herodorus
lib. 1.
Iustinus li.
1.
Plinius lib.
6. cap. 26.
Pausan. lib.
8. in Asia-
dia.
Hierony. in
c. 13. Esaia.

Hic verò etiam tu mihi diuinæ certitudinem historiæ ac præstantiam vide, vt
scias, cui credendum, quis metuendus, & à quo ratio vitæ nostræ rectissime digno-
scenda sit. Cum enim Deus futurum excidium Babylonis minaretur, & Cyrum
Persarum Regem ducentos annos. antequàm nasceretur, Christum, siue vñctum
Domini appellatum, contra illos dimicantem, excitaret; Chaldæos sic alloquitur:
[Veniet super te malum, & nescies ortum eius.] hoc est, quod tibi nec Mars, nec
frigida Saturni stella prænuntiauerit. [Et irruet super te calamitas, quam non po-
teris expiare.] hoc est, quam nec horarum electionibus, & astrologicis imagini-
bus, aut superstitiosis alijs machinamentis, non poteris à te depellere. Ac paulo
post per eundem Prophetam Dominus inquit: Stent nunc, & saluent te augures
cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent
ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos; non liberabunt
animam suam de manu flammæ.

Esa. 47.

Ibid.

DE BEROSO, METASTHENE,
Philone de temporibus, ac de Anno, qui circumferuntur, quid
sentiendum, quid ve in ijs cauendum sit.
Caput XVI.

E



quem autem fallat Berosi nomen, qui non ita multos ante an-
nos erutus in lucem, præstantibus etiam viris imposuit, eo
magis hoc loco dicendum est, quòd cum legitimos Berosi partus,
vnà cum alijs interiisse scripserimus, ac ita (quod reiecto iam
errore, necesse fuit) plures tandem crediderint; non desint ta-
men, qui Berosi istius supposititii, vti & reliquam Annii Viter-
biensis lectionem, diuinæ historiæ percipiendæ, licet à seipsis vt commentitiam
habitam, existiment vtilem: Quippe moti aliorum quorundam, & Dauidis Chy-
træi

G

træi

trai hæretici verbis, qui quum de lectione historiae instituenda hinc inde varia A corrogasset, Catholicis auctoribus, qui hac de re magna cum laude egerunt, imprudenter adiunctus est à Typographis, nec agnitus ut hæreticus.

Volaterr. li. 14. Anhydro pol. gia. Ludo. Pines lib. 5. de tra. d. d. discipl. Blondus in sua Italia. Ioannes Per gara libello de 8. quast. Melch. Canus lib. 111. de loc. T. b. s. logicit. Bened. Pere vius in Damascem.

Res igitur ut liqueat, quando Volaterranus, Ludouicus Viues, Blondus Foroliuensis, Ioannes Vergara, Melchior Canus, Benedictus Pererius, & alij, per quos veritas hæc innouit, haud semper haberi poterunt ad manus; sciendum est, Annium Viterbientem, cuius opera Berofus & alij auctores eminenti nomine vel prodierunt, vel ad eam formam scripti sunt, Chronographiæ, ex qua temporum & historiarum omnium certitudo pendet, pessimè consuluisse. Sic enim doctissimi alioquin viri, & in fide Catholica constantissimi, qui factum ignorauerant, decepti sunt, Ioannes Driedo, Nauclerus, Valerius Anselmus, Ioannes Lucidus, Michaël Medina, Xyftus Senensis, & reliqui: ne quid dicam de Ioanne B Bohemo Aubamo Theutonico, qui cum breui compendio gentium omnium mores, leges, & ritus collegisset, ac propterea versetur à multis, vel inde plures mutauere quæ scriptis mandarunt, hac in re præter alias esset cum ceteris corrigendus.

Et verus quidem Berofus vsque ad Cyrum, qui post bellum Troianum plus sexcentis annis vixit, historiam suam texuit. At hic alter Annij res gestas Assyriorum & Chaldæorum perducit ad ipsum dumtaxat Regni Troiani exordium, nempe ad decimum octauum Assyriorum Regem Danaï synchronum, qui primus Troiæ regnavit. Rursus Berofi veri de Chaldaicis rebus tres libri extabant, Iosepho teste: huius vero alterius Berofi vnus tantum apparet de Assyriorum historia. Metastheni quoque alteri historico, ab Annio confecto aduerfatur; cum ab eo dicatur, Berofum historiam Regum Assyriorum profecutum vsque ad Sardana- C palum, qui fuit postremus illius Monarchiæ Rex: ut mendacem oportuisse memorem esse nemo non videat.

Ioseph. aduers. Apionum.

Plura adhuc in Metasthene supponendo peccasse Annium constat, quando lapsus est in ipso nomine. Metasthenem enim vocat, vniuersæ ignotum antiquitati; quum Strabo, Plinius, Solinus, Alphæus, Iosephus, Eusebius, Hieronymus, Megasthenem rerum Indicarum sæpe citauerint; hunc vero Metasthenem de rebus Persicis scribentem, numquam. Lapsus item est Annius in Chronographia; & vero in percensendis persicis historicis, atque adeo Ecclesiæ Patribus, videtur suo nimium concessisse iudicio, aut (dicam quod res est) audaciæ. Nam post Herodotum, Iustinum, Iosephum, reicit quoque Clementem Alexandrinum, Iulium Africanum, Eusebium, Hieronymum, Orosium, Bedam, & alios viros vel oculatissimos, vel cum perspicaciâ etiam sanctissimos. In exordio autem Metasthenis, quod Annium præscripsit, in Monarchia Perfarum solos Metasthenem & Ctesiam Gnidium, vti veraces, esse sequendos; verum non est: quum Diodorus Siculus Ctesiam potissimum in historia Regum Persidis fecerit, & cum Herodoto, Thucyde, Iustino congruens, omnino à spurio isto Annij Metasthene discrepet. Adiecit, auctores illos contra fidem omnem publicam scripsisse, Babylonem captam esse à Dario Medo aliquot annis post Cyri mortem; quum constet, oppugnatam à Cyro & Dario Medo ante Iudaicæ captiuitatis solutionem. Neque vero Annius iste aut legit, aut, si legit, cogitare voluit, ab Herodoto & Iustino narrari, bis à Cyro, & Dario captam esse Baby- E lonem, prius à Cyro, posteriùs quum ipsa defecisset à Perfarum imperio, atque à Dario, non Medo, sed Hystaspis, quarto Perfarum Rege. Accedit error Anniani Metasthenis, laudantis Berofum in historia Chaldæorum & Assyriorum Regum, ac tamen ipsi Berofus de rebus iis plane contraria dicentis. Tradit enim, Nabuchodonosorum regnasse quadraginta quinque annos; Euilmerodachum triginta; Niglissarem, seu Negassarem, tres; Labofardachum sex; Baltasarem quinque: at verus Berofus longe secus annos istorum Regum digessit; qui tribuerit Nabuchodonosoro quadraginta tres annos; Euilmerodacho duos;

Herod. lib. 1.

Berof. apud Iosephum li. 1. aduers. Apionum.

Ni-

A Niglissari quattuor; Labofardacho nouem menses; Baltasari, siue (ut ipse nominat) Nabonido septemdecim annos. Ceterum ex eo clarissime liquet, istum Metasthenem esse totum commentitium, & cui nullatenus credendum sit; quod in Monarchia Perfarum ab omnibus Græcis & Latinis melioris notæ scriptoribus maxime discrepat in Regum Persidis numero, annis, nominibus, rebus gestis, denique in ipsius Monarchiæ diuturnitate. Nam quum ex omnibus historiis Græcis & Latinis, ut confirmat Hieronymus, exploratissimum & notissimum sit, à Cyro vsque ad Alexandrum Magnum quattuordecim fuisse Reges Perfarum, eamq. Monarchiam ad triginta & ducentos annos stetit; iste Annianus Metasthenes octo dumtaxat Reges numerat, nec plures vno & no- naginta, centumq. annis Imperium Perfarum durasse affirmat.

Hierony. super 7. & 11. exp. Danieli.

B Ergo Metasthenes iste commentitius auctores facit & fundatores Persicæ Monarchiæ Cyrum & Darium Medum fratres; qui, constituta Monarchia, simul regnarunt duobus annis. Deinde (inquit) Cyrus, mortuo Dario, solus regnavit viginti duobus annis: post Cyrum Priscus Artaxerxes, filius Darij Medi, viginti annis: quarto loco post Cyrum regnavit Darius Nothus, annos decem & nouem: quinto loco regnavit Artaxerxes Darius Mnemon annis quinquaginta sex: sexto loco Artaxerxes Ochus, viginti sex: septimus Rex Arses, quattuor annos potitus imperio: octauus & postremus Rex fuit Darius, qui sex annis regnavit, & victus est ab Alexandro. In quo catalogo Regum Persidis, præter hæc quæ dicta sunt, prætermittit tres Reges Perfarum, Cambysem, Darium Hystaspis, & Xerxem (qui fuit Græciæ terror, ob magnitudinem & diuturnitatem imperij, celebritatem rerum gestarum, multitudinem & claritatem scriptorum, qui de illis prodiderunt) omnibus notissimos ac testatissimos. Negare autem (inquit Pererius, qui post Canum & alios diligentissime hæc collegit) hosce fuisse Reges Persidis, simile est ut si quis negaret, Iulium Cæsarem, Octavianum Augustum, & Tiberium fuisse Imperatores Romanorum: præsertim vero quum de illis Regibus scripserint vicinissimi eorum temporibus: siquidem Herodotus scripsit non solum de Cambyse & Dario Hystaspis, sed etiam de Xerxe, cuius tempore (ut refert Diodorus) claruit ipse; præterea Thucydes, qui superfuit Herodoto. Alter error est, successorem Cyri facere Priscum Artaxerxem Assuerum filium Darij Medi; quum nec vllus Rex Perfarum eius nominis memoretur ab vllis veterum; & Darium Medum, qui Ciaxares nominatur à Xenophonte, constet apud omnes caruisse filio; & ab omnibus historicis proditum sit, Cyro in Regno proximè non alium, nisi Cambysem ipsius filium successisse.

Diod. lib. 3.

C In Manethone quoque prorsus cæcutiuit Annium. quem enim hic edidit, is scripsit multo secus de rebus Aegyptiis, quàm Manethon verus, cuius longam recitat orationem Iosephus: præterquam quod Annianus Manethon à Danao vsque ad cladem Troianam paulo plures triginta supra trecentos annos enumerat; quum Iosephus ex vero Manethone à Danao vsque ad excidium Troiæ sexcentos ferme annos effluxisse commemoret.

Ioseph. lib. 1. aduers. Apionem.

Tanto vero, præter istos supposititios historicos, declinandus est magis Philo, quem Annius de temporibus Breuiarium scribentem fecit, quanto cum aliis mendaciis diuinæ historiae planissime aduersatur. Mendacia illa notauit inter alios Canus. Titum enim Liuium publicos Monarchiæ Romanæ annales sequutum esse, ac Philonem Liuij instituisse vestigiis, scribit: Vbi (ait Canus) multum omnino de gradu Philonem suum deicit: qui si publicos omnium Monarchiarum annales habuit, ut paulo ante Annium dixerat, imprudenter sane ac leuiter Liuium sequutus est; quem constat, primum nullos publicos annales habuisse, deinde in plerisque dubitasse, denique errasse in multis, & ita errasse, ut errorum quorundam ab aliis euincatur, quorundam etiam se ipsum arguat.

Canus lib. 11. de locis Theolo. c. 6.

Præterea quæ legitima Philonis opera extant, nil quidquam habent simile cum A istis Anniani Philonis; quippe stylo, eloquentia, gravitate, pietate, veritate præstant, quæ nulla sunt in hoc altero. Sed neque Eusebius, nec Hieronymus, neque Suidas, e mentis Philonis mentionem fecerunt. Ut etiam falsissimum sit quod habet, stirpem Salomonis in Ochozia defecisse, & Ioam, qui illi in Regno successit, non de Salomonis, sed de Nathanis fuisse progenie. Eam falsitatem diuina Scriptura planissime ostendit. Quæ omnia, ut alia, cum idem Canus doctè, ac fufius persequatur, inde ab studiosis, si quando necessitas ferat, poterunt peti.

4. Reg. 11.
2. Paral. 22
3. Paralip. 3

Neque item Dyctys Cretensis, & Dares Phrygius, qui Diodori Bibliothecæ adiunguntur, legitimi sunt illi, qui antiquitus habebantur; licet vni, hoc est Dycty, Caij Septimij Romani, alteri vero Cornelij Nepotis epistola addita sit. Et B quidem Isidorus mentionem istius historiæ facit, quum eum inquit primum Gentilium fuisse, qui historias scripserit, idq. in foliis palmarum. Sed nihil horum ad nostra tempora peruenisse, certissima illa argumenta sunt, quod Liuius, Diodorus Siculus, Pompeius Trogus, Velleius Paterculus, & Eusebius, atque alij non tam frigide ac timide narraissent gesta Troianorum, si tam luculentam habuissent historiam, atque eiusmodi testibus oculatis uti potuissent.

Nec verum est, quod conficta illa Septimij epistola habet, de libro Dyctys Cretensis, quum dicat, eum latuisse, quoulsque oblatu fuerit Neroni. Nihil enim de his scripsere. Tranquillus, Seneca, Tacitus, Orosius, Eutropius, Sextus Aurelius, Plinius, Eusebius, aut alij probati historici. Idem intelligendum est de Fabio Pictore, de Porcij Catonis originibus, de Myrsilio Lesbio, C de Caio Sempronio, de Xenophonte, de Archilocho, quibus libelli de æquiuocis tribuuntur: quum nulli tales veri & legitimi extent, ac post Eusebij tempus, vsque ad Annum istum fuerint ignoti. Quamobrem & ij pro nihilo habendi sunt, ut bonæ horæ in veris historicis ponantur vtilius; & abstinendum est à Chronologia Maslæi; à Sicilia Phaseli, & Maurolici; ab iis, quæ de hebdomadibus Danielis Driedo scripsit; à Chronico Ioannis Lucidi; ab Italia Leandri; à generationibus Naucleri, & ab aliis neotericis, vbi istiusmodi scriptoribus vsi sunt; ac denique prorsus à Geographia Munsteri, quod hic liber cum erroribus historiæ, hærefes quoque contineat. D

ÆGYP T I I H I S T O R I C I Q U I

nam antiquissimi, & in quibus sit ab iis abstinendum.

Caput XII.



Egyptij quoque cum ab vnus veri Dei cultu deflexissent, nec res Moyfis admirandas suspexere (in quibus tamen Dei fuisse digitum coacti sunt fateri) neque illius certissimam historiam postea susceperunt: quin hæc omnia suis inuentis posthabentes, in diuina, humanaq. & naturali historia, & in Mathematicis ipsis, in quibus adeo excellere videri volebant, foedissime lapsi sunt. In diuina quidem, quum etiam mundum crediderit fuisse genitum, & suapte natura mortalem; humanum tamen genus, primum in Aegypto, ob cæli temperiem, Solisq. feracitatem, ex Nilo terram inundante putarunt esse productum: Hominum item animos, quamquam essent immortales, in aliena corpora immigrare: Deum, licet vnus esset Deorum omnium pater ac princeps, Solem nihilominus, ac Lunam Deos esse, Osirim alterum, alteram Isim appellatos. Diis esse templa ædificanda, & statuas excitandas, non eadem omnes forma; quando vera Deorum imago nesciretur: Plures è Diis antea mortales, postea ob ipsorum merita translatos in cælum, & diuinis in mundo cultos honoribus: Re-

A Relata etiam in Deos animalia, quorum effigies insculptas in galeis & clypeis duces gestassent in præliis, quasi belli damna ab sese auertissent in hostes.

Ad Mercurium autem, qui Trismegistus est dictus, vniuersam istam Aegyptiorum sapientiam (seu potius insipientiam atque perfidiam) refert Iamblychus: à quo testimonia Seleuci ac Meneri veterum scriptorum afferuntur, dicentium ab Mercurio scriptos de vniuersa Aegyptiorum sapientia libros triginta sex mille & quingentos viginti quinque, in quibus recensabantur de Diis empyreis libri centum; toridem de Diis æthereis; mille de Diis cælestibus: quorum plerique, quoniam ab Aegyptiaca in Græcam linguam à viris philosophis conuersi sunt, existimati sunt à Græcis fuisse conscripti. Et meminit Clemens, ætate sua extitisse ex iisdem libris triginta tres de vniuersa Aegyptiorum philosophia; de Medicina sex; de Sacerdotibus libris decem; de Astrologia quattuor.

Iamblychus
de mysticis
Aegyptiorum
lib. 3.

Clem. Seru.
mat. lib. 6.

Sane vero adhuc à pluribus Dialogi duo, Pimander & Asclepius leguntur, ab Mercurio Trismegisto conscripti; quem ferunt ideo ter maximum vocatum, quod maximus esset Philosophus, Rex, Sacerdos. Sed quæ in Pimandro & Asclepio leguntur, valde abhorrent à scriptis, quæ de Mercurio Iamblychus attulit. Ac quum nonnulla mira de Deo, de sanctissima Trinitate, de aduentu Domini, de futuro Iudicio, complecti videantur, habent item præfagium, quod, ad Asclepium scribens, aduersus Aegyptios protulisse dicitur tamquam in cassum Idola culturos inquires. O Aegypto Aegypto, religionum tuarum solæ supererunt fabulæ, & æque incredibiles posteris suis. Hæc ille.

Quin etiam in hosce duos Dialogos, anno huius sæculi quinto supra octogesimo, Commentaria edidit Cracouiæ in Polonia ex officina typographica Lazari, Annibal Rossellus Calaber, Ordinis Minorum regularis obseruatiæ, Theologiæ ac Philosophiæ ad S. Bernardini Cracouiæ professor: qui cum multa in laudem Trismegisti scribat, & in duos libros distribuerit ea quæ emisit hætenus Commætaria; ut primus sit de sanctissima Trinitate, secundus de Spiritu sancto, & Angelis; sic initio primi libri, commento primo loquitur: Mercurij historiam in principio quarti libri texui, ideoque denuo hic retexere non opus esse iudicauit; sed illius intentione, ordinemque quem in hoc primo libro obseruat, exprimere. Intentio magni Mercurij in hoc primo libro circa sacrosanctæ & indiuiduæ Trinitatis mysterium potissimum versatur: quamuis & plura alia interserit, quæ ad mundi creationem & principium, ad elementorum productionem, ad idearum cognitionem spectant. Ac paulo post, Mercurium Trismegistum ait habuisse à Deo reuelationem imaginariam. Commento autem tertio decimo addit, habuisse bonum Angelum; citans illud, quod idem Mercurius ad Tatium ait: Ego, fili, bonum semper dæmonem audiui dictantem: qui si litteris quoque monumenta mandassem, mira quædam in dies humano generi monumenta contulisset. Solus ille tamquam ipse pro me genitus Deus vniuersa conspiciens, in nos effudit oracula. Hæc è Mercurio Rossellus: qui cum epistola sua mihi non ita pridem significauerit, habere se ad manum reliqua in Mercurium, quæ editurus sit (necdum enim quartus liber prodierat) tum cernent eruditi, quàm omnia cohæreant cum iis, quæ de Trismegisto scribit sequentibus verbis Augustinus: Non itaque credendum est, quod nonnulli arbitrantur, Hebræam tantum linguam per illum, qui vocabatur E Heber, vnde Hebræorum vocabulum est, fuisse seruata, atque inde peruenisse ad Abraham: Hebræas autem litteras à lege cœpisse, quæ data est per Moysem, sed potius per illam successionem patrum, memoratam linguam cum suis litteris custoditam. Denique Moyfes in populo Dei constituit, qui docendis litteris præfessent, priusquam diuinæ Legis vllas litteras nossent. Hos appellat Scriptura grammaton isagogos, qui Latine dici possent litterarum inductores, vel introductores, eo quod eas inducant quodammodo in corda discipulorum, vel in eas potius ipsos, quos docent. Nulla igitur gens de antiquitate sapientiæ suæ super Patriarchas & Prophetas nostros, quibus inerat diuina sapientia, vlla se vanitate iacta-

De ciuitate
Dei, lib. 8.
cap. 39.

etauerit, quando nec Aegyptus inuenitur, quæ solet falsò & inaniter de suarum doctrinarum antiquitate gloriari, qualicumque sapientia sua Patriarcharum nostrorum tempore præuenisse sapientiam. Neque enim quisquam dicere audebit, mirabilem disciplinarum eos peritissimos fuisse, antequam litteras nosset, id est, antequam Isis eò venisset, easque ibi docuisset. Ipsa porro eorum memorabilis doctrina, quæ appellata est sapientia, quid erat nisi maximè Astronomia, & si quid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda ingenia, quam ad illuminandas vera sapientia mentes valere solet? Nam quod attinet ad philosophiam, quæ se docere aliquid profitetur, vnde fiant homines beati, circa tempora Mercurii, quem Trismegistum vocauerunt, in illis terris eiusmodi studia claruerunt. Longe quidem ante sapientes, vel philosophos habuit Græcia, sed tamen post Abraham & Isaac & Iacob & Ioseph; nimirum etiam post ipsum Moysem.

Atqui, vt omnia omnino probarentur quæ in Pimandro & Asclepio leguntur, certe eadem ab Hebræis & ab Moyse Mercurius accepisset, quum (ipso Augustino monstrante) nepos fuerit maioris Mercurii, cuius maternus auus Atlas Astrologus, & æqualis Promethei; eodem vixit tempore, quo Moyse.

In naturali porro historia Aegyptii partim rectè dixere quædam, partim errant; cum materiam ponentes rerum omnium initium, ex qua discreta deinceps quattuor elementa extitissent, vnde orirentur quæcumque sunt mixta, vel animantia: cælumque dicentes figura esse spherica, & pluuias ex aeris mutationibus gigni: stellis omnibus calorem quasi igneum esse insitum, cuius temperatis commixtionibus cuncta super terram nascerentur: planetis quoque putarent esse animas: & id genus alia.

Sed & in Mathematicis multa peccarunt. Nā qui dimetiēdis agris post Nili exundationes, necessario Geometriam addidicerant, & studijs suis Astronomiam adiuuerant, sudum perpetuo cælum nacti, huic disciplinæ idoneum; Sideralem scientiam ipsi quoque detorserunt ad obseruationem futurorum contingentium, quæ non ex astrorum motibus, sed ex diuina prouidentia, libertateque voluntatis humanæ pendent. Musicam vero licet tantum degustassent, quantum ad diuinas res, suorumque Regum & heroum celebrandas, satis esse putauerant; ea tamen mirificè abutebantur ad falsissimam de Dijs & Regibus suis opinionem in animis omnium alendam.

Quò vero cum Chaldæis iactatam suorum antiquitatē Aegyptij suaderent, innumera sæcula confinxere, aientes, quater cursus suos vertisse sidera, & bis Solem occidisse, vnde nunc oritur, ex quo tempore fuerant Aegyptij: Reges autem Aegyptiorum partim ex Dijs, partim ex hominibus, vsque ad nouissimum Regem patrē Cleopatraz, supra septuaginta annorum millia regnasse in Aegypto: postquam autem rationem siderum comprehendisset Aegyptus, amplius quàm centum annorum millia numerari. Plinius addit, Aegyptios gloriari solitos, artem pingendi sex millibus annorum floruisse in Aegypto, priusquam ea transfret in Græciam. Et Cyprianus, atque Augustinus meminerunt eius epistolæ, quam Alexander Magnus scripsit ad Olympiadem matrem. Scribebat autem, narratum sibi ab Sacerdote Aegyptio, Regnum Assyriorum quinque annorum millia excessisse; Persarum autem, & Macedonum Imperium plusquàm octo annorum millibus definitum. At hoc falsum, quum qui Regnum Assyriorum longissime produxere, non longius statuerint, quàm mille & trecentorum & sexaginta annorum à primo Rege Nino, ad extremum Re-

gem Sardanapalum: tempus autem Regni Macedonum vsque ad Alexandri mortem, quingentos annos haud excesserit. Atqui & Monarchia Persarum à primo eius fundatore Cyro, ad Alexandrum eius euerforem, minus quadraginta supra ducentos annos stetit. Et Varro sua illa, quam Augustinus memorat, historia, testatur, Aegyptios paulo amplius duobus annorum millibus ante suam ætatem, primo litteras, magistra Iside didicisse. Orus porro fuit Isidis & Osiridis filius: Isis autem, siue filia Promethei, siue, summum, Inachi, & soror Phoronei, sub quo diluuiū Ogygium fuit. At constat ex Iulio Africano apud Eusebium, & id testimonio Hel-

lani-

Laertius.
Mela.
Diodorus.

Plin. lib. 35
cap. 13
Cyprianus
lib. de Idolatria.
Augustinus
lib. 12. de
Ciuir. Dei,
cap. 10.

August. de
ciuit. Dei li.
18. cap. 40.

Euseb. lib. 10
de prepar. E
uang. c. vli.

A Ianici, Philocori, Talli, Castoris, Diodori Siculi, & aliorum, ab Iside vsque ad centesimam octogesimam Olympiadem, ne fluxisse quidem duo annorum millia. Nec multo aliter Diodorus Siculus: Osiridem enim inquit vxori reliquisse curam Regni, Mercurium autem virum sapientem, qui primus verba in ordinem redegit, ac nomina multa rebus posuit, tradidisse Græcis interpretationem verborum, ex quo est dictus Hermes. Tum Scythæ apud Trogum ex Iustino diu certantes de antiquitate cum Aegyptijs, vicerunt rationum efficacia, & semper antiquiores visi sunt: & tamen hi dicunt, Asiam sibi veſtigalem fuisse mille & quingentis annis ante Ninum Assyriæ Regem; quod etiam est falsum, cum à diluuiō Noe ad Ninum, vix ducenti anni fluxerint. Similia sunt illa Platonis in Timæo figmenta: narraſſe Soloni Sacerdotem quemdam Aegyptium, Athenas nouem millibus annorum ante Solonis ætatem fuisse conditas; omnesque totius tractus illius temporis res insigniores, in sacris libris Aegyptiorum subtiliter adnotatas contineri.

Varro itaque & Diodorus Siculus, Plinius, Solinus, & Censorinus opinati sunt, priuscos Aegyptios breuioribus annis, quàm sunt nostri, vel trimestribus, vel item mensuris, esse vsos. In Aegypto (inquit Censorinus) antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse; post à Pitone Rege quadrimestrem factum, nouissime ad tredecim menses & quinque dies esse productum. Addit Diodorus, cum veteres à singulis Regibus mille supra ducentos annos regnatum fuisse tradidissent, plerofque pro certo habuisse, cursus Lunares, Solaribus nondum plenè inuentis, annos tunc concessisse: quare credibile fieri, quod de tot annorum millibus vel ab Aegyptijs, vel à Chaldæis dicebatur. Fertur item perspicax aliorum coniectura, Aegyptios & Chaldæos siderum doctrinæ studio addictos, vniuscuiusque planetæ conuersionē pro anno putasse: vt pro triginta annis Solaribus, vnum Saturni, Iouis plures duobus, Martis quindecim, Mercurij pene triginta, Veneris totidem, Lunæ vero ad trecentos sexaginta quinque: quamobrem spatio triginta Solarium annorum simul etiam recensuisse reliquorum planetarum annos plures quadringentis.

Hæc igitur nugamenta Aegyptij & Chaldæi cum instigante satana inuexissent in mundum, vt mundi creatio, & reliqua Dei opera obliuioni traderentur, per se ipsa euanescebant, appropinquante iustitiæ Sole. Etenim & nota illæ hieroglyphicæ, quæ in duobus & viginti obeliscis veterem apud Aegyptios Theologiam complectebantur, vt Aurelius Cassiodorus scripsit, ne intelligebantur quidem Octauiani Augusti tempore; vt Strabo, qui eo mandante, Cornelium Gallum in Aegyptum secutus est, refert. In Vrbe (inquit) Hierapoli ingentes domos vidimus, in quibus Sacerdotes versabantur. ferunt enim hanc olim fuisse sedem Sacerdotum, hominum scilicet Philosophiæ atque Astronomiæ deditorum; quorum ordo & studium hac quidem ætate funditus interiit. quamobrem nemo illic nobis oblatum est, qui huiusmodi disciplinam profiteretur, sed Sacerdotes tantum, & qui sacrorum ritus hospitibus commonstrarent. Addit Strabo: Cornelium Gallum Præfectum, ex vrbe Alexandria in Aegyptum nauigantem, Chæremon quidam secutus est, qui se huiusmodi scientiæ cognitione præstare simulabat: sed sæpe & sapius tamquam gloriosus ostentator & imperitus à nobis ridebatur. Hæc Strabo.

Quòd si quis tandem miretur, vnde tanta irreperit in Chaldæos & Aegyptios cæcitas, vt proximam, quamve in ipsis habebant visceribus, Iudææ lucem non intuerentur, meminerit primò, auersis à Deo mentibus id accidere, quod cæcis, quorum oculos etsi sol ferit, ipsi tamen maxime absunt à Sole. Aegyptiorum morem, inquit Cicero, quis ignorat? quorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnicinam prius subierint, quàm Ibim, aut Felem, aut Crocodylum violent. Ideo licet non minus quàm decies centena millia Iudæorum eo tempore Aegyptum incolerant, quo tam immaniter sub Caio in eos debacchati, cum postea & Marcum à Petro Apostolorum principe Alexandrinæ Ecclesiæ præfectum occiderunt; veritatis tamen lucem haurire oculis non valebant infensissimi semper Iudæis, suarumque tenacissimi superstitionum, ac proinde diuinæ, verissimæque Moscos historiæ indi-

Diodor. Siculus lib. 1. cap. 2.

Iust. lib. 2.

Cassiodorus lib. 3. variar. Strabo li. 17 Geographia

Cic. lib. 5. Tuscul. Philo quo li bro scripsit in Flanium


Se. eius Sul-
pius lib. 2
sacrae histo-
riae.

indignissimi. Quamobrem & sapienter Seuerus Sulpicius inquit: Illud nemini mi-
rum esse oportebit, quod scriptores saecularium litterarum, nihil ex iis quae sacris vo-
luminibus scripta sunt, attigerunt; Dei spiritu praualente, ut incontaminata ab ore
corrupto, & falsis vera miscente, intra sua tantum mysteria, diuina contineretur
historia; quae separata à mundi negotiis, & sacris tantum vocibus proferenda, per-
misceri cum aliis, velut aequali forte non debuit.

APOCRYPHOS LIBROS, LICET

*speciem pietatis habentes, qui Apostolorum, vel procedente
tempore scripti sunt, aut non esse legendos, aut non
esse ijs fidem integram habendam.*

(caput XVIII.)



VM apocryphos libros dicimus, non tam ea intelligimus scripta,
quae cum obsecuri auctoris, & ambiguae essent auctoritatis, sacris ali-
quando voluminibus fuerunt intermixta; quam ea praesertim, quae
post Dominum ascendente in caelum ab incertis, atque adeo interdum
ab hereticis sub nomine Apostolorum & piorum Theologorum
euulgata sunt.

Prioris generis sunt, Esdrae liber quartus. Maccabaeorum liber tertius. Macca-
baeorum liber quartus. At de his & aliis egit praeter alios Xyltus Senensis sectione
tertia primi libri Bibliothecae sanctae.

In Synodo
Rom. & ha-
betur apud
Grat. dist.
15. c. sancta
Romana.

Secundi generis sunt, qualia Gelasius Pontifex Max. edixit cauenda, cuius haec
verba sunt: Gesta (inquit) sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum
cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, quis ita esse Catho-
licorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpeffos, nec suis viribus, sed
gratia Dei & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consue-
tudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum
qui conscribere, nomina penitus ignorantur; & ab infidelibus aut idiotis superflua,
aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici
& Iulitae: sicut Georgij, aliorumque. huiusmodi passiones, quae ab haereticis perhiben-
tur conscriptae. Propter quod, ut dictum est, ne vel leuis subfannandi oriretur oc-
casio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum praedicta Eccle-
sia omnes Martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus
noti sunt, omni deuotione veneramur. Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilario-
nis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum
omni honore suscipimus. Item actus beati Siluestri Apostolicae Sedis praefulis, li-
cet eius, qui conscripsit, nomen ignoremus; à multis tamen in vrbe Roma Catholi-
cis legi cognouimus; & pro antiquo vsu multae hoc imitantur Ecclesiae. Item scri-
pta de inuentione sanctae Crucis Dominicae, & alia scripta de inuentione capitis
beati Ioannis Baptistae, nouellae quidem reuelationes sunt, & nonnulli eas Catholi-
ci legunt: sed cum haec ad Catholicorum manus peruenerint, beati Pauli Aposto-
li sententia praecedat: Omnia probate, quod bonum est tenete. haec tamen Gelasius.

Quin & idem Gelasius reiecit Itinerarij Clemētis libros octo, acta Andreae, Phi-
lippi, Petri, Thomae nominibus falso edita; librum de infantia Saluatoris; alterum
item de eiusdem natiuitate, librum Pastoris; acta Teclae & Pauli, quae Epiphanius
vsurpat interdum; reuelationem Pauli; librum, qui Mariae transitus inscribitur; li-
bellos de poenitentia Adae, Origenis, Cypriani; epistolam Iesv ad Abagarum; pas-
siones Georgij, ac Quirici & Iulitae; historiam demum Eusebij Pamphili: in qua re-
fellenda (ait Canus) Gelasius magna prudentia vsus est. Nam quod Rhenanus
dixit, verba haec postrema Gelasij non esse, sed esse potius ab alio quodam adiecta;
hoc insolenter imperiteque dixit. Rationes cur Rhenanus errauerit, curque Gela-
sius

A sius Eusebij historiam dixerit apocrypham, persecutus est Canus vndecimo libro,
qui est de Historiae humanae auctoritate, capite sexto prope finem. De quo item
nos in Bibliotheca sacra.

Et verò hoc saeculo Canus, Baronius, & reliqui plura de istis apocryphis moue-
re, quae si breuissime huc adicere velimus, non erit quod in iis volutandis libris stu-
diose veritatis laborent.

Sane Tertullianus: Si quae (ait) Pauli perperam scripta legunt, exemplum Te-
clae ad licentiam mulierum docendi, tingendi, defendunt; sciant in Asia presby-
terum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, conui-
ctum atque confesum; id se amore Pauli fecisse, loco excidisse. sic ille. Inscri-
ptus autem erat hic liber, Periodi Pauli & Teclae, continens & baptizati Leonis
fabulam; ut Hieronymus testatur; qui & ad Latam de institutione filiae scribens:
Caueat (inquit) omnia apocrypha: & si quando ea non ad dogmatum verita-
tem, sed ad signorum reuerentiam legere voluerit, sciat non eorum esse, quorum
titulis praenotantur.

Tertull. lib.
de Bapif.
Hierony. de
scrip. Eccl.
in Luca.

Ceterum & in Synopsi Athanasius, ac de haeresibus Philaster, eiusmodi apocry-
pha damnarunt. Haec enim, atque eius generis alia certum est ab haereticis fuisse
excogitata; ab Ebione in primis, qui & falsa Apostolorum acta commentus fuerat,
atque circuitus Petri corruerat, Paulique acta referta mendaciis introduxerat,
vti Epiphanius tradit, qui alibi scripsit, à Gnosticis portentosum librum fuisse
conscriptum de sancta Dei genitrice Maria, & ab Encraticis productos esse in me-
dium ad suam ipsorum haeresim stabiliendam actus Andreae, Ioannis, Thomae, ac
eiusmodi reliqua. Quod ipsum Manichaeos fecisse, ac nomine Apostolorum fal-
sas conscripsisse historias, auctores sunt Augustinus, Cyrillus Hierosolymita-
nus, Philaster; & alij. At Priscillianistas, & ipsos inuenisse alios Apostolorum
actus affirmat Orosius.

In Panar.
her. 26. 30.
47.

Sed & sexta Synodus: Quae (inquit) à veritatis hostibus falsae confictae sunt Mar-
tyrum historiae, vt Dei martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent,
ad infidelitatem deducerent, in Ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tra-
di: qui autem eas admittunt, vel tamquam veris his mentem adhibent, hos anathe-
matizamus. Quin & Graeci Episcopi, auctoritatem secuti eiusdem Synodi, accu-
ratè, dum visabant Ecclesias, de conscriptis Martyrum vitis inquirebant: quare &

August. lib.
de Fide con-
tra Mani-
chaeos & ali-
bi.
Oros. epist.
ad Aug. de
errorib. Priscil-
lian.

Theodorus Balsamon (cuius tamen omnia scripta suo egent examine) de Nico-
lao Muzalo Episcopo scribit: Cum ille vitam sanctae Parasceues, quae in quodam
Callicratiae vico colebatur, à quodam vicano inepte ac indocte, & sancta angelica
viuendi ratione indigne compositam inuenisset, eam igni mandari iussit; & dia-
cono illi Balsamo mandauit, Deo gratam & acceptam eius vitam conscribere.
haec Balsamon.

Theodora.
Balsam in
can. 63.
Sexta Syno-
di.

Olent porro pleraque similia apocrypha aut quatuosam hominum imposturam,
quod scripsit Canus; aut haereticorum foetum, quod dixit Gelasius. In eo autem
errore, cum saeculis minus eruditis mundus versaretur, Gratianus quoque impe-
git, vt librorum deceptus indicibus crederet, omnia quae Hieronymi & Augustini
nominibus inscripta erant, Hieronymi & Augustini vere etiam esse. Sic Hiero-
nymi nomine vulgus circumferebat, quum paucissimas tamen Patrum vitas ille
scripsisset, quae & hoc loco fere à Pontifice referuntur. Gelasij itaque testimonio
eorum impudentia retunditur, qui harum rerum auctorem Hieronymum peruul-
garunt, quas nemo nisi rudis atque elinguis ederet. Huius generis fabula etiam
illa est insulsa aequae ac barbara, de Natiuitate sanctae Mariae ad Chromatium &
Heliodorum Episcopos. Sed ista Victorius Reatinus, recognitis abs se Hierony-
mi libris, accuratissime obseruauit.

Postremum id adiecerim, circumspectissime agendum esse, quotiescumque in
nouas eiusmodi historias (si historiae dicendae sint) aut quae dicuntur reuelationes
incidimus. Multa enim non tam pro spiritali Ecclesiae edificatione, quam pro
homi-

hominum affectu promuntur, quæ hereticis subsannandi, cordatis dubitandi, piis lacrymandi occasionem præbent. Itaque & qui res exaggerant, nec Sanctorum vel Sanctarum vitas scribunt qua sinceritate decet, ij maxime incommodant Ecclesiæ, verisq. miraculis & exemplis faciunt, ne fides, quæ iis debetur, adhibeatur. *Lib. 11. lo-
corum Com.* At quoniam alia huiusmodi sunt in Vincentio Valuacensi, & B. Antonino, sciant fideles, utrumque (ut ait Canus) non tam dedisse operam, ut res veras certasq. describeret, quam ne nihil omnino præteriret. Sed de his in historiæ Ecclesiasticæ tractatione fufus.

**CAUTIO IN LEGENDIS QUIBUSDAM
historicis, & aliis auctoribus, aut versionibus, quæ hoc præsertim sæ-
culo proderunt in lucem. ubi & de Bibliotheca Mar-
garini Bignai, ac de Theatro mundi, &
aliis eiusmodi. Caput XIX.**



T quod obiter inuimus supra, hic liquidius dicendum est: nempe nihil pene quod veritatem Religionis, aut probitatis saperet, scriptum fuisse à Catholicis, quod ab hæreticis, vel aliis improbis hoc sæculo corruptum non fuerit, aut inquinatum. Pupugit nimirum satanam, qui ab initio fuit homicida, ipsa Dei gloria, quæ solet per homines veritatis amâtes latissime dispergi. Proinde quidquid Geneuæ, Basileæ, Vittembergæ, Lipsiæ, Rostochij, Regiomonti in Prussia, ceterisq. in ciuitatibus hæreticis, post hæreses à Luthe-
ro disseminatas, datum est typis, suspectissimum esse debet; Indexq. prohibitorum à sancta Apostolica Sede Romana librorum habendus ad manus, ne quid subdole versum, vel falsatum, aut detractum, sine cumulatam mendacii, Fidei nostræ sinceritatem inficiat. Scripsit hoc sæculo (exemplis enim paucissimis rem oculis subiticiam) de Regno Italiæ Carolus Sigonius; hæretici autem illico, quæ ad Pontificum Maximorum gesta, vel ad Romanam Ecclesiam spectabant, truncarunt, sicq. truncatum auctorem falsissime ediderunt. Vitas Christianorum Impp. sublatis iis, unde pietas & religio illorum apparebat, mutilas alibi emiserunt in lucem, ad decipiendos Septentrionales Reges ac Principes. Menauini præfationem, eius qui Baiastis Turcarum Imperatoris captiuus, res Turcicas diligenter scripserat, falsauit Leonicerus hæreticus: dumq. defectui verbi Dei, atque idololatriæ (sic enim Catholicos insinuat) Turcarum amplitudinem tribuit, tacet interim amplitudinem illam Turcarum schismate Græcorum & opera hæreticorum accidisse: verbum autem Dei sanum & legitimum, quale à Christo in cælum ascendente prædicatum fuerat, obmutuiffe in Germaniæ, Regnorumq. aliorum plurimis locis, idolaq. Lutheri & Caluini, atque aliorum hæresiarcharum, ablegato iugi sacrificio Christi, passim fuisse excitata: Regum itaque Christianorum corda, opera ipsorum hæreticorum, auersa necessario fuisse ab edomandis Turcis; quoniam hæretici aduersus legitimos principes bella commouissent: sic ingentem Vngariæ partem deuenisse in manus Solymani: Ac si antiquiora velimus, Mehemetem sectæ Turcicæ caput in Africam irrepsisse, cum iam pridem schisma Donatistarum, & aliæ hæreses illum ab Deo iustissimo accersuissent. Hæc igitur cum debuisset dicere Leonicerus, quæ verissima sunt, tum dissimulare non debuerat, Deum hoc ipso sæculo ostendisse, demptum Ecclesiæ Catholicæ ab hæreticis in Septentrione decorem centuplo plus additum re ipsa fuisse in Orbe nouo Christiano ad Occasum Solis; in Meridie apud Brasiliis, in Orientè apud Indos; ad quos Christi nomen & Euangelium, ac sacrosanctum Altaris sacrificium ab vna ipsa Catholica Romana Ecclesia importata sunt. Ceterum aduersus Leoniceri & aliorum insidias, qui dum Turcarum historias texuerunt, veneno proposito, reliquerunt antidotum, necessarium

A rium fuerit prælegisse quæ Augustinus de Constantino Imperatore & de aliis scripsit. Eadem enim opera quæcumque de octo mandatis Turcarum, de fato, ac de aliis erroribus prodita sunt, quasi speciem virtutis habentia, confutari poterunt, cum etiam quod Augustinus dicit, à Valentiniano institutum fuisse consortem Imperij Gratiani fratrem, maxime valeat ad Turcarum leges & mores aperiendos, sanguine suorum fœdantium regias, & paricidiis fundamenta Imperij statuere solentium. Huc vero generatim faciunt quæ à Catholicis edita sunt aduersus Turcarum Alcoranum, ut vocant, (Coranum enim dicendum esset) quæ sane prælegenda essent ab iis, qui vel curiosius istas fæces lambunt, vel cum Orientalibus versantur; præterquam quod impium est haurire oculis & animis historias de rebus ritibusq. Turcicis, dum ne Religionis quidem nostræ capita noscuntur, ritusq. sacri, quibus diuina latent mysteria, quoniam ignorantur, & quasi habita ad manus vilescere debeant, contemnuntur.

Porro quidquid Lutherus, Melancthon, Ioannes Carion (præsertim subdole auctus quinto libro à Gasparo Peucero, genero Philippo Melancthonis) in antiquæ Chronologiæ monumentis quadantenus colligendis laborarunt, id omne non minus scater mendacii, quam impietate: quare & id quidquid est, igni tradendum est. David autem Chytreus, dum videri voluit sapientissimus in methodo historiæ tradenda, quam (bone Deus) præter ipsas hæreses, putidus est ac fallax: varios autem Reges Persidis dum comminiscitur, atque inficitæ suæ latebras quærit, corpus historiæ totum haud sibi proposuisse (quod Polybius prudenter monuerat faciendum, utens hac voce *συνμιχτοποιέειν*) partes se quorundam historiographorum solum attigisse, aut delibasse, facile ostendit: cumq. haud attentè legisset Danielem prophetam, mirum non est, si, quod omnes hæretici in sacris historiis & codice Bibliæ effecerunt, id ipse quoque attentauerit, ad suum ista, non ad veritatis studium retorquens. Sed eius imposturas in deprauandis historiis, Synodis, & aliis, qui velit legere, videat refutationem nostram aduersus eum, quam Ioanni tertio Sueciæ Regi dicauimus. Ioannes item Sleidanus, qui ex peste mortuus Argenti-næ, pestem alteram sua historia in Germaniam, & aliò inuexerat, teterrimos errores de Religione, rebusq. Caroli V. gestis continet. De quo homine voces illæ leguntur, & à Julio Pflugio Episcopo Numbergenfi, viro ob sapientiam & ætatem peritissimo rerum Imperij, & ab ipso Carolo V. sæpe, dum ejus legerentur scripta, pronuntiata: Nebulo ille mentitur, nebulo ille mentitur. Hominis vero istius fraudem retexit, vera edita historia, Ioannes Fontanus Gallus, & Surius, atque alij. Sed & idem Sleidanus cum libros Cominei Latinos fecisset, quod Catholicam religionem & cultum sapiebat, vel pertinebat ad sacrificium nostrum corporis Christi (quippe Comineus ut erat vir prudens, sic erat verè Catholicus) ille alter infelix aut inuertit, aut abrasit.

De Margarini Bignai Bibliotheca sacra.

De Bibliotheca autem sacra Patrum aliquot, & aliorum auctorum, à Margarino Bignæo Parisiis congesta, & in lucem edita, non omnes auctores, aut illas, quæ adicte sunt, notas esse legendas, ac tãto minus fidem iis esse habendam, eò certius est, quò sanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio, nisi expurgata sit, prohibita est. Ac quidem non omnis fuit ea in re Margarini culpa, qui etiã errores aliquot laboris illius agnoscens, id ipsum epistola, qua opus dicauit Gregorio XIII. Pont. Max. confessus est. Porro facile est in magno opere somnũ obrepere, vel Typographorum festinatione præpropera ob declinandos sumptus, aut quæstus desiderio, siue item defatigatione capitis, quæ minus attentos homines facit ad errata emendanda. Accessere viro illi Theologo, dum is liber ederetur, Ecclesiasticarum concionum, ac rei familiaris cura, profectioq. in Poloniæ Regnum cum Henrico Rege, quas ipse causas affert, cur in opus ea irrepsissent: qualia de Melissa, siue duobus libris locorum communium de rebus diuinis, quos Antonio Magno Aegypto tribuit, cum alteri Abba

*Aug. lib. 5.
de ciu. Dei.*

ti essent attribuendi: de variis item historiis, deq. Nicolao de Clamengijs, & aliis, qui apud Ecclesiam haud bene audiunt. Nos in Bibliotheca nostra sacra qualis quisque fuerit, suis tradidimus locis. At Indice Hispano expurgatorio Theologi illi hanc obseruarunt.

Ex Tomo I.

In libro B. Gregorij Neocæsariensis in Ecclesiasten c. 9. col. 88. deletur glossa marg. quæ ait: Sed verè sentiunt qui sublatas volunt preces pro defunctis.

Ex libris Antonij Abbatis, qui inscribuntur Melissæ, siue sermones, & ementito titulo adscribuntur Antonio Magno, Sermone 1. col. 116. circa fin. in illis verbis: Eam vero solummodo naturam, quæ creata est, colere & venerari didicimus. deletur dictio, solummodo.

Serm. 2. col. 119. deletur illa verba: Præsertim cum nulla sit regeneratio, vel reformatio, neque aliqua antiquæ conditionis restitutio.

Serm. 3. col. 121. deletur totus versic. Deus non omnium. vsque ad, coniuncti sunt.

Serm. 5. col. 123. deletur: Illi nimirum, qui nulla incurabilia patrauerunt facinora.

Serm. 16. col. 136. deletur ab illis verbis: Et pollicere inuocationem vitæ, vsque ad, Deus requisiturus sit.

Serm. 17. col. 139. deletur: Sic ille, qui secum, vsque ad, indubie perueniet.

Ead. col. in fine, deletur ab illis verbis: Vera poenitentia est, vsque ad, se morte dignum iudicauerit.

Col. 140. in illis verbis: Poenitentia opus in tribus hisce virtutibus absolui iudico. deletur verbum, absolui, & ponatur, adquiri.

Serm. 19. col. 141. deletur totus versic. Qui intricati peccatis, vsque ad, ipsorum memoriam excitantes.

Serm. 26. col. 149. deletur ab illis verbis, Deus non omnium Deus est, vsque ad, conciliauerit.

Serm. 26. col. 151. deletur, Et peccatori ne succurras.

Serm. 30. col. 157. ibi. Et iurem per nomen Dei mei, legatur, Et periurem nomen Dei mei.

Serm. 39. col. 171. deletur: Ingurgitationis occasio.

Serm. 50. col. 180. deletur: Quantum Deus ab hominibus.

Serm. 55. ad fin. col. 185. versic. Vnumquemque. deletur: Non colitur ab homine malo.

Serm. 58. col. 188. in principio, deletur versic. Qui exeundi tempore, vsque ad, patrona & adiutrix.

Lib. 2. Serm. 1. col. 204. in illis verbis. Est autem in Dei manu non quiuis, sed, deletur, non quiuis, sed.

Col. 207. versic. Rex meminisse. in illis verbis:

Potestatem cum Deo parè accepisse. legatur, Potestatem à Deo accepisse.

Col. 208. deletur illa verba: Non enim habet in terris se quidquam excelsius.

Serm. 3. col. 209. deletur illa verba: Prudentia, & vita, & pietas sacerdotem efficit.

Serm. 45. col. 252. deletur illa verba: Vt sui causa quis sollicitus sit, & opus faciat, interdicitum est omnino.

Serm. 53. col. 257. in illis verbis: Non enim ubi ira fuerit. legatur, ubi ira furit.

Serm. 64. col. 266. deletur versic. vltimus, Frustra iurantem, & c. vsque in finem Sermonis.

Serm. 72. col. 273. deletur illa verba: Non potest animus iniquus iustificari.

Serm. 77. in fine, col. 282. deletur vlt. versic. incipiens: Difficile est, vel potius & c.

Serm. 93. in fi. col. 295. deletur ab illis verbis, Intelligere debemus, vsque ad, in regnum cælorum ingredi.

Ex Tomo II.

In tractatu de transitu sanctæ Mariæ, qui falso adscribitur B. Melitoni, cap. 6. deletur illa verba: In solatium ferendum angustijs, quæ superuenturæ sunt mihi. Deletur etiam à cap. 8. vsque in finem tractatus.

In Tomo III.

Ex libro 2. Hermetis, col. 16. post principium, deletur: Recte audisti. Et paulo post: Qui enim crediderunt, aut credituri sunt, poenitentiam peccatorum non habent, sed remissionem.

Ad medium eiusdem columnæ, deletur ab illis verbis: Et ideo dico tibi, quod post vocationem illam, vsque ad, viuet Deo.

In lib. S. Marci Eremite deletur ex gloss. marginali col. 93. Quidquid dicat auctor, & statim deletur, Quidquid hic, & alibi dicat auctor.

In lib. beati Dorothei cap. 9. deletur ex margine col. 202. in initio glo. quæ ait: Mendacium licitum, & scribatur, Numquam licet mentiri.

In Tomo IIII.

Col. 103. expungatur liber, cui titulus est: Extremum lugentium officium, ex libro precationum Hebraicarum, qui inscribitur Mahzir sanctæ Synagogæ Romanæ, cuius initium est: Benedictus Dominus Deus noster Rex sæculi, & finit, Et post eum semen ipsius.

Ex

A Ex libro Nicolai Cabasle, qui inscribitur, Compendiosa interpretatio in diuinum Sacrifitium. deletur cap. 29. & 30.

In libro Vualafri Strabonis de rebus Ecclesiasticis. cap. 21. scribatur in marg. Loquitur iuxta consuetudinem sui temporis.

Item deletur Marci Archiepiscopi Ephesini tractatus col. 661. Quod non solum à voce Dominorum verborum sanctificantur diuina dona, verum à consequenti oratione, & benedictione, & c. cuius initium est: Nos, qui à sacris Apostolis, & eorum successioribus.

In Tomo VI.

Col. 125. ad mediū, deletur gloss. marg. quæ ait: Qui mandata nō seruat, non recte credit.

In quæstionibus Anastasij, quæst. 87. col. 230. deletur gloss. marginalis, quæ ait: Latro ingressus est paradysum sententia, non experientia, & scribatur in eadem margine: Hæc intelligenda sunt de gloria corporis, quæ adhuc beatorum animæ expectant.

Col. 240. deletur gloss. quæ ait: Sola Trinitas est proprie incorporea. Et alia quæ ait: Angeli non sunt omnino incorporei.

C Col. 241. ante medium, deletur illa verba: Mali ergo viri precatio, & c. vsque ad, est diaboli inuocatio.

Col. 243. deletur gloss. marg. quæ ait: Mentem immundam non iuuat spiritalis oratio.

Col. 246. deletur gloss. marg. quæ incipit: Oratio sanctorum & c.

In Tomo VIII.

Ex opusculis Nicolai de Clamengijs, col. 582. deletur, Disputatio prima eiusdem Nicolai, habita per scriptum super materiam Concilij, & c. cuius initium est: Ob eam rem dixi, vsque in finem, ibi, Catholicæq. sinceritati. Vale. apud Fontem.

Item in Collatione super eadem materia ad eundem Scholasticum, col. 588. ante medium, deletur ab illis verbis: Per te igitur (nisi molestum est) informari cupio, vsque in finem eiusdem collationis ad principium col. 599. Aut ad lineam rectitudinis lima exactiori emendare.

Deletur etiam eiusdem Nicolai libellus, qui inscribitur: De præsulibus simoniacis. cuius initium est: Multa mihi in præsulibus nostris, Non est hic ille Nicolaus Clemangis, cuius omnia opera prohibentur in Catalogo.

In quibusdam aliis huius Bibliothecæ Sanctæ opusculis reperiuntur nonnulla, quæ quo tempore scripta fuerunt, non dum erant ab Ecclesia declarata: ea ubi lector repererit, cautè legat.

De Theatro vitæ humanæ cautio.

Theatrum vitæ humanæ, quod à Conrado Lycosthene Rubeaquenti cōgestum, ac deinceps à Theodoro Zuingero Basiliensi digestum in viginti libros, & ab eodē postremò nouem alijs auctū in lucē prodit: vt multiplicem habet historiam, sic quoniā alienus ac Catholica Fide vterque fuit, multiplicē habet in Ecclesiasticis historiis vel omissionem, vel errorem. Et (mitto quod nō pauci, vnde collectū est opus, heretici fuere) cū de hereticis agitur, qui quocumque sæculo fuerunt, omittuntur & Lutherana & Caluianæ, totq. aliæ sectæ, quæ ex ista huius sæculi hæresum hydra repullularunt, quasq. accuratissime Patres antiqui indicantes, fecerunt, ne quis in eas impingeret. Ij ergo, è quibus collectum est hoc opus, cum de Pontificibus Maximis, aut de alijs eiusmodi scripserunt, ea hinc inde & ipsi decerpbant, quæ in humanas mentes, haud cautissimas, instillare possint alienationem ab vnica veræ Ecclesiæ Catholicæ fide. Quæ vero ad religionem Christianam statuendam interferenda erant, nec attingunt; aut si quidquam attingerunt, id ficitissime primo fecerunt, potius ne liber inter Catholicos non esset venalis, quàm vt inde maneret aliquid, quod ad euehendos in Deum animos solide faceret. Mitto plura allata exempla, è quibus obscenitas citius, quàm virtus addisci potest. Quamobrem nisi prodeat & erroribus sublatis expurgatissimus, pietate autem Catholica ditatus (quod certe hæcenus effectum non est) legendus non est. Instructissimam enim mensam, & conuiuium exquisitissimis cibis ornatum, nemo nisi stultissimus appetet, qui sciuerit vel tantulum iis veneni fuisse admixtum.

At scio ab iis, qui inspectionem habent in sacra, adnotatos fuisse errores, quibus hæc volumina scatebant, cum primum è Parisiensibus Sonnij prelis prodierūt. Nam & quæ ex Germania illuc primo fuerant missa, adhuc scatebant amplius. Porro notationes illæ plures sunt, quæ attinent ad plurima exempla, titulosq. adeo de Physiognomis, de somniorum interpretibus, de Magia, deq. plusquàm sexcētis alijs; ad falsas item & apocryphas historias, ad corrasas e Magdeburgensibus Cē

H turtis

ruriis quifquiliis; ad nomina & scripta, & vitas hærefiarharū, & aliorū hæreticorum vna cum Catholicis & fanctis viris cōmixtas, & celebratas; ad incertas Chronographias infinuandas; ad Theologos ſcholasticos, & ad dogmata Fidei oblique traducenda; ad turpia exēpla proponenda; ad Ethnicos, & Deos, & eiuſmodi alia ſine delectu recenſenda; ad auctores, Typographosq. prohibitos cōmemorandos. Hæc igitur omnia cum vnâ cum ipſis hæreticorum nominibus deſeda eſſe iuſſerunt ij, qui ſancto Inquiſitionis Officio præſunt, intelligunt pij, quàm diligēter ab ijs ſit abſtinendum. Nam ſi etiam omnino emaculati fuerint expedit tamen, vt adhuc ſciatur, nil boni ab hæreticis manaſſe, quin antea collectum, aut editum à Catholicis fuiſſet. Auctores enim plures alii, vnde Theatrum in eâ molem excreuit, & Marulus, & Eboreſis, & ceteri eius generis fuere: item antiqui Ethnici, quos Catholici emiſerant pridem in lucem. Deinde ſane expediebat eum laborem ad magis perſpicuam rationem inueniēdi locos redigi; cum & plurimi loci eſſent optimis rebus, quæ ad Fidem ac pietatem attinent, implēdi ex iis libris ac diſciplinis, quas ordine (vt Catholice) traditas noſtra hac in Bibliotheca oſtendemus. Interea vero dolendum eſt tantum operæ ab iis fuiſſe ſuſceptum; qui ſi ex Eccleſiæ ſinu haud exiſſent, poterant & hominum, ac (quod caput eſt) æternam Dei gratiam, Deo ipſo donante, conſequi. Ceterum is inde fructus à perſpicacibus mentibus percipi poteſt, coactos fuiſſe hæreticos (voluerint, noluerint) è tot Religioſis Ordinibus, atque Eccleſiæ columnis plura decerpere, quæ vtiliſſima ſunt: eoſq. miris laudibus extuliſſe, quos eorum anteſignani, Lutherus, & alii hærefiarharæ, ex hominum memoria delere conati fuerant.

Quæ autem ex eodem mundi Theatro eximenda, & repurganda eſſent (ex imprefſione quidem Pariſienſi apud Sonnum anno M. D. LXXI.) Theologi Hiſpani ſuo expurgatorio Indice ſequentia notarunt.

In Tomo I.

Lib. 1. tit. Philoſophia diuina, in initio tabule. ſ. qui incipit, Auctoritate potius. col. 175. deleantur illa verba, Vtrinque peccatum, &c. vſque ad illa, contrariam eſſe crediderunt.
Eod. lib. tit. Metaphyſici. ſ. 5. Hermes. col. 177. deleantur illa verba, Primus de ſacroſancta Trinitate, &c. vſque ad finem ſ.
Eod. lib. tit. Eccleſiaſta, Apoſtoli, concionatores. col. 181. deleatur titulus primi ſeculi, qui incipit, Ex Ceteris Eccleſiaſticae hiſtoriae, &c. vſque ad illa verba, tantum attigerimus.
Eod. lib. tit. ſeculi. 4. ſ. 25. Athanaſius. col. 189. ad fin. ſ. deleantur illa verba: Et pro Eccleſia paſſus eſſet. &c. vſque ad finem ſ.
Eod. lib. 1. eod. tit. ſeculi, ſ. 17. Cyrillus. col. 193. deleantur illa verba, Ambitioſus tamen fuit, &c. vſque ad finem ſ.
Ibidem, ſ. 27. Aſyrius. col. 195. deleantur illa verba: Item & Romano Pontifici, &c. vſque ad finem ſ.
Ibidem, ſ. 34. Leo. col. 196. deleantur illa verba: Primatum Romanæ Eccleſiæ, &c. vſque ad illa, alias Eccleſias. & ibidem in fine deleantur eadem verba.
Ibidem, ſ. 50. Hilarius. col. 198. deleantur illa verba: Inſenſus ei fuit, &c. vſque ad finem ſ.
Eodem lib. 1. tit. Hæretici, falſi doctores. ſ. 7. Saturninus. col. 205. deleantur illa verba: Imagines Chriſti, &c. vſque ad illa, & adorabāt.
Ibidem, ſ. 13. Cataſtrygæ. col. 206. deleantur il-

la verba: Ieiuniorum leges introduxit.

Ibidem, ſ. 51. Pelagiani. col. 210. deleantur illa verba: Liberum arbitrium per Adæ peccatum perire non potuiſſe.

Ibidem, ſ. 62. Monothelita. col. 211. deleantur illa verba: Et in ea ob id ipſum damnatus, &c. vſque ad finem ſ.

Ibid. ſ. 5. à fine. Ioannes Monteforus. col. 212. deleatur totus ſ.

Lib. 3. tit. Prudentia in corporis bonis. ſub titulo, Aliorum vitæ conſulere. ſ. 2. Aegyptia. col. 433. deleatur illa verba: Quidqd tamen horum ſit, &c. vſque ad illa, mēdacio velata.

Ibidem, ſ. 3. Rabab. deleantur illa verba: Niſi hoc mendacio, &c. vſque ad finem ſ.

Ibidem, ſ. 4. Mulier. deleantur illa verba: Debit ne quod res erat, non &c. vſque ad finem ſ.

Eodem lib. 3. tit. Aſtutia, fraus, atque dolus. ſ. 2. Erat Amanis. col. 627. deleantur illa verba: Erat is nō ignotus, vſque ad illa, ab eo receptam.

Lib. 4. tit. Mortis metus. ſ. 2. Diſcipuli. col. 653. deleantur illa verba: Verum non Bariona, quem tam. &c. vſque ad finem ſ.

Eodem lib. tit. Morborū & ægritudinum, ſub tit. Mortis naturalis. col. 664. deleatur ſſſ. Ioannes Rinius, Chriſtophorus Vneidmoſerus, & Neq. ſoli veteres, qui ſunt ſſſ. 2. 3. & 4.

Eodem lib. tit. Tolerantia, ſine Patientia. ſ. 4. Chriſtus. col. 677. deleantur illa verba: Idcirco etiam oblata poſtea repetit Dominus, &c. vſque ad finem ſ.

Eodem

A Eodem lib. tit. Fortitudinis bellica. ſ. 50. Carolus Magnus. col. 754. deleatur illa verba: Hiſpanoſq. male, &c. vſque ad verbū, ſubiugauit.

Lib. 5. tit. Abſtinentia vini. Ethica. ſ. 21. Monica. col. 792. deleatur totus ſ.

Eodem lib. tit. Vitium in deſectu. col. 861. deleatur totus prologus, qui incipit: Ecquis huic vitio obnoxius reperiri poteſt? Mineruus, &c.

Eodem lib. 5. tit. Paſſionia in victu, in ſpecie, ſub tit. In ſumptu ſacrificiorum. col. 864. ſ. 1. Socrates. deleantur illa verba: Hoc dictum & ad nos Chriſtianos pertinet. &c. vſque ad finem ſ.

B Eodem lib. ad finem tit. Luxus in comitatu ſerouum. ſ. vlt. col. 876. deleatur totus ſ. qui incipit, Cyrillus.

Lib. 7. tit. Certamina, & emulationes. col. 979. deleantur ſ. vlt. & penult. videlicet, Philippus Melanchton, Eobanus Heſſus.

Eod. lib. tit. Honores quosuis alios oblatos reſpue- re. ſ. 24. Gregorius ille magnus. col. 989. deleatur totus ſ.

Eodem lib. tit. Honores quosuis alios, non oblatos, indigne ſibi arrogare. col. 1006. deleantur ſ. 5. 6. 7. & vltimus, videlicet, Innocentius, Hormiſda, Ioannes, & Bonifacius.

C Eodem lib. tit. Minores honores, & ſe etiam interdum indignos, ambitioſe perſequi. ſ. 13. Theodorus. col. 1010. deleatur totus.

Lib. 8. tit. Erga hoſtes religionis moderatio. col. 1025. deleatur totus ſ. D. Martinus.

Eodem lib. tit. Ira, & vindicta immoderata erga amicos, aut inimicos. ſ. vlt. Sixtus Romanus col. 1066. delendus totus ſ.

Lib. 9. tit. Vitia & peccata ſua libere conſiteri. col. 1113. in prologo, qui incipit, Ad libertatem, & veritatem, &c. deleantur illa verba, Idcirco nō tacita tantum, &c. vſque ad illa, & turpitudinis exaggeratione fieri debeat.

Eod. lib. tit. Libertas in reprehendis aliorum vitijs. ſ. 36. Velanus. col. 1119. deleatur totus.

Eodem lib. tit. Vitium in exceſſu. col. 1139. in prologo qui incipit: Veritati in genere mendacium, &c. deleantur illa verba: Et reſpectu finis, ad quem referuntur, &c. vſque ad illa, vituperabile erit.

Eodem lib. tit. Aliorum errores acerbè nimium exaggerare. col. 1155. in primo ſ. Gregorius. deleantur illa verba: Sed, pace Gregorij, nō fuit, &c. vſque ad finem ſ.

D Eodem lib. deleatur ſ. 2. qui incipit, Genebaudus. Eodem lib. tit. Inconſtantia religioſa. ſ. 8. qui incipit, Salomon. col. 1162. deleatur illud, Et ab inimicis occiditur.

In Tomo II.

Lib. 12. col. 75. Deorum voluntatem quacumque ratione inueſtigare. plurale, Deorum, mutetur in ſingulari, Dei. Similiter in tribus titulis ſequentibus voces, Deos, vel Dijs, in ſingulari Deum, vel Deo mutantur.

Eodem lib. tit. Qui Eremiticam, vel monaſticam v tam, religionis ergo amplexi ſunt. ſ. penult. Dionotus. col. 116. deleatur totus ſ.

Ibid. ſeculo 8. col. 117. ſ. 1. 106. Damascenus deleantur illa verba: Et Sarracenoſ perſidiæ &c. vſque ad verbum, ſimulauit.

Eod. lib. & tit. col. 119. ſ. qui incipit, Euagarius presbyter, deleantur illa verba, Multa ſcīpſit &c. vſque ad finem ſ.

Eodem lib. tit. Religionis correctio. col. 137. in prologo, qui incipit: Religionis correctio & reſtitutio &c. deleantur illa verba: Et primum eorum, qui per ſe in religione, &c. vſque in finem.

Eodem lib. 12. tit. Concilia, & Synodi Eccleſiaſticae. col. 139. in prologo, deleantur illa verba, Ex hiſtoria Eccleſiaſtica, Magdeburgenſium.

Eod. tit. & col. ſ. Aſiana Synodus à Polycrate Epico. deleantur illa verba: Aut titum ab Apoſtolis ſeruatum, neque Victoris nānias hac in re eſſe audiendas.

Eod. tit. & col. ſ. Carthaginienſis Synodus ab Agrippino, deleatur, Et rebaptizandis.

Eod. tit. ſ. Mediolanēſis mortuo. Coſtante. col. 141. deleantur illa verba: Preſertim cum vniueſſum vocabulum nuſquam in ſacris litteris reperiretur.

Eodem tit. ſ. Carthaginienſis VI. ſub Honorio & Theodoſio. col. 143. deleantur illa verba. Non audita altera parte.

Eodem ſ. paulo inferius, deleatur ab illis verbis: Ac ſimul extorqueat, vſque in finem.

Eod. tit. & col. ſ. Chalcedonenſis Synodus magna. deleatur ab illis verbis: Et quia Leo Pontifex Romanus primatum affectabat, vſque in finem.

Eod. tit. col. 145. ſ. Conſtantinopolitana à Leone Imperatore indiſta. deleantur illa verba: In qua Sanctorum imagines in foro combuſtæ fuerunt.

Eod. tit. & col. ſ. Conſtantinopolitana VII. deleatur vſque in finem.

Eodem tit. ſ. Romana ſub Hadriano Pont. col. 146. deleatur ab illis verbis: Deinde ius eligendi Pontificis in poſterum accipit. vſque in finem.

Eod. tit. & col. paulo inferius. ſ. Conſtantinopolitana. deleatur vſque in finem.

Eodem tit. & col. ſ. Francfordiana anno 794. deleantur illa verba: Et Hadriani Pontificis decreta. vſque in finem.

In fine eiusdem tit. eadem col. paulo inferius, deleantur illa verba, Hæc hæcenus ex octo Centurijs hiſtoriae Eccleſiaſticae Magdeburgen.

Eod. lib. 12. tit. Crudelitatis, impietatis, perſidiæ, perſecutionis contra ſacros homines. col. 167. deleatur ſ. 4. à fine, qui incipit: Conſtantinum & Irenen.

Lib. 13. tit. Teſtamenta iuſte reſciſſa. col. 329. deleatur ſ. 7. Ludouicus vndecimus.

Eod. lib. 13. tit. Perſidiæ publicæ erga patriam. col. H 2 367. ſ.

367. s. 6. à fine, qui incipit: Adalgarius. totus deletur.
- Lib. 14. tit. Impi. & Deo. qui Deos esse negant. s. vlt. Scelestum Enachij senioris. col. 398. deleantur illa verba, quæ addidit Fulgoso, videlicet: Si religionem, in qua Brachius nutritus fuit, &c. usque ad finem s.
- Eodem lib. 14. tit. Sacros homines malos, & impios. col. 411. deletur s. 4. Veneti studiosi alioqui Pontificij nominis, &c.
- Eodem lib. 14. tit. Superstitios. col. 416. s. 9. Constantinus Imperator. deletur totus.
- Lib. 15. tit. Perfidi in testimonio, vero quidem, &c. col. 491. deletur totus s. Itachius.
- Eodem lib. tit. Honores dignis adimere. s. 3. Leo Papa. col. 499. deletur totus s.
- Eodem lib. 15. tit. Litterarum, & doctorum hominum contemptores. s. vlt. Paulus col. 502. deletur ad finem illa verba: Homo vt indoctissimus, ita nequissimus.
- Eodem lib. tit. Iniusse damnati, Damnatio iniusta. s. 4. à fine. col. 520. deletur totus s. Danthes Florentinus, &c.
- Lib. 16. tit. Inuidia. s. 7. à fin. Theophilus. col. 568. deletur illa verba: Cum si Theophilus, &c. usque ad illa, structuram impenderet.
- Lib. 17. tit. Vxorem esse ducendam certam. col. 636. deletur totus s. vltimus, videlicet, Pius II.
- Lib. 18. tit. Dysenteria, & ventris profusio mor

- ui. col. 827. deletur s. 5. Leo, &c.
- Eodem lib. 18. tit. De modo moriendi, Mors placida. s. 4. Omnis virtutis fons. col. 838. deletur illa verba: In alieno monumento condi voluit, &c. usque ad illa, humari fuerimus.
- Eod. lib. 18. tit. Vestitus frugalis, atque tenuis. s. 5. Apostolorum. col. 891. deletur illa verba: Rideant hanc tantam tenuitatem, &c. usque ad finem s.
- Ibidem, col. 892. deletur totus s. vlt. Quanto etiam melior, &c.
- Lib. 19. tit. Sacerdotes nouæ legis. pag. 987. deletur totus prologus, qui incipit: Evangelij sacerdotes nulli profecto alij sunt, &c.
- Eodem lib. 19. tit. Serui quantum domino subiciantur. col. 1051. in prologo, qui incipit: Cōsule titulum de dominorum, &c. deletur illa verba: Nam corpus affligere possunt, &c. usque ad illa, & commutare.
- In tit. proxime sequente, De gloria & honore. in prologo, qui incipit: Gloria inter omnia fortunæ bona, &c. deletur illa verba, quæ habentur lin. 7. Eoq. fit, vt Deus optimus maximus. non holocausta, &c. usque ad illa, à peccatore requirat.
- Eod. lib. 19. tit. Nomen alicuius delere, & obliterare. col. 1066. deletur s. 3. Paulus.
- Eodem lib. tit. Funera, & exequia, &c. col. 1088. deletur s. vltimus. Sebâst. Castalioni.

De Cornelio Gemma, eiusq. tribus libris de arte Cyclognomica.

PRODIERVNT ex officina Christophori Plantini, anno huius sæculi sexagesimo nono, Cornelij Gemma Louaniensis, Medicinæ professoris, de arte Cyclognomica tomi, idest, libri tres, Doctrinâ ordinum vniuersam (his enim verbis operis huius materiam breui exponit) vnâq. philosophiam Hippocratis, Platonis, Galeni, & Aristotelis, in vnus communissimæ ac circularis methodi speciem referentes, quæ per animorum triplices orbis, ad spheræ cælestis similitudinem fabricatos, non Medicinæ tantum arcana pandit mysteria, sed & inueniendis constituendisq. artibus ac scientiis ceteris viam compendiariam patefacit.

Nouum igitur ordinem atque ideam vir iste concepit, vt quemadmodum Deus sensibilem mundum mundo interiori, vel animæ rationali congruentem propter analogiæ speciem dicauit; sic ille artem istam suam vnâq. suffultam stabili centro pro tribus ordinibus rerum, trium circulorum species continentem (quod virtus animæ, naturæq. reducit) vni Monarchæ consecraret.

Permouit hominem ad hunc concipiendum ordinem, quod Dionysius Areopagita de Ecclesiastica hierarchia scriptum reliquit in hæc verba: Quod vt interioris animæ sunt quædam corporeæ notæ, rerumq. sensibus occultarum foris passim apparet sensibile simulachrum; ita cælestem illam hierarchiam non solum hæc mundi visibilis machina, sed & homines singuli, atque vna ex multis conflata Respublica representet. Ita igitur, inquit, æternam Christi Ecclesiam terrenis oculis longe lateq. semotam refert in terris alter diuinus exercitus, partem corpoream trahens, quæ tamen cum priore illa sic coalescit, vt non minus quàm anima cum humano corpore vnâq. constituit humani speciem animalis, sic quoque hæc præsens in terris cum illa superna, minusq. conspicua

Aua intra vnitatis vnus & indiuiduæ rationem sit comprehensa. Quemadmodum rursus idem Dionysius in cælis Angelorum constituit ordines nouem, qui iterum in ternarium redeunt, & hinc in vnitatem. Ita hunc cœtum (ait) esse in terris longè pulcherrimum; cuius caput incorporeum Deus; spirituale magis summus Pontifex; vt corporeum Rex; quo cœtu nemo ad Regis æterni simulachrum propius venit. Diducti patent hinc ordines trini in tres particulares alios distributi. Habitant verò hanc regionem (vt verbis, inquit, Hippocratis vtar) & artes & virtutes omnis generis, Angeli, & dæmones, senatus, consilia, polus quoque maximus stellis insignioribus coronatus. Vt iuxta distributionem Philonis lib. de Gigantibus, primus ordo sit summi illius concilij pars sublimior, sacræ religionis antistites comprehendens, tanquam in vniuerso Angelicæ classes, tanquam in humana fabrica caput, in anima diuinæ mentis particula. Succedit isti sublimis alter nobilium cœtus, ducum, comitum, aliorumq. virorum principum mirabilis fulgor, armis, consiliis Remp. Christianam iuuans, qualis heroum ordo inter exercitus vniuersi, cordis in humano corpore, vitalis animæ vis, aut spiritus inter illius ceteras potestates. Postremus ordo diuinus quoque, quamuis pro loci & rerum partium particularium multiplici vultu, maiorem in multitudinem effundatur, ciuitates, Reges, & consules habet, duces, & senatores, quorum ea ad ceteros comparatio est, & locus in vniuerso, qui & angelis bonis in illo circuitu animarum, in corporibus hepatis; inter animæ vires atque spirituum, potentia naturali. Sunt rursus in singulis, vt per naturæ reliquam ditionem, gradus inferni, medij, supremi: sed horum omnium vnâ quædam consensio, vna virtus, & pulchritudo ad salutem mundi. Hæc, inquam, ille.

Præter hæc, & alia pleraque ad operis finem adiecit appendicem, qua continetur epilodus, artisq. Cyclognomicæ summa complexio; quam qui perleget, intelliget; tum quid hoc opere molitum sit viri eius ingenium; tum quàm multiformis sit Dei sapientia; cuius vestigia qui venantur, tam multi sint, qui tam multis itineribus incedant.

Cum itaque Cornelius Gemma opus hoc de doctrina ordinum digessisset, fatetur denique secutum se passim seriem tumultuariam, multaq. sub finem tradidisse, quæ præmississe fatius fuerat principij loco: plura quoque vel omisisse, vel obscuriora iusto sæpius inculcasse, vt fert ipsarum partium affinitas summa, rerumque tractandarum difficultas vix vllis rationum limitibus circumscripta, vtq. fert demum prima quæque inuentio; de qua non dubitat, quin sibi vsuueniat quod solet, vt vsus, ætas, ratio semper aliquid apportent noui, sintq. vulgato prouerbio; *ὁ δὲ τῶν ἀεγρίων ἄρτος ὁ ἀπὸ τοῦ νεοῦ*. hoc est, secundæ cogitationes sapientiores.

Hæc cum ita sint, vix aliquis vsu huius operis assequi poterit, qui diu atq; accuratè sensum auctoris non præceperit animo, ac verò particularem exercitationem non adhibuerit, quæ forsitan vires & vitam exhaurient, priusquam in rem conferatur. Et ipse quidem ad finem tertij sui libri pollicetur sese de particularibus exercitamentis, deq. subsumptionis forma vberius locuturum proximo tomo, (quem nō vidi) qui, inquit, iuxta analyticam seriem ad præcedentium illustrationem doctrinæ methodicæ, velut auctarium traderet; vnaq. paucissimis totius philosophiæ, Logicæ, Physicæ, ac Metaphysicæ seminaria complectetur.

E Quod superest, lectorem monitum velim, vt, etsi ingenii sublimioribus hic liber cibum suppeditare varium potest, præsertim autem in iis, quæ de methodo agit primi libri capite primo; nec verò quidquam in eo contineri, quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidei, aut Reipub. aduersetur, testatus sit Sebastianus Baer Delphius Colleg. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Antuerpiensis Plebanus, qui tum præerat-
cudendis ea in ciuitate libris; ea tamen circumspectione legendus est, ne quid sensim irrepat, quo animus auertatur ab ea, quæ firma pietatis in nobis debet esse possessio.

Placent etenim multa, quibus diuinum cultum, morumque compositionem extol-
lit, rerumque sub oculos cadentium, & adeo vniuersi aspectabilis huius mundi specie
proponit ad excitandam mentis aciem ad ea quæ sunt inuisibilia; at nolim quisquam
tribuat Imperiorum ac Regnorum conuersiones siderum motibus, aut eccentrici-
tati; quod quidem ille videtur innuere capite octauo prioris libri. Placet item
quod atheorum impiam ratiocinationem ex euentibus rerum, atque ex his prouid-
entiam diuinam negantium, explodat. Cum enim (inquit) tantam viderent re-
rum humanarum inconstantiam, vt cuncta cunctis fere in vita promiscue obueni-
rent, ideo nunc Deos cum homine tanquam pila ludere, nunc sortes omnium
ceui iactu referre pendere sunt arbitrati; immo de Dijs postremo, Deumque prouid-
entia cœptum est dubitari. Nam si à casu eueniant singula, prouidentiam tollas oportet:
sin prouidentiam statuas, eidem sæpe & iniustitiam copulabis, nisi omnis dis-
putationibus, mentem captiuam Fidei reddas, & in vnus passim consensus
antiquissimi inuolabili auctoritate persistas: alioqui, certe in Epicuri opinio-
nem sublatis primis principiis transferemur, perlustratoque rerum circuitu, &
mundum concessum disputationibus nostris, & vanos cum sapiente dicemus
omnes conatus hominum, etiam in sapientia mundi vanissimam vanitatem.
Hæc ille.

Verum enimvero, nemini Christiano ita loquendum est, vt Deorum (cum Dei
debuisset dicere) prouidentiam vocet, sicut ille facit; plus ethnica antiquæ Lati-
nitati studens, quam quod re ipsa falli videatur.

Interim noluissem ab eo talem æstimari Erasmus Roterodamum, vt magnum
illum, quasi honoris gratia, nominaret: id quod facit præsertim libro secundo, ver-
sus octauo capitis finem.

*De Petro Gregorio, eiusque Syntaxi Artis mirabilis: & de eiusdem Commenta-
rys in eandem Syntaxim.*

Petrus Gregorius Tolosæ I. V. Doctor, cum in Cadurcensi Academia in
Gallijs publice Ius ciuile professor fuisset, demum in Academia Lotharingica Pon-
timussana professor & Decanus edidit Syntaxim artis mirabilis in septem libros
digestam, qua summam omnium disciplinarum quam breuissime in compendium
redactam partitus est, in eamque commentarios scripsit. Emitit item in vtrumque
lus copiosiora Commentaria, de quibus nunc non agimus.

Ad Syntaxim, atque commentaria in eandem quod attinet, pauca hæc ha-
beo, quæ dicam: ea quidem è Lugdunensibus typis primò. Sed & ex Venetis
deinceps emendatiora, & magis emaculata produisse, cum hæc Damianus Ze-
narius Typographus à Theologis reuicta emisisset. Sanè quæ ex optimi viri la-
boribus istis commoda percipi possint non vno in loco huius Bibliothecæ nostræ
ostendimus.

De Platea Uniuersali.

At, quæ iam passim circumfertur Platea vniuersalis Italice, vt scripta, sic edita,
optandum est, vt ab viro pio, & erudito (quando eius Auctor immatura morte
præuentus est) sine aliqua labe recudatur. Vir enim ille ingenio promptus,
dum interdum popularia scribens ad vulgi captum se accommodaret, primum
ex Petri Aretini prohibitis libris, suppresso eius nomine, præcimum, siue pro-
loquium satis amplum in operis initio poluit; deinde ex Theatri vitæ, atque ex
eiusmodi aliis auctoribus cum plura visus sit collegisse, quæ in laborem suum
transtulit certe neque auctorum delectum, qui necessario fuerat adhibendus,
neque

A neque rationem verorum historicorum, aut Chronographorum, quantam debe-
bat, habuit. Quin cum honoris causa scriptores hæreticos interdum appel-
let, facile crediderim ab viro illo non fuisse agnitos, vt hæreticos. Permixonem
in eo opere sunt passim (nescio cuius culpa) non tam sales, quam fordes, quæ
tegentium animos ad immundas cogitationes, ne dicam & ad peiora pro-
uocant.

De variis item hominum statibus cum licentius in eo actum sit, quam decuerit,
est, vt Deum obsecrem, vt ijs, ad quos hæc cura spectare possit, hanc quoque men-
tem iniiciat, vt quamprimum tum illud, tum cetera opera, in quibus obscœna sint,
emaculentur.

IUDICIUM DE DESIDERIO

Erasmio Roterodamo. Cap. XX.

D RIMVM dicam, quisnam fuerit Erasmus, deinde cur in varios er-
rores deciderit; postremo quam merito damnatus sit. Hoc enim &
oculis nouorum Arianorum aperiendis, qui ad eum prouocant,
fortassis proderit; & aliis, ne plus nimio fides ei adhibeatur, rete-
gendis conducet; qui quoniam neque solidis Theologiæ funda-
mentis nixi sunt, nec vlla auctoritate publica muniti, censores
esse voluerunt Ecclesiæ, merito ab ea ipsa explsi sunt, ac tamquam vapor fumi
evanuerunt.

Erasmus igitur Batauus, ex parcho ciuitatis Goudanæ Roterodamo oppido vi-
cinæ genitus est, qui cum ex famula suscepit; quam prægnantem, quò crimen cala-
retur, in proximam ciuitatē ablegauit: natus autē anno superioris sæculi sexagesi-
mo nono, obiit huius trigesimo sexto, Basileæ. Adolescens Ecclesiasticæ disciplina
se dedens, professor est monasticæ Canonicoꝝ B. Augustini Regularium in mo-
nasterio Stein, prope eandem Goudam Batauiæ oppidū. Nouennio post sacris ini-
tiatus, & votorum susceptorum pertæsus, monachatum deseruit, vagusque per
Europæ Academiās obambulans, cum æstu humanæ gloriæ ferueret, ingenio-
que & memoria abundaret, plurima concepit, quæ quoniam vnus ipse conco-
quere non poterat, nec vero iudicium aliorum adhibebat ad limam suorum scri-
ptorum, quanto plures edidit libros, tanto crebriores cumulauit errores, ma-
ior futurus (vt Iulius Cæsar Scaliger scite dixit) si minor esse voluisset: quem
etiam alibi ignarum omnis naturæ vocauit, eo commentario, quem de Chiliadi-
bus scripsit. Sinistro igitur (vt ita dicam) omine, inter prima illa, vnde sibi no-
minis famam conciliauit, Moriam edidit, Lucianum & Sartyricos imitatus, sa-
cerdotij dignitatem ac decorum oblitus. Inde, vt sollempne est equis fræno solu-
tis, atque furentibus, vt quò licentius currunt, eò grauius huc illuc passim im-
pingant, ex censura Patrum antiquorum, quam nulla fultus auctoritate legitima
(nec certè vera Theologia) sibi temere usurpauerat, eodem superbiæ typho
lutulentos pedes in Diuinos Codices inferuit, ac fenestram patefecit nouis Aria-
nis ingentem, quemadmodum Transyluani ministri (vti alibi ostendimus) re-
stati sunt. Cumque hinc salibus & iocis amarulentis, illinc mordaci vesania
bibliothecas suis partibus referisset, inuecta est in animas multorum noua quæ-
dam eius sceptica doctrina, qua plures de Christo Deo, deque alijs omnibus
articulis Fidei (sicut illi primo contigerat) dubitarent. Has fæces cum pleri-
que lamberent, Lutherus quoque haulit, vt non immerito postea illud prædie-
rit in vulgus: Erasmus innuit, Lutherus irruit: Erasmus dubitat, Lutherus af-
seuerat: Erasmus parit oua, Lutherus excludit pullos: id que aliud è ἔρασμος λέγει
καὶ ἡ λέξις ἐρασμίζω, hoc est, vel Erasmus Lutherizat, vel Lutherus Erasmizat. Sic
& Lutherus sanctissimam Trinitatem, & cum hoc Caluinus Christum verbum &
Deum,

Scaliger li-
bro de Sub-
siliante exer-
cit. 103. nu.
19.

Erasmus
innuit, Lu-
therus ir-
ruit.

De nota hac
re fuit
bi de Aithel-
mis heresi-
copi huius
seculi agi-
tur, libro 8.
huius libelli
vixit.

In Confessio-
ne Augusti-
niana.

Richardus
Cenomanus

Erasmus in
dicium de
Lutherano.

Resurrectione
a. A. A. A.
Chrysostom.

Deum, & alij diuinas omnes personas impetere, reliqui audacter & blapheme per-
negare sunt ausi. Ac cum Erasmus dubitasset de Euangelij S. Marci auctore, atque
inscriptione, erupit clanculum Musculus, qui postremum eiusdem Euangelistae ca-
put arrodens abscidit. At cum Lutherus Apocalypsim S. Ioannis impie damnasset,
Erasmus tandem a nouo Testamento truncauit vterque verò celeberrimum de san-
ctissimæ Trinitatis vnitæ testimonium ex priore S. Ioannis epistola erasit, non ina-
nem apud Arianos gratiam sibi conciliantes; ac si alitium, & aliunde (vt Ariani
quondam dicebant) ab Homouianis fuisset intrusum. Paraphrases item Erasmus
in Euangelia edidit, quæ magnis scatent erroribus; quos qui nosse velit, Natalem
Bedam Theologum Parisensem præter alios consulat, qui de ijs, vt & de Iacobi
Stapulensis erroribus, librum ante aliquot annos conscripsit. Vt vero satanas per
præceptum Erasmi ingenium viam sibi patefaceret ad insirmandam Apostolici Symbo-
li fidem, initio præfationis eiusdem paraphrasis in S. Matthæum Erasmus constan-
ter fatetur, nescire se, num Symbolum illud ab Apostolis manauerit: id quod tamen
asserunt veteres, Rufinus, Augustinus, & alij. De Patribus autem cum sibi eandem
censoriam notam sumpisset, & extra fines humaniorum litterarum exillret, mirum
est, quàm multus fuit in lapsibus, dum præter sanctos Cyprianum, Hilarium, & reli-
quos; beatos quoque Hieronymum & Augustinum quasi ab ijsmet ipsis auellit. Ex-
tant Mariani Victorij Reatini scholia in B. Hieronymum, quibus sexcentos & adeo
plures Erasmi in eius Patris epistolis commissos lapsus redarguit; quæ postea resti-
tuta à Paulo Manutio prodierunt in lucem. Percentet Hieronymus Torrensus
Societatis nostræ Theologus, plures locos ex Augustini operibus, in quibus
Erasmus non tam videtur hallucinatus fuisse, quam maligne iudicasse. Nam &
quod duos de communi vita, & moribus clericorum tractatus viles, originem, &
instituta vitæ Monasticæ continentes, sustulerit, quos inter illius Patris opera Pos-
sidonius, qui quadraginta annos cum Augustino (vsque ad eius nempe mortem) vi-
xit, suo adscripsit Indiculo; nõ adeo mirandum est, cum vix vllus vnquam apostata,
& qui cucullam excussit, potuerit eiusmodi scripta æquo animo ferre. Videat ca-
tholicus lector, quæ scripsit Richardus Cenomanus, Theologus Parisiensis, contra
censuram Erasmi aduersus Regulam Monachorum ab Augustino conscripam.
Nec verò Erasmus intra istos limites sese continuit, sed modo aiens, modo negans,
infernũ cælo miscuit, ac Socratem, Tullium, atque alios, tum Græcos, tum Lati-
non tantum ab Inferis exclusit. Per dilucida tamen interualla (cum antea de
B. Virgine indignissime garruisset) in se rediens, votum nuncupatum ei Laureti
perfoluit, & hymnos Latine ac Germanice a se concriptos in eius laudem & inuo-
cationem edidit, & Ioanni Iung Canonico, atque in spiritualibus, vt aiunt, Vica-
rio Frisingensi dicauit. Modo autem blandiens hæreticis, modo stylum aduersus Lu-
therum acuens, de eo scripsit hæc verba: Hic homo nihil crepat nisi satanas, diabo-
los, Laruas, Lamias, Megeras, aliasq. voces plusquam tragicas. Quæ cum Erasmus
scriberet, data interim Catholicis (licet callide) spe respicientiæ, iudicium Ec-
clesiæ aduersus se non semel declinavit. Sed interim dum bona de se polliceretur
ac tum Bedæ Natali, tum Thomæ Moro Anglo martyri, à quibus admonitus fue-
rat, vt exemplum B. Augustini secutus, quæ minus orthodoxe scripserat, ea retra-
ctaret, nec tamen vnquam promissum præstitisset; tandem acerbum diem obiit, re-
lictò quidem nomine, sed pleno crimine: quare, pleraque ipsius scripta, vt erat com-
meritis, proscripita sunt; & vnam eius anima requiem inuenerit. Hæc cum ita
sunt, intelligunt isti, qui putant, maximum nescio quem, & tanquam oraculum fuis-
se habitum, vel esse habendum Erasmus; num merito siue alij; siue ipse meis scrip-
tis Rhetorem illum plus quàm Theologum vocauerim, quàm ve cauendum sit illo-
rũ iudicium, quorum audacia, & à nescio qua nominis claritate profecta confiden-
tia, præcipites egit plurimos in omnem perniciem. Quòd si quis (postquam huc de-
uenimus) velit aliorum nostri temporis Theologorum sobrie sapientiũ labores in
Patribus susceptos mature perpendere; semicatholicos autem istos, ac forsan pror-
sus

A sus hæreticos paraphrastes cum Theologis illis conferre, optima quæque de eo
sperare ausim. Ecquis enim, si Iacobi Pamelij edita scholia in Tertullianum, cum
iis quæ Beatus Rhenanus in eundem Tertullianum scripserat, aut ipsius Pamelij de
operibus Cyprianis vel Victorij Reatini iudicium de epistolis Hieronymi, cum eo
quod tulit Erasmus, contulerit, clarissimam lucem in his, præ illorum caligine non
cernat? Idem dici potest de duobus Torrensibus, in Augustinum, & summorum
Pontificum epistolas, de quibus, qui in Ambrosium, Hieronymum, Gregorium Magnũ
Confessiones nouissime ediderunt: de Francisco Feuardentio in Irenæum, Billio
in Nazianzenum, & de alijs in alios. Ii enim omnes, quod Catholicorum est pro-
rium, Patrum doctrinam illustrarunt, non obscurarunt; quique Ecclesiæ filij perman-
tere, diuinam sapientiam elucidantes, ab omnibus vtiliter leguntur, à nemine qui
B lapiat, redarguuntur.

CENTURIAE MAGDEBURGENSIUM,
& Chronica hæresicorum cur & pestilentia sint, & abolenda.
Caput XXI.



A Matthias Flaccus Illyricus, antesignanus eorum, qui Centurias
Magdeburgi collegerunt, gloriosum titulum præfixit nouo mon-
stro, quod iidem simul Ecclesiasticæ historiæ nomine velarunt.
Titulus autem hic est: Ecclesiastica historia, integram Ecclesiæ
Christi ideam, quantum ad locum, propagationem, persecutio-
nem, tranquillitatem, doctrinam, hæreses, caremonias, gubernationem,
schismata, Synodos, personas, miracula, martyria, reli-
giones extra Ecclesiam, & statum Imperij politicum attinet, secundum singulas
Centurias perspicuo ordine complectens, singulari diligentia & fide ex vetustissi-
mis & optimis historicis, Patribus, & alijs scriptoribus congesta per aliquot stu-
diosos & pios viros in vrbe Magdeburgica.

Speciosius sane huius libri titulus, cui nimirum hoc etiam additum est, Nihil hoc
tempore neque vtilius, neque artificiosius esse scriptum, cum in eo historia Ecclē-
siastica in methodum quamdam redigatur. At vero nos hanc nouam historiam le-
gentes, nihil in ea, quàm methodum desiderari; nihil etiam his annis editum esse
D pestilentius atque fraudulentius animaduertimus.

Aduersus igitur nouum istud monstrũ (neque enim vocauero historiam Ecclē-
siasticam) primus, vt opinor, scripsit Conradus Brunus Germanus, vir æterna di-
gnus memoria: deinde item alij fere quotquot Catholici Theologi hæreses huius
sæculi subinde confutarunt. Ac præter alios Petrus Canisus libro de vita B. Ioan-
nis Baptistæ, & de beatissima Vergine; Franciscus Turrianus cum alibi, tum libro
erudito de Epistolis Pontificiis; Genebrardus vltima suæ Chronographiæ editio-
ne, Robertus denique Bellarminus passim, vt & Cæsar Baronius Annalibus suis
Ecclesiasticis. Ac primum nullam iis contineri methodum, de qua magnifice
sefe iactant; deinde plenissimas esse imposturarum, ostendit idem Brunus; quem
quoniam prorsus aboleri iidem hæretici curarunt, nos vt reuiuifcat veritas, ex eo-
dem aliqua vniuersaliora, quæ huc faciunt, inferamus. Ait igitur:

Methodi siquidem ratio postulat, vt res singulæ bono ordine, & quæque in suo,
& vno, non in diuersis locis per commodas definitiones, diuisiones, partiumq. ex-
plicationes tractentur, & non sæpius iterentur. At in hac eorum noua historia sæ-
pe vnum & eundem doctrinæ articulum in diuersis huius historiæ locis ter, quater,
& eo amplius tractant, & cum magno lectoris tædio repetunt. Quin etiam materias
ita inter se confundunt, vt nullus hic tractandis rebus methodicus ordo quæritus
& obseruatus esse videatur.

Atque ex his facile iam quicumque hanc historiam leget, intelligere poterit,
nouos

Chronogra-
phia Gene-
brardi anno
1585. edita
Parisius.

novos istos scriptores immerito de observata à se doctrinae methodo gloriari: nam **A** neque doctrinam de religione in historia sua ex professo tradere debuerunt; & si quam tradiderunt, tamen in ea tradenda, doctrinae methodum minime observarunt. Ceterum quod ad historicam methodum attinet, primum omnium rerum gestarum narratio vera esse debet, nisi enim vera sit, ne nomen quidem historiae habere meretur. Deinde narratio historica eiusmodi esse debet, ut omnia secundum qualitatem & conditionem personarum, locorum, temporum, aliarumque circumstantiarum debito ordine describat. In hac autem nova historia, verane sint, an falsa, quae in ea narrantur; similiter & in narratione rerum gestarum, an secundum circumstantias earum, verus & methodicus ordo servatus sit, haud magno negotio, qui eiusmodi historiam, & cum ea veterum, eorumdemque ab Ecclesia receptorum auctorum scriptis conferent, perpendent, atque diiudicabunt. **B**

Iam vero quod ad argumentum & materiam huius novae historiae attinet, inter titulum libri, & materiam ipsam magna diversitas & repugnantia reperitur. Nam titulus libri est, Ecclesiastica historica: argumentum vero, quod etiam titulus indicat, Doctrinae Ecclesiae, & haeresum tractationem continet. Sed & haereses insigniores huius temporis non historice narrantur, sed ut sanae Ecclesiae doctrinae non absque magna fraude inferuntur, approbantur, & confirmantur. Quae tractatio & diiudicatio non ad Historicum sane, sed ad Ecclesiae Doctores, ipsamque adeo Ecclesiam pertinent. Est autem huius historiae narratio ita disposita, atque contexta, ut quae in veterum Ecclesiasticarum rerum scriptorum libris de rebus Ecclesiae scripta reperiuntur, à novis istis scriptoribus non fideliter, sed in multis mutata, depravata, & corrupta in hanc novam historiam referantur: quae vero in veterum historiis scripta non sunt, sub nomine & titulo eorumdem veterum historicorum, in hanc historiam immittantur, ut sic veterum historiarum veritas & integritas profus immutetur, atque adulteretur. In qua re novi isti scriptores omnium haereticorum morem & consuetudinem imitantur. Omnium siquidem haereticorum ea consuetudo semper fuit, quam & huius temporis haeretici & sectarii, qui historias tam Ecclesiasticas, quam profanas scripserunt & scribunt, observant, ut veras veterum historias falsis suis figmentis depravent atque corrumpant; novas vero suas falsasque historias illis ipsis artificiose tegant atque confirmant. Ad quem sane modum Sebastianus Franck, Gaspar Hedio, & in Helvetiis quidam, cuius nomen nunc non occurrit, & quidam alij superioribus annis, historias suas mala fide scripserunt. Quippe in quibus ea, quae retroactis temporibus vel ab Imperatoribus & Principibus, vel à civitatibus, communitatibus, & quibusdam etiam privatis personis, contra communem Ecclesiae statum, eiusdemque primatum & libertatem de facto & contra ius attentata fuerunt, ea tamquam iuste & legitime facta fuerint, defendere atque confirmare nituntur, omnia nimirum in fauorem & approbationem falsarum opinionum & sectarum magna vi & aperta malignitate passim detorquentes. Sed & in eisdem novis & falsis historiis si quid forte à Romanis Pontificibus & Ecclesiarum Episcopis & Praelatis retroactis temporibus peccatum est, id magna cum diligentia, singularique exaggeratione in medium profertur. Rur-

NOTA. sus quae de bona & salutari eorumdem doctrina & vita, bene & honeste acta, in veterum veris historiis scripta extant, ea omnia per eos vel dissimulantur, vel extenuantur. Quod ea tantum ratione à novis illis nostri temporis historicis fieri solet, ut veris veterum historiis obscuratis, truncatis, & mutilatis, in earum locum falsae, corruptae, & multis variisque mendaciis refertae ipsorum historiae obrudantur, publice edantur, passim in vulgus spargantur, & ad posteros diffundantur. Et ad hunc sane modum, si verum fateri debemus, nova quoque haec Magdeburgica historia scripta est. Id quod haud difficile cognoscent, qui huius novae historiae cum veterum scriptis facta collatione, quid in veteribus per novos istos scriptores corruptum & depravatum, quae in hac itidem nova mendacia conficta sint, & quasi vera sint, simulate narrentur, animadvertent. Tum quod magis veterum historiis fidem, aucto-

A auctoritatemque abrogent, nulli veterum historicorum non suum honorem, dignitatemque detrahunt, iam hunc, iam illum inficitiae, imperitiae, & erroris redarguentes. Nam & quosdam brevius quam oportet, alios prolixius, alios falsa scripsisse calumniantur; alios, personas plus iusto vel laudare, vel vituperare contendunt. Sicut apud novos istos historicos nullam vel exiguam laudem meretur Eusebius; parum auctoritatis & fidei habent Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, Naucerus, Abbas Urspergensis, Lambertus monachus, alijque rerum Germanicarum tam Ecclesiasticarum, quam profanarum descriptores, qui à novis istis haud sine contemptu nominantur & exploduntur. Idque nulla fit alia ratione, nisi ut veterum & recentiorum historicorum scriptis, quatenus quidem ea iuri diuino & humano consentanea, sectariorum vero mendaciis, falsaque doctrinae contraria sunt, nulla fides adhibeatur. Et haec quidem ab Apostolorum temporibus, usque ad haec tempora nostra, omnium haereticorum consuetudo fuit, quia non solum historias, sed omnes omnino libros doctrinae eorum aduersantes repudiaverunt. Sic integras aliquot epistolas Apostoli Pauli ex nouo Testamento eiecerunt, ut S. Hieronymus testatur. Sed & multa verba, quae in diuinis scripturis continentur, ex iisdem exemerunt; & contra, quae in sacra Scriptura non continentur, ea eidem immiserunt, ut Tertullianus & Augustinus tradunt. Neque aliter his nostris temporibus Martinus Lutherus, epistola S. Pauli Apostoli, quia in ea fides sine operibus mortua esse dicitur, stramineam appellat: & epistolam Iudae, quasi à doctrina Apostolica abhorrentem refellit: tum in altera S. Petri epistola, aliqua quidem probat, reliqua vero ut notha & adulterina reiecit. Ad hunc modum & veteres & recentiores huius temporis haeretici diuinas scripturas pro arbitrio suo vel approbarunt, vel reprobarunt. Sic & Patrum scripta sub hoc praetextu, quod diuinis scripturis non essent consentanea, & quod multi in his errores continerentur, damnarunt. Sic Philippus Melancthon in libello suo, quem de Ecclesiae auctoritate, & veterum scriptis petulanter edidit, omnes Ecclesiae Doctores, & sanctos Patres iam pridem ab Ecclesia examinatos, & merito approbatos, rursus in nouum examen reuocauit, & veluti propter errores & ignorantias, ut ipse calumniatur, corrigendos sub ferulam duxit. In eo siquidem libello, nullum ex veteribus scriptoribus praeteriit, quem non erroris alicuius infimulet, & cui nuum aliqueum (ut noui isti loquuntur) inesse non metantur, vnum in hoc, alium in alio reprehendens, multas stipulas & incommodas opiniones in eorum scriptis esse clamitans. Inter alia B. Hieronymum arguit, quasi de virginitate & coelibatu, ea quae Christiano homine indigna sint, scripserit; eaque omnia tantum hac ratione & intentione, ut qui sanctos Patres in vno aut altero articulo errasse, aut incommodas opiniones scripsisse viderint, totam eorum doctrinam ab Ecclesia approbatam, de falsitate suspectam & erroneam esse, persuasum habere debeant. Hoc dolo haeresiarcha Lutherus iam inde ab initio passim per Germaniam in vulgus sparsarum haeresum suarum vltus est: quippe qui nulli Ecclesiasticorum Doctorum pepercerit, quin doctrinam eius de erroribus aliqua ex parte suspectam reddiderit. Sic in quodam libello suo, ante plurimos annos scripto & edito, se beato Augustino in doctrina non inferiorem, quin & eidem Augustino Doctoratus titulo parem esse gloriatur; ideoque & non minorem fidem ei, quam Augustino esse habendam contendit. Hunc Lutherum & Philippum Melancthonem imitatus est Ioannes Brentius in calumniosis suis scriptis, quae aduersus Petrum à Soto Hispanum, Carolo V. Imp. pridem à Confessionibus, edidit: in quibus calumniator ille veteres Ecclesiae Doctores & sanctos Patres examini suo subiiciens, eorum scripta in multis tamquam erronea, quae tamen ab Ecclesia recepta sunt, impudentissime & mendacissime condemnat, sibique eam eruditionem & doctrinam arrogat, quasi de veritate Evangelica nemo hoc tempore doctius & certius, quam ipse scripserit.

Ad eundem modum haeretici nostri temporis decreta sacrorum Conciliorum, & Ecclesiae Catholicae pias constitutiones & ordinationes, partim eo nomine, quod à sacris Conciliis non sint facta, sed à Romanis potius Pontificibus conficta, repudiaverunt;

diarunt; partim sub eo prætectu, quòd ea ipsa tametsi à Conciliis facta, tamen falsa & erronea sint, condemnarunt; partim ut inter se contraria, & quorum Spiritus sanctus auctor non sit, refutarunt. In qua re calumniatores illi sacrorum Canonum, primùm nullum discrimen faciunt inter ius diuinum, naturale, positium, siue humanum: deinde quòd in humanis & posituis constitutionibus præcipuum est, circumstantias personarum, locorum, temporum, propter quas huiusmodi constitutiones sæpe mutantur, minuuntur, augentur, aut in totum abrogantur, aliæq. in earum locum, consideratis iisdem circumstantiis, substituuntur, non animaduertunt; nec vero considerant, constitutiones propter prædictas circumstantias, vno tempore aliter quàm alio factas, & inter se dissimiles, propterea non esse contrarias, & suis quasque temporibus iniustas, esse reiiciendas, Cuius rei multa quoque exempla veteris & noui Testamenti proferri, & ex iis probari posset, quòd vno tempore iuste constitutum, ac pro lege obseruatum fuit, id alio tempore mutatum, aut abrogatum, aliudq. in locum eius subrogatum fuisse.

Et hæc quidem Conradus Brunus; qui postea singulas quasque generales partes huius fallacissimæ fraudis excutit ac refellit; ut maxime libellus ille ad canones historiæ veros indagandos, fucumq. hæreticorum aperiendum, sit utilis. Sed optime habet, quòd isti turrim alteram Babelis excitare voluerint, quæ inchoata & hians inhalat vbiq. fœtores impietatis suæ: quippe vbi Centurias aliquot confarcinarunt sine calce, sine ordine, sine Ecclesiæ auctoritate, hoc est sine voluntate Dei, iam item explosæ illæ sunt ab aliis hæreticis, quas & proscribere Saxones, anathemate illo suo (si Deo placet) ferientes quoscumque nouum illud genus historiarum retinere, aut legere cognouerint. Sic videlicet corruit in eorum caput labor manuum suarum; & cum eouique omnes seculorum omnium auctores Catholicos & Synodos tollere curassent, recensq. esse commentum dixissent, quiddid de sacrificio Missæ, ac de plerisque aliis rebus Christus Dominus instituerat, & Spiritus sanctus Ecclesiam docuerat, inuentum est eorum testimonio, esse antiquissimum, & ab Patribus, qui Apostolorum fuere discipuli, atque ab aliis, quicumque deinceps doctrina, siue sanguine veritatem consignatam reliquerunt, traditum vnanimi consensu atque constantia fuisse posteritati.

CAUTIO DE ALTERO PESTILENTE LIBRO

Matthia Flacci Illyrici, de translatione Imperij.

Caput XXII.



ED & Matthias Flaccus Illyricus non solum in Centuriis, verum etiam in aliis comprehensus est in audaci non tam astutia, quàm temeritate sua. Quæ enim variis temporibus scripsit, sic inter sese pugnant, neminem ut possit fugere, veritatem longissime ab eo abfuisse. Inter alia igitur librum edidit de translatione Imperij, ac de Imperij Electoribus. Eum ego librum cum in Germania vidissem manibus teri multorum, & quidem Magistratum, quibus hominis fraus & falsitas in producendis testibus atque historiis erant ignotæ; dedissem autem operam, ut ad Gregorij XIII. Pont. Max. manus perueniret, effectum est, ut Robertus Bellarminus optimo scripto, quòd deinceps in lucem prodiit, pestilentia Illyrici commenta confutaret. Tredécim autem rerum capita primo deprehendit, quibus Illyricus tum cum se ipso, tum cum aliis suis operibus pugnat. Quorum aliqua huc adiciere eo magis expedit, quòd quidam Matthæus Dresserus, qui viuit inter Saxones, cum aduersus Bellarminum hæc de re tentasset insurgere, nil tamen illorum, ac ne nominis quidem Illyrici mentionem vllam fecerit.

Et translationem quidem Orientalis in Occidentale Imperium fuisse rite ac legitime factam Pontificis Max. auctoritate, consensus omnium scriptorum, testimo-

nia

nia veterum Rom. Pontificum, cõfessio Imperatorum ipsorum, ac Principum aliorum, testatissimum fecerat mundo: cum audax ille, ut gratiã iniret apud alienos ipse alienigena, & à Fide alienissimus, libellum mendacis refertum emisit in vulgus. In hoc autem non tam quid sit in re considerat, quàm quid suo proposito conducatur; nempe ut offundat tenebras veritati, ac fidem, quam ipse deseruit, euerat funditus. Ac quidem figmentum passim & nugæ vocat, quiddid creditur (inquit) vulgo, Imperium Rom. translatum fuisse à Græcis ad Romanos, ipsius auctoritate Pontificis. At altero libro, quem contra primatum Papæ edidit, fatetur, Rom. Pontificem Imperij hæc translatione ius mercasse. & octaua Centuria cap. 10. col. 75. diserte sic ait: Atque ita Imperium Romanum ad Carolum & Francos Leo III. transtulit, & cum eo sibi reseruauit ius Franci imperandi; atque hinc factum est deinceps, ut qui Imperij sceptrum acciperent, à Pontifice inaugurarentur. Sic ille. In quo mirum est, quòd dum Illyricus hæc Pontificis potestatem tribuit huic tamquam Antichristo, non viderit ea ratione corruere Imperium, & Imperatores ab se heri Antichristi membra, quos tamen vult legitimos esse absque Pontifice.

Inquit etiam hoc libro, ius in Imperium Romanum Germanos adēptos esse ante annos 1500. cum videlicet Arminio duce duas Aquilas Romanis eripuerunt, atque in huius rei signum bicipitem Aquilam, Germanos Imperatores in insignibus suis præferre. Huc (inquit) referre possis, quòd & mox post Iulium sub Augusto Germani duas Aquilas Romanis iustissimo bello abstulerunt. & infra: Quòd cunque igitur volent Romanus Sacrificus, aliq. Imperij æmuli cognoscere Germanorum Monarchiæ originem ac ius, intueantur modo, ac contemplantur eius gloriosa insignia, bicipitem Aquilam ostentantia, & mox ea illos de origine, iureq. suo abunde edocebunt, ac vel inuitos conuincant. Hæc ille. Sed hæc omnia, quæ Bellarminus abunde confutat, refellit etiam ipse idem Illyricus, cum sibi contradicit Centur. 9. cap. 16. col. 621. Aquila, ait, Romana in duo capita statim initio huius sæculi, quòd est ab anno 800. ad 900. diuisa est, nam Carolus Magnus à Leone Pontifice, cum consensu Senatus & Pop. Romani, Imperator Occidentis solemniter inauguratur anno Domini 801.

Rursus hoc libro de translatione Imperij cap. 1. pag. 9. Audet (inquit) Gelasius Papa ad Anastasium Imperatorem scribens, affirmare Zachariam Papam deposuisse Chilpericum Regem Francorum, & transtulisse Regnum in Pipinum Caroli patrem. & infra: Tale mendacium ausus est Papa confingere, & Gratianus suæ rapidiæ Decretorum inserere. hæc ibi. At in historia longe aliter, sic enim scribit Centur. 8. cap. 10. col. 706. Pipino Zacharias Papa Regnum Francorum dedit, idq. ei tutum præstitit, deposito, & in monachum consecrato Carolomano fratre eius, & Chilperico Rege priore. Poterat ne (subdit Bellarminus) clarius secum pugnare, & altero loco destruere Illyricus quòd altero affirmauerat? Libro eodem de translatione Imperij cap. 1. pag. 12. affirmat Illyricus, summos Pontifices quondam seruos & mancipia fuisse Caroli: at nunc è contrario à summis Pontificibus adigi Cæsares ad pedum oscula. Sed & idem Illyricus sic fateri cogitur Centur. 8. cap. 10. col. 724. Pipinus, inquit, & Carolus filius eius, in terram prostrati, pedes eius (Stephani Papæ) osculati sunt, & stapedes eius apprehenderunt, & frænum equi eius tenentes, stratoris officia ei præstiterunt. Sic ille: Id quòd sane cum ante annos prope 800. Pipinus & Carolus humi strati fecerint, Pontificisq. tamquam Vicarij Christi pedes, nullo cogente, nisi Dei metu ac reuerentia, osculati sint; intelligitur hæreticum illum, quem superbia hæresum mater fascinauit, non posse capere, quæ pietas doceat facere eos, de quibus prædictum fuerat: Erunt Reges nutricij tui.

Sed & eadem pag. 12. lib. de translatione Imperij scribit Illyricus, testari historicos, Leonem Pont. Max. ad Carolum Magnum allegasse virum, qui ab eo peteret, ut aliquis mitteretur ad Urbem, qui Romanos Carolo denuò iuramento adstringeret: At Centur. 8. cap. 10. col. 750. contrarium ait, nimirum petiisse

I Leo-

Leonem, ut aliqui à Carolo mitterentur, qui non Carolo, sed ipsi Pontifici iuramento adstringerentur. quare Engelbertus, vel Agilbertus Abbas S. Richarii, iussu Caroli, compulsi Populum Rom. fidelitatem iurare Pontifici.

Iterum, Italiam ab Odoacre occupatam affirmat Leone Belsicano Imperatore: At Centur. 5. cap. 16. col. 1526. scribit id accidisse sub Zenone, qui post Leonem iuniorem Leoni seniori, id est Belsicano, successit. Theodoricum item Ostrogothum Imperatorem Romanorum & Augustum, purpura Caesarea ornatum fuisse, fuisse docet: At Cent. 6. cap. 16. col. 840. disertis verbis dicit, Theodoricum eundem nec nomē, nec insignia Imperatorum Romanorum unquam habuisse. Carolo quoque Magno Imperium Occidentis donatum fuisse scribit ab Irene, antequam idem Carolus à Leone coronaretur: At Centur. 9. cap. 16. col. 621. scribit, Græcos in Imperium Caroli quodammodo consensisse, quod non possent id mutare, quod Leo fecerat Romæ, quando Carolum Imperatorem appellavit.

Neque verò de Electoribus Imperij minor est apud Illyricum, quam de ipsa Imperij translatione dissensio. Nam in libro de translatione Imperij cum negasset ab Gregorio V. septem Germanos Principes decretos fuisse, qui Populi Senatusque Romani loco Imperatores perpetuo eligerent: mox Centur. 10. cap. 10. col. 546. contrarium habet. sic enim inquit: Gregorius undecimo sui exilij mēse pristinae dignitati per Imperatorem restitutus, suam patriam insigni aliqua dignitate ornatus, sanxit, ut penes solos Germanos eligendi Regem ius esset ac potestas, qui post diadema à Romano Pontifice acceptum, Imperator & Augustus appellaretur. suntque Electores constituti, Moguntinus, Treuerensis, & Coloniaensis Archiepiscopi, Marchio Brandeburgensis, Comes Palatinus Rheni, Saxoniae Dux, & Rex Bohemiae, qui quidem paribus suffragiis Electorum existentibus, litem inter eos dirimat.

Atqui præter hæc Illyricus eodem libro farraginem mendaciorum aggerat: inter quæ cum negasset à Pontifice Max. transferri posse Imperia & Regna, quod diuina potestas viurpanda non sit, ait denique ab hominibus Orientale Imperium, res ipsa non semel translatum fuisse, sub Leone Belsicano Constantino Romano Imperatore in Odoacrem, à Zenone in Theodoricum, ab Anastasio in Clodouem, ab Irene in Carolum; addit se abhorreere ab omnibus erroribus, quæ Romanum Imperium, Confessioque Augustana damnarunt. Quasi vero Romanum Imperium Confessionem Augustanam comprobauerit, quam Carolus V. Imperator, Electores quinque, centum & septem Imperij Principes, tum Ecclesiastici, tum laici, undequadragesima ciuitates liberae Imperiales damnarunt, vno tantum Electore, ac pauculis quibusdam aliis eam admittentibus: cum & antea quicumque Imperio potiti sunt, Resque omnes publicæ, atque omnes Christi Ecclesiæ, monstrosos illos errores abominati sint: ut etiam ipse Philippus Melancthon diserte Ioāni Obernburgo in hæc verba scripserit: Non delector recordatione Comitiorum Augustanorum, in quibus tristi ac atroci sententia damnati sumus. Ex his ergo habet lector, quæ nam fides huiusmodi hominibus & libris adhibenda sit.

Sed quoniam Matthæus Dresserus nouissime aduersus Bellarminij librum apologiam nescio quam euulgauit, qua nihil efficit; iis autem qui Bellarminij librum haud legerunt, videri ea possit alicuius esse momenti, ideo libros tum illum, tum alterum si inspexerint, quæ Ludouicus Rogerius contra Dresserum perdocte descripsit, vniuersam hæreticam cōmentum fraudē agnoscent. Rogerius enim non ipsis tantum historiæ & eloquētiæ, quantum & philosophiæ ac Theologiæ studiis in nostra Societate eruditus, hominē grammaticū, quiq. è fontibus historiarū nihil hausit, sed quæ Illyricus attulerat, eadē repetiit, facillime cōiicit & falsitatis & hæreticos. Atqui cū istius generis homines videri velint tenacissimi dignitatis Germanici Imperij, quæ & Pontificiæ à Christo institutæ præferant; nulla facilius ratione dignoscetur, quam si quis comparat quæ Catholici præ hæreticis faciūt, ut quæ sunt Caesaris, Caesari dentur;


nimi-

A nimirum Imperij maiestatem quàm maxime sartam, tectamque tueantur. Hæretici quidem dum omnia sacra, profana confuderunt, dumque autonomiam, & libertatem à sæculo inauditam non tam inuexerunt in Germaniam, quàm vsurparunt, dum denique ciuitates, tributa, & ipsum pene sceptrum è Caesaris manibus eximere conantur, ecquo loco rem statuerint, monstrant. At Catholici Principes, summusque ipse Pontifex quanto pere eidem dignitati deferant, re ipsa, & legationibus, ac scriptis, quin etiam & (cum opus est) omni subsidio ostendunt. Quæ vero hac in re hæretici destruant, postremum huius libri caput, vbi agitur de Autonomia, indicat.

CAUTIO IN CREDENDIS HISTORIIS, QUAS

Ioannes Caluinus, & alij citant, ut ad suas hereses statuendas sibi

sternant viam. Caput XXIII.



VM autem Caluinus putasset Institutionis suæ librum facilius admissum iri, si prius antiquitatem à se stare significasset; hoc actu vsus est, ut epistola, qua dicauit librum primo huius nominis Francisco Regi Galliarum, summam eas historias attingeret, quibus Catholicam fidem validius oppugnare crederetur. Ea epistola, prima facie, videtur triumphum accersere Caluino. Sed qui sensum quidquid in ea

scripsit, confert cum fontibus historiarum verarum, vix se continebit (licet Caluianus sit) quin & Institutionem illam, & quodcumque pestis illa contagij vbique sparsit, in ignem coniciat. Suscepit igitur felici conatu inter alios laborem apertendi istas Caluini historicas imposturas Ioannes Duræus Scorus nostræ Societatis, eo libro, quem scripsit aduersus Vitacherum hæreticum Anglum: quem quidem librum maxime expediet legere.

Plerique vero alij in Pontificum vitis aut detorquendis, aut falsandis, aut denique ex improba aliquorum vita doctrinam fidei volentes euertere, cum multi fuissent, ac fallacissimi, hi potissimum à Bellarmino confossi sunt, ea præcipue primi libri parte, qua quinquaginta Pontifices Romanos ab calumniis hæreticorum vindicat.

Insistere autem pene eandem Caluini viam, qui temerario ausu, vel arrepta occasione negandi donationem Constantini Magni factam Ecclesiæ, vel carpendam Synodi Tridentinæ, quot pene verba protulere, tot blasphemias euomuerunt. Sed & hosce omnes cum plurimi, tum & ipse solus Bellarminus reos iniquissimi criminis ostendit. Itaque eodem confugiendum est: ut interim taceam, quæ fraudulenter commenti discordis illius nouissimæ Smichdelinianæ concordiæ, illico pene vno omnium sensu & consensu reprobata sunt. Et hæc quoque planissime eo libello monstrantur, quem Bellarminus Iudicium de concordia illa inscripsit: cum & quæ Fridericus Staphilus de Theologia Lutheri, & aduersus Melancthonem scripsit, originem omnium mendaciorum appositisime designent; quam ne pereat, nostræ huic Bibliothecæ suo loco cuperemus inserere.

Et Gaspar quoque Hennibergerus non ita pridem historiam rerum Pruthenicarū Germanice scripsit, pollicitus vberiore edere; sed ita blasphemis atque mendaciis scatētem, ut nihil supra. Et hic homo inter alios, qui sese Prusicos Theologos venditant, extat in catalogo illorum, quem libro eius, quam diximus, concordia affixerunt; ut mirum non sit, si qui sanctissimam Trinitatem conuellere, minuerque in Christo Domino naturam antea fuisset ausus, mox in historia sua tres illos gentiliū Deos & idola pessima, Pocollum, Potrympum, & Perkunum cum sanctissima Trinitate conferens, ludat foedissimè in re diuinissima: Kyriuarum Borussum summo Pontifici, Vveydoloctos sacerdotibus Catholicis similes faciat, initia vero hæreseos, quæ irrepit in Prusiam, taceat; quæ qui cernere velit, extant veræ historiæ manuscriptæ in Bibliotheca Varmienis Episcopi Martini Cromeri Heilsbergæ in ipsa Episcopali Prussia, præter ea quæ idem Cromerus fidelissimus & sapiens scriptor historiis suis de rebus Polonorum non semel editis inseruit.

I 2 DE

DE LIBRIS LEONIS IMPERATORIS DE apparatus bellico prauè ab haeretico versis. Caput XXIIII.



IBROS quoque de apparatus bellico, à Leone Imp. Græce, vel (vt ita dicam) semigræce conscriptos (splendor enim linguæ Græcæ & collapsus erat, & varias voces alienas in rebus castrensibus admiserat) cum Ioannes Chæcus Cantabrigensis vertisset in Latinam linguam; quæcumque de Liturgia, hoc est, de sacrosancto Missæ sacrificio, de sacerdotibus & Pontificibus; de peccatorum expiatione per eos faciendâ, de oratione pro mortuis, Imperator ille exercitibus suis accuratissime commendauerat, tamquam summa Christianæ militiæ præsidia, B Chæcus perfide sustulit, vel mutauit; præter alia menda, quæ cum ad nomina, resq; alias militares pertineant, versione sua Italica Philippus Pigafettius curauit emendare. Vt itaque parèat dolus, & Principes ac nobiles alij, & milites sibi ab istis caueant, quorum manibus liber ille solet teri, liber aliqua huc è manuscriptis ipsis Græcis codicibus antiquissimis Leonis Imp. quos legimus, apponere, & inde Chæci hæreticum astum, & versionem cum ea, quam adhibere debuisset, ob oculos legentium ponere.

Ex cap. 13. in initio.

Ὅτι ἐπεὶ ἐπιβόησαν τὰς τετραμέρους πρὸς μίαν ἢ δύο τέραις ἡμέρας τὴν πολέμω, τὰ βασιλεὺς ἀγάλλων διὰ τῶν ἱερέων, καὶ ἕτεροι ἐπιβόησαν τοῖς βασιλοφύροις τῶν ἀρχιερέων.

Chæcus sic expressit: Turmarchæ, vt banda omnia integra sint, atque ad vsum militarem apta, ante diem belli vnum atque alterum præparabunt, atque adeo bandophoris, id est signiferis cohortium dentur. Cohortis vnusquisque comes sua constituat contubernia, & si qua sint deserta, expleat.

Cum debuisset vertere: Turmarchæ vno aut altero die ante prælium sic omnia parent, vt banda per sacerdotes sanctificentur, atque ita bandophoris ordinum tradantur.

Ex initio 14. capituli.

Ἐπιβόησαν οὖν οἱ ὅτι ἐστὶν ἡμέρα πρὸς πάντων ἐν τῇ ἡμέρῃ τὴν πολέμω, καὶ πρὸς τὸν στρατὸν, καὶ δὲ χιλίω γένει δὲ πῶς νυκτὸς ὀκταμῆθια τῶν ἱερέων, καὶ ἀγιαθιλιώαι πάντας, &c.

Chæcus sic: Hoc ante omnia præcipiendum est, vt purus ac sanctus exercitus tuus fit, & pridie vesperi preces efficaces ac diurnæ adhibeantur, omnesq; Deo consecrètur, verbis factisq; persuadeantur, se Deum adiutorem habere; atque hoc modo ad bellum puros, sinceros, alacresq; procedere.

Cum sic debuisset vertere: Mandamus tibi, ductor exercitus, in primis, vt quo die prælium committendum est, eo exercitus expietur, oratioq; habeatur per noctem ad Deum continenter à sacerdotibus, atque omnes sanctificentur.

Ex cap. 16.

Πάντοτε μὲν γὰρ καλὸν καὶ ἅγιον, ἢ πρὸς τὰς τεθνηκότας δὲ σέβειν.

Chæcus vertit: Pulchrum enim piumq; esse videtur, mortuis sepulturâ parare. Cum debuisset vertere: Omnino rectum, piumq; est, pietas & officium, quod erga mortuos adhibetur.

Καὶ πρὸς τὸν μὲν πρὸς τὴν ἀποκινήσαι, ἀγιασθήτωσαν ἅπαντα τὰ φλάμματα τῶν δεσμῶν ἡθελείας τῶν ἱερέων ἱεραρχίας καὶ δὲ χιλίης ἐκτροπῆς πρὸς τὸν τῶν ὅλων θεῶν, ἡσὺ δὲ δὸς δὲ πρὸς τὴν πολέμω.

Chæcus sic: Et priusquam ad classem procedas, precibus ac piis votis se mutuo milites Deo commendent, & bonum prosperumq; iter aduersus hostes precantur.

Ex cap. 19. de nauali prælio, num. 21.

Cum debuisset vertere: Et priusquam moueas, sanctificentur omnia flammula dromonum per sacrum sacerdotum sacrificium, & orationem assiduam ad Deum vniuersorum, vt iter prosperet exercitui aduersus hostes.

Ex e. 20. de sent. militi. num. 79.

Ἰεσοῦ ἐστὶν τὰ τῶν τελευτήτων πολέμω στρατιωτῶν στόματα, καὶ μέλισσα τῆ ἀριστοσύνητων ἐν τῇ ἡσὺ τῶν χριστιανῶν μάχῃ. καὶ ταῦτα γὰρ ἐκ πατρὸς ἕσπετι μὲν ὁσίως, καὶ πάσης ἀξίῃ, καὶ μνήμης.

Chæcus sic: Militū in bello cadentiū, atque eorum potissimum, qui strenue se gerunt,

A runt, & pro fide Christiana mortui sunt, corpora honeste sepeliantur, eosq; bona & honesta commendatione mortuos prosequamur.

Cum debuisset vertere: Sacra sunt militum in bello cadentium corpora, præcipue eorum, qui strenue sese pro Christianis propugnandis gesserunt: hæcq; omnino piè honore afficienda, & sepultura, memoriaq; perpetua dignanda sunt.

Ἡνίκα δὲ τὰς διευάμεις ἐξέλεγον, μέλλεις πρὸς πόλεμον δεῖ μὲν καθαιρῆς αὐταῖς ἐξ ἀμύρτι- μάτων ἔξ, φερόντος δὲ δὲ τῶν ἱερέων καθαιρῆς αὐταῖς δι' ὁλοκρίας. καὶ οὕτως μετα' ἑσπέρας ἐπὶ τῶν μάχῃ ἀποκινήσεται.

Ex cap. 20. in ms. Græco gnomæ. 169.

Chæcus sic sententia 168. numero mutato: Quando copias tuas ad bellum educurus es, oportet liberâs & solutas à peccato esse, & pia iustaq; mente Deum colere, atque adeo ad bellum procedere.

Cum debuisset vertere: Cum copias fueris ad bellum educurus, eas quidem à peccatis expiatis esse oportet: curabis autem, vt à sacerdotibus sanctificentur per benedictiones; atque ita fidenter ad pugnam procedant.

Διὰ τὸ τοῦ θεοῦ πάντα τὰ εἰς θεὸν θεράπειαν ὁ στρατηγὸς, πρὸς τῶν ἄλλων ἀπάντων ἐπιτηδεύειν, καὶ ἀφουλάττειν ἐξ ἀμύρτων τῶν εἰς τοὺς ἱερεῖς τε καὶ ἀρχιερεῖς ἀπὸ πηλῶ καὶ θεράπειαν. καὶ τοὺς ἀγίους ἀπὸ ναιὸς ὡς ἀσύλοις ἔξ, καὶ μὴ ἀντὶν ἀνάρπαξέσθαι τοῖς ἐν αὐτοῖς κρατερόχοις, ἀλλ' ἀφουλάττειν ἀσπίδος καὶ ἡμετέρας βασιλείας. καὶ τὰ ἱερεῖς δὲ τῶν μοναχῶν ἀσκησίαια, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς τῶν παρθενίαν ἀσκουῦντας ἀβλαβῆ, καὶ ἀβίασαι, καὶ σεμνὰ διατηρεῖσθαι καὶ, ἀπὸ ὧν εἰπὴν, ὅσα τὰ θεοῦ ἀνάγκηται ἀφουλάττειν ἀνεπηρέαστα, ἃ ἴμματα καὶ ἀδέσμοτα, ὡς ἀγία πάντα, ἃ τὰ ἀγία θεοῦ ἀνακείμηναι, καὶ μὴ δέναι βίβηλον ἢ τυραννικὸν χεῖρας ἐπιφέρειν κατ' αὐτῶν. ἢ ἄλλως ἀποθεραπεύεσθαι μὴ τὴν σεαυτὸν μήτε ἄλλαν πηλὸν τὸν ἑσὺ δὲ σὺ δὲ εἰσὶν, ὅταν δὴ ποτε πηλὸν περὶ δὲ μὲν ἀρχίω, ἢ στρατιωτικῶ, ἢ πολιτικῶ, ἀλλ' ἔξ αὐτοῖς ὡς κτήματα τοῦ θεοῦ πάσης ἐλάβησιν, καὶ ἐπιτηδείας ἔξ ἀδελφῶν. ἃ μέλισσα τοῖς ἀρχιερεῖς ὡς πατέρας καὶ ποιμνίας τῶν ἀφουλάττειν ἀφουλάττειν ἀφουλάττειν, καὶ ὅσα ἀρχιερέων, καὶ τὰ πρὸς θεὸν ἡμῖν μασιτῶντας, τοῦ τοῖς ἐξ ἀμύρτων ἀρχίω τῆ μῆς ἃ ἀδούξ. καὶ μὴ δὲν ἐφ' ὕβρις πύπταιν κατὰ δέξασθαι. καὶ γὰρ τὰ εἰς αὐτοῖς γινόμενα εἰς τὸν θεὸν ἀναφέρεται, παρ' οὗ τῶν ἀρχιερατικῶν εὐλογοῦσθαι. δι' ἧς καὶ τὸ ποιμνίαν ἀφουλάττειν, καὶ τὸ πρὸς θεὸν αὐτοῖς μασιτῶντας ἀνεδέξαντο. οἱ γὰρ ἱερεῖς, ὡς ἀφουλάττειν τὴν διεσπασμένην, καὶ ζωογονοῦσα ὄλου τὸ στόμα τὸ χριστιανικοῦ λαοῦ, καὶ ἀφουλάττειν, καὶ ἀφουλάττειν κατὰ τὴν νοῦν, νοῦν ἃ ἡγεμονία τὸν βασιλεῖα τῶν ἀπάντων θεῶν κατὰ τὴν νοῦν, καὶ ἀπ' αὐτῶν τὰς τῶν ὄλου στόμα τὸ διοικησὶς ἀφουλάττειν, καὶ κυβερνώσα καὶ ἀφουλάττειν. Οὕτως οὖν πρὸς θεὸν δὲ σὺ βίως καὶ ὁρθοδόξως, καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνους θεράποντας ἀφουλάττειν ἀφουλάττειν, καὶ τοὺς νόμους τῆς θείας πίστεως, καὶ τοὺς βασιλικοὺς νόμους ἀφουλάττειν ἀφουλάττειν. ὡς ποιῶν σε κείματα καὶ ἀφουλάττειν ἐν μέσῳ τῆς γῆς σου.

Ex epilogæ.

Chæcus sic: Quæ igitur ad Dei cultum pertinent, in primis obseruanda & constituenda sunt, vt qui ipiritus est, in spiritu & veritate ab omnibus colatur; & quæ fidei vitæq; præcepta reliquit, ea precibus impetremus, vt faciamus quæ diuinis literis imperat vt agamus, & fide in illum, amore ac dilectione omnium in Christo

I b s v renatorum, ad Christum perfectionem legis aspiremus, vt per illum, in quo omnia Deo complacita sunt, nos quoque Deo placeamus, & iustitiam erga omnes, etiam inimicos, æquitatemq; teneamus. Religione in Deum non modo cognita, verum etiam culta, & honoribus Regi secundum Deum delatis, qui gladium à Deo sibi commendatum non temerè gestat. Deinde sacerdotibus Dei, qui quantum in se est, pacere debent gregem Christi, aliqua in veneratione habitis, atque adeo diuinis Fidei legibus, summa obseruantia, omniq; animi inductione ab omnibus obseruatis, Regias leges minime transgrediamini, vt iustitia & iudicium in medio terræ nostræ fiat.

Cum debuisset vertere: Quapropter quæcumque ad Dei cultum pertinent, tibi sunt, Imperator, præ ceteris omnibus procuranda, cauendumq; in primis est, vt non solum erga Dei sacerdotes & Pontifices honor & cultus retineatur, sed eius etiam templa, quasi a syla, sancta conseruentur, vt eorum, qui eò perferunt, nemo abripiatur, nisi interueniente Regiæ nostræ potestatis iudicio. Sacra etiam Monachorum asceteria, quiq; in illis virginitati operam dant, à damno ac vi remota, intrataq;

ginta sagittarum, tum etiam tribuli lignei cum paruis sagittis, paruisq. cucuris, A
quæ & procul arcubus iaciuntur, & inimicis vsui esse nequeunt.

CAUTIO IN LEGENDIS FABULOSIS, QUAE
tum soluta oratione, tum metro sunt scripta.

Caput XXV.



T vero quoniam magna animis clades infertur è fabulosis scri-
ptoribus; atque è Poëtarum lectione, nisi casti, vel obscenitate
sublata, castigati omnino prodeant in lucem; ideo huc nonnulla
præstat adiicere. Vt igitur Historici & Chronologi, quive me- B
thodum historiæ scribendæ tradiderunt, fugiendi sunt si hæretici
fuerint; sic parum, aut nihil curandi, qui vel fabulas pro histo-
riis attulerunt, vel interdum inquinare magis, quam purgare &
illustrare legentium animos solent, siue Ethnici, seu Christiani fuerint. Græcas hi-
storias Scipio apud Liuium^a nõ aliter ac fabulas refert. Testimoniorum autem re-
ligionem Græcos haud coluisse testis est Cicero,^b qui alibi inquit: c Apud Hero-
dotum Græcæ historiæ patrem, & apud Theopompum esse innumerabiles fabulas,
ob idq. illum titulis Musarum poetice prænotasse libros suos. Xenophontis Pædiæ
Cyri fictam esse Quinætilianus^d ostendit, cum alio quoque loco addat, Græcos li-
centiam sibi vsurpasse poeticam. At & ipse Plutarchus^e (Græcus licet, prudens
tamen historicus) non diffitetur extitisse plures suo illo sæculo publicos annales C
Græcorum, præter nuncupatos canones temporales, quos quoniam inter se pu-
gnant, fidenter reiicit. Pausanias^f item & ipse Græcus, Græcos ait historicos
non omnia ad historiæ veritatem commemorasse, ideoq. communem opinionem
esse seruandam: vt non minus vere, quam falsè Iuuenalis^g tritum illud reliquerit:

— Quidquid Græcia mendax
Audet in historia.

^a Lib. 28.
^b Cic. in o-
ratione pro
Flacco.
^c Cic. 1. de
Legib. & ad
Quinætilium
fratrem.
^d Quinætil.
lib. 10. cap. 1
^e Plutarch.
in Solone.
^f Pausan. in
Corinthia-
cis.
^g Iuuen. sa-
ty. 10.

^h Philo lib.
1. de de vita
Mosis.
ⁱ Ioseph. lib.
1. Antiq. ca.
10. & lib. 1.
contra Ap-
pionem.
Vide Theo-
doretum de
curan. affect.
Græcorum.

Id cur à Græcis antiquioribus factū sit, Philo^h & Iosephusⁱ referunt; quæ huc cõ-
ferre operæpretium fuerit. Is loquens de vita Mosis: Ipse vero (inquit) quis fuerit,
non multis satis notū est; fortasse propter inuidiam, aut propter institutorum eius
ab aliis ciuitatibus in plerisque discrepantiam, scriptoribus Græcis non dignatis
eum memoria: quorum maior pars facultate scribendi abusi sunt tum in oratione D
soluta, tum in poematibus, verū ad comœdias, & fabellas sybariticas notæ turpitu-
dinis obscenitatisque: cum debuissent naturæ donis vt ad prodendas res gestas, vi-
tasq. bonorum virorum: vt nec honesta exempla vetera nouaq. traderentur obli-
uioni ac silentio, cum præluere possint posteris; nec omisiss melioribus argumētis,
auditu indigna anteponerentur, prætexta probris honestatis specie. Verum ego
istorum inuidiam prætereo, malens de hoc viro dicere quæ è sacris libris didici,
quos reliquit mirandum monumentum suæ sapientiæ; & à quibusdam nostræ gen-
tis senioribus, qui veteri lectioni semper attexebant aliquid: quo magis vita ho-
minis est mihi cognita. Hæc Philo. Iosephus autem, cum de dispersione gentium
in vniuersas terras post ædificationem Babylonicæ Turris ageret: Illq. ex tempore E
(ait) dispersi sunt passim propter diuersitatem linguarū, coloniis vbique deductis, &
eam terram cum suis vnusquisque occupauit, ad quam eos Deus adduceret; vt tã
maritima, quam mediterranea cultoribus replerentur. Nec defuerunt qui concen-
sis nauibus ad insulas habitandas traicerent. Porro gentium quædam adhuc ser-
uant deriuatam à suis conditoribus appellationem, quædam etiam mutauerunt,
nonnullæ in familiarem accolis & notiozem vocem sunt versæ, Græcis potissimum
talis nomenclaturæ auctoribus. Hi enim posterioribus sæculis veterem locorum
gloriam sibi vsurpauerunt, dum gentes nominibus sibi notis insigniunt, dumq. tam-
quam ad suum ins attinerent, mores quoque proprios in illas inuehunt. Hactenus
Io-

A Iosephus. Hinc ergo sapienter & B. Hieronymus: Non debemus (inquit) eorum
auctoritati acquiescere, quorum mendacia detestamur. Et in Concilio Florentino
decretum est, Græcorum (vti & Romanorum Ethnicorum) historia nequaquam
in rebus Fidei esse vtendum: quare & Innocentius solas Ecclesiasticas historias
in causis Ecclesiæ finiendis approbavit.

Concil. Flor.
sess. 7.
Innocent.
disp. 20. c. de
quibus.

Ac tamen, quamuis hæc ita se habeant, ij tamen ex Ethnicis non inutiliter suo
tempore legi poterunt, qui veraciores habiti, testimoniū quoque à prudentibus, &
à Christianæ Ecclesiæ luminibus habuerunt; quales Polybius, Dionysius Halicar-
nassæus, Thucydides, Strabo, Pausanias, Diodorus item Siculus, quem primū apud
Græcos defuisse nugari Plinius scribit; quemve Iustinus Martyr, Africanus apud Eu-
sebiū, Cyrillus, Tertullianus, Hieronymus commendant, quidquid contra eum,
B minus vere scripserit Viues.

Ecclesiastici autem antiquiores, qui Græce post Christum Dominum historias
conscribere, minus in ijs claudicarunt; tum quoniam post institutas Olympiades
Græci (quod ait Eusebius) intra cancellos veritatis sese magis continuerunt; tum
quod ob ipsum Religionis Christianæ donum magis abstinerunt à mendacijs. Et
tamen sic isti legendi sunt, vt antiquorum Patrum, qui etiam fuerunt eiusdem gen-
tis, monita ne obliuiscamur. Eusebiū enim Cæsariensem quamquam merito B.
Hieronymus collaudat, quod diuinæ Bibliothecæ fuerit cum Pamphilo Martyre
studiosissimus, & Chronologiam ex probatissimis auctoribus libauerit; alibita-
men testatur aperte fuisse propugnatorem Arianae impietatis: cuius idcirco epi-
stolam publice lectam, quoniam Arianismum sapiebat, reiicit septima Synodus: &
Epiphanius scribit, in omnibus opusculis, potissimum historicis, fuisse Arianum,
ac duplicis animi, & Synodo Nicænæ subscripsisse: Gelasiusq. Pontifex eo nomine
respuit in ijs, quibus Origenem laudat, vt attigimus supra capite decimo octauo;
cum ceteroquin Chronica eius & historica, fide digna censeat, quæ ideo frequens
vltus reuocauit Ecclesiæ.

Eusebius de
prepar. E-
uang. lib. 10
cap. 3.

Hierony. in
Catal. scri-
ptorum Ec-
clesiastic.

Idem ad P-
machium ad
Ocean. ad
Cresiphon.

Historiam vero Tripartitam (præter quædam, quæ Socrati, Theodoretō, Sozo-
meno interdum tribuuntur, quod in Bibliotheca sacra dicemus) vitiauit sua ver-
sione Andreas Musculus, additis falsis inscriptionibus, quibus à veritate (vt reli-
qui solent hæretici) legentes auerteret. Quamobrem quam Christophorus con-
uertit, ea potius legenda est, & Musculi, ac si qua similia alia extat, igni tradenda.

Sed sanctissimi illi Pontifices, qui sanguine fundarunt Ecclesiam, & reliqui
D Græci Patres, qui probatissimi sunt, Basilius, Gregorij duo, Chrysofomus, & reli-
qui, cum multa sui temporis & maiorum nostrorum commemorarent, inoffenso pe-
de legendi sunt, summo fructu, solida voluptate, optimo Christianis exemplo.

Verum enimvero præter antiquiora illa tempora, inter eos Orientales, qui Chri-
stum agnouere, cum postquam sese à Catholicæ fidei regula seiunxerunt, menda-
cijs aduersus orthodoxam Fidē intexuerūt historias suas, ii cautissime legēdi sunt,
E præcipuè qui ab octingentis annis de rebus ad Religionem, Imperiumve spectan-
tibus egerunt. Cum enim in Latinos implacabile odium concepissent; cum item
Patriarcham Constantinopolitanum, primò æquare, deinde præferre Pontifici Ro-
mano, successori Petri Apostoli conati sunt, cumq. Canones hæresibus asper-
sos, in Synodos ipsas latenter ausi sunt inferere ad perniciem Orientis, quæ po-
stea secuta est atrocissima; vix vlla ab iis prodiit historia, quæ mendacijs haud
scatuerit.

Vide aucto-
ris librū de
Notis verbū
Dei; vbi de
quatuor præ-
misse Synodis,
& de calu-
bati aduersus
sus Chyrgū.

Iam vero de Poëtis itidem fabularum plenis primū audiamus Augustinum,
qui sic libro primo Confessionum suarum, capite sextodecimo inquit: Sed vā tibi
flumen moris humani, quis resistet tibi? quandiu non siccaberis? quousque vol-
ues Euæ filios in mare magnum & formidolosum, quod vix transeunt qui lignum
conscenderint? Nonne ego in te lego & tonantem Iouem, & adulterantem? &
vtique non posset hæc duo; sed factū est, vt haberet auctoritatem ad imitandū ve-
rum adulterium, lenocinante falso tonitruo. Quis autem penulteriorum magistro-
rum au-

rum audiat aures sobria ex eodem puluere hominem elamantem & dicentem: Fin-
gebat hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat, diuina mallem ad nos. Sed
verius dicitur, quod fingeat hæc quidem ille, sed hominibus flagitiosis diuina tri-
buendo, ne flagitia putarentur, & vt quisquis ea fecisset, non homines perditos,
sed cælestes Deos videretur imitatus. Et tamen, ò flumen tartareum, iactantur
in te filii hominum cum mercedibus, vt hæc discant, & magna res agitur, cum hoc
agitur publice in foro, in conspectu legum super mercedem salaria decernentium;
& laxa tua percusis, & Ionas, dicens: Hinc verba discuntur; hinc acquiritur elo-
quentia rebus, persuadendis, sententiisq. explicandis maxime necessaria. Ita vero
non cognosceremus verba hæc, imbrem aureum, & gremium, & fucum, & templum
cæli, & alia verba, quæ in eo loco scripta sunt, nisi Terentius induceret nequam
ad adolescentem proponentem sibi Iouem ad exemplum stupri, dum spectat tabulam
quandam pictam in pariete, vbi inerat pictura hæc, Iouem, quo pacto Danae mis-
sisse aiunt in gremium quondam imbrem aureum, fucum factum mulieri. Et vide
quemadmodum se cõcit ad libidinem, quasi cælesti magisterio. At quem Deum,
inquit? qui templa cæli summo fonitu concutit. Ego homuncio id non facerem?
Ego vero illud sponte feci, ac lubens. Non omnino per hanc turpitudinem verba
ista commodius discuntur, sed per hæc verba turpitudine ista cõfidentius perpetra-
tur. Non accuso verba, quasi vasa electa atque pretiosa, sed vinum erroris, quod
in eis nobis propinabatur ab ebriis doctoribus; & nisi biberemus, cædebamur, nec
appellare ad aliquem iudicem sobrium licebat: & tamen ego, Deus meus, in cuius
conspectu iam secura est recordatio mea, libenter hæc didici, & eis delectabar mi-
ser, & ob hoc bonæ spei puer appellabar. Hæc B. Augustinus. Cui succedat S. Basi-
lius, qui cum librum conscripserit de ratione legendorum Poetarum, vel librorum
Gentilium, inter alia sic ait: Nam prauis affuescere sermonibus, via quædam est ad
rem ipsam; ideoq. omni custodia animi cauendum est, ne per sermonis volupta-
tem delintri, prauum aliquid assumamus, veluti qui venena cum melle concin-
nant, atque occultant. Ibi enim (subdit) bellum est sine præcone, adulteria præ-
fertim, stupraque, & amores Deorum obsceni, & hi maxime principis omnium,
& dominatoris Iouis, vt aiunt. Quæ sane scelera si quis de feris dixerit,
erubesceret.

Atqui Clemens Alexandrinus antiquior istis, atque ideo temporibus Ecclesie
primitiæ propior: Deorum (inquit) itaq. nuptiæ, & liberorum procreationes, &
puerperia, & adulteria, quæ canuntur, & conuiuia, quæ à Comicis recitantur, &
rifus, qui in potu inducuntur, incitant me, vt vociferer, etsi velim tacere: O im-
pietatem, scenam cælum fecistis, & Deus vobis factus est Agnus, & quod sanctum
est, dæmoniorum personis in comœdia ludificati estis, verum Dei cultum ac reli-
gionem, dæmonum superstitione libidinose & obscene inquinantes.

*Sed pulsans cytharam, pulchrè is prælude re cepit,
Cane nobis, ò Homere, pulchram aliquam cantilenam,
Furtiuum pulchrè venerisq. & Martis amorem
Vulcani in lecto, vt fuerit congressus amantum
Primum, & per multa incestarit dona cubile
Vulcani Regis.*

Define canticum, ò Homere, non est pulchrum; docet adulterium. Nos autem ne
aures quidem stupris, ac fornicationibus inquinare volumus. Sumus enim nos, su-
mus qui Dei imaginem circumferimus in hoc viuo, & quod mouetur simulachro,
homine, simul habitantem imaginem, consulentem, colloquentem, contuberna-
lem, & quæ nostris mouetur affectionibus, & est affectionibus omnibus superior.
Nos Deo donati & dedicati sumus pro Christo, genus electum, regale sacerdotiũ,
gens sancta, populus peculiaris, qui aliquando non populus, nunc autem populus
Dei, qui (vt ait Ioannes) non sumus ex iis, qui sunt inferius, sed ab eo qui venit su-
perne, vniuersum didicimus; qui Dei œconomiam, seu carnis susceptæ dispensatio-
nem

*Quam
autem mo-
do liceat ho-
mana ad
Deum tras-
fere, videtur
pius vir S.
Dionys. A-
reopag. cap.
1. Eccl. he-
var. & Ha-
drianus in
Isagoge sa-
crarum li-
terarum.
Theophanè
lib. 1. contra
Iudæos: &
B. August.
de Doctrina
Christiana.*

*Terentius
in Eunuchis.*

¶

*Oratione
adhort. ad
Gentes.*

A nem mente comprehendimus; qui, vt in vitæ nouitate ambularemus, nos exercui-
mus. Hactenus Clemens.

Neque vero solum isti, sed & qui consecuti sunt eos, summi Põtifices, atque Impe-
ratores sanxere legibus, ne quid prodiret in lucem, quod aut turpitudinem, vel Ma-
giã, aut hæresim saperet. Nouerant enim quemadmodum ex falsa philosophia hæ-
reses (vt inquit Tertullianus) suboriantur; & vt Priscillianistæ (sicut a Gregorio
Nyssano scriptum est libro de Fato) inde fatalibus stellis alligatos esse homines
docuerunt: sic per Iulianum Apostatam, totam ferme Christiani ædificij molem
fuisse subuersam, dum Græcismum, & Idololatriam à Poetis Gentilibus, tam sæpe
deçantatam transmisit ad posteros. Sane à Philistione quodam Poeta antiquissi-
mo Gnosticos, atque ante eos Simonem ipsum Magum, suarum hæresum figmenta,
venenaq. hauisse, Epiphanius refert; cum & ad Hesiodi imitationem triginta cæ-
los, totidemq. esse Deos, Valentinus hæresiarcha commentus esset, aduersus quem
B. Irenæi extat eruditus liber. Sed & Ethnici ipsi, vt Plato, Seneca, & reliqui, pe-
stem istam ablegare è Rebusp. curarunt: & Plutarchus propterea librum de ratio-
ne legendi poetæ edidit; ad quos poetæ qui velit accedere, non minus paratus sit
(inquit) oportet, quàm qui ad vitandã ebrietatem, amethyftis de collopendenti-
bus vtuntur. Sicut enim (ait) ad vrbs expugnationem, reliquis aliis obseratis, sa-
tis vna est, quæ pateat, porta, qua hostes irrumpant; ita custoditis sensibus, si ipsæ
tantum aures falsa turpiaq. excipiant, summam afferunt perniciem menti, cuius
prope sedem locatæ sunt. Quamobrem & perito dace opus esse monet, & inter fa-
bulas, atque commenta, quæ tumultu omnia opplent, mentemq. è proprio quasi
deturbant loco, cautissime incedat oportet, quisquis salutis suæ curam serio gerit.

C Hæc ille. At Seneca de Homeri carminibus, Quid (inquit) ex eis merum demit, cu-
piditatem eximit, libidinem frænât? Quid (addamus nos) Virgilij Eclogæ, vel
Aeneas ipse ex Venere & Anchise pastore natus; & Idololatriam, & Penates secũ
Deos è patria ferens, & venatione venatus sordidissimam cum Didone cõmixtio-
nem, & mortuis humanas victimas immolans, & ignem cruore hominũ, quasi oleo
pascens, & denique Turno, licet sã dedit; necem infrens; ecquid (inquam) hæc
omnia solidarum virtutum habent; aut ecquem stimulum ad pietatem addere cui-
quam possunt? Vt mittam quæ de infernis terræ partibus, de animabus quæ è
corpore migrarunt, de Deucalione, de Parcis, deq. aliis eiusmodi scripta sunt à
Poetis, hæc fatana fraudibus inuecta esse, vt certissimam & antiquissimam fidem
de Deo, mysteriisq. nostræ Religionis, incertam & obscuram redderet; quasi fabu-
læ & inuenta essent hominum, quæ os Domini multo antea hominibus reuclau-
rat. Fœditates vero istas Poetarum agnouit ipse Ouidius, cum dixit:

*Eloquar inuuis, teneros ne tange Poetas,
Submoneo dotes impius ipse meas.
Callimachum fugito, non est inimicus amoris:
Et cum Callimacho, tu quoque Cõe noces.
Me certe Sappho meliorem fecit, amice
Nec rigidos mores Musa Thaleia dedit.
Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli?
Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit?
Quis potuit lecto durus discedere Gallo?
Et mea nescio quid carmina tale sonant.*

E Itaque & Tibullus, & Propertius, & Catullus, & Martialis, ac ceteri similes, quos
suorum quoque Deorum dedecoratores vocat in Apologetico Tertullianus, Chri-
stiano pectore explodendi sunt, ac saluti propriæ consulendum potius, quàm impro-
bæ illi consuetudini assentiendum, cui B. Augustinus (cuius verba supra retulimus)
æternam impendere damnationem ostendit.

Quanto vero magis ij reiiciendi, qui cum Christo nomen dederunt, iisdem tamẽ
istis maculis scripta sua inquinant? Inuocari autem ab ipsis Christianis falsos
Deos, qui nihil sunt, ecquantam aperuit fenestram negandæ veræ cælitum inuoca-
tionis?

*l. damnato.
l. quicquid.
C. de heresi
eis.*

*Plato lib. 7.
de legib. &
li. 2. de Rep.
Dion. li. 5. 4.
de Casar.
Suisson. in
Augusto.
Plutarch. in
Cuma.*

*Seneca ad
Liberales,
de liberali-
bus arribus.*

*Ouid. lib. 1.
de remed. o-
mor.*

tionis? Sacrificia item Gentilium carmine celebrare, ecquid machinae non admo-
uit ad submouendum iuge ac Christianum sacrificium? Turpissimae autem illae for-
des, quas insperere suis poematibus; quem non dimouerunt est statu tandem ac fir-
mamento veritatis? Introducere denique Protheum ad Christi Natiuitatem; &
vitam praedicandam (quod fecit Sannazarius) ecquid dignitatis afferre potuit?
Sapienter igitur Gregorius Nazianzenus, cuius (sicuti & Latinorum) non defunt
honestissima & iucundissima carmina: Organum; inquit, Dei sum; a bene modum
latis carminibus, Dei, quem omnia contremiscunt, laudes cano. Cano, inquam,
non Troiam, non Argonautas, non aprinum caput; non celebrem Herculem; non,
quomodo aptissima compage terra cum mari cohaereat; non gemmarum splendo-
rem, non caelestium orbium cursum; non furiosos amores; non eximiam iuuenis
lyram prioribus digitis molliter pulsantium, formam. Verum Deum illum magnum,
Trinitatisque lumen cano; magnosque Angelorum hymnos, quibus proprius stantes,
certatim Deum celebrant. Cano etiam mundi concentum, & quidem praesentis
vitae concentu longe praestantiorum; quae, omnibus rebus ad vnum finem prope-
rantibus, auide expecto. Cano insuper immortalem Christi passionum gloriam;
quibus me, humanam formam caelesti admiscens, diuinitate affecit. Mixtionem
meam, & temperationem cano (neque enim creationis meae ratio vlllo sermone
pro dignitate explicari potest) quove pacto ex caelesti & terrena natura concinna-
tus sim. Hominibus postremo Dei legem, mundi que facinora, ac consilia, resque
vtriusque fidem cano, vt nimirum & illa animo tuo condas, & ab his quam longis-
sime fugias, diemque aduentantem extimescas. Haec sunt, quae lingua mea, cytha-
ra cuiusdam instar, modulatur. Quod magis nobis, qui sacerdotii munus obimus,
providendum est, ne quem vllum sonum edamus; qui ab huiusmodi concentu di-
screperet. Equidem ipse puris sacrificijs, quibus magnum illum Regem mortalibus
eocilio, puram linguam seruabo. Neque enim committam, vt ab aliena lingua, foedaque
atque obscena mente viuificum illud sacrificium purissimo Deo mittam. ex vno
eodemque fonte non simul & dulcis & amarulenta aqua scaturiet; purpureae vesti-
coenum minime conuenit. Quid enim? Non ne sacerdotis filijs ignis alienus olim
exitium attulit, quod sacrificio manus suas impure admouissent? Nonne sacrofan-
cta Dei arca mortem ei accersit, qui labantem & inclinaram contrectauit? His
exemplis commoueor, grauissimeque vereor, ne quid mihi mali, puram Trinitatem
impure attingenti, diuinitus accidat. Atque vtinae scelerata quoque mentem dies
multos huc illucque temere vagantem, velut freno quodam, propius ad metam co-
gere, atque insectere, aut certe a fraude & impostura omnino liberam in pectore
retinere liceret. Haec (Graeco licet carmine) Nazianzenus.

*Cum plurimum Poetarum obscenitas vix tolli possit, vlla ne ratio ineunda sit,
qua quidquid in ijs est boni, ad usum adhiberi possit,
absque honestatis periculo.*

Sed neque satis est quod diximus, nisi quadantenus satisfiat ingenijs, quae ve-
terum Poetarum elocutione priuari nolunt. Eo vero minus, quod hoc saeculo
excitata mirifice sunt poeseos studia, additaque incitamenta ab ijs, qui obscenos
poetas Graecos & Latinos, versionibus & scholijs illustrarunt, ac de ipsa poesi vbe-
rius, quam antea factum sit, scripsere. Inter quos Iulius Caesar Scaliger visus est
primas tulisse. Quare factum est, vt, quum eorundem Poetarum lectio ab optimis
viris tolli prorsus nequiuisset, saltem obscenitate sublata, emendatos non ita pri-
dem ediderint, Sed neque hoc omnino processit. Cum enim demptis plerisque ma-
terijs, appositae stellulae, relictique essent quasi hiantes loci, hi potius lectores ille-
xerunt, vt integra poemata conquirerent, quae alias fortasse neglexissent. Acce-
dunt commentarii, & dictionaria, reliquave eiusmodi foeditatibus iisdem scatentia,
quae si qui pii viri mundarent, sanctum esset operae pretium. Ceterum ea purgandi
ratio,

A ratio, quae pro turpioribus verbis aut rebus honestiora subrogat, non probatur:
tum quia quaeuis adhibeatur purgatio, semper tamen liber, cuius argumentum
turpe sit, pristinum ac natium redolet odorem, aut saporem. Certe ipse dicen-
di character, allusiones, rerum series, vis affectuum, schemata, aliaque huiusmo-
di, quod virus hauserunt ab auctoris animo, in lectoris mentem, quamuis ea de
re nihil cogitantem, latenter instillant: tum quia quidquid in eorum, quae scrip-
psit auctor, locum sufficitur, vix pertingere potest ad eam vel inuentionem, vel
Latinitatem, quae ceteris respondeat. Quare huiusmodi expurgatio non proba-
tur, nisi cum & paucissimis esset adhibenda oculis, & commode ac cum di-
gnitate praestari posset: alioquin ineunda potius videtur alia quaedam ratio
longe aptior, nempe vt ex vno aliquo auctore, verbi gratia, Horatio seligan-
tur honestae tantum Odae, praetermissis turpibus poematibus; titulus vero libro
praefigi posset huiusmodi: Selecta quaedam ex Horatio, vel ex Catullo, vel ex
Tibullo, &c.

Qui etiam Flores (ne dicam spinas) Poetarum collegerunt, vt Textor; vel
comparationes eorum inter sese contulerunt; non separarunt pretiosum a vili.
Primum ergo a Poetis, qui insanabiles sint, non omnia quaecumque scripto
mandarunt, discenda sunt. quamobrem sat esto, si quae ex bonis Poetis hau-
riri nequeunt, ea tantummodo ex alijs sumantur, quae ad poeticam elocutio-
nem spectent. Nam inuentionem & dispositionem imaginum abunde suppeditant
nonnullae partes Virgilij, Horatij, Senecae; aliqua item Claudiani pane-
gyrica, parsque Siluarum Statij, ac siquid in elegantioribus epigrammatibus
Claudiani, Aufonij, Martialis, eiusmodi sit, quod sine labe a Christianis
oculis adspici possit. At cum poetica elocutio praecipue iuuanda sit exemplis,
descriptione rerum, locorum, personarum, temporum, comparationibus, &
similibus, ornatuque sententiarum, & fictionibus rerum vel naturalium, vel
moralium, vel aliarum; breuib; illis sane, sed exquisitis; haec est Lucretio,
Catullo, Tibullo, Propertio, Ouidio de Arte, de Remedijs, de Metamorpho-
sibus; Achilleide Statij; Claudiano, Silio Italico, Lucano, Terentio, Plauto,
sicpeti possent, vt ad quattuor, tamquam locos communes & capita, prius red-
acta essent. Primum, Descriptiones bellicorum apparatusum, congressuum,
victoriarum, Veris, diei, temporis, inuidiae, fluminis, animalis alicuius, &
aliorum eiusmodi, quae sunt prope innumera. Secundum, Comparationes;
D quarum disponendarum ratio est Scaligero poterit hauriri; cum ceteroquin eam
ipse rem potius delineauerit, quam absoluerit. Tertium, Sententiae honestae
ac graues, quae pro virtutum ac vitiorum ordine, quando plerumque ad hu-
manas actiones pertinent, quanto vberiores essent ac selectiores, tanto ad-
mirabiliorem vim haberent ad informandos animos, puritatemque & elocutio-
nem illam solidam insinuandam. Quartum, Fictiones, quae tum est Latinis,
tum item est Graecis, Homeri, Pindari, Hesiodi, & aliorum poematibus (adiuncta
Latina versione) possent decerpi; cuiusmodi illae sunt: Quod terra columnae
innitatur: quod mundus hic aurea vinciatum catena; quod Fama sit monstrum:
quod serpens, qui caudam mordet, sit tempus: quod dum Deus loquitur,
creaturae contremiscant, & altum agant silentium. Praeterquamquod ad tol-
lendam obscenarum fictionum occasionem, pleraeque poeticae inuentiones bre-
uissimae suo ordine locari possent est Mercurio Trismegisto, Platone, Philone,
Plutarcho, Maximo Tyrio, sanctisque ipsis Patribus, quos diuinus spiritus mi-
rifice afflauit.

De Iulij Casaris Scaligeri Poetica, obseruatio, & cautio.

¶ **Q**uoniam vero, vt dixi, primas tulisse videtur Scaliger inter eos, qui de arte Poetica scripserunt; non inutile fuerit, pauca eo de libro huc summam adiciere: Spissum nempe esse opus, & sagacis ingenij, ac magna in homine eruditionis argumentum. Verumtamen concoquenda erant multa, vel reuocato identidem operis examine, & saltem aliquandiu (nisi in nouennium voluisset) presso, vel aliena etiam adhibita lima; quando laborum nostrorum, quasi propriorum partuum, amor abripit animos; ac plerumque obiectas trabes non finit eos inspicere, qui solent in festucis alienis esse Lyncei. Id certe in tanto viro, quo forsitan maiorem hæc ætas non tulisset iis in disciplinis, **B** quas attigit, dolendum est, minus eum ad petram, ex qua excisi sumus, respexisse. quare & licenter ea interdum suis scriptis interfecit, ex quibus iacturam pati non mediocrem pietas queat. Cùm igitur opus illud partitus esset in libros septem, Historicum, Hylen, Ideam, Parasceuen, Criticum, Hypercriticum, Epinomidem; pollicetur se de Poesi historice scripturum. Quod si præstitisset, neque tribuisset Piero Macedoni poeseos originem, nec vetustissimum poema fecisset Pastoralia, nec pastores aratoribus fuisse antiquiores dixisset ex Varrone & Thucydide. Constat enim, Mosem omnibus scriptoribus illis, vnde ista eruit, fuisse antiquiorem, cui & poeseos originem rectius alij tribuerunt, vti accurate monstrat Polydorus Virgilius: quamuis & Moses, ortam cum natura & conditione mundi poesim, non leuibus iudiciis prodatur: quod & Aristoteles dixisset planius, si mundi originem cognouisset: Nobiscum enim nasci poesim inquit. At & hymnos Mosi, Bucolicis multò esse antiquiores, liquet; vt Clemens Alexandrinus sexto Stromatum libro rectissime scripserit, harmoniam Psalterij fuisse antiquissimam, quæ & Terpandro præbuerit exemplum ad Doricam harmoniam inuehendam. Quod si mentem reuocasset Scaliger ad sacram Genesim, Abelem vtique pastorem, & Caimum agricolorem, eodem vixisse tempore meminisset. Illud verò à lectoribus sobrie accipiendum est, quòd aduersus finem, quem ipsemet Poesi statuit, scripserit; quòdque cum dicat, Lyrica tota fere esse in lusibus, amoribus, & potationibus, Anacreontem tamen, & alios quosdam, atque adeo Carulli Hymenæum laudet. Ecquid vero illhinc haurire adolescentum procliuia ad libidinem ingenia possint, in quorum salute procuranda Deus ipse (vt habet Scriptura diuina) laborat sustinens; iudicent qui sese à Deo ad cæleste patrimonium conditos; attentius inspiciunt.

Lib. 1. cap. 2
Cap. 4.Cap. 44
50.

Sed & vnà cum hæresibus talia Poetarum monstra reuixere Geneuæ, cùm Theodorus Beza, olim hoc in genere versatus, quod per sese ipsum facere volebat ob Euangelij speciem, faces Henrico Stephano subministravit, vt nitidissimis typis Græce ac Latine vbique magno adolescentum malo per Christianum orbem spargerentur.

Ad Scaligerum porò quod attinet, cauendum est, nequid in animos impium irrepit, dum vident, quæ de ritibus ille, aliisque Religionis Christianæ capitibus oblique (at obiter) carpit. Cùm enim suis libris, siue is, siue hæretici hæc insperferint, sanè potest hominis auctoritas & eruditio sensim mentes auertere à semita, quæ Christianis rectissime terenda est, si ad Dei voluntatem finemque suum ferantur. Reliqua vero in quibus forsitan abundantiore sensu, Aristotelem, Pausaniam, & ceteros notat, non adeo magni momenti videri possint, vt præcaueantur; nisi quòd quanto circumspectior in eorum quoque veritate vestiganda curauerit esse iuuentus, tanto postea oculatior fiet aliis in grauioribus rebus, vt neque omni spiritui credat, & id quod bonum est, tantum

A tantum requirat & teneat. Neque enim desunt, qui ægreferunt, à Scaligero reprehendi Aristotelem, qui tragœdiam in fabulam, mores, dictionem, sententiam, apparatus, melodiam, diuiserit; cùm tamen hunc doctissimi viri tueantur, eo loco non quantitatis, sed qualitatis partes enumerantem. Platonem autem accusandum esse non censent, quasi omnes è Republica poetas exegerit (quem tamen excusat Maximus Tyrius, cùm improbos tantum eiecisse dicat) quòdque Phædonè & Symposia scripserit, quæ Scaliger nominat monstra. Nec me later, quæ de Pythiis ludis, Herculeque dicat; cum quo tamen Admeto Regi seruiuisse, constat è Pausania. Ac cùm de coronæ vsu loquitur, quem à Promethei vsque temporibus deductum à doctioribus scribit, potuisse addere, eundem morem ab Athenæo ex vetustissimo auctore tributum Iano fuisse: & Tertulliano referete ex antiquissimo scriptore **B** Claudio Saturnino, Pandoræ tributam primam coronam: qui item scribat, sensisse Phæcedem, Saturnum fuisse coronæ inuentorem: constare autem Saturnum & Ianum Prometheo fuisse priores: quin etiam Diodorum, eodem Tertulliano scribente, velle, Iouem, qui Prometheum vinxit, coronatum fuisse, victis Titanibus. Sed & alia sunt, quæ antiquitatis periti facile animaduertent, si alterum semper oculum antiquioribus legendis seruauerint; quemadmodum alteri parti audiendæ melior auris semper asseruanda est.

Cap. 11.

Cap. 2.

Lib. 1. cap. 2.

Cap. 23.

Tertullian.
de Corona
militis.

Porro non est hic locus, vt de Græcis, Latinisque poetis fufius loquar; quòd reliqua, quæ ad iudicium de iis ferendum pertinent, præter ea, quæ Quintilianus & alij attulerunt, ipse Scaliger suis libris, quinto, qui & Criticus dicitur, de imitatione & iudicio; & sexto, quem inscripsit Hypercriticum, egit diligenter. quinto nimirum, vbi confert Græcos poetas cum Latinis, ac in primis Homerum atque Virgilium, & ex his alios: sexto autem, quo scribit iudicium de ætatis poeseos Latinæ, quas statuit quinque: vbi expendit Plautum & Terentium, deinde & recentiores, Marullum, Petrarcham, Philelphum, Vægium, Bigum, Augurellum, Angerianum, Baptistam Fieram, Mycillum, Quinctianum, Baptistam Mantuanum, Carmelitam, Accium, Rogerium, Vulteium, Cordum, Molofsum, Amasæum, Alexandrum, Gaidanum, Mombritium, Rhodophilum, Doletum (quem reprobatur) Verinum, Egnatium (ac de Verino inquit: Circumferuntur Michaëlis Verini adolescentis quædam carmina maturo digna viro, quibus ob illius probitatem, ob ipsorum grauitatem, non solum à me nulla castigatio, sed etiam ab omnibus poetis debetur summa laus.) Strozios, Mutium, Palingenium, Pierium, Cottam, Aonium, Beatianum, Naugerium, Collatium, Alciatum, Castillioneum, Faustum, Bonincontrum, Lancinum, Altilium, Erasum, Melancthonem, de quo, vt de Strigelio, Aemilio, Acontio, Vuolffio, Camerario, si Scaliger ea quæ opus erant, in primis scripisset, minus eos laudasset, cùm & hoc ad hæreses illorum insinuandas male sanis mentibus possit addere stimulum: Quamuis & hæc libris adiuncta fuisse Scaligeri ab hæreticis, est cur dubitem, qui poemata ipsius viderim summa pietate scripta: vt neque mirandum sit, nihil de Prudentio, Sedulio, & aliis præcis ac piis poetis hoc libro à Scaligero agi, cùm hæc Geneuæ, vbi liber est editus, haud cudantur. Ceterum & reliquos poetas fere æquales nostros, ac certe huius sæculi, Scaliger iudicat, Pontanum, Sannazarium, Fracastorium, Cerratium, Bembium, Politianum, Vidam; in quibus, licet non semper, neque in omnibus, neruum, numerum, candorem, venustatem, admiratur, errores item notat, & corrigit. De alio autem nostri sæculi Poeta cùm quædam notet, quæ legenti Scaligerum eo loco sunt obuia, sic inquit: Idem etiam cùm Dominum I E S V M heroa vocat, valde me commouit sane vox impia, & vtroque indigna. ne arguetur quispiam heroem è semisse Deum, ex altero semisse hominem. Non possunt monstrorum signa vero Deo nostro conuenire. Nam qui ei Magnanimi quoque adiecit epithetum; aut Aristotelem, aut ipsum I E S V M ludere dicetur. Hæc ille.

Cap. 1. Hy-
percritici.

Hos cum expendisset, ascendit ad quartam aetatem; in qua agit de Macro, Seno, Sidonio, Calphurnio, Boetio, Aulonio, Paulino, Claudiano; de Nemesiano item acturus, nisi quod cum Gratio, qui fuit secunda aetate, eum comparaturus, illuc retulit de eo iudicium. Ac de Boetio quidem sic ait: Boetij Seuerini ingenium, eruditio, ars, sapientia facile prouocat omnes auctores, siue illi Graeci sint, siue Latini. Saeculi barbarie eius oratio soluta deterior inuenitur: at quae libuit ludere in poesi, diuina sane sunt, nihil illis cultius, nihil grauius, neque densitas sententiarum uenerem, neque acumen abstulit candorem. Equidem centeo, paucos cum illo comparari posse. Valla docet eum Latine loqui: at Vallam Boetius bene sapere. Sic Scaliger.

Mox uenit ad tertiam aetatem, in qua agnoscit Sulpiciam, sententiamque suam pronuntiat de Persio, Iuuenale, Martiale, Seneca, Valerio Flacco, Silio, Statio, Lucano; illud de Martiali pie, hoc est rectissime obseruans, cum inquit: Multa sunt eius epigrammata diuina, in quibus & sermonis castitas, & argumenti species luculenta est: uerius uero candidi, numerosi, pleni, denique optimi. Alia foeda ne legerem quidem, tantum abest ut ad censuram uocem. Sic ille.

Cap. 7.

Deinceps secundam persequitur aetatem; in qua Gratium, & Nemesianum, Quintilianum Varum, Sabinum, Propertium, Ouidium, Tibullum, Catullum, Horatium, examinat, nec tacet, quibus e locis explodenda sunt partes eorum ob impudicitiam & lasciuam; ut de Catullo item dicat: Multa (in eo sunt) quorum pudet; multa languida, quorum miseret; multa coacta, quorum piget.

At uero ut ad ipsa Iulij Caesaris Scaligeri poemata ueniam, quando & hinc aliquod de viro iudicium ferri potest, sciendum est, plura extare, quorum nomina haec sunt.

Apiculae, ubi Epistola.	Adamantij Catelli tumulus.	Urbes.
Nemesis.	Heroes.	Logogriphi.
Teretismata, ubi Saryrae.	Archilochus.	Manes Catulliani.
Noua Epigrammata.	Hipponax.	Ata.
Farrago.	Sidera.	Hymni.
Thaumantia.	Anacreontica.	Epidorpidum lib. viij.
Aræ Fracastoreæ.	Lacrymae.	De Regnorum euerfionibus.
Nymphæ indigenæ.	Aenigmata.	

Verum tamen quoniam & haec à Geneuēsis hæreticis edita sunt in lucem anno huius saeculi septuagesimo quarto, suppresso loci & Typographi nomine, propterea sciendum est, ut pleraque passim inspersa sunt aduersus Ecclesiam Catholicam, siue in Teretismatibus, siue in Hipponace, & Logogriphis, siue in libris Epidorpidum, & de Regnorum euerfionibus: sic ab iisdem hæreticis detruncata esse, quaecumque Scaliger de cælitum sanctitate, ueneratione, & inuocatione olim pie ac catholice scripserat.

Sed quoniam diximus supra, extare in aliis eius operibus nonnulla, quibus mores catholicae Religionis inique carpuntur, eadem omnia delenda sunt, & iuuenes pramonendi, ne quam inde labem mentibus suis aspergant: Quale illud, dum tamquam ridicula exprobratur corona Monachorum: aut cum haec ipsa leguntur uerba libro tertio Poetices, qui & Idea, cap. 1. Nam ista nostra monstra (inquit) quæ Monasticum addidere, non intelligunt, hominem esse animal sociale. Sic ibi. Vix autem crediderim, ab viro, qui peracri fuit iudicio, & plurimæ lectionis, ista excidisse, cum coronæ Monachorum, & sacerdotalis, plerique antiquissimi uiri mentionem fecerint, Dionysius Areopagita, Anicetus, Athanasius, Palladius, Hieronymus, Epiphanius, Augustinus: ac rursus coronæ sacerdotalis Hieronymus & Augustinus, Concilium item Carthaginiense, Toletanum; Isidorus denique, & Beda. Ac de statu Monachorum quæ encomia & in sacris & in Patrum scriptis passim extant, superuacaneum fuerit dicere iis, qui uniuersam antiquitatis scholam, ueteresque Christiani orbis Patres legerint. Videlicet huius uitæ (Monasticæ)

† Anicetus epif. ad Gallos. Arban. lib. de Virginit. Pall. in hist. Laus. sacra. c. 41. Hierony. ep. ad Sabiniā. Epiph. h. 80. Augustin. de opere Monachorum. c. 11. Hierony. ep. ad August. qua est 26. inter Aug. epistolas. Augustinus epif. 147. ad Proculianū Concilium Carthagin. 4. can. 44. Toletanum 4. can. 40. Isido. lib. 2. de off. diuinit. cap. 4. Beda lib. 5. hist. Anglorum. cap. 22.

Asticæ) auctor Paulus, (inquit ad Eustochium Hieronymus) illustrator Antonius, & ut ad superiora conscendam, princeps Ioannes Baptista: de quo, uti & de toto Monastico statu, cum sexcenti, ne dicam sex mille, tum Petrus Canisus, & Bellarminus noster egregie scripserint, blasphemias hæreticorum calumnias facile conuincunt: quæ eò procliuus irreperunt in opera Scaligeri, quò apud Ioannem Crispinum Caluinianum Geneuæ primo sunt editi, licet locum suppresserit, ut uanalia essent exempla: cum & quæ Roberti Constantini Medici ad eundem Io. Crispinum de Scaligeri libris inserta est epistola, post Scaligeri ad Silium filium præfationem, tollenda sit; nec ipse Crispinus ab Senatu Parisiensi edendi eos Poetices libros facultatè exprimere potuisset, nisi Lugdunensis typographi Antonij Vincentij opera & nomine abusus fuisset. Quare & priuilegium, & quod subiectum est Francisci Beraldi epigramma Græcum, tum in Scaligeri, tum etiam in eiusdem Crispini hominis pestilentis laudem, pari cura ab eodem hoc opere eximendum est.

De Amadiso, & aliis eiusmodi libris, quos variis linguis hoc nouissimo saeculo editos, nobiles potissimum uersarunt, magno pietatis damno, ad Magiam uero, & ad sortilegia, denique & ad hæresim ostio per eos patefacto; Cautio ad superius caput pertinens.


ET hinc quoque satana patebunt stratagemata, quæ expugnandis otiosioribus animis hoc saeculo adhibuit. Tentauerat enim omnibus saeculis, omniq. hominum generi uarias, tamquam peritus auceps, disponere pedicas, in quas illaquearet incautas mentes, dum à Deo certissimo scopo obtutum auerterent. Itaque curauit, Paganis spectacula edi, in theatris homines cædi, ab oraculis responsa peti, uocatos demones adesse uocantibus, & pleraque obiici spectra per eos etiā, qui cum Romani tenerent Imperij clauum, populos ita retineri in officio melius putabant. Accessit auctoritas quorundam Philosophorum, qui altius sapere uisunt, Iamblichus, Pseillus, Porphyrius, Apollonius Tyaneus; sed qui euauerunt in desiderijs & fatibus suis. Neque uero hæresis pene ulla coepta est, quæ talia non habuerit quasi progymnasmata. Tum enim dementatos istis præstigijs animos, securius inualit spiritus nequam, & audenter sub Dei specie, diabolica quæque femina proiecit, & abiit. Et quoniam post deceptas partes inferiores, ipsæ vires, irascibilis & concupiscibilis, obiectu fallacis fortitudinis atque libidinis, facile incenduntur, factum est, ut & istis machinis expugnata, nihil non auderent perumpere sepium, quibus animum, tamquā diuinum hortum, circumseperat Deus. Sic Poetarum illorum ueterum, de quibus diximus, tetros & impios labores cum satanas haud fuisse irritos expertus esset, fabulosa alia Nobilitati post multa saecula obtrusit, quæ fere quingentos annos Europam, & ipsas Principum aulas peruagata sunt. Inde igitur quò non intrarunt Lancelotus à Lacu, Perseforestus, Tristanus, Giro Cortesius, Amadisius, Primaleo, Boccaciq. Decamero, & Ariosti poema? ne hic enumerem aliorum ignobiliorum poetarum carmina male texta, & carè uendita. Et plerisque igitur istis omnibus, ut suauius uenena influerent, dedit de spiritu suo diabolus, eloquentia & inuentione fabularum ditans ingenia, quæ tam miseræ supellestilis uoluerit esse officinæ. In uno Amadiso ista intueamur. Venerat hic liber aliena lingua in Gallias; Luthero autem satanas iam utebatur tamquam mancipio in Germania, quæ pene omnis aut ceciderat, aut nutabat ad casum; cumq. in solidissima fidei Regnum uellet inuadere, Amadisium curauit in Gallicam linguam elegatissime uerbi. hæc prima fuit illecebra, & tamquam sibilus, quo inescavit nobilium aulicorum ingenia. Sparferat enim eo in libro, quisquis fuit auctor, amores foedos, inauditos congressus equestres, Magicas artes. Sic his mentes, illis corpora pertraxit in nassam, in qua innumeræ propemodum animæ perierunt æternum. Nam sic ablegata sunt studia sacrarum rerum, diuinæq. historiae obli-

Satana mirabilis astutus Nobilitatis, & milites corrumpit.

uioni sunt tradite, & harum loco Pantagruelles & ramenta quæque tartari successe-
runt; prælia Domini ignorata; inuocatio omnipotentis Dei omiffa, blasphemia re-
cepta, labe, & libido tamquam torrens inuecta; proq. veris militaribus studiis, hic
male sanus satanæ nouitatus professionem pessimam militiæ præcessit. Nihil igitur
tam adeo magni momenti esse (quin etiam festium sapere) videbatur, si quis
Magiam Vrgandæ, & Alchiuij, Arcelai, Meliæ, Magni Apollidonis passim recense-
ret. Sed interim instillabat sensum desideria satanas eadem experiendi, Magosq.
accerfendi, qui nouas ipsi humanarum mentium libarent primitias, & homines ad
ipsam imaginem Dei factos seuocarent ab vno vnus Dei sincerissimo cultu. Hinc
ergo scaturire, quæ postea vigerunt, sortilegia, lamia, auguria conquesta, consul-
ti à viris, qui videbantur eminentiores, dæmones, relataq. in siderum aspectus &
concurfus, euenta, sexcentaq. illa alia, quibus cadetia ipsis oculis vidimus Regna, B
quæ olim vna Christiana & Catholica religione per tot sæcula steterant.

IUDICIUM DE QUIBUSDAM ANTIQUIS

auctoribus, qui prudentiores habentur, Seneca, Cornelio Tacito, Plutar-
cho, & aliis: deq. huius sæculi scriptoribus haud vere Politicis,
Machiauello, Ioanne Bodino, Nua milite, & eiusmodi
aliis. Caput XXVI.



VAMVIS autem quæ hic dicturi sumus, ad humanam spectent hi-
storiam; expedit tamen, ut quædam hoc loco præmoneantur, quæ ad C
Latinos & Græcos magni nominis auctores, licet haud Christianos,
attinent. Cum enim eminentio Politicorum titulo plerique hoc tem-
pore libri apparuerint, qui re vera Christianæ Religionis iugulum pe-
tunt; ij vero suarum opinionum quasi firmamenta (nutantia illa qui-
dem) ex Ethnicis illis desumpserint; fiet his cognitio, ut & nouum istud haud verum
Politicorum genus facilius agnoscat, & ad disciplinam omnem planius intelli-
gendam, submotis obicibus bonæ mentes progrediantur.

De Seneca, Tacito, Plutarcho, & aliis quibusdam primo loquar. Hi enim, quod
morale ac prudens spirent in scriptis, in ea sunt existimatione apud nonnullos, ut
plus quam Codex ipse diuinus ab iis verentur. Iam cum de modo historia, deq. di-
ctione ac stylo hic sermo non sit, quippe quæ suum habitura sint locum; cumq. D
Senecæ libri inter Philosophos ad nostram Religionem proxime accedere dicantur; si-
cuti Stoicorum fere apud Græcos alij; & præsertim Musonij, atque Epicteti, cuius
Enchiridion extat, & liber de memorabilibus eius dictis ab Arriano cõscriptus; ho-
sce dicimus circumspectissime esse legendos. Nam cum ad innocentiam, tranquil-
litatem, atque fortitudinem videantur homines instituere, quemadmodum & facit
Plutarchus; ad calliditatem tamen, & astum denique, aut simulatam virtutis speciem
erudiunt, si eruditio dicenda sit pro veris facta animo comprehendere. Itaque &
illi, qui tot virtutibus præditi habebantur, in pluribus & maximis rebus sunt la-
psi; eosq. suis operibus interspersos errores reliquerunt, ut mundum fallaci illo
probitatis fucosatanas dementare pergat, nisi quis attentior sit, ac vere ad petram,
hoc est Christum, allidat quæ Religionis nostræ accommode dicta ex eorum scri- E
ptis occurrunt.

DE SENECÆ.

Et quidem Seneca inquit, Deum etiam ingratis multa tribuere: omnia nosse, etiã
futura: Dei omnia esse: Deum maximum ac potentissimum omnia vehere: fabrican-
di mundum bonitatem ipsius causam fuisse: eundem Deum, providentia, quam
pronocem Stoici vocant, opus suum disponere, ac sedentem spectare: fato nec pre-
ces, nec vota, nec expiationes, nec libertatem arbitrij villo modo repugnare: Deum
proba-

A probare homines, & quos amat, recognoscere & exercere: nullam sine eo mentem
sanam esse: mortem denique expectandam sine tædio vitæ. Quæ omnia multo an-
tea vel à Prophetis, vel à Christo Domino sapientius pronuntiata fuerant: qui ve-
ritatem istarum rerum nec vitæ labe, neque contrariis sententiis, quod Seneca fe-
cit, infirmarunt. Nempe dixerat Dominus, Deum plure super iustos & iniustos:
Dauid autem, Omnia aperta esse oculis eius: Domini esse terram, & plenitudinem
eius; & reliqua prope huius generis innumera. Accessit ad hæc, vitæ in Religio-
nis nostræ ducibus ratio sanctissima; rerum futurarum certissima prædicatio, mira-
culorum patratio, & alia plurima, quæ de iis dicuntur. Sed quid tum postea Seneca?
De diuina natura more Ethnicorum loquitur, quasi plures sint Dij: fatorum
necessitati nimium læpe tribuit: de mundo, ex tempore ne, an ex æternitate con-
ditus, numve anima, an corpus sit, ambigit: humanum animum, modo ignem tenuio-

B rem, corporeum tamen, modo Deum in humano corpore hospitantem; modo ani-
mal vocat; eiusq. immortalitatem in dubium reuocat: eiusdem affectus & motiones
corpora esse & animalia confingit, ut itidem virtutes ac vitia; atque hæc postrema
omnia paria, sicuti & beneficia: præterea virtutem neque amitti, nec diuinitus da-
ri posse: honestum, ac beatum nullam accessionem recipere: sapientes omnes esse
pares: eos, qui sibi manus conficiuerunt, esse laude dignos: supplicia vero inferorum
non agnoscit: ut mittam quæ de cæmoniiis antiquæ Legis aliquibus aduersus Iu-
dæos tangit: quiq. cum Petrum & Paulum, ac per eos Christianæ semina religio-
nis erumpentia cernere poterit, indignum se tamen reddiderit, cui splendor veri-
tatis illuxerit. Ut vero illos viderit, qui à Nerone Christianos persequente non

C procul aberat, Hieronymus & Augustinus possunt esse testes. Senecam (ait Hiero-
nymus) non ponem in catalogo, nisi me illæ epistolæ prouocarent, quæ leguntur
à plurimis Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum: in quibus cum esset Neronis
magister, & illius temporis potentissimus, optare se dicit eius esse loci apud suos,
cuius sit Paulus apud Christianos. Et Augustinus epistola ad Macedonium inquit:
Merito ait Seneca, qui temporibus Apostolorum fuit, (cuius etiam quædam ad Pau-
lum Apostolum leguntur epistolæ) Omnes odit, qui malos odit. Sic illi. Ut autem
ipse ad alia Senecæ reuertar: extat ipsius libellus, Quare bonis viris mala acci-
dant, cum sit prouidentia; quo libello cum videatur causas consolationis mul-
tas adtexere, si quis tamen cum hisce conferat vndecim alias, quas Ioannes Chry-
sostomus affert, cur Deus pios viros, quosq. ipse apertissimis signis charissimos sibi
esse declarat, plerumque tamen omni genere acerbitatum vexari patiatur; intelli-
get quàm frigidant, quàm ve adulationis plena sint, hominis Ethnici scripta præ il-
lis, quæ à Christiani illius Theologi pectore promuntur. Agnouit hoc Marcus An-
tonius Muretus, qui notas (etsi non in omnia opera) ad Senecam reliquit: quamobrè
& huic libello disputationem præfixit perlectu dignã, cui quæ ipse Chryso-
stomus de vera consolatione tradidit, adiecit. Nimirum videbat excellenti vir doctrina &
pietate, constitutum esse debere omnibus, qui eloquentiam, atque istiusmodi libro-
rum explanationem profitentur, non tã facere disertos, & in loquendo argutos au-
ditores, quàm meliores ac sapientiores. Sed quod de vitis Senecæ obiectis dici
potest, neque Muretus, neque ego soli id asserimus: ipsi quoque Ethnici Dion,
Tacitus, & alij testati sunt. Dion quidem ait, Senecæ datum crimini, quod cum

E Agrippina congrederetur: quoddam aliud omnino scriberet, aliud sequeretur.
Nam tyrannos lacerans, tyrannodidascalum se præstabat. Quin etiam locuple-
tatum calumniis ingentes congestisse opes, ac cedrina materia tripodas habuisse
quingentos ἑκαταπόδους, hoc est eburneis pedibus, æquales vniuersos, similef-
que; super quibus (inquit) vescebatur, & adolescentulis lærabatur intempestiuis:
ad idq. ipsum impulsisse Neronem, quem & in matris necem creditur adhorta-
tus. Eundem certe à veterum Oratorum cognitione auertisse, quod eum diu-
tius in sui admiratione detineret, ut scribit Suetonius. Iam quod assentationis
vitio laborauerit, non solum id, quod scripsit Polybio Liberto, qui Clau-
dio

Hieronymus

Epist. 53. Augustinus

Dion ubi de
Nerone.

Cal. lib. 8. c.
15. assig.
leat. & lib.
11. cap. 1.

dio à studiis fuit; verum etiam illud testatum est, cum vnà cum Buro aliquid A
sempet Neroni in theatrum prodeunti suggereret, atque plauderet manibus
& veste, vt reliquos ad idem faciendum excitaret. Ac tamen non ignoro datum
à Tacito fuisse laudi ipsi Senecæ, quòd cum à Nerone ob metum secessisset, simpli-
ci victu, & agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitâ tolerasset.
Sed quidquid ille, ceteriq. philosophi egerint, vix suis scriptis solidi aliquid pe-
perere vnquam in animis legentiu, ni aliunde hi erga pietatē afficerentur. Quod
sane inde factū est, quòd scriptores ij peccati originem atq. grauitatem ignoran-
tes, nec intelligentes id ab vno Christo esse sanandum, humanis viribus suis plus
æquo tribuerunt: quas vt blasphemum atque impium est asserere absque Christi
virtute ac merito cælestem posse hereditatem consequi; ita negare, quin eæ cum
eadē Christi virtute ac merito cooperantes, æternam queant assequi gloriam, hæ- B
reticum est, diuinæq. veritati, vt Synodis ac Patribus, contrarium. Inflat igitur Se-
neca & reliqui illi sensu spiritus sui, arcebant ab se, quæ demissione animi, & pro-
curata cognitione morbi cupere, atque inde diuinitus capere præsidia potuissent.

DE PHILOSTRATO, & APOLLONIO TYANEO.

Per id tēpus, quo Seneca vixit, Apollonius Tyaneus Pythagoreum philosophū
foris ostentans, Magicis autem artibus apprime vtens, quem Iatanas Simoni Ma-
go demortuo suffecerat, vt mundum à Christi admiratione auerteret, dedit Philo-
strato suo discipulo occasionem, vt librum de vita illius scriberet, qui dignissimus
est, qui concremetur. Nam quæ de illò tamquam diuina comminiscitur, quæ qui-
dem meræ circulatorum præstigiæ erant, diabolus conabatur humanis oculis obui- C
cere, vt quemadmodum in Aegypto coram Pharaone Magi opera Dei per Moy-
sen facta, & Romæ Simon Magus coram Nerone per Petrum gesta infuscabant; sic
Ephesi, & alibi, quæ signa Paulus & alii Apostoli edebant, Apollonius similia
nonnulla, sed non vera facitans, elcuaret virtutem, quæ de cælo erat per Chri-
stum Dominum. Verum spuria vitulamina (vt ait Sapiens) non dabant altas radi-
ces, nec stabile fundamentum collocabant. Illius enim præstigiæ penitus euanue-
runt; & Dei Ecclesia, vt columna & firmamentum veritatis, licet innumeris agita-
ta turbinibus, tamen quia supra firmam petram fundata est, inconcussa omni ex
parte in pèrpetuum duratura substitit.

Iam quoniam Philostratus sic Apollonium extulit (quod & Hierocles philoso-
phus vnus ex Arcopagi iudicibus fecit) vt complures illum vt Deum sub nomine D
Herculis Alexiaci colerent; & Alexander Imperator eum inter suos Deos in suo
Larario collocauerit; sacra denique ipsi herent, eiusq. statua responsa, operatione
dæmonum, daret; idcirco legendus est Eusebii Casariensis liber aduersus Hiero-
clem, libris de Demonstratione Euangelica adiunctus, quem Zenobius Acciaio-
lus ordinis Prædicatorum è Græco in Latinum conuertit. Cum enim Alemannus
Rinuccinius nostro hoc sæculo Philostratum de vita Apollonii Tyanei scriben-
tem è Græco Latinum fecisset, putans forte inde aliquam rerum nouarum cogni-
tionem mundo potius præbiturum, quàm perniciem, quæ in multorū animis iā hæ-
sit, illaturum: Zenobius cordatissime Eusebii librum edidit, tamquam facem, quæ
ad Philostrati scopulos euitandos præferretur. Huius igitur Philostrati, & Hiero-
clis, ac Damidis scripta, qui Philostrati acta in cælum efferebant, Christoq. Do-
mino anteponebant, valide euincit Eusebius, fabulosaq. illa, & portenta, & men-
dacia notat: cumq. de morte Apollonii idem Philostratus dubia scribat, *ὅτι θεῶν*
tamen illi, quasi viuus sit in cælum inuectus, tribuat, Stoicum fatum refellit: Vt
etiam hinc liceat agnoscere quibus artibus, modo persecutorum vi, modo astu dæ-
monis, & moralis philosophiæ speciē, modo fallacibus signis pertentata fuerit
Christianorum fides, vt in errorem, si potuisset fieri, etiam inducerentur electi.

Sed & ante Eusebium Iustinus Martyr scripsit, dæmonis ipsius in Apollonii sta-
tua infidentis, & homines oraculis edendis in errorem, vt Apollonium sicuti Deū
hono-

A honorarent & colerent, inducentis, os Dominus obturauit, responsis eius aboli-
tis. De quo & Lactantius, & Anastasius libro quaestionum, & Lucianus in libro
Pseudomantis, vt qui atheus atheum norat, aliqua scripserunt; cum hic eius mor-
tem tragœdiam vociret. Ac tamen ne quid hæretici, aut falsi Politici intentatum
relinquerent, suppresso Philostrati, ac similibus nomine, libros euulgarunt, eorum
argumentis infarctos, quibus Christum, & eius æternam staturam Ecclesiam labe-
factarent.

DE CORNELIO TACITO.

In Tacito autem, etsi acer est scriptor, suasq. fert vtilitates his temporibus, qui-
bus dum Principum illius sæculi aulas, interiorem vitam, consilia, iussa, facta con-
siderat, occasionem præbet, vt obuia in plerisque similitudine pares aliorum Prin-
cipum exitus animo percipiantur; vilitas tamen & fœditas eorum Imperatorum
potius à nobis conferenda est cum Christianis Imperatoribus, cumq. sanctis illis
Pontificibus, qui tum viuebant, & ab tyrannis eius sæculi affligebantur. Sic enim
diuinæ sapientiæ ac veritatis mira lux excitatur ei, cui vel Christiani mica falis in-
fit in pectore. Vbi autem Tacitus de Christianorum necibus agit, qui (vt ille ait) Lib. 10.
flammabantur; cæcitas in illo maxima & cerni debet, & caueri: quippe immerfus
Romanis rebus, vera Christianorum gesta, quæ in oculis erant omnium, ignorans,
maligna mente carpebat: cum etiam in Iudæorum origine mentiatur, de quibus
tamen coactus est scribere adoratum ab iis vnum Deum: licet hi quoque à Christi
Domini sanctissima morte velamen super oculis cordis densissimum gerant. Ea ergo
C causa est, cur Tacitum Tertullianus mendaciorum loquacissimum vocat: quem
nos & terrenæ prudentiæ fastu elatum, pleraque dicentem, à quibus non abest im-
pietas, & diuinæ iustitiæ ignoratio, recte dicere possumus. Quale illud, quod prio-
re è tribus historiæ postremis libris sic ait: Nec enim vnquam atrocioribus populi
Romani cladibus, magisve iustis iudiciis approbarum est, non esse curæ Diis se-
curitatem nostram, esse vltionem. Sic Tacitus. Qui si Dei consilium nouisset,
peccata Romanorum, qui Christianos affligebant, plectentis, certe non ita locu-
tus fuisset.

DE PLUTARCHO.

De Plutarcho, cum in eorum vitis, quas scribit, pleraque lance illa Ethnicæ
D prudentiæ dumtaxat pendat, quæ vero in opusculis de amore puerorū scripta sunt,
explosione & igne indigeant; nolim haberi tantum, vt vnus Salomonis sententiæ,
sed & potissimum Christi, atque Apostolorum dicta Gentili scriptori comparen-
tur, aut (si Deo placet) posthabeantur.

Scripsit vero (inquit Viues) ingens quoddam opus de vitis illustrium Græcorū &
Romanorum per collationem: & alterum breuius de similitudine rerum Græcarum
& Romanarū, quod inscripsit Parallela. In priore quàm inique cōparationes? Pro-
ducit Romanus Marcum Catonem, vel Claudium Marcellum: opponit Græcus Ari-
stidem, aut Pelopidam. Producit Romanus Brutum: producit Græcus Dionem. Mir-
milliones cum Thracibus comparantur. At in collatione qui labor, quæ anxietas
docti hominis, nec infacundi, vt in pari magnitudine similes ostendat, vel dissimi-
E les? Quàm trahit breue corium dentibus, vt furor? Iam in Parallelis loca quæ su-
sceperat replenda, quando de re ipsa non potest, de suo implet, ne quid turpiter
hians, & inane, vel lectorem offendat, vel minorem faciat existimationem re-
rum Græcarum.

Et cautio igitur tum his, tum ceteris istiusmodi historiis adhibenda est: cum in
reliquis, si Græci cum Latinis conferantur, hi Græcis veraciores, ac proinde maio-
ris fuerint auctoritatis. Primum, quòd Romanarum rerum historiam laudationibus
factam fuisse mendosiorum, Cicero ipse fatetur. Deinde, quòd haud semper vi-
guere ingenia, quæ præcis illis temporibus memoriam gestarum rerum posteritati
recte

recte mandarent: ac cum commentarii, qui ab ijs dicti sunt Pontificii, publica. & A priuata olim extitissent monumenta; hæc, Vrbe incensa, perierunt. Quamobrem *Linus lib. 6* Liuius non solum reuocari in dubium quæ ab Vrbe condita ad eandem a Gallis ca-
Lib. 8.9. & 10. pitam, & inde ad nonagesimam octauam Olympiadem, quinque conscripserat libris; verum etiã testatur, nullos sibi plerumque fuisse annales certos atque probatos, ne linteos quidem, qui nihil ferè præter Consulum ac Magistratum nomina continebant, quos si qui citassent, aiebat esse negligendos; quales M. Licinius, & Thurbo, alter aduersus alterum afferebant. Atqui & Flavius Vopiscus Sallustium, Liuium, Tacitum, Trogum, in aliquo ait esse mentitos. Et conciones quidem, quibus varios Liuius facit loquentes, scimus ex ingenio potius ipsius, quam ex ipsa veritate prodijisse. At quæ in Ciceronis laudè redundare potuissent, à Sallustio pleraque fuisse suppressa. Sed vt ut hæc sint, haud propterea sunt abijciendi, quoniam elo-
Plin. lib. 2. cap. 7. quentia, notitia rerum, atque prudentia plurimum eo in genere scribendi valere, ac benè vtentibus possunt esse non inutiles. Quemadmodum item Caius Cesar, Valerius Maximus, Tranquillus, Marcellinus, Eutropius, Lucius Florus, Iulius Capitolinus, Cornelius Nepos, Q. Curtius, Iustinus, & alij. At vt omnes, quoniam Ethnici fuerunt, vera religione caruerunt, falsosq. Deos, quos ne ipsi quidem credebant, sed vt inquit Plinius, demonstrant autem rectius Iustinus Martyr, Ter-
cap. 7. tullianus, S. Augustinus, & alij) laboriosa mortalitas, & mortalium illorum cæcitas sibi confinxerunt; cauendum est, ne quid animis aut tenerioribus, aut inquinatis ali- quid inde maculæ accedat. Nam & vidimus ipsi in Christianorum castris non mi-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. nimam auguriis, sortibus, & dæmonum responsis haberi fidem. Sed ecquid facis non exhaurit inanissimæ gloriæ sitis, spesq. & metus? Proinde quæ de his scripta sunt ab historicis eorum sæculorum, vt & dæmonum oracula (quæ suo tempore iam euauisse, ac vim amisisse fatetur Plutarchus, homo licet Gentilis & Græcus) respuenda sunt, priusquam ad Ethnicas historias legendas quisquam venerit. Quæ sanctissima prolegomena, si ij qui historicos legendos offerunt, aut etiam in scholis interpretantur, initio adhibuerint; Christianum, ac pernecessarium præstabant of-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. ficiam. Quod sane vt fiat, meminerint (quod ad auguria pertinet) Gentiliũ quoque ipsorum duces ea spreuisse. Epaminondas enim, cum duo contraria auguria, quo tempore castra moturus erat, apparuissent, quorum altero victoria, altero clades portendebatur; anxios inde milites conspiciatus, ac sciens istiusmodi res esse vanissimas; animos addidit militibus, cum dixerit, moneri altero exercitum, si fortiter hostem aggressus esset, victoriam promitti; altero autem interneccionem, nisi ordinem in acie tenuissent, vel ducibus non obtemperassent. Ac in miraculis quidem, quæ Ethnici Diis, aut Imperatoribus suis ascripserunt, astum satanæ facile agnosceret quicumque libri decimi de Ciuitate Dei sextumdecimum caput Augu-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. stini perleget. Sciebat enim satanas de Christo Domino multa eiusmodi fuisse prædicta à Prophetis, quæ si similibus (sed fictis) miraculis obscurasset, diuinum ad se sperabat cultum detorqueere: qualia colligi poterant ex tabellulis, alijsve dona-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. rariis, quæ in templis Aesculapij & Isis cæca fingebat antiquitas: quæue adhuc in tabella marmorea extant, quam in Insula Tiberina inuentam, seruari Romæ ab Maphæis Romanis patriciis scripsit suo de Gymnastica libro Hieronymus Mercu-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. rialis. Eò spectant, quæ non solum Tacitus Vespasiano tribuit, quòd lumen cæco, gressum claudo restituerit; ac quæ Cicero de augure, qui nouacula corem absci-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. dit; & Valerius Maximus de Virgine Vestali hauriente aquam cribro; deq. statuis & brutis loquentibus; verum etiam quæcumque hæreticis, Iudæis, Mahometi, Ma-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. gicæ male arti, ac futuro Antichristo de genere hoc tribuebantur. Quæ omnia cū post veteres Patres atque Theologos, Bellarminus noster tomi primi libri quar-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. ti capite quartodecimo Disputationum suarum, & Benedictus Pererius egregio de Magia libello optime refellant, non est quòd huc aliud addam.
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. Iam vero cum antiquissime Tertullianus oracula, miraculaq. dæmonum refu-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. taret, ac dixisset, eorum operationem esse hominis euerfionem, malitiamq. spiri-
Lib. 4. Tertul. apo- loger. c. 22. & 23. Vide annot. Pamelij in hinc locum, ubi plures ci- tantur alio- rum aucto- rum. talem

A talem à primordio fuisse auspiciatam hominis exitium, moxq. addidisset, vnde il-
 lis hæc facilis facultas suppeditetur, rationem ostendit, qua ea conantur explica-
 re: Vtuntur enim præstigijs quibusdam, quæ, si natura eorum cognoscatur, facilli-
 ma illis esse putabimus. Omnis (inquit) spiritus ales est; hoc Angeli, & dæmo-
 nes. Igitur momento vbique sunt. Totus orbis illis locus vnus est: quid vbique gera-
 tur tam facile sciunt, quam enuntiant. velocitas, diuinitas creditur, quia substan-
 tia ignoratur. Sic & auctores interdum videri volunt eorum quæ annuntiant, & sūt
 plane malorum nonnunquam, bonorum tamen nunquam. Dispositiones etiam
 Dei, & nunc Prophetis concionantibus excerpunt, & nunc lectionibus resonan-
 tibus carpunt. Ita & hinc fumentes quasdam temporum sortes, æmulantur diuini-
 tatem, dum furantur diuinationem. In oraculis autem quo ingenio ambiguita-
 tes temperent in euentus, sciunt Cræsi, sciunt Pyrrhi. Ceterum testudinem decoqui
 cum carnibus pecudis, Pythius eo modo renuntiauit, quo supra diximus; momen-
 to apud Lydiam fuerat. Habet de incolatu aeris, & de vicinia siderum, & de com-
 mercio nubium cælestes sapere paraturas: vt & pluuias, quas iam sentiunt, re-
 promittant. Benefici plane & circa curas valetudinum. Lædūt enim primo, dehinc
 remedia præcipiunt ad miraculum, noua, siue contraria: post quæ desinunt lædere,
 & curasse creduntur. Quid ergo de ceteris ingenijs, vel etiam viribus fallaciæ spi-
 ritualis edifferam? Phantasmata Castorum, & aquam cribro gestatam, & nauem cin-
 gulo promotam, & barbam tactu irrufatam, vt numina lapides crederentur, & ve-
 rus Deus non quæreretur. Porro si & Magi phantasmata edunt, & iam defuncto-
 rum inclamant animas; si pueros in eloquium oraculi eliciunt; si multa miracula
 circulatorijs præstigijs ludunt; si & somnia immittunt, habentes semel inuitatorum
 Angelorum & dæmonum assistentem sibi potestatem, per quos & capræ, & men-
 sa diuinare cōsueverunt; quãto magis illa potestas de suo arbitrio, & pro suo nego-
 tio studeat totis viribus operari, quã alienæ præstat negotiationi? Hæc Tertullianus.
 Idem autem, vbi de fato locuti sunt historici, dicendum est. Nam inde vel hoc
 tempore plerique hausere venenum, vt quòd sibi mortis metum in pugnando ad-
 merent, necessario fato putarent fieri quidquid accideret. Quæ opinio, vtinam ne
 solos imbuisset Turcarum animos, licet arte id ab ducibus eorum fiat, vt omni sese
 periculo milites exponant intrepidè. Et satanas quidem per Ethnicos, & eos qui
 in cœno peccatorum demersi in Deum ipsum, siue in fatalem necessitatem culpam
 suorum scelerum conijcere conabantur, sapissime errorem hunc pestilentem hu-
 manis mentibus iniecit; quem tamen, cum antiqui Patres exploferint, atque adeo
 à philosophis magis sobriis explosum ostenderint, prælegenda essent, quæ Euse-
 bius quinto capite sexti libri de Præparatione Evangelica, & sequentibus capiti-
 bus scripsit: cum interim adolescenti Principi, siue alteri cuiilibet, antequam in-
 ferat pedem in historiae lectionem, consultissimum futurum sit, vt nonnulla ex oratio-
 ne Constantini Imperatoris ad sanctorum cœtum inscripta, & ad operum Eusebij
 calcem adiuncta, delibet; qualia hæc sunt:
 Verum (inquit) plerique homines, qui sunt paulo imprudentiores, huius rerum
 vniuersarum ornatus causam, naturam asserunt; nonnulli illorum, fatum, aut ca-
 sum fortuitum. Qui autem istarum rerum potestatem fato attribuunt, hi quando
 fatum nominant, quid sibi velit, ne intelligunt quidem: ac nomen proferunt, cum
 nullam illius actionem, neque naturam, quæ illi voci subiecta sit, ostendant. Quod
 nam erit ipsum fatum per se, si natura omnia procreet? aut quid putetur esse na-
 tura, si fati lex infringi & violari nequeat? Quin etiam legem quamdam esse fata-
 lem affirmare perspicue indicat, omnem illam legem opus esse illius, qui eam pro-
 mulgavit. Quod si fatum cum lex sit, Dei inuentum sit, omnia profectò Deo subie-
 cta sunt, & eius virtutis nihil est expers: & fatum ex Deo esse, & idem eius volun-
 tatem censerì approbamus: verum quomodo iustitia, temperantia, & reliquæ vir-
 tutes cum fato coherere possunt? Vnde ea, quæ sunt his contraria, iniustitia, intè-
 perantia ve? Quòd si prauitas libera voluntate, nō ex fato nascitur; virtus quoque &
 recta

Vide Au-
 gustin. c. 3.
 4. 5. 6. de di-
 uinatione
 dæmonum,
 & lib. 2. sup.
 Genes. ad lit-
 teram c. 17.
 & Laëtan.
 Firmia. lib.
 2. cap. 15.

Cap. 6.

recta vitæ morumq. institutio. Peccata autem, recte facta, quæ sunt bonæ re-
 ctæq. voluntatis propria, cum aliter aliquando eueniant, num fortunæ, aut fato
 ascribenda sunt? Omnia etiam, quæ ex æquitate, & ea virtute, quæ quidque pro di-
 gnitate cuique tribuit, sunt, quomodo fato fieri dixerimus? leges item, cohorta-
 tiones ad virtutem, à vitii auocationes, laus item & vituperatio, supplicia, omnia
 denique, quæ ad virtutis studium pelliciant, auertantq. à prauitate, quid est cur
 fortunæ & casus temeritate, non norma iustitiæ, quæ est Dei, omnia prouidentia
 sua gubernantis, propria, constare dicantur? Nam propter variam hominum vitæ
 rationem, quod quisque meretur, illud cuique accidit: interdum pestis & seditio,
 modo annonæ caritas, modo abundantia sequitur; quæ quidem palam & aperte,
 voce prope emissa, indicant quid sit, quamobrem ipsa, aliaq. eius generis vitæ
 nostræ importentur. Ipsa enim Dei essentia recta hominum lætatur voluntate, im-
 pietatem omnium detestatur; moderationem animi amplectitur, audaciam & in-
 solentiam plus quàm belluinam odit. Quarum rerum demonstrationes, licet per-
 spicua in primis existant, & ante oculos cuiusque posita; tamen quoties cogitatio-
 nes nostras intra se conuocamus, & mētis acie velut in angustum adducta, causam
 earum nobiscum conquirimus, toties multo clarius & euidentius elucet. Qua-
 re vitam modeste & placide instituere oportet, nec animum supra id quod natura
 patitur, efferre; sed illud cogitatione sedulo complecti, factorum nostrorum no-
 bis semper adesse animaduersorem Deum. Hæc ille.

Sed vt reliqua huiusmodi, historicos lecturi, intelligant, expendamus Cæsarem.
 Hic enim, etsi (quod Hircius scripsit) non præbuit, sed præripuit (quidquid vnicus
 Pollio secus apud Tranquillum dicat) materiam scribendi aliis, eiusq. stylus sit ca-
 stus & sincerus, ac vero ipsemet rebus, quibus interfuerat, præbuit; tribuit tamen
 tantum fortunæ ac diligentia, vt ab alterutra, aut ab vtraque omnia pendere pu-
 tari possit ab eo, cui lux æternæ veritatis desit. Cum si ille sapuisset, deq. eo fuisset
 quæsitum, ecquid esset fortuna: aut eam nihil esse, aut prouidentia Dei regi omnia,
 eiusq. iustitia tribui cuique suum (quod in diuinis historiis patet apertissime) cō-
 fessus fuisset. Taceo quo stimulo in susceptis bellis permotus, innumerabilium
 hominum cædes fecit, vt denique & ipse interficeretur, ac sempiternum pro fluxa
 gloria sibi compararet interitum. Itaque cum egregis animi dotibus (si quis vn-
 quam ethnicus Imperator) polleret, iudicio, diligentia, vigilantia (vt ait Cicero)
 horribili; & summa fortitudine omnes sui temporis Romanos antecisset; non intelli-
 gebat tamen ea omnia iustissime sic à Deo permitti atque disponi, vt denique diui-
 næ prouidentia esset instrumentum ad complandā meliori Dictatori viam; signo-
 rans videlicet venturum paulo post Christum, qui mundo pacato, pacem alteram
 interiorem daret, ac Romanum Imperium ad Piscatorem, atque ad Christianum
 Pontificatum transferret.

In ceteris porro, cum numen diuinum omnia sapientissime moderetur, cogitan-
 dum est, vnde victoriæ Ethnicis aduersus Ethnicos continebant. Sicuti enim
 Deus naturalis semina legis in hominum quantumuis impiorum cordibus haud
 penitus extinxerat; sic vnumquemque pro eius captu & sceleribus, vel puniebat,
 vel pro morali iustitia munerabat; nobis autem interea theatrum quoddam suæ
 prouidentia parabat eo tempore spectandum. Romanos enim muneravit quod
 fidem humanam præstitissent, quos vt summopere laudaret Rhodiorum Legatus, in
 Senatu Romano dixit, Non tam exitu bellorum, quod vincatis, quàm principis,
 quod non sine causa suscipiatis, gloriâmini. Alexandro autem Magno subiecit
 Asiam, tum ad Asiaticæ gentis luxum illum immensum in Dario & reliquis coer-
 cendum; tum vt conspiceretur, quibus artibus, etiā tantummodo ordinariis & natu-
 ralibus, diuina eius vis vti posset; ad quas si Christi gratia accessisset, multo maio-
 ra effici potuisset, Christiani Imperatores sua ætate essent intellecturi. Præterea, vt
 cum omnia vincere non potuerit Alexander; nos naturæ infirmitate inspecta, ad
 Deum, qui supra omnem naturam potest, nostrarum mentium oculos attolleremus.

Deinde

A Deinde, vt pateret qua iustitia Reges Asiatici ab Alexandro plexi sunt, eadem il-
 lum esse plectendum, qui tot victorias affectus, nihilo melior, sed insolentior fa-
 ctus, foeditates vitiorum amplexus est. Denique & vt nullam esse rem durabilem
 intelligeremus, nisi in Christo fundaretur. Quare si Thomam Apostolum inermem,
 nudum, pauperrimum, & Indias peragrantem, cum eodē Alexandro Magno, eiusq.
 tanto apparatu contulerimus, videbimus extare adhuc in Indiis Apostoli vestigia,
 trophæaq. maiora, quàm ipsius Alexandri, cuius nulla iam cernuntur. Is igitur,
 qui vel in Plutarcho, vel in Quinto Curtio Alexandri gesta perleget, ista memine-
 rit: Cum alia, quæ à Quinto Curtio suis scriptis inseruntur, magni ponderis esse
 queant in hominibus piis: qualia fuere Scytharum erga Alexandrum monita, nem-
 pe quantopere sese cohibere debeant, qui propagare Imperia cupiunt; & Cobaris
 ad Bessum oratio, ac querelæ Macedonum illæ, testantium sibi plus victorias no-
 cuisse, quàm clades; quiq. cum improbos induissent Persarum mores, tot laborum
 fructus pessime corrupissent. Iam cum instruendi, ducendiq. exercitus, & castra-
 metandi, expugnandarum item, ac defendendarum arcium, aut ciuitatum variata
 sit ratio (quod & machinæ non eadem, & tormentorum nostrorum alia sit efficaci-
 tas) intelligent inde milites, non omnia ad historicorum veterum amulsim esse di-
 rigenda. Ac tamen haud proflus concidisse præscam Romanæ militiæ disciplinam:
 cuius si in delectu militum, & in copiis instruendis, atque ordinibus seruandis, & in
 muniendis castris, ac calonibus maiore in pretio habendis, & in militibus labori mi-
 litari assuetiendis, ratio ea haberetur, quam haberi posse re ipsa docuit Cæsar;
 nullæ essent tantæ hostium copiar, quæ vinci non possent ab iis, quorum Christiana
 pectora fidei in primis clypeo, ac iusta belli causa essent munita.

Quod autem ad variam bellandi rationem attinet, satis esto nunc, Liuium, cum
 scripsisset de bellis Romanorum, quæ variis sæculis acciderunt, aliam minus vide-
 licet eruditam attingisse, tum, cum gesta Romanorum in Latio, Republica adhuc (vt
 ita dicam) adolescente; aliam autem eruditorem, & vsu formatam & auctam pro-
 posuisse, cum iam per Italiam & Europam atque Africam eius legiones excurrif-
 sent, Pænosq. deuicissent, & Græcos. Quare qui Romanorum disciplinam milita-
 rem ex Liuij prioribus libris colligere voluit, mirum non est, si, cum de instruendo
 exercitu, ac de aliis rebus grauissimis ageret, in scopulos, vt ita dicam, impegit.
 Is vero potissimum fuit nostra ætate Machiauellus, homo, qui si vt ingenio valuisse
 putatur, sic valuisse vsu militari, atque pietate; in castris autem & præliis aliquan-
 diu fuisset; neque aliis in eodem genere errandi, ac Romanæ militiæ ordinem negli-
 gendi, neque Ecclesiæ occasionem præbisset, vt eius scripta prohiberentur.

*Iudicium de Machiauello, Nua milite, Bodino, & aliis, qui Politicæ
 habentur, nec sunt.*

S Crispinus, & mandante Innocentio nono, cum primùm euectus est ad Pontifi-
 catum, subiecit vaticano prelo Iudicium de libris Nuæ militis Galli, Ioânis
 Bodini, Petri Mornei, ac Nicolai Machiaueli, qui variis iam editi linguis, etiam ali-
 qui eorum Turcica, nouam administrandi rationem, siue ruinam mūdo ruenti adli-
 ciunt. Etsi verò inde iis qui sapiunt, satisfactum est; nec verò desint præstantiores
 viri, qui Latine hac de tota re egerint; addendum tamen aliud quiddam est hic, ad
 quod vel obstrepentium veritati, vel percurrentium partem nostrorum scripto-
 rum, partem omittentium, linguæ plus quàm iudicia necessario nos cogunt.
 Communis ea primùm querela est hominum quorundam, nil quidquam hiscen-
 dum esse aduersus eiusmodi scriptores, quippe viris Ecclesiasticis falcem haud im-
 mittendam esse in res politicas.

Secunda aientium Autonomiam, vel libertatem credendi esse passim conceden-
 dam: id quod non tam verbis, quàm re, atque armis dudum est, cum in plerisque col-
 lapsis prouinciis procuratum est.

L Tertia

Tertia reliquorum, qui neminem plectendum esse inquirunt, qui contra Catholicam Religionem steterit.

Quarta eorum (quæ tamen querela non est, sed charitas) qui vberius scribendum dicunt aduersus Bodinum & Machiauellum.

Aduersus igitur priorem querelam non ita pridem optime responderunt his verbis Theologi Gallia eximij: Quod iniecto ædibus incedio, ac iam vel summa tecta, vel infima seruitia occupante, facere solent qui prope sunt, vt opem ferant primi, excitentq. clamore vniuersos, vt quam quisque potest operam sedulo adhibeat, id nos in magna domo, quæ Ecclesia est, deflagrante eius non vili aliqua parte, sed delicatissimo sponsi thalamo, in quo totis mille ac ducentis annis & placidissime ipse quieuit, & primogenitos sponsæ suæ constituit, quod Regnū Gallia est, am busti ipsi, & vix è medio igne erepti, tato magis præstare, opemq. à ceteris impetrare debui- mus, quanto & certior inde totius ædificij ruina, & peius in nos propheticum illud: Væ mihi quia tacui, ruiturū videbatur. Nulla vt vnquam Aty illi Cræsi filio, imminente (sicuti in historiis est) patris iugulo hoste, tanta causa extiterit, quæ vocalē ex- muto efficeret, & ò homo, ne Cræsum occidas, inclamare adigeret; quanta in hoc tanto, multo melioris parentis, quæ Ecclesia, immo etiam & patria est, discrimine atque periculo fuit, per quā sonori & clamosi vndique redderemur. Ne si id non fa- ceremus, parum probe quod Gallorum est, qui ceteros excitare solent, fecisse vi- deremur; qui nos potius ab anseribus illis, qui Capitolium olim clangore suo ser- uarunt, vinci pateremur. Hæc illi.

Esa. 6.
 *αὐτὸς ὁμοίως
 μὴ κτείνῃ
 κροίσον.
 Hierod. lib. 1.*

Eccli. 4.
 Luc. 11.
 Ezech. 3.
 Psal. 113.

Matth. 5.

Malach. 2.

Addo, rectè à Basilio obiectum fuisse hereticis in eiusmodi querela, quod Demo- sthenes de Philippo Rege dixit, videlicet extitisse quòdam (quod Aesopus indica- uir apologo) lupum, qui se pacem cum ouibus initurū polliceretur, si canes abige- rent. Nam quid facies ouibus, vbi defuerint canes, adfuerint lupi? vorabuntur li- bere. Mirum igitur est, vt Theologi in summa rerum difficultate, ad quam omnia omnium studia, curæ, sollicitudines, affectus, cogitationes, infundare debent, otiosi alios spectent, cum tamen in præcipiti Ecclesie negotio præcipuus eorū hic debeat esse labor. Scriptum est autem: Ne retineas verbū in tempore salutis, & nō abscon- das sapientiam in decore suo. Docemur item lumen sub modio non esse ponendū, ne super nos veniat id quod minatus est Deus per Prophetam, dicens: Sanguinem eius de manu tua requiram: ceterum iis comparemur idolis, quæ os habent, & non loquuntur: quibus sane reddenda ratio est in Iudicio, si in tempore necessita- tis responsum dare contempnant: ac quos sal mundi Deus posuit, hunc salire negli- gant; infatuari vero etiā se mūdāna illa prudentia, atque inani metu patiantur. Sane & rursus scriptum est, Sacerdotes esse Angelos Dei exercituum, quorum labia custodiunt scientiam; legem proinde requirendam de ore eorum. Cum vero de- fecerit propheta, dissipatum iri populum. Sic igitur Prophetæ, Patres, Syno- di, Scholastici, Concionatores eandem institerunt viam, vt numquam tacerint: libros de regimine, de statibus hominum, de conscientia officij & casibus dili- gentissime scriberent.

De secunda querela, aliàs locuti, hæc effatur ex Iusto Lipsio prudente & ma- gni iudicij viro; qui cum aliquibus videretur à partibus hæreticorum stare, ostendit nouissime quid habeat in pectore, quod quidem ad Catholicam Religio- nem attinet. Scripserat ille, quod solet, preise & grauitè

Aduersus hunc edidit librum hæreticus, quem Lipsius nominat Diodorum, nescio an tamquam atheum. Huic igitur respondit breuissi- mo Dialogismo, sed vberè: quo ipso ferit Machiauellum, Nuam, & reliquos, qui vo- cantur politici, nec sunt. Ait igitur: Primum hoc carpis, quòd scripserim Prin- cipi inspectionem esse in sacra, idq. tuendi causa. censeo iure me scripserisse. Sacra litteræ à me sunt, earum interpretes, ratio ipsa. In illis Deus per vatem prædixit, & prædicendo edixit: Erunt Reges nutricij tui, (Ecclesiam affatur) & Regina nutrices tuæ. Iterum: Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos,

I. Lipsius
 Dialogismo
 aduersus
 Diodorum.
 Esaia. 49.
 Esa. 60.

& Reges eorum ministrabunt tibi. Augustinus adhuc: Pertinet hoc ad Reges fa- culi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Eccle- siam. Etiam Leo primus hoc probe ad Imperatorem Leonem: Debes, Impera- tor, incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimè, sed maxime ad Ecclesie præsidium esse collatam. **C**ausa in Ambrosio: Cum enim omnes homines, qui sub ditione Romana sunt, vobis militent Imperatoribus ter- rarum, atque principibus, tum ipsi vos omnipotenti Deo, & sacra Fidei militatis, Atqui militiæ primum sacramentum est, tueri salutem, commoda, dignitatem eius, & politicum regimen, & alia quæ suggerit tibi tuus adnorator. Quis hæc nescit? Aliam quercum excute. Nos Principi in Ecclesiam ipsam nihil iuris damus: atque hoc volumus tantum, vt vim, fraudes, turbas, & externa hæc mala ab ea arceat: & quod in iplo est, pacata sacra præstet & quieta. Nonne quæ Christianus est, velle debet: qua Princeps est, potest? At tua ista vox, Quid est Imperatori cum Ec- clesia? ipsa Donati hæresiarchæ vox est, & damnata iam olim. Cum autem de Principibus loquimur, de bonis aptisq. loquimur; & qui à se, aut ab aliis tales. Consilia enim certe volumus adesse; & in hac ipsa sacrorum re, eorum qui in sacris periti. At tu, lector, hoc à me discite, ita proprium Principis esse curare & tueri sacra, vt plerique veterum habuerint quo hæc munera coniuncta, Sacer- dotium, inquam, & Regnum. Quamobrem in omni Republ. primum fuit curatio re- rum diuinarum. Nam vt nauis, ædium, aliarumq. rerum carinas, aut fundamenta volumus esse & prima & firmissima; sic debemus in Republ. hanc partem. Syne- sius: Pietas primum substernitor fulcrum & crepido, cui firmiter insistat simula- chrum hoc Regni. Decet enim quod optimum est, ab optimo coli; & quod im- perat, ab imperante. Omnino decet. Vt enim Principis est in omni virtute populo præire; ita in hac maxime, quæ princeps & caput virtutum, Religionem ipse si non præfert, quomodo alij? Nam secundum iudicem populi, sic & ministri eius; & qua- lis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam. Hæc causa vna cur debeat: etiam altera. quòd sublimis ille factus, & elatus à Deo, merito veneratur & colit magni- tudinis suæ auctorem. Nisi facit, quid expectat, nisi iterum deiici? Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignomi- niam duceret vniuersos inclytos terræ. Libenter religiosi subditi parent, & miti fractaq. ceruice humanum iugum ferunt, qui semel illud diuinum. Sed fideliter etiam parent: quia pietas & Dei metus quasi frænū est & coercitio in animis ab omni rebellionè & insolenti motu. Hæc vna tutelæ ratio: altera ab ipso Principe. Deus enim illi pio clypeus & rector. Trimegistus pulchrè: Vna custodia pietas. pium enim virum non malus genius, non fatum ipsum deuincit, Deus enim eum li- berat, eripitq. ex omni malo. Ad augmentum etiam Imperij. Non quia bono Prin- cipi pietatis suæ ille finis (ad alia Regna aspiramus) sed quia Deo visum sæpe etiā externa hæc vt præmia adiicere, se ceptra inquam, & dignitates. Prisci viderunt; in- terq. eos Valerius: Non dubitauerunt (inquit) sacris Imperia seruire, ita se rerū humanarum futura regimen existimantia, si diuinæ potentia bene atque constan- ter essent famulata. Quod si id præstiterit, qui vanæ Religionis inferuuit, sine cuius specie nec vnquam, aut vsquam Respub. steterit; quanta veræ illius vis est, cuius umbra sustinet hanc molem?

Epist. ad Va-
 lentinianū.

Optat. Mi-
 leni. lib. 2.

Orat. de Re-
 gno.

Eccli. 10.

Esaia 23.

Apud La-
 tan. lib. 2.
 Infirm. c. 15.

Lib. 1. cap. 1.

Aduersus
 Gnost. ca. 2.

Epist. 50. ad
 Bonifac.

Porro an poena inferenda sit, licitave vlla coactio, respondet idem Lipsius; qui cum dixisset Diodoro illi: Valde abhorres ab eo verbo coactionis, scio; & hic est in vlcere tuo tamquam vnguis. Tamen Tertullianus pene vetustissimus, & plane eruditissimus (vtinam & steterisset in fide) ita scripsit: Ad officium hæreti- cos compelli, non illici dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda hære- sis. Augustinus it in eam sententiam: Melius quidem esse quis dubitauerit, ad Deum colendum homines doctrina duci, quàm timore poenæ, vel dolore compelli? Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis

enim profuit prius timore vel dolore cogi, ut possint postea doceri, aut quod iam verbis didicerant, opere sectari. Et quod tibi, tuisque assidue in ore est, ille refutat. Frustra dicis, Relinquar libero arbitrio. Cur enim non in homicidiis & furis, & quibuscumque aliis facinoribus & flagitiis libero te arbitrio dimitendum esse proclamas? quae tamen omnia iustis legibus comprimi utilissimum est. Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem, sed nec bonam infructuosam, nec malam esse voluit impunitam.

Ambros. ad
Valentin.

Seneca.

Lib. 2. contr.
Apionem.

Lib. 39.

Vide Joseph.
contr. Apio-
nem.
ANNO D. C.
XXXVIII.

At & de negotiis civilibus si quid statuitur, nemo putat esse violandum; & praecipuum de Religione calcabitur? Quis autem finis, si semel carceres hos aperis ad innouandum? Nulla in re lubentius aut periculosius homines ludimus: ut est mens nostra vaga, & nouitate rerum latissima. Assidue audiendus fanaticus aliquis, aut simulator pietatis, qui mouebit *χρηδὸς τὰς ἀκρίβειας*. Atqui apud omnes gentes coerciti isti & puniti. Graecos vides? reperies Socratem & Protagoram damnatos, Anaxagoram & Aristotelem accusatos, ob nouitatem in Religione. Quin Atheniensium talis hic calor fuit (Iosephi verba sunt) ut eos, qui verbulum modo effarentur praeter leges de Diis receptas, sine vlla venia punirent. Abis ad Romanos? par cura & seueritas. Quoties (inquit Linius) patrum, auorumque aetate negotium Magistratibus datum est, ut sacra externa fieri vetarent? Et addit verissimam rationem, etsi in Religione vana: Iudicabant enim prudentissimi viri omnis diuini humanique iuris, nihil aequae dissoluendae Religionis esse, quam si non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Nec aliter secuti Romani fecere, & Principes ipsi. Quid Iudaei? quorum Respubl. & Religio extra controuersiam erat tum optima. Illi vero hic ita duri, ut nec cohabitationem admitterent cuiusquam a patria Religione dissidentis. Quod idem in Hispania decretum olim, legi in Concilio sexto Toletano: ut quisquis succedentium temporum Regni fortiretur apicem, non ante conscenderet regiam sedem, quam inter reliqua condicionum sacramenta polliceretur, nullum se non Catholicum permitturum in Regno suo degere. Si vero postquam ad Regni gubernacula accessisset, huius ipse temerator existeret promissi; esset anathema maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis aeterni. Quin apud Sineses (vetus & compositum valde Regnum) etiam lex est: Ne qua religio alia admittatur sine scito Regis, eiusque Consilij: qui aliter, capitale ei sit. Quae vna res progressum, cursumque ibi valde impedit nostrae Religionis. Quid in Ecclesia Christiana veteri? Licentia effusa nunquam fuit, quamprimum Principes & tutores illa habuit Christianos. Constantinus exemplum esto: cuius leges & scita sunt in Arianos.

Quattuor vero poenarum genera, siue gradus, in turbatoribus istis agnoscit ex ipsa omni antiquitate Lipsius: Multam, Ignominiam, Exilium, Mortem. Omnes utiliter, sed aliter atque aliter adhibendas. Duas primas plerumque in minutis illis turbatoribus, & quos posuit in classe secunda: Duas alteras in maioribus, & qui in classe prima. Multa quid sit, satis clarum est: pecuniarium nempe aliquod damnum, quod incurrant quoties in hac re peccant. In quos ea utilis? in sophos illos, aut disputatores, & quicumque publice liberi nimis, aut proterui oris. Veteres quoque fecerunt, & Theodosij lex fuit, quae in conuictos haereticos statuit decem librarum auri poenam. Tu pro tempore, & pro se moderare. Quod si contempnant? rarum erit; & apud quosdam proficies. tamen si perpendunt, alterum scilicet adhibebis Ignominiae relinquitur. Ea est, quae pudore publice adfert, & maculam suffundit famae. Multa sunt in hoc genere, & varie usurpata praescis. Vetusissima in Ecclesia excommunicatio, id est, ut a templis arcerent, & communi piorum societate. Synodo Laodicensi veteri Canon fuit: De non patiendo, ut templum Dei haeretici ingrediantur, quamdiu in haeresi perseverant. Item interdictio cum iis copulae, aut nuptiarum. Eadem Synodus: Non contrahere cum haereticis nuptias, nec filios, aut filias collocare, etiam si promittant Christiani fieri. Amplius, priuatio munerum & honorum, ut Theodosij, Valentiniani, Arcadij lex fuit, qua omnis denegatur haere-

In C. Theodof. vir. de haereticis.

Can. 6.

Can. 31.

Georgius
Caearenus.

A haereticis facultas militandi, quinimmo extra vrbis moenia arcentur. Iustiniani etiam latior: Gentiles, aut haereticos non tangere Rempubl. sed solos Christianos orthodoxos. datque iis ad conuersionem tres menses. Potes ad hanc Ignominiae partem referre, quod remoti ab omni liberalitate, aut successione, quolibet titulo venienti. Item inuisiones frontium, aut stigmata, ritu praescis. Reperio in Anglia haec adhibita sub Rege Henrico II. de quo Gulielmus Neubrigenis: Tunc Episcopi, ne virus haereticum latius serperet, eosdem publice pronuntiatos haereticos, corporali disciplina subdendos Catholico Principi tradiderunt. Qui praecipit haereticae infamiae characterem frontibus eorum inuri, & spectante populo virgis coercitos vrbe expelli. Iam Exilium quoque inter poenas, idque creberrime olim fuit. Constantinus Imperator Arium & Arianos deportari exilio praecipit. Constantinus Aetium propter confessionem dissimilis substantiae multauit exilio. Theodosius minor Nestorium pulsatum ex Oriente relegauit apud Oasim. Et exempla plura atque obuia. Quarta poena Mors est, quae in hoc genus seductores & pseudopphetas a Mose decreta exercitaque fuit: Principum item legibus expressa, non solum ad terrendum, sed & ad inferendum. At, si (inquiunt) fatalis ista scabies, cur punis? nam fato nulla humana vis, aut mens resistit. Pueri in scholis respondeant, Fatali sceleri fatales quoque esse poenas. Nexa haec inter se & deuincta. Quamquam alia mente hoc a nobis dictum; & absit ut scelera, aut errores velimus esse a fato: contra quod iam diximus supra.

Cum ergo praeter haec ab aliis & a nobis varia in hoc genere prodierint, videat rogo lector quae vir sapiens, ac rerum Germanicarum peritissimus libro tripartito de Autonomia, seu libertate credendi scripsit. Is vero in Bauaria paucos ante annos Germanice est editus, quem tamen apud auctorem cum in Germania Latinum manuscriptum ipse legerim, etiam Latine breui excusum iri spero.

Porro prima pars eius historiam continet, Quid haecenus in Imperio & publicis conuentibus de Autonomia actum sit. Secunda, argumeta vrgentium Autonomiam, responsaque ad eos firmissima continet. nam & quaestione tertia agitur accurate,

An talis pax sit pia, & permessa.

De primo Autonomiae auctore: & quomodo illa inuentum sit diabolicum.

Quod Autonomia voluntati & ordinationi Dei aduerferet.

Quod Autonomia tam legi Naturae, quam legi Moisaicae, necnon etiam Evangelij repugnet.

D Quod Autonomia sit contra substantiam & proprietates Fidei, & Christianae Religionis.

Quod Autonomia veritatem & certitudinem Fidei Christianae tollat.

Quod Autonomia certitudinem Ecclesiae, & verum cultum diuinum tollat.

Quod per Autonomiam & auctoritas & potestas Ecclesiae pessundet.

Quod Autonomia omnem obedientiam & disciplinam ex Christianismo profiget.

Quod Autonomia vnitatem Ecclesiae scindat & tollat.

Quod Autonomia fores haesibus & Antichristianismo & Atheismo pandat.

Quod Autonomia & permisso plurium Religionum expresso verbo Dei repugnet.

Quod Autonomia exemplo veteris & primitivae Ecclesiae aduerferet.

E Testimonia Patrum aduersus Autonomiam.

Quod Autonomia nunquam in Ecclesia permessa sit.

Quod nec Imperatores Christiani Autonomiam tulerint.

Quod Autonomia iram Dei excitet, & omnium tam temporalium, quam aeternorum malorum causa sit.

Tertia pars confutationem complectitur aliorum argumentorum a Libertinis allatorum, vbi cum contra Augustinam Confessionem disseratur efficacissime, articuli deinceps isti adtexuntur.

Confutatio alterius speciei Libertinorum de Autonomia Ecclesiasticorum.

L 3 Quod

L. A. C. de haer.

Lib. 2. ca. 13

ANNO M. C. LXXII.

Fertur opus sub alio nomine, sed fuit Andree Bistemi bergensi, viri praestantissimi.

Quòd reseruatō statuum Ecclesiasticorum paci Religionis adiecta, non aduer- A
setur illi constitutioni.

Quòd reseruatō iam dicta nemini præcludat viam salutis, sed potius aperiat.

Confutatio tertij & quarti argumenti Confessionistarum, cum annexa demon-
stratione, quòd reseruatō Catholicorum non repugnet charitati; nec opus esse Li-
bertinos eius nomine conscientias grauare suas.

Quòd Confessionistæ sine causa dictam reseruationem tamquam iniuriosam
fugillent.

Ecclesiasticos in constituenda pace Religionis Clericis suis Autonomiam nū-
quam permisisse, nec permittere potuisse.

Confutatio septimi & octauæ argumenti Libertinorum.

Quòd Autonomia Clericis, salua fundatorum voluntate, concedi non possit. B

Autonomiam Clericis concessam, esse extinctionem totius ordinis Ecclesiastici.

Diffensionem Libertinorum non facere quominus reseruatō Catholicorum
sit valida.

Novem rationes enumerantur, cur Confessionistæ non debuerint petere Cleri-
corum Autonomiam, nec illam Ecclesiasticis statibus concedere licuerit.

Confutatio argumentorum à Comitibus & Baronibus adductorum.

Demonstratur Comitum petitionem nec iustam aut piam, nec vtilem, nec pos-
sibilem esse.

Principes, Comites, Barones, & Nobiles frustra conqueri de exclusionē à benefi-
ciis Ecclesiasticis, quorum ipse indignos faciunt.

Comitum, Baronumq. petita fundationibus Ecclesiæ prorsus aduersa esse, Eccle- C
sias inuertere, nec modo ordines Ecclesiasticos, sed consequenter totius Imperij
compagem conuellere.

Probatur Comitum petita Imperio perniciofa prorsus, paci q. Religionis aduer-
sa, quæ nec Imperator, nec Status salua conscientia admittere possint.

Comitum petitis nec Ecclesiasticum, nec politicum Magistratum sine blasphe-
mia & impietate, & sine euerfione vtriusque regiminis posse assentiri.

Confutatio argumentorum pro quarta specie Autonomiæ adductorum, subdi-
tos nimirum Ecclesiasticorum concernentium.

Pacem Religionis (vt vocant) inter solos Status, non etiam subditos compositam
esse, nec illos aliter quàm vt pareant, concernere.

Hæc quidem vir ille præstantissimus, ac de Imperio optime meritis: qui plenus D
dierū & operū bonorū, dū hæc scriberemus, pie ac sancte obdormiuit in Domino.

Num autem aduersus Machiauellum & Bodinum scribendum sit fufus (quæ erat
ex quattuor non tam querela, quàm desiderium virorum Ecclesiæ rectè cupientium)
laudanda pietas est: sed cum ex iis quæ nunc adiecimus, & adiciemus vbi de Poli-
tici agitur, quæve scribere hi, quos modo adnotabimus, plura colligi possint quæ
huc faciunt, non video hoc esse necesse. Scripsere igitur & Oforius, & Catharinus,
itē Ioannes Molanus, & Ioānes Lensæus Belliolanus Theologi Louanienfes, ac ple-
rique alij contra Machiauellum. Ioannes item Boterus Italice libro de Ratione
status hoc ipsum egregie persecutus est. Ac quod ad Lensæum spectat, is anno
huius sæculi nonagesimo, quindecim libros de Libertate Christiana emisit ex offi-
cina Plantini Antuerpiensi: quos quidem libros maxime cuperem, vt omnes Poli- E

litici perlegerent. Agit autem prioribus libris de seruitute, in quam incidit homo
ob peccatum, idq. satis doctè ac prolixè; mox de necessitate Liberatoris, deq. ve-
ra libertate: quo etiam in progressu hæreticos nostræ ætatis ostendit in consti-
tuenda libertate Christiana turpissime lapsos esse. Libro autem quartodecimo
confutat Libertini cuiusdam argumenta, qui pestilentem ediderat libellum, quo
libertatem cuique Religionis esse relinquendam, probare nitebatur. Ad extre-
mum verò quintodecimi libri finem adiecit de his, qui Politici vulgo vocantur,
compendiariam & breuem instructionem, lectu dignissimā. Nam & hac vna (li-
cet

A cet perbreui) Machiaueli & aliorum huius farinae corruunt fraudes atque com-
menta; qui autem Rebus publicis sese dant, fundamenta nanciscuntur hic solida,
quibus fideles patriæ, & orbi Christiano esse queant vtilissimi.

*Cautio de iis, quæ scripsit tum Machiauellus, tum is, qui aduersus eum edidit
Animachiauellum, cui nomen haud apposuit.*

Diximus alibi, nō defuisse Machiauello ingenium & acumen, sed defuisse pie-
tatem & vsum rerum; quibus tamquam duabus alis qui careat, si volarum
attenter, præceps ruat necesse est.

De Machiauello igitur id rursus statuendum est, hominem fuisse, cuius consiliis
B qui adhibuerit fidem, facillime sentiet non ita multo post, quantumcumque solidū
Principatum, Rempublicam, Regnum, Imperium, conuelli & cadere. An vero po-
terat consilium dari pestilentius, quàm quum Principi suadet, vt spreto alieno cō-
silio, suæ ipsius prudentiæ innitatur? Pieratem & religionem, quam etiam non ha-
beat, præferat? Siquid in religione falsum sit, comprobet ac firmet, dum id profit
fouendæ qualicumque religioni? Religionem ethnicam præferat Christianæ? Do-
ctores Christianæ religionis nihili faciat? De Romana Catholica Ecclesia pessi-
me sentiat? Moyfis auctoritatem & leges, vi & armis, non fide ac Deo nixas fuisse
credat? Fortunæ & casui felicitatem, non virtuti & Religioni veræ tribuat? Et hæc
quidem sceleratum illud satanæ organum prioribus duobus libris, quibus de Prin-
cipe agit, sic insipienti mundo obruit, vt hoc veneno epoto, plerique sese ingen-
C tes politicos & consiliarios æstimantes, constitutas optime optimorum Regnorum
res, facili negotio pessumdederint. At naturalis & diuini luminis radij secus illu-
strant sapientum hominum mentes, qui à Deo conditi, quum scētati essent ductum
maiorum, qui probissimi & fortissimi fuerant, experti sunt, pietate, ac vna Catholi-
ca religione, mox consilio, veritate, humilitate Imperia sterisse; contrariis autem
vitiis corruisse. Id quod pluribus hoc sæculo ex prouinciis ac Regnis quondam
florentissimis, in oculos passim incurrit. Inter multas Ecclesiæ notas, vna est (in-
quit Bellarminus) felicitas temporalis diuinitus collata eis, qui Ecclesiam defen-
dunt. Numquam enim Catholici Principes ex animo Deo adhæserunt, quin facili-
lime de hostibus triumpharent. Notæ sunt in primis victoriæ in Testamento vete-
ri Abrahæ, Moysi, Iosua, Gedeonis, Samueles, Dauidis, Ezechia, Iosia, Macca-
bæorum. In Testamento nouo Constantinus, qui primus ex Imperatoribus Eccle-
siam defendit, eo fere modo Maxentium vicit, quo Moses Pharaonem. Et de eo sic
ait Augustinus, Constantinum Imp. non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verū
Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus aude-
ret: vniuersum orbem Romanum vnus Augustus tenuit ac defendit; in administrā-
dis & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia pro-
speratus est; grandæuus ægritudine & senectute defunctus est, filios imperantes re-
liquit. De Theodosio seniore scribit idem Augustinus, quòd quia Catholicus erat,
adeo prospere illi omnia succedebant, vt in præliis tela hostium in ipsos, Deo agē-
te, retorquerentur. Addit Theodoretus, sanctos Ioannem & Philippum Aposto-
los apparuisse in equis albis in eodem prælio, qui pro eo pugnabant. De Honorio
E etiam plane Catholico, & Romano Pontifici addictissimo, vt patet ex eius epistolis
ad Bonifacium Papam, scribit Augustinus, ita Deum pro illo pugnasse, vt vno præ-
lio amplius quàm centum millia hostium prosternerentur, & Rex ipse hostis cum
filiis caperetur & occideretur; ex Romanis ne vno quidem vulnerato, ne dicam ex-
tincto. De Theodosio iuniore scribit Socrates, quòd eius exercitu pugnante cum
Persis, quum Saraceni venirent in auxilium Persarum, Angeli turbauerunt Sarace-
nos, & eorum circiter centum millia in Euphrate submerferunt. Iustinianus, donec
Catholicus fuit, felicissime imperauit, ita vt Italiam & Africam, & alias multas
regiones Romano Imperio restituerit; vt patet ex Euagrio. At vbi hæreticus fa-
ctus

*Aug. lib. 5.
de Ciu. Dei.
cap. 25.*

Ibid. ca. 26.

*Theodoret.
lib. 5. hist.
Eccl. c. 24.*

*Aug. lib. 5.
de Ciu. Dei.
cap. 23.*

*Socrat. lib. 7
hist. Eccl.
cap. 18.*

*Euagr. li. 4.
hist. cap. 16.
et seq.*

aus est, & edictum proponere voluit de sua hæresi recipienda, mox repente mor-
 te sublatuſ est, & Eccleſiam magno metu liberauit; vt idem Euagrius ſcribit. Hera-
 clius ſimiliter, dum Catholicus eſſet, præclariffimam victoriam de Perſis reporta-
 uit, & Crucem Domini recepit, quando res Romanæ deſperatæ videbantur. At
 poſtquam factuſ eſt hæreticuſ Monothelita, omnia infeliciter ſucceſerunt, & ip-
 ſe nouo atque inaudito morbo extinctuſ eſt. Conſtat etiam ex hiftorijs Græcorum,
 Zonaræ, Nicetæ, Nicephori Gregoræ, Laonici Calchocondylæ, Imperatores
 Orientis ab eò tempore quo propter diſſidium circa Imagines ſe ab Eccleſia Ro-
 mana ſepararunt, ſemper magis ac magis decreuiſſe, donec tandem Imperiũ ami-
 ſerunt. In Occidente vero liquet ex hiftorijs noſtris, Nauclero, Sabellico, Antoni-
 no, & alijs, ſemper Imperatores magis vel minus floruiſſe, prout magis vel minus
 Romanæ Eccleſiæ ſe filioſ & protectoreſ oſtenderunt. Tempore Innocentii III.
 in Gallia ab octo millibus Catholicorum caſa ſunt vno prælio centum millia par-
 tim Albigenſium hæreticorum, partim eorum qui illiſ fauebant; vt ſcribit Pauluſ
 Aemiliuſ. Noſtris temporibuſ anno 1531. quinque prælia commiſerunt Helue-
 tii Catholici cum hæreticis Heluetiſ, & ſemper Catholici vicerunt, cum tamen
 eſſent numero & armis multo inferiores. Vide Cochlæum in actiſ Lutheri anni
 1531. Caroluſ V. miraculo diuino victoriam reportauit de Lutheranis anno 1547.
 In Gallia quoque & Belgio multas victorias Catholici de hæreticis non ſine mira-
 culo reportarunt; immo vix vquam fuerunt hæretici ſuperiores, quando iuſto
 prælio dimicatum eſt.

Sed redeo ad eaſdem labeſ Machiaueli, vt cognita peſtis magis caueatur. Ne-
 que enim quidquam pernicioſius effari poterat, quàm quum belli iuſtitiam in ea,
 quam quiſque putat ſibi eſſe neceſſitatem, ſtatuat: quippe hac occaſione iuſte in-
 flammaſſe orbem vniuerſum Neroneſ, & impij quique, hæreticiq. omneſ pro ſua
 libidine dicerentur; quum tamen belli iuſtæ tantummodo cauſæ ſint, deſenſio, aut
 reſtitutio Religioniſ, patriæ, pacis, & aliorum bonorum magni momenti, à legiti-
 miſ poteſtatibuſ. Nihil item magis venenatum, quàm quum ait, Principi, vt om-
 nem penitus pacis ſpem ac deſiderium præcidat, inſignibuſ iniurijs violandoſ eſſe
 aduerſarioſ. In prouincijs ſubactiſ coloniæ ſic eſſe collocandæ, vt vetereſ able-
 gentur incolæ: quibuſ autem mutatio grauiſ eſt, omneſ eſſe ſubuertendoſ, & fa-
 miliaſ funditùſ tollendoſ. (Viden' hinc Mahometiſmum palam ſtatui?) Praviſ
 moribuſ eſſe implendam ſeu prouinciam, ſiue ciuitatem, quaſ ſine bello velit vici-
 ſci. Stultum eſſe, ſi quiſ putet, veterum iniuriarum obliuionem induci nouiſ be-
 nefactiſ. Principi tyrannum aliquem inſignem imitandum eſſe, temerandamq. cru-
 delitatiſ famam, dum in officio ſubditoſ contineat. Expedire, vt metuatur pluſ,
 quàm ametur. Amicitiaſ haud ſidendum. Si quem plectere velit, ſpecioſum aliquid
 eſſe prætexendum. Leonis & vulpiſ induendum ingenium. Immanitatem vno im-
 petu, ſenſim vero exercendam beneficentiam. Factioneſ eſſe alendoſ inter ſubdi-
 toſ; tollendoſ autem de medio boni publici amanteſ. Peſſima denique omnia, arte
 dolove, & ruina ſubditoꝝ eſſe patranda. Hæc igitur, & huiuſmodi alia nebulo-
 ſe ille impiuſ, naturæ, iuriſ, religioniſ ofor, & Atheiſmi inuector: quare & blaſphe-
 mianſ euomuit damnatam animam.

At etſi à prudentibuſ Ethnicis haud male, a Chriſtianiſ autem optime iſta om-
 nia fuere priuſ refutata, quàm à Machiauello collecta; fuit tamen non ita pridem
 inter Caluinianoſ, qui quum Geneuam auſugifſet, librum edidit, quem Antima-
 chiauellum, celato ſuo nomine, inſcripſit. In eo ex antiquiſ hiftorijs ducit quideſ
 argumenta, quibuſ Machiauelluſ oppugnatuſ: ſed vbi hic Catholicam oppugnat
 Eccleſiam, vel vbi occaſio ſeſe dat, facile Machiauellum blaſphemando æquat &
 ſuperat. Quare quod poterat vſui eſſe, ac quidquid præmiſ conſequi apud Deum &
 homineſ, ſi in Machiauello conſutando perſtitifſet, vtrumque perdituſ
 amiſit. Quod ſane hæretici fere faciunt, dum antidotiſ abutuntur non ad tollen-
 da, ſed ad inſinuanda & regenda venena.

Quanto

Quanto rectiùſ ſanctuſ Thomaſ aureo opere de regimine Principum, Regem
 Cypri docuit, Quis Rex, quæ neceſſitas ſit, vt & ipſe ratione regatur, quum na-
 tura paſſim ordinem ſpiret in omnibuſ etiam quæ ſenſu carent: Qui ſiniſ, quum
 regimen iniuſtum ſit atque peruerſum, ſi priuatum, non publicum commodum
 quarat: Quæ ratio adminiſtrandi potior, nempe per vnum, quandoquidem & hoc
 Deum ipſum referat, & naturam imitetur. (ſicut enim vniuſ adminiſtratio vel
 vniuſ, vel pluriuſ, vertantur in tyrannidem: Quomodo hæc tollenda, vel de-
 clinanda, aut etiam interdum toleranda ſit: Quid præcipue Regem debeat im-
 pellere, vt recte adminiſtret, honoſne, vel gloria, an alia. Quoniam vero mun-
 danuſ honoſ, & hominum gloria Regiæ ſollicitudinſ non eſt ſufficientiſ præmiuſ,
 ideo expectandum eſſe à Deo præmiuſ. Non enim (ait ex Auguſtino) Chriſtia-
 noſ Principeſ, quia diutiùſ imperarunt, vel imperanteſ filioſ morte placida re-
 liquerunt, vel hoſteſ Reipublicæ dimiſerunt, vel ciueſ aduerſum ſe inſurgenteſ
 & cauere & opprimere potuerunt; ſed feliceſ eoſ dicimùſ, ſi iuſte imperant,
 ſi malunt cupiditatiſ potiuſ, quàm gentibuſ quibuſlibet imperare; ſi omnia
 faciunt non propter ardorem inaniſ gloriae, ſed propter charitateſ felicitatiſ
 æternæ. Taleſ Imperatores Chriſtianoſ feliceſ interim dicimùſ ſpe, poſtea re-
 ipſa futuroſ, quum id quod expectamùſ, aduenerit. Hæc S. Thomaſ ex Augu-
 ſtino: quæ poſtea ſapientiſſimiſ rationibuſ firmat, dum & monſtrat, præmiuſ Re-
 gum tenere excelſum gradum in beatitudine cæleſti; quare & bono regimini ſtu-
 dendum eſſe ob bonum ſui ipſiuſ, atque ob id, quod inde percipitur fructuſ, quum
 ſic quoque magiſ diuitiæ, poteſtaſ, honoſ, & fama potiuſ quàm ex improba ad-
 miniftratione conſequantur. Ceterum, Regem in Regno debere eſſe ſicut ani-
 mam in corpore, & ſicut Deum in mundo, qui cuncta ordine, propria operatio-
 ne, loco diſponit: ſic tamen, vt diſtinctæ ſint adminiſtrationeſ, Sacerdotaliſ &
 Regiæ, & ſuum vnaquæque præſtet officium. At ſicut ad vltimum ſinem conſe-
 quendum requiritur, vt Rex ſubditoſ ſuoſ diſponat ad viuendum ſecundum vir-
 tutem, ita requiri vt eoſ diſponat ad fineſ medioſ; quos explicat, rationibuſ ad-
 ditis, quibuſ impedimenta tollantur.

Quæ cum ſummatim priore libro egifſet, deſcendit ſecundo libro ad ea, quæ
 pertinent ad inſtituendam ciuitatem, ad arceſ ſtatueſ, ad pecuniaſ recte
 comparandaſ, ad probos adminiſtratoꝝ (vbi & de dominio politico & deſpo-
 tico) ad itinera tuta & commoda, ad iuſtaſ meſuraſ & pondera; ad paupereſ
 ſuſtentandoſ, ad cultum diuinum rite ſolideq. exercendum.

Tertio libro adhuc altiuſ atque præſtantiuſ docet, omneſ dominium eſſe à Deo,
 ex conſideratione naturæ entis & motuſ cuiuſlibet creatæ naturæ, ac ſiniſ: Poſt
 quæ de antiquo Romanorum dominio, de Pontificatu Chriſtiano, de ceteriſ Im-
 peratoribuſ & Regibuſ, & alijs gradibuſ ſapienter diſſerit.

Quartum librum abſoluit tractatione ea, quæ ad pluriuſ dominium ſpe-
 ÿtat, quod Politicum dicitur: vbi varia recenſet adminiſtrationum genera, quæ
 Ethnicuſ adhibere, quæve Socrateſ, Plato, Ariſtoteleſ, & alij de hac re attige-
 runt: quæ eò refert, vt conſtitutionem integram ciuitatiſ per tale regimen tradat.

Hoc igitur pauciſ ad optimum librum indicandum ſatiſ eſto, quo rectiſſime
 E quiſque aduerſuſ Machiauelli & Antimachiauelli impoſturaſ poſſit præmuniri:
 quum quæ poſtea Chryſoſtomuſ Iauelluſ copioſuſ, & optima methodo hac de re,
 alijs ſcripſerunt, maxime verlanda ſint ijs, qui vel adminiſtrant, vel admini-
 ſtrantibuſ conſulunt.

De Ioanniſ Bodini libriſ conſideratio, & cautio.

Quod de ingenio ſcriptiſq. Bodini, quæ multorum manibuſ teruntur, exiſti-
 mari poteſt, hoc eo magiſ ſcribendum eſt, quod rerum vſuſ, variarumq.
 in ho-

in homine scientiarum species incautis sensim instillat catholicae Religionis obliuionem, vt mitissime loquar. Eo vero etiam magis, quod non ita pridem commendati sunt Italicæ genti versi ab Interprete aliquot eius libri, tamquam viri (vt vocat) diuinissimi, & perfecti Theologi.

Et scripsit quidem ille (quæ ad nostras manus venerunt) Methodum historiae, ac librum de Dæmonomania Latine, sex vero de Republica libros Gallicè, quibus & mentionem facit libri de Imperio ab se editi, & aliorum aliorum. At quoniam qui de Repub. sunt; non integri omnino Italicè exierunt, quod qui eos purgarunt, minus forsitan hæreticorum nouerunt insidias, aut alijs distenti negotijs, multa prætermiserunt; ideo in primis ex eius Methodo historiae, vnde in reliquos libros plura transtulit, certius inchoandum iudicium est.

Vniuersa igitur hac tractatione hæresim sapit, quod Lutherum, Caluinum, B Melancthonem, ceterosq. nominet honorifice. Historicos item Peucerum, Carionem, & alios vsurpet ad faciendam fidem, qui & hæretici fuere, & turpissime in historijs lapsi sunt. Quod si catalogus historiae, qui Methodo adiunctus est, ab eo sic prodijt, quemadmodum Basileæ editus est anno huius sæculi septuagesimo secundo, sanè hominem, qualis tunc fuerit, cum ea scribebat, manifeste arguit. Eo enim ad libros quosque hæreticos, atque pestilentes Magdeburgensium Centurias tractandas, tamquam manu lectorem ducit. Cum & antea B. Ioannis Apocalypseos auctoritatem, sectatus Caluinum (cuius & hoc de libro, tamquam festiuum, sed impudentissimum dictum refert) non tam impudenter eleuet, quam prorsus tollat; cum tamen antiquissimi Patres, totaq. Ecclesia Catholica, vt sacrosanctam & plenissimam diuinorum mysteriorum Apocalypsim illam semper agnouerit.

Negat porro, Deum efficere posse Deum, quia (inquit) infinitum ab infinito fluere nequit. Quæ ratio isti nec Philosopho, neque Theologo satis suavit, nec Deum ex Deo, neque Filium ex Patre, neque Spiritum sanctum ex amobus procedere: nam vtraque procedens persona infinita est. Quod si quæras, vnde homo iste politicus hæc hauserit, Ex terra, sensibusque, cum Chrystostomo respondebo.

Ait verò Deum esse causam mali & interitus *τῶν ὀνυβησάντων*, hoc est per accidens. Et subdit, Cum aut scelerati, aut viri boni curam omittit. In quo errat: Deus enim numquam non curat homines & humana, licet subtrahat gratiam quibus ea pro sua infinita sapientia subtrahenda est: ac tamen etiam tunc humana maxime curat.

Cum autem furiosorum actiones inquit magis esse diuinas, quam humanas, non ita multo post inquit: Quem Deus, aut furor diuinus ad vaticinandum afflauerit, &c. At diuinis vatibus nihil æque aduersatur, vt furor, vt infania, vt mentis perturbatio, quemadmodum optime Chrystostomus ostendit: nec ipsemet Bodinus in libro de Dæmonomania negat.

Affirmat intemperantes nihil scelerate sponte agere: itaque intemperantes Bodinus libertate spoliatur arbitrij, quamuis liberum arbitrium non neget, eo potissimum libro, quem de Dæmonomania scripsit.

Pontifices & sacerdotes sub imperio Magistratuum ait contineri. Quare pluris erit sæcularis Dominus, quam Romanus Pontifex; & Principes, quam Episcopi, hoc est, oues, quam pastores; præualebitq. diuinæ & cælestibus clauibus humana potestas.

Cornelium Tacitum impium iudicaret, nisi pro sua tuenda Religione aduersus nostram scripsisset. Quod sanè impium per se est, neque vero à Christiano scriptore (qualis haberi volebat Bodinus) probandum.

Historiam de ænea Christi Domini statua à Nicephoro Callisto, à Nicephoro Gregora, & ab Eusebio diligenter scriptâ, cuius statuae ora vim morborum omnium expultricem cuiusdam nascenti herbe tribuebat, fabulam & nugam appellat. Sed

nos

nos hominis potius audaciam, qui rem trium haud leuium auctorum scriptis testatam, & in quarta Actione septimæ Synodi generalis aduersus Imaginum hostes recitatum pernegat, non tam fabulosam, quam perfidam appellamus.

Craso aere putat dæmones egere, quo sustineri queant. Sed hoc inscitia potius, quam perfidia tribuendum est. Pag. 113.

Temporibus impietatis gloriam tribuit Religionis, Christianis sæculis eam adimit. Quod quam scelestè dicatur, ex ijs quæ contra Machiavelum obseruauimus, licebit perspicere. Pag. 117.

Nonnullis anilibus Mathematicorum superstitionibus erui quadantenus veritatem posse profiteretur. At quod tempori tribuit, id peccatis & alijs iustissimis causis, non aspectui siderum, docet liquidissime diuina Scriptura esse tribuendum. Pag. 117.

Bohemi (inquit) & Saxones, primi Romanos ritus deseruerunt. quam sapienter (inquit) non disputo. Quasi vero de eo in vtramuis partem disputari possit, debuerint ne Bohemi & Saxones ab Ecclesia Catholica desciscere. Pag. 121.

Italia (inquit) à veterè opinione ægre diuelli potest. Vbi cum opinionem vocat Fidem orthodoxam, in qua Italia non perinde nutat, vt reliquæ prouinciæ Transalpinae; intelligit cordatus, & Deum amans lector, quid in animo scriptoris residebat, quum hæc scriberet. Pag. 122.

Platonis & Xenophontis probat institutum, qui Magistratibus Reip. causa mentiri permittunt. Atqui non id lex Dei, neque recta ratio permittunt. Pag. 123.

Ait necesse esse fingere nouum orbem. Quod sane fingere, hominis est aut ficti, aut fanatici. Pag. 125.

Negat Pontifices habere Imperium, Vocationem, Prehensionem, Viatorem, aut licentiam. Quæ præsidia, cum non solum ad Pontificiam auctoritatem deminuendam, verum etiam ad Christi potestatem obscurandam Pontificibus demat; quantum in se est, non clauam de manu Herculis, sed clauum de manu Dei conatur eripere. Pag. 169.

Optimus, inquit, quisque vir, pessimus ciuis est. Quare ex huius hominis decretis, felicitati Reip. & optimo ciuium statui virtus obesset: id quod vt solum cogitetur, indignum sane est, ne & impium dicam. Pag. 186.

Inter falsas Religiones, quæ Regna atque Imperia euerterunt, Christianam etiam audaci blasphemiam numerat: cum vbi Christiana Religio integre seruata sit, Imperia semper & Regna floruerint; quæve antea subiecta dæmonibus & perfidis eam postea admiserunt, mirabilem illico pietatem affecuta, fructus edant vberimos, quales Indiae, ac nouus Christianus Orbis hodieq. ostendunt. Pag. 227.

Aut Pontificum (ait) libidini ad hæc vsque tempora seruit. Loquitur autem de Romanorum Imperio, Romanorumq. Pontificum sacrosanctam, & à Christo ipso traditam potestatem arrodit. Pag. 240.

Geneuensem Remp. hærescos atque impietatis labe pollutissimam, homo hic virtutibus ac pietate florentem appellat. Pag. 245.

Reuerentiam, quæ ob diuinitus impertitam potestatem Romanis Pontificibus defertur, irridet. At Deus, qui eam statuit, ac seruat, non irridebitur. Pag. 253.

Pontifices grauissimis censoribus egere confirmat. At quosnam iste censores adhibebit? hæreticosne, an viros laicos politicos? Sed certe quæcumque à Deo sunt, ordinata sunt: nec sua defuit sapientissimus Dei filius Ecclesiae, in qua posuit Apostolos, Doctores, & alios; per quos, vt & per Synodos, Pontifices maximi iuuarentur, penes quos interea tamen staret summa & ipsamet plusquam censoria potestas. Pag. 284.

Ecclesiasticam Monarchiam beatiorum futuram esse existimat, si iure legitime successione, non electione, huic illi traderetur. Ita igitur Christus in sua instituenda Republ. minus vidit, quam Bodinus, & facesset Ecclesia, vt succedat synagoga, & patebunt fores amplexibus carnalibus, vt abeat cælibatus; quem admodum fusius infra dicemus. Pag. 292.

Tradit

Tradit, formas omnes in materia ex nihilo generari: quod tamquam Physiologia imperito ei adscribendum est.

De Ioannis Bodini libro de Daemonomania.

Porro in libro de Daemonomania, quo de Sortilegis, Magis, Lamij copiose agit, plura sunt, quae quum limam necessario requirant, sententijs veracioribus supplenda essent omnino.

Et primò, quod tum de hoc, tum de libris de Republ. dici potest, quum in his omnibus Methodi sui de historia mentionem saepe faciat, id prorsus expungendum est: quippe quae pelliciat incautos ad tractandum librum, qui iam ipso iure prohibitus est, & refertus erroribus, uti supra monstratum est.

Adde vitium, quo alios libros aspersit, ut vix unquam, aut certe (ut dixi) parcissime, de Christo Dei Filio, tamquam de Salvatore & IESU, loquatur in re tanta, quantam haec tractatio requirebat. Et B. quidem Paulus paucis Epistolis circiter quingentes nominis IESU reuerentissime meminit. Sciebat enim cui credebat, unde & sic loquebatur. Insignissima item Evangelij Bodinus loca, ubi apprimè decebat, omisit; quibus locis habentur varia nocendi artes in Daemonibus; & Principem huius mundi eiectum fuisse foras à Domino; & obfessos, ab eodem mirabili sapientia & auctoritate sanatos. Nam etsi postea Bodinus de Christiana lege, ac de Euangelio aliquid commemoravit, reliqua tamen eiusmodi sunt, ut dubitari possit, id ipsi non excidisse, sed additum à pijs & Catholicis viris, qui silentio illo Bodini offendebantur.

*Versus finem
3. libri.*

Et materiam quoque de creatione Angelorum in dubiù initio reuocauit à Rabbinis, quibus & hoc libro tam videtur addictus, ut ad eos saepius recurrat, quam ad Euangelium Filii Dei Domini nostri IESU Christi. Ut etiam secundo libro minus caute de Sabbato loquatur: quidquid postea asurum est de die Dominico, tenui (ut ita dicam) filo.

Apocalypsum autem quum citat, tacet tamen eam à B. Ioanne Euangelista fuisse conscriptam; quum & in historiae Methodo planius, quid aduersus illam sentiret, pronuntiaffet, ut diximus.

Nusquam pene, nisi semel (si tamen id illius est) Ecclesiam Catholicam Romanam appellat, licet Theologorum sententias in suas narrationes non raro conferat & citet.

Tertij libri capite 1. & 6. quum fustus differat de ratione eiciendi Dæmones, deq. vi eorum tollenda, quam per Magos, Lamias, Sortilegos in humana corpora & iumenta, agrosq. & domos exerunt, assert quidem aliqua, quae pietatem sapiunt, & vera sunt. At reliqua, quae Spiritu sancto edocti Apostoli & Ecclesia semper adhibuerunt, vel dissimulat, vel certe liquidius explicare poterat, quod ipse (si tamen eius ista fuerunt) nimis concise attingit. Quale, quod Energumeni sistebantur Ecclesiae, dum diuina Eucharistia consecrabatur: Quodq. in Baptismo mystice fit per sanctas illas exsufflationes & orationes, quae usque à temporibus Apostolicis habebantur: quod item fit per reliquos sacerdotum (& quidem horum tantummodo Catholicorum) exorcismos; per inuocationem nominis IESU, in quo flectitur omne genu, caelestium, terrestrium, & infernorum; per signum Crucis cum inuocatione sanctissimae Trinitatis; per peccatorum exomologesin & confessionem coram Sacerdote; per Sanctorum reliquias; per sacrosanctum Christi Domini sacrificium; quod terribilissimum B. Ioannes Chryostomus vocat *θεοκρατία τῶν θυσιασίων*; per diuinam Eucharistiae attachmentem, aut sumptionem; per aquam benedictam. Nam & Dæmonum infestationem oblato Christi Domini sacrificio cessasse, & Dæmones eijci, ac torqueri in memorijs & templis Martyrum, res ipsa & Patres semper ostenderunt. Vbi tota (inquit Augustinus) feriendi (in Dæmone) refrænatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangitur.

*Aug. lib. 1.
de Civ. Dei
ca. 1. & lib.
22. cap. 8. et
de cura mor-
tuorū. c. 17.*

Quare

A Quare & S. Ignatius id vocabat catharticum, expellens malum in nobis, ac potestates satanae: quod vermes & serpentes (inquit Chryostomus) exitio tradit: ut sexcenta alia loca mittam, quibus hoc ipsum liquet in Prospero Aquitanico, in Bernardo, & alijs. Sed & Bodinus, qui tam sedulus est in recensendis quae suo tempore contigerunt in Gallijs, rem totam bona debebat fide suis scriptis inferre, quae anno huius saeculi sexagesimo quinto accidit in dioecesi Laudunensi Galliae Belgicae, quamq. ex actis publicis Bartholomaeus Fajus in Senatu Parisiensi Inquisitionum Praeses, suo libro, quem Energumenicum inscripsit, vir integerrimus retulit. Id erat de Nicola Petri Alberici filia, annos nata paulo minus sexdecim, & iam nupta Ludouico Petreio; in quam quum Dæmon intrasset, cum in dies peius haberet, & grauius torqueretur, consulti eius loci Curio atque alij

*Ignatius
ep. ad Ephē
Chryf. hom.
21. ad An-
tioch.
Prosper A-
quitan. lib.
pract. ca. 6
Vita S. Ber-
nar. lib. 2. c.
3. & in Gu-
lielmo Abb.
S. Theodo-
rici li. 1. c. 10
Vide Clau-
dium Sain-
cten de reb.
Euch. cōtro-
uer. reper. 2.
ca. 9. pag. 48.*

B religiosi viri, suspicati sunt nescio quid de maligno spiritu: qui per exorcismos tandem, quisnam esset, coactus edere, se Beelzebulem Dæmoniorum principem palam fatebatur, nec se de sua possessione deiici, vel deturbari posse, quam ab vno aliquo, qui tum in Regio comitatu ageret. Dictum hoc res comprobauit de nobili ac pio Episcopo Laudunensi Ioanne Burzio. Nam cum aliorum coniurationes parum aut nihili faceret Dæmon, mulier in urbem Episcopalem deportatur mense Ianuario; & graue certamen ac diuturnum Episcopo cum Beelzebule incubuit, per continua ieiunia, quotidianas & publicas supplicationes, atque oblationes, totiesq. palam iteratas depulsiones. Media in Ecclesia Cathedrali tabulatum fuit extructum, in quo vndeucies, spectante populo, decertarunt Episcopus & satanas, ne expelleretur, omni conatu obfistens, atque omnia dira minitans. Cru-

*Obferua hic
rationes ad
expellendos
Dæmones.*

C ciabatur quidem ad solemnes contra ipsum imprecationes, & Crucis signaculum, atque aquae benedictae asperionem; sed vix vllis vinculis, aut viribus contineri peterat, quum ad altare staret Episcopus, & rem diuinam faceret: tum vero maxime furebat & agitabatur, cum propius admovebatur sacrosancta Eucharistia, cuius virtutem & praesentiam non ferens, quoties sentiebat iam sibi opponendam, solebat vexare misellae corpus vehementius, atque repente totum contortum, ac quasi exanime, remisso impetu destituere, quod per applicationem summis labris Eucharistiae, statum naturalem ac sensum recipiebat: ad diemq. vnum, aut saltem aliquot horarum spatium, ab omni intemperie quiescebat. Rogabatur saepe Dæmon, quid ita ad Eucharistiae oblationem & praesentiam expauesceret: Respondebat, de ea dictum: Hoc est corpus meum; & se inuicem credere, ac tremere, tandemq. se eius virtuti omnino cessurum: quod circa Idus Februarij, post nequidquam furias omnes tentatas & conduplicatas, in omnium conspectu accidit.

*Eucharistia
tañus.*

Atqui mirum est, quum Bodinus identidem ad libros Inquisitorum, & ipsius Pauli Grillandi de Sortilegis, ad Olaum quoque & Ioannem Magnum, & alios prouocet de iis, quae in Suetia & Liuania euenerunt; tam multa nihilominus relinquat, quae ipsi ad obligandam vim Dæmonum experti fuerunt. Et certe in Liuania, vbi frequens ista Dæmonum vexatio cernitur, benedictionibus Sacer-

E dotum (dumtaxat Catholicorum) & aqua benedicta domus, agri, fructus, infantes aspersi, mirifice (quod ipsi oculis vidimus) aduersus potestates harum tenebrarum praemuniuntur. Ceterum Bodinus hoc libro perstringit à Sortilegis & Magis, potissimum eos, qui commenta esse ac nugas effecta Dæmonum idcirco spargunt in vulgus, ut satanae propagetur imperium, noxiiq. tanti criminis iudicum subfelliis eripi possint. Quamobrem Magistratum vrget, ut memò sit diuinæ & legis & vindictae, quae vna in hariolos & Magos fuerit à Deo acerbissima constituta. Sic Amorrhæos, Aegyptum, decem tribus Iudæorum quae secesserunt in Samariam, Chaldaeos & Babyloniam, Hierosolymam item quinquaginta post annos ob Manassis talia peccata igne ferroq. excidit, sicuti praedixerat. Vnde illa Dei vox per Hieremiam: Gladius ad Diuinos, gladius ad Chaldaeos (quippe hi maxime sortilegi habebantur.) Addit vero inter reliqua Bodinus, Trefcalem illum in-

Hiere. 5.

M signem

signem Magum, cui ad enuntiandos alios maleficos vita concessa fuit, dixisse trecenta fuisse millia, qui foedus cum Dæmone in Regno Gallia sanxissent: inter quos præcipuos quosdam, atque hosce in primis aulicos, per quos tantum scelus latissime deriuabatur. Quamobrem non obscure inde colligit, tam florentis Regni prope casum esse consecutum, consecutum autem magis, nisi iudices diuinam legem in rem conferant. Quæ cum vera sint, cur hæreticos dixit in libris de Republ. esse ferendos? quandoquidem non minus hi, quàm malefici diuinis, vt Dionysius inquit aduersus Apollophanem, contra diuina vtuntur.

De Ioannis Bodini libris de Republ. Cauiio.

Hoc etiam in libris Bodini de Republ. obseruatum est, eum de sanctissima Trinitate numquam, parcissime autem de Christo Domino, idq. potius ex aliorum relatu mentionem facere. Deinde cum de omnibus Reipublicæ & Regnorum formis accurate differere conatus sit, Christianæ tamen Reipublicæ & hierarchiæ formam non attigit, quæ à Dei filio, qui est æterna Sapientia, firmissimis vsque ad conlumationem sæculi præsidii constituta, vim Imperiis & Rebuspubl. omnibus præbet, qua stent & floreat: cum ipse Dominus Iesus non venerit legem soluere, sed adimplere. Quod vnum Christi verbum, si ij omnes qui Politici volunt haberi, altius perpenderent, Christianamq. cum omnibus administrandi formis, siue ethnicorum Romanorum, seu Græcorum, & aliorum Imperiorum diligenter conferrent, exclamarent illico: Anathema prudentibus huius sæculi, Anathema claudicantibus, Anathema hominibus, qui diuinam prouidentiam ore commendantes, vias eius sanctissimas negant, & veritatem in iniustitia detinent. Tum vero de huiusmodi scriptoribus ex animo & fidenter dicerent: Narrauerunt nobis fabulationes, sed non vt lex tua. Porro diuinitus de hac hierarchia scripsit B. Dionysius Areopagita: quæ & ex Synodorum generalium formis perspicui potest, ac præter sanctos antiquos Patres, hoc sæculo à Sanderò de Monarchia Ecclesiæ, atque à Bellarmino, & aliis magna cum laude est ob oculos posita. Et vero indignissimum est Christianis Senatoribus, sæces quasque minutarum Rerumpubl. antiquarum, & politica exempla hinc inde è sordibus cuiusque magno conatu lambere, ac naturæ legem legi gratiæ præponere; interea vero non versare manibus cordeq. quidquid perfectissimum est in Christi Domini lege, Christianaq. ratione populos regendi. Nam & Bodinus cum sæpe ad istam naturæ legem prouocet, nusquam legis gratiæ, quæ à Christo facta est, meminit, insigni subterfugio, ne dicam impietatis suspitione. Cum etiam qui identidem Rabbiorum Hebræorum loca citat, lucem interea quam Patres sanctissimi prætulerunt, & fraudem à Rabbiniis in tegenda & tollenda veritate vsurpatam, tacendo passim dissimulet. Expediebat enim, vt qui Christianis laborem suum (vt ita dicam) laborabat, impias illas istorum blasphemias in Deum, & Sanctos cõtumelias, in Christianos impedimenta Euangelij, errores contra legem naturæ, corruptelas diuinarum Scripturarum indicasset, quod sane numquam fecit. Ex hoc igitur etiam factum est, vt cum de summa Principum potestate agat, non solum præmittat insignissimas notas, quibus eminent Pontificis Max. potestas, verum etiam tum carpat, tum Gentilium sacrificulorum potestati latenter ostendat similem, ac denique omnem ei potestati potestatem & iurisdictionem vel tollat, vel si quam agnoscat, hanc testetur ab industria, vel humana quorundam prudentia profectam, non à Christo Dei filio datam, qui tamen disertissimis verbis Petro clauas Regni cælorum tradidit, & potestatem impertuit confirmandi fratres, pascendi oues, & discernendi alios, dispensandi diuina mytheria, submouendi ab Ecclesiâ indignos, & summa quæque præstandi pro salute hominum, fideq. ex Christi mandato & tuenda, & in vniuersum Orbem propaganda. Hinc quoque factum est, vt Bodinus Episcopis inferioribus interdum neget potestatem, iusq. in suas oues, quasi

corpo-

A corpori plus inquit virtutis, quàm animo: & quam populi auctoritatem Principibus huius sæculi tradere vnanimi consensu potuerunt, hanc Deus, ac multo maiorem tradere nequiuertit iis, quos vniuerso populo præfecerit, & per quorum os responsa edere voluit, quosq. ipsimet denique populi professione Fidei, & vnus agnitione Ecclesiæ, quæ sine visibili capite esse non potest, passim admiserunt. Quod si quis dixerit: Et tamen in Bodini Italici de Republica libris aliquid extat, quo vnus Romanæ Ecclesiæ religionem vnicam esse veram, cui & potestatem adesse non negat: Id sciat pie additum fuisse ab iis, qui librum cupiebant emendatum, cum certe cum iis quæ præcessere, ac subsequuntur, illa coherere non possint.

Ad hæc vero ipsa pertinent, quæ tradit de permittendis sectis & hæresibus, vbi radices aliquas egerunt. Quo fallaci astu & hamo si Italia, cui liber iste à satana propinatus est, inescari se permetteret, hem quantam repente omnium rerum ruinam & confusionem cerneremus? Et meminimus vero, cum Varfauia postrema à Magno Polonia Stephano Rege Comitibus haberentur, hunc ipsum Regem viris Ecclesiasticis, ex Senatorio & equestri ordine delectis, animum addidisse, vt intrepide proponerent, quæ nam damna Regno Polonia, Reipublicæq. illata sunt, posteaquam hæresis fuisset permessa. Ea vero erant, quæ sequuntur, quæ Posnaniæ postea typis publicè sunt data.

1 Religionis sanctæ Catholice violatio, hæresumq. variarum in Regnum inuectio.
2 Iurisdictionis Ecclesiasticæ, eiusq. spiritalis gladij excommunicationis enervatio.

3 Decimarum contra ius diuinum retentio & ademptio.

4 Prærogatiuarum & libertatum diminutio.

5 Ecclesiarum profanatio, fundationum, censuum, prouentuum, thesaurorum Ecclesiasticorum, & bonorum aliorum ademptio & spoliatio.

6 Fori pro iniuriis realibus & personalibus, tam primæ & secundæ instantiæ, quàm executionis suspensio, Brachij secularis, remissarum ex tribunali Regni & aliorum subfelliis causarum nulla executio.

His autem omnibus addita fuit breuis interrogatio, & quasi explicatio superiorum capitum, hoc, qui sequitur, modo: qui quidem egregie aduersus ipsum etiam Bodinum facit.

Ad primum: Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorumq. sit, Apostasias fieri. Schismata, & peregrinas religiones innumeras inuehi. Deum blasphemari. Christum publice negari. Hæresibus modum nullum & finem imponi. Atheismum, Paganismum, Saracenisum induci. Iniurias in Deum impune fieri. Magistratum, qui Dei Maximi, & Religionis Christianæ causam agat & tueatur, sicut est in Polonia status spiritalis, nullum fieri.

Ad secundum: Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorumq. sit, Sacrilegia impune tolerari. Periuria, incantationes, veneficia, magias, incestus, bigamias & trigamias, adulteria publica, homicidia absque poenitentia sollemnium, vsuras impune tolerari. De diuortijs, matrimonijs, legitimitate, excessibus occultis & publicis in Deum & loca sacra nullum ius institui.

Ad tertium: Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorumq. sit, Sæculares sacerdotum officia sibi vsurpare, & Decimas manipulares, & alias contra iura diuina & humana à subditis suis extorquere, & in proprios vsus conuertere: hereditatem Christi, panem Ecclesiæ Dei, alimoniam & victum pauperum, his quibus iure & consuetudine debetur, subtrahere.

Ad quartum: Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorumq. sit, Seruos Dei & sacerdotes Ecclesiæ sanctæ, sine honore esse, & contemptui haberi, ac pro gratia fidei & Religionis vnæ cum libertatibus publicis introductæ, & semper impendi solitæ, iniuria affici, exactionibus onerari, & quodammodo exauthorari.

Ad quintum: Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorumq. sit,

M 2 Ex

Ex Ecclesiis Deo dicatis, stabula fieri, defolationem & abominationem intueri, sepulchra Christianorum violari, sine Sacramentis & cultu diuino plebem passim viuere, & mori pecudum more, thesauros Ecclesiarum & ornamenta distrahi, & in vsus profanos contra leges Dei & Regni conuerti, fundos & census ad laudem Dei adscriptos adimere.

Ad sextum: Vtrum expediat Reipublicæ, & fas decorumq. sit,

Solos sacerdotes sine lege, sine iustitia, sine iudice, tam reales, quam personales iniurias pati. Necesse & persecutiones Cleri impune grassari. Sacerdotes Iudæis, Scythis, & quibusuis obscurissimis hominibus, iudicem tamen, iustitiam, & defensionem habentibus, postponi. Deum in seruis Ecclesiæ sanctæ sperni & contemni.

Ad horum autem capitum disquisitiones propositas, cum nemo hæreticorum respondere potuerit, sicuti nec Bodinus posset, perrexit quidem Rex diuinam rem restituere, Collegiorum ad erudiendam nobilitatem institutione, & Seminariorum ad excipiendas nationes variis excitatione, atque librorum Catholicorum multa editione ac disseminatione, & auditione publicarum Concionum, quas per decennium ne in ipsa quidem Moscouia (in tentoriis, & summo gelu) intermisit, & denique Ecclesiasticæ potestatis defensione, quam ipse sapientissime ac acerrime in Senatu saepe suscipiebat. Sed non ita multo post optimus Rex naturæ concessit, qui altissime retinebat animo, quod sanctus Augustinus scriptum reliquit, quodq. cum iisdem propositionibus in lucem prodit: Fac iustitiam, & habebis pacem, vt osculentur se iustitia & pax. Si enim non amaueris iustitiam, pacem non habebis. Et alterum illud eiusdem Patris: Quando Imperatores veritatem tenent, pro ipsa veritate contra errorem iubent, quod quisquis contempserit, ipse sibi iudicium acquirit. Nam & inter homines poenas luit, & apud Deum sortem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor Regis veritas iussit.

August. in Psal. 84.

Aug. ep. 166

Hæc igitur (quæ acerbissimos etiam in Galliæ Regno fructus tulere) si Bodinus & alij Christiano calore concoxissent, numquam ad agendas aduersus Catholicas prouincias cuniculos suis scriptis inspersissent, præsertim quòd vbi sapientem Politicum præferebat, validis nititur rationibus efficere, Religionem etiam ethnicis Magistratibus summæ curæ semper fuisse; nec de dogmatibus, quæ recepta sunt, permittendam esse disceptationem, quam ne Philosophi quidem de primis scientiarum principiis permittant. Et vero initio libri sui de Dæmonomania ostendit, diuinam legem esse accuratissime obseruandam, qua Sortilegi & Magi interficiendi sunt. Quin etiam tertio eiusdem tractationis libro, mortem Caroli noni Regis tribuit, quòd Trescalem Magum interim non curauit: Diuina iustitia (inquit) exigente, vt moriantur Reges, qui noxios eiusmodi permittunt viuere. Quod cum ita sit, cur ex eadem lege pseudoprophetæ, & alij, qui sacerdotis imperio nolunt obedire, non plectantur?

Ceterum, quod obiter innuit, alicubi ab Magistratu sacerdotes sapienter amandari, ne deliberationibus de Republ. intersint, si catholico animo pronuntiauerit, ferri quadantenus poterat. Sed quoniam id ad explodendam postea vniuersam Religionem detorquere hæretici facile solent, propterea ista aperienda sunt. Cur enim non adiecit, ab eodem Magistratu sapientissime retentam summis in periculis Catholicam fidem, pro qua & vitam, & Remp. quotiescumque fuit opus, omnibus periculis exposuerit? Insulas autem catholicis munuisse colonias, in quibus primi essent Episcopi, monachi, & ceteri, qui Ecclesiæ inseruiunt, quòd scirent è schismate & Orientalibus hæresibus, nil firmi in Republ. posse consistere? Cur inquam non addidit, hæreticis notandis, puniendisq. vna cum Ecclesiastico Magistratu, bis singulis hebdomadibus Remp. diligentissime incumbere? Neminem vero penè è tanta nobilitate, licet plurimi circumquaque mundum, prouinciasq. hæreticas obeant, in hæresim incidisse Lutheri, Caluini, aut similium? Cur denique Italiae & aliarum prouinciarum exempla non proposuit, in quibus quoniam ista hæreseos

tole-

A tolerantia non fuit, vnius fidei populi sunt, qui alioquin (vti contigit in Galliis & in Germania) & dissecti essent in sexcentas partes, & plura centena millia vel in hæresim, vel in os gladij & inferni ruisissent.

Atqui tanto mirandum est magis ea ex Bodini pectore manasse, cum versus sine Cap. 6.
sexti de Republ. libri hæc habeat verba: Maximum discrimen est inter eos iudices, qui qualibet in re legibus astricti sunt, vel quibus iustitiæ administratio sine legibus licet. Alterum vero in facto situm est, alterum in iure, æquitate, ratione: præcipue vero cum aliquid eius sit ponderis, vt tradita antiquitus lex declaranda sit, quemadmodum dixi, Prætori. At diuina lege hoc ad magnum Pontificem refertur, aut ad eum qui à Deo summus Iudex delectus est, vel hisce absentibus ad Leuitas (hoc est Sacerdotes.) Id quod deinceps sub vltimis Asmoneanæ B familia Principibus translatum est ad Senatum. Hic mos erat in Aegypto & Gallia, vbi Sacerdotes & Druides erant iustitiæ custodes, tamquam omnium in mundo rerum sacratissimæ rei: primusq. Druidum Præses (inquit Ammianus) lapidem appensum ad collum gestabat, in quo veritas erat insculpta. In Asia quoque, ac maiore Africæ parte viget eadem consuetudo, vt Sacerdotes iustitiam administrant, & magnus Pontifex leges exponat, deq. difficilioribus & maioribus causis decernat. Sic magnus in Turcia Pontifex Muphti, & Sophianus in ciuitate Tauris, ac Tartari suum Smarcanda habent; Regibus autem Fessæ, Caroani, Telmesseno suis vniciueque est: vt intelligatur, æquitatem defectu legum administrandam esse ab Iudicibus & viris peritioribus. Hæc igitur Bodinus, de quo quæro, cur Christiani Pontificatus nullam hic mentionem facit? Videlicet, perfidis quibusque aliquod diuinæ legis vestigium reliquum fuit, quod per Bodinum profusus Christianis sublatus fuerit, vt à mille & sexcentis annis quoddam quasi iustitium secutum sit. Latet ergo serpens in istis de Republ. Bodini libris: ac tamen adhuc (proh peccatorum nostrorum demerita) reperere passim permittitur, & tractatur manibus & animis abique villo tanti veneni antidoto.

At vero (vt ad Bodini alia redeam) cum Galliæ Regnum optimo genere administrandi constitutum asserat, cumq. inter Reipublicæ formas primas deferat partes Monarchiæ, in eo autem Regno inquit, triginta quinque siue Cardinales, siue Episcopos fuisse Cancellarios, totidem in Anglia; sane intelligit, administrationi Christianissimi Regni, quod per vndecim sæcula durauit, tantum abfuisse, vt adhibita Sacerdotum consilia obfuerint, vt per eos potissimum steterit. Et in Polonico Regno haud inficiatur Archiepiscopum Gnesnensem solere esse Cancellarium. Quod quamuis ita non sit (nam & modo è proceribus, qui non sunt Ecclesiastici, vel, vt ipsi vocant, spirituales, alius eo munere fungitur) Archiepiscopus tamen ille primum in Senatu locum obtinet, ac Rege demortuo, Regni habenas suscipit, quas moderatur cum reliquo Senatu, donec Rex alter susceptus sit: Episcopiq. omnes Regni & Senatores sunt, & in dextera Senatus parte confident. Procancellarius item Regni Episcopus est: ceteri vero qui in sinistra parte sedent, Castellani, Palatini, & reliqui nobiles, minime Ecclesiastici sunt. Quo ordine si Respublica illa caruisset, profecto iamdiu est, cum ab hæreticorum ictibus concidisset. Quin etiam Hungaria, illa quidem quæ à Cæsare adhuc obtinetur, eandem per Ecclesiasticos Præsules administrandi rationem retinet. At & Germanico in Imperio, quod Bodinus inquit esse Aristocraticum, è septem Electoribus primas tenent Archiepiscopi in Senatu, qui & Electores vocantur: Ne quid dicam de alijs Regnis, vbi Consiliorum præsides sunt, & maxima quæque administrant sine villo Reipubl. periculo. Porro mendacium est, Theodosium Magnum Arianos cum Catholicis, & Valentinianum sustinuisse, cum grauissima edicta in eos tulerint. Et meminisse debuerat, quod alibi ipse dixit, ex antiquitate petens, SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO.

Lib. 3. cap. 7
vrs. finem.

Lib. 4. cap. 3

Lib. 4. cap. 7

Singulare autem certamen, quod duellum dicitur, permittendum esse iudicat, præsertim in capitalibus causis, quibus aliunde non adsint certi testes. Sed aliter

Cœl. Trid. lib. 25. c. 19. & iustitiæ ratio, & Christus Dominus per Ecclesiam suam docet, cum dicat: **Dete-** stabilem duellorum usum fabricante diabolo introductum, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminandum; Imperatorem, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quoscumque alios Dominos temporales, qui locum ad monomachiam inter Christianos conceperint, eo ipso esse excommunicatos, & iurisdictione & dominio ciuitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, priuatos intelligi, & si feudalia sint, directis Dominis statim acquiri. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ poenam incurrere, & ut homicidas puniendos, & si in ipso conflictu decesserint, perpetuo carere Ecclesiastica sepultura. Illos etiam, qui consilium in causa duelli, tam in iure, quam in facto dederint, aut alia qua cumque ratione ad id quemquam suaserint, nec non spectatores, excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo teneri.

Lib. 4. cap. 1. Maximum (inquit) & forsan præcipuum Rerum publ. fundamentum est naturalem ciuium statum, ingenio ciuium; edicta vero & leges, naturæ hominum, temporis, ac locorum accommodare. Quod si ita omnino sit, non erit æqua via Domini, neque permanens naturæ lex, nec commune gratiæ donum, neque vna Ecclesia, quando per hunc, pro tempore, loco, personis, tamquam regula Lesbia, mutanda sit. Quin etiam pro ætate cuiusque non erit eadem lex, quippe iuuentuti remittendæ erunt habenæ, quæ senectuti contrahendæ: addo etiam pro constitutionibus corporum; quippe sanguineis, cholericis, flegmaticis, melancholicis vniuersale institutum, vel Decalogus haud erit præscribendus. Nam & quoniam sub diuersis cæli regionibus & climatibus diuersa ingenia sunt, putat ille cothurnum vniuscuiusque pedi mutandum. Quanto igitur rectius (quidquid Bodinus aliter sentit) inquit Baldus, ius & æquitatem naturalem non esse inclusam, nec alligatam locis. Rectissime autem Christus, qui omnibus gentibus eadem præcepta, Sacramenta, formam item Christianæ Reipubl. & Ecclesiæ iisdem pene legibus, & Archiepiscopatibus, Episcopatibus, Sacerdotiis, familiis Religiosis sanxit. Tam videlicet viuida vis Spiritus sancti est, & tam valida diuinæ sapientiæ ac gratiæ virtus, quæ efferas gentes mansuefecit, naturæq; lapsus erexit, & humanam ipsam carnem edentes illexit ad cælestis Eucharistiæ esuriam, & in vnum vagos facili negotio collegit. Et denique quod omnibus sæculis, hoc vero potissimum apparuit, nouum ipsum Orbem ad eundem vitæ Christianæ tenorem adduxit, quamcumque ad mundi partem vergat. Ut certe, quando aliud non esset, quo mentes nostræ excitarentur ad talem Reipubl. formam suspiciendam, esset hoc vnicum ad captiuandum in obsequium Fidei intellectum.

Lib. 5. cap. 1. Anglos ait fuisse inhospitales, quiq; cum aliis nationibus degere non possent, ut etiam Antuerpiæ secretum ab aliis domicilium haberent; postea tamen, vbi cum Gallis pacem iniuerunt, suauissimisque eorum Regina ac pacificis modis tractati sunt, cicures factos & mites: Gallos contra, qui nulli nationi humanitate cederent, post bella ciuilia deperdidisse naturam & mores auitos. Sed & hic in vtraque hac re cæcutiit Bodinus. Primum, quod numquam Angli crudeliores fuerunt, quam cum Catholicam fidem exuerunt, aut Ecclesiam persecuti sunt. Missis superiorum temporum euentis, quæ Anglici historici, Bedaq; profecuti sunt; an ne diriora vniquam tormenta commenti sunt antiqui Ecclesiæ persecutores, quam quæ aduersus suos adhibuerunt, quoniam Catholici veram Religionem colebant, & optimorum Regum, totiusq; Regni sæpe promulgata edicta seruabant? Non temperatum sacris locis, non virginibus innoxiiis, non religiosis, qui inermes arma spiritualia pro populo strinxerant, non Regina ipsi Scotia, cui caput superioribus annis amputatum est. Extant passim hac de re verissimæ historia: sed & Sanderi libri de Schismate Anglico, qui Reip. cōsultum velint, attente legant. Inde enim occasiones & causas, casusq; Regnorū, & mutandi homines in feras facillime noscēt.

De

A De Gallis autem, nego quod Bodinus inquit. Ex tot enim ciuitatibus & prouinciis, vbi adhuc Catholica Religio viget (nam & primariæ omnes vrbes catholicissimæ sunt) vix aliquem inueneris, quin antiquum obtineat, & mitissimos sapiat mores. At quos transuersos non ciuilia bella, sed hæresis egit, hosce si intelligat, ut nomini diuino, sic veræ pietati esse rebelles, Regnoq; truces & efferos euasisse non inficior. Nam si quis in Calvinianum acutius inspexerit (licet neque loquentem audiat) ex oculis tamen toruæ aspicientibus, ex male sana nimirum reclamante conscientia, statim id agnosceret.

Fuit ne vniquam (ait) Ludouico nostro Regi sancto Princeps quisquam virtute, pietate, integritate par? Hæc ille, quæ & alibi sæpe, cum de Carolo VII. & alijs quibusdam Galliarum Regibus commemorat. At præstabat, sapientem Politicum **B** addere, hæreticos ab eo Rege Albigeos eiectos, vnde Calviniani virus suum suxerunt: Ecclesiam vnam Catholicam Romanam constantissime omnes esse tutatos: vixisse summo cum Dei metu, ceteros vero quosque Galliarum Reges semper Catholicos fuisse, optimos autem quosque iisdem artibus restituisse in pristinum statum, quotiescumque conciderat, Regnum: hæc videlicet vera fuisse Reipublicæ fundamenta, non mentiente qui dixit: Quærite regnum Dei, & hæc omnia vobis adiiciuntur.

Principes (ait) fuisse coactos, ut novos honores & præmia benemeritis decernerent. Edouardum igitur Angliæ S. Georgij, Ioannem & Ludouicum XI. Galliarum Reges, hunc S. Michaelis, illum Stellæ, Philippum I. Burgundiæ Ducem Velleris aurei, Duces Sabaudiarum, Beatæ Virginis Annuntiatæ Ordinem instituisse. **C** Sic ille. At etiam hic præstabat, quum dicat nullum inter istos adscitum, qui nobilis non sit nomine, armis, & sine vlla labe, expressisse, quænam potissimum ea putabatur labe: nempe à Catholica fide defectio: quando nec Ordines vniquam vlli fuere instituti, nisi à Principibus Catholicis. Quod sanè hæretici numquam potuerunt efficere, quippe qui deserta Fide, omni prorsus ordine destituuntur.

Postquam, inquit, defuncto vitæ, ac profectio latronum ad ius diuinum, naturale, humanum pertinent, profecto subditi exercendi sunt in re militari ad probos subleuandos, deprimendos improbos. Et voco (inquit) latrones atque improbos, bella iniuste mouentes, ac fures, & eiusmodi alios. Verum si hoc sit, tanto id magis curandum erit in hæresi exterminanda, si qui primo sanis consilijs acquiescere noluerint. Eadem enim omnino hæresis, ac tanto quidem nocentius **D** perpetrat, quanto præter Regnorum euersionem inuadit ipsos animos, quos & cælestibus priuat bonis, & densissimas tenebras in Regna inducit: quod testantur Asia, Africa, & hodieq; bona Europæ pars.

Mox subdit, ad explodendos seditiones & fures expedire, ut mittantur ad bellum, hancq; medicinam summopere necessariam & vtilem esse Reipublicæ. At secus, & diuinum præceptum viget, & sapissime latronum exercitus dissipati sunt, & nisi vires attritæ sunt, Reipublicæ certe hinc existimatio imminuta fuit. Quam enim tu solidam reportaueris de hoste victoriam, ad quem expugnandum sceleratas & inimicas Deo copias adducas? Et ut de inimicis inimicos suos Deus vlciscitur, sic de Regnis, tamquam de hostibus idem facit, à quibus in expeditionem ij mittuntur.

E Assert Bodinus ex Deuteronomij cap. xvj. Diuina lege mandatum, ut ter saltem quisque singulis annis ad templum adeat, quare esse Atheos quosdam, qui ne semel quidem id præstant. Sed cur non potius Ecclesiæ, quæ id singulo saltem octiduo iubet, quam veteris Testamenti præceptum proposuit nobis, qui Christiani sumus? Sed verum est, Bodino plus sapere veteris legis, quam nouum gratiæ Testamentum.

Vbi Augustum collaudat, quod poena multauerit, qui exactis viginti quinque annis vel uxorem non duxerant, vel liberos non susceperant; sapientissimi Politici id fuisse dicit, quoniam ita adulteria detestabilioraq; alia scelera præciderit:

mox

mox Iustinianum, & Constantinum, Honorium item, atque Theodosium Impp. re-
 prendit, qui vel Augusti legem abrogarunt, & poenam calibatus sustulerunt,
 vel privilegia concessere subditis, qui liberis caruissent. Verumtamen maluisse,
 vt Christi magis quam Augusti praedicationem susceperit. Sunt eunuchi (inquit)
 qui se castrauerunt propter regnum caelorum. Ne e vero me later, cur secundum
 ciuiles leges, Politici hoc negotium metientes, vltra humanos limites progredi
 haud potuerunt. Assenserunt enim Platoni in calibes calibatus poenas statuenti,
 & legi XII. Tabular. ac legi Papiæ (sive Pompeiæ, vel Poppæ) quam iterum
 Augustus tulit de maritandis ordinibus. Et veteres leges (scribit Eusebius) pri-
 uant orbos liberis eorum successione, qui liberis gignunt, τὸς ἀπαίδαστοι νό-
 μοις ἐκείνοις τῆς γῆς ἡρώτων ἀξιοδοχίς ἐπιμαρτυροῦντο. Verum enimvero imprudenter omnia la-
 ta sunt. Euangelicæ autem legis virtus tanto comprobatur apertius, quanto Chri-
 stus sapientia Patris aeterna Apostolos calibes eo ipse tempore quoquoersum di-
 ligentius mittebat, quo leges illæ inualuerant, virginesq. & alios ad castitatem
 perpetuo colendam per eisdem Apostolos serio non solum hortabatur, sed saepe
 sanguinis Apostolici, virginumq. martyrijs inuitabat. Et vident ne iam Politici
 vias Christi non esse politicas tantum, aut huius mundi? At quum Augustus non
 tam poenis, quam præmijs, omnes ad capeienda matrimonia vocaret (vacatio-
 ne quippe triennij à publicis munijs proposita omnibus, maioraq. vt deinde ef-
 sent pro maiore filiorum numero præmia, atque immunitates) quis cogitasset à
 Christi pectore prodire debuisse tantum (vt videbatur) obicem Euangelio propa-
 gando, cum eius rei prædicatio, & exempla vbique à Christianis posita, non so-
 lum poenis & præmijs Imperatorum, sed & insitæ naturali ad coniugia propensione
 aduersaretur? At ita Deus comprehendit sapientiam sapientum, & stultos facit
 principes Taneos, & re ipsa probat, excellentiores suo (non hæretico) Euange-
 lio se reseruasse vias, quas si mundus non caperet, eas tanto magis vult esse pro-
 batas & fixas. Quamobrem & Constantinus Magnus leges illas abrogauit, & eius
 filij aboleuerunt, vsusq. ille est his verbis aduersus iniquissimam legem: Per insit-
 mitatem (inquit) naturæ priuatos luo magno liberorum gignendorum desiderio,
 misereri magis, quam mulctari conuenit. At rei melioris amatorem non quidem
 punire, sed admirari maxime dignum est. Hic rei melioris amatorem ἀρετῆς ἐ-
 ρετήν vocabat, qui se Dei sacerdotio consecrasset, ac pudicitiam, siue virginita-
 tem professus castæ vitæ se addixisset. Sed reliquis, inueteratam hominum labem
 & sacerdotum lapsum in magnis dicecibus, arbitrantibus haud eximi posse, nisi
 vxorum concessu, responderi potest: Nescitis scripturas, neque virtutem Dei (ad-
 damus autem) nec poenitentiae vim, quæ meretrices (si ad cor redeant) virginibus
 interdum æquat, atque ex contumeliæ vasis vasa honoris & gloriæ Dei facit.
 Denique alij ætatem, qua vota ediderunt, non aptam fuisse obtendunt iudi-
 candis proprijs viribus in sustinendo calibatus onere. Sed cur non idem quoque
 prætexant in deserendis vxoribus laici, quibus onera plerumque intolerabilia
 ex re vxoria incumbunt? Itaque ei qui diceret, Non solum immaturo consilio,
 verum etiam vi adactus, initiatus sum sacris, quare & peto per Canones mecum
 dispensari; responderi potest: Quid si te vel minus maturum consilium, vel ali-
 cuius vis adegisset, vt vxorem adolescens duceres, deinde aliquot post annos
 eam reijcere velles, num vllum tibi Canonem patrocinari putares? Sane non du-
 bito, quin plures laici mallent vxore carere, quam pij sacerdotes matrimonio
 iungi. Licebit ne igitur illis diuortium à Christo prohibitum facere, ac (quod
 æterna esset non minus infamia dignum, quam poena) causas necere, cur nunc
 illam, iam alteram, modo nullam vxorem aliquis habeat? Sed vt hæc abesse ab ip-
 sis laicorum mentibus debent, sic multo magis illa facebant à sacerdotum cordi-
 bus, qui ad caeleste vitæ genus vocati, à mulieribus se abstinent, vt sint sancti cor-
 pore & animo, ac proxime Deo adhæreant. At qui neque verum est quod ait Bo-
 dinus, calibatus professione, peccatis fenestram aperiri. Nam & quæ scelera pu-
 blice

Plato sub se-
 nem Dialo-
 gi. 6. de le-
 gib. Cicer. 3
 de legib.
 Dist. 2. cap.
 quadam. eia
 leges. l. pen.
 C. de nupt. l.
 7. l. C. de in-
 fir. pen. cal.
 Euseb. lib. 4. de
 vita Constā-
 tini.

l. 2. D. de
 vac. nu. lib.
 l. 1. C. de his,
 qui nu. lib.
 se excu. libro
 10. Infir. de
 excu. l. 111.
 vel curat. in
 princ.

Euseb. de vi-
 ta Constā-
 tini.

blice patrabantur Augusti tempore, quum tam seduli essent in maritandis ordini-
 bus, satis ad Romanos notat Apostolus, ne quid dicam de alijs. Et Bodinus hic
 quoque nimis politice tribuit Augusti sapientiae, aut praestantiae Monarchiae,
 quod cum antea Romani ne decennium quidem in pace vixerint, is quinquaginta
 annos pacate Remp. & Imperium administauerit, ceterisq. id ipsum reliquerit
 tranquillum. Oportandum igitur erat, vt totum hoc quidquid fuit, Diuinæ disposi-
 tioni tribuisset, quæ Romanum Imperium praeparauerat, totq. ante saecula per
 Esaiam praedixerat. Vt Roma (inquit S. Leo primus) per sacram B. Petri sedem
 caput orbis effecta, latius praesideret religione diuina, quam potestate terrena.
 Quamuis enim multis aucta victorijs ius imperij tui terra mariq. protuleris, minus
 tamen est quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit.
 Disposito namque diuinitus operi maxime congruebat, vt multa regna vno con-
 foederarentur Imperio, & cito peruios haberet populos praedicatione generalis,
 quos vnus teneret regimen ciuitatis. Hæc autem ciuitas ignorans suæ prouectio-
 nis auctorem, cum omnibus pene dominaretur gentibus, omnium gentium serue-
 bat erroribus, & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam re-
 spuebat falsitatem. Vnde quanto erat per diabolum tenacius illigata, tanto per
 Christum est mirabilius absoluta. Hæc sanctus Leo; quæ vtinam Bodinus in Mo-
 narchia Augusti considerasset. Sic enim humanæ diuinam administrandi ratio-
 nem praepoluisset.
 Et caput quintum libri sexti id maxime continet, vt ostendat, in successione
 Monarchiam rectius, quam in electione consistere, ac durabilem fore Pontifica-
 tum: itaque multa passum esse, quoniam eliguntur, non succedunt generatione
 carnali Pontifices. Videlicet, si successisset puer filius Pontifici demortuo, hic Ec-
 clesiam vniuersam regere, creare Archiepiscopos, Episcopos, Cardinales, ipse
 non Sacerdos pro tribunali sedere, per tutores id agere debuisset. Quæ vt sunt
 absurdissima (praesertim in plenitudine temporis) sic dici permittuntur ab ijs, qui
 politica lance diuinas res pendunt, vt in barathrum temeritatis corruant. Quid
 ergo? Christus sapientia aeterni Patris minus in Ecclesia regimine statuendo vi-
 dit, quam Bodinus? minusq. Christianæ Reip. Christus quam ille cauit, cum Do-
 minus & virgo nasci ac mori, ac Petrum calibem Pontificatui praefecerit, cui ite-
 dem alij fuerunt hæcenus subinde suffecti? Ac tamen Monarchia hæc, quam
 Dei filius instituit, vniuerso mundo oblatrante & obsistente sexdecim saecula ste-
 tit: tantoq. latius Christiani fines propagauit Imperij, quanto hæresis, perfidiaq.
 illud acrius hodieq. oppugnant, certissimo indicio firmitatis eius quam require-
 bat, quæ futura in saeculum erat firmamentum & columna veritatis. Sed & osten-
 dat Bodinus, quam firma successione subsistit Lutheri & aliorum hæreticorum re-
 gnum, qui propagatione carnalium filiorum, quot capita, tot hydras posteritari
 reliquerunt.
 Ceterum quod ad periculum attinet, quod Pontificij interregni tempore ali-
 quando contigit; nescit iste, sic diuina in terris regi à Deo, vt cum liberam ho-
 minum voluntatem non tollat (quam etiam quotiescumque peccat, non finit im-
 pune abire) nihil tamen hinc pereat stabilitatis Ecclesiae, cum & in ijs qui paren-
 tibus carnalibus succedere, peiora saepius, diuturnioraq. mala euenerint.
 Eodem rursus capite adicit, Eugenium quartum Pont. Max. à Concilio Basi-
 liensi excommunicatum, & Pontificatu spoliatum. At quod Eugenius non erraue-
 rit, neque in hæresim inciderit, idem Concilium Basiliense Laufannæ continua-
 tum ostendit, quod acta sua priora irritauit, & Nicolaum quintum Eugenij suc-
 cessorem, vt verum Pontificem veneratum est, quemadmodum ex litteris eius-
 dem Nicolai cognosci potest.
 Ex his igitur vir quisque prudens intelliget, quam circumspecte versandum sit
 quidquid à Bodino scriptum est. Neque vero quidquam attingi de libera in filios
 iurisdictione, quam parentibus restituendam esse, etiam ad necem, differit ex
 veteri

Lib. 6. cap. 4

Lib. 6. cap. 5

veteri Testamento. Id enim si expediuisset, vel Dei filius exposuisset, cui cura non tantum vsque ad atramentum (vt Bodino) sed vsque ad sanguinem fuit de nobis; vel Apostoli meliore spiritu, quam fuit Bodinus, afflati, per vniuersum terrarum orbem docuissent. At certe Euangelicam mansuetudinem haud decebat, vt patres dira illa, quae etiam in Scythis reprehenduntur, supplicia de filiis sumerent. Facerent hoc leges, si faciendum sit, & gratia diuina nitor ne immanitate tollatur. Et vero pleraque alia sunt, quae Bodinus refert de aliis seu Regnis; siue Rebus publicis, quae cum non ita sint, condonari possunt homini ex tanta rerum mole fatigato, neque semper vera ab omnibus inaudienti. Ac tamen haud tacendum est non recte fecisse, qui quum in pluribus de Rep. Veneta fuisset hallucinatus, tum adiecerit, solere à Venetis eligi Duces minus prudentes, quiq. aliis virtutibus careant. Quod falsum est. Si enim spectasset qui hoc saeculo, eoque ipso tempore, quo libros istos de Rep. scribebat, principem locum obtinuerunt, sententiam & verba mutasset. Quippe viri praestantissimi aut armis, aut vita sanctitate, vel sapientia & vsu rerum delecti sunt, quales fuisse praeter alios multos, Priuli, Triulianus, Mocenicus, Venerius, Nicolaus de Ponte, quiq. nunc praesidet, Paschalis Ciconia, qui cum sapienter & pacate decennium Cretam & Orientalem illam ditionem administrasset, vitamq. vixisset innocentem, non minus administrationi Reip. quam propagandae pietati dat operam. At quoniam hi de Rep. libri magnam rerum Politicarum suppellectilem habent, quae plures allicit ad legendum, videant quibus animarum salus potissimum incumbit, num serio danda esset opera, vt quam primum non solum purgarentur, verum etiam ea apte infererentur, quae in Religione Catholica & pietate firmare Principum & Politicorum animos possent. Quod sane maximum esset ad Dei gloriam operae pretium.

De Philippi Mornei Galli Latino libro de veritate Christiana Religionis, Inducium & Cauius.

Mirum est, in quot se torquet spiras humani generis hostis, antiquus serpens. Christianam enim Religionem, simulato primum obsequio, mox vi & armis, deinde haeresibus, post multiplici quoque fallorum Deorum cultu, denique iterum boni specie ampliore, tentat euertere. Quae postrema ars tanto nocentior est, quanto callidior velo contestata, minus aperit insidias suas. Erant nostro tempore in Gallis, qui cum maxime Catholicam Ecclesiam cupiuissent perditam, tunc studebant in primis sacra adire, Sacramenta sumere frequenter, Canonicas horas, licet laici, & summis negotiis essent impliciti, legere quotidie, Sacellanos habere Catholicos, commendare pios quosque, fauere etiam quibusdam Religiosorum ordinibus, ac si qui de Christiana Religione scripissent, hoc se commendare, atque adeo vt ederentur in lucem, dare operam. Et hoc quidem ea mente, vt Catholicorum consilia perspecta dissoluere facilius, haeresim autem inuehere acrius, aut certe vtrique parti dominari possent. Sed vbi haeresim viderant inualuisse, plures denique pestilentissimi nulla verecundia se prodebant. Ex horum igitur numero fuit Philippus Morneus, qui alieno labore partum emisit librum de veritate Christianae Religionis. Huius autem libri praefatio quamquam iniicit dubium, num à viro Catholico scriptus sit, quoniam Principi cuidam à fide Catholica alieno dicatus, monstrat eam esse auctoris spem, vt per illum Christiana Religio instauretur; ea tamen affert, vel profanorum, testimonia pro nostris, vt procul ab omni haeresi abesse videatur: sed quum non ita multo post illum editum librum Catholicam Religionem eiuerauerit apud Caluinianos, atque iisdem materiam scribendi contra Catholicos saepe subministrauerit, hoc primum nomine liber hic cauendus est: errores autem reliqui notandi, ne quid in Christianas mentes inde irrepit contagij, Et quidem haec habet inter alia.

Addi-

A Addiscamus hic, ait, sublime, humile, pretiosum, vile, humana nomina esse, humana figmenta. Sed hoc si ita sit, tolluntur varij gradus perfectionis essentialis in naturis tam intellectualibus, quam sensibilibus; quod absurdissimum est, & contra fidem. Alibi, Mens, inquit, in nobis numquam otatur, intellectus aliquando. Quod falsum est. Neque enim mens, quae earum est vna potentiarum animae, in quibus sanctissimae Trinitatis imago consistit, semper in actu est; vt saepissime experimur.

Volumus, ait, interdum, quae non intelligimus. At hoc communi veraeque doctrinae aduersatur, cum voluntas numquam in rem feratur ignotam.

Inter viuere (inquit) & non viuere, videre & non videre, non minus quam inter esse & non esse spatium interiacet infinitum, potestate infinita replendum. Sed hoc imperitiam sapit. Plus enim sine vlla comparatione distans esse & nihil, quam esse tale, & non esse tale. Neque enim non videre, negatio est totius esse, sed talis esse. Sed vt totius esse negatio tollatur, necessaria est infinita Creatoris virtus, cum esse ab non esse distet in infinitum.

Quot sunt formae, ait, tot sunt creationes. Quod si ita sit, formae iam omnes per se subsisterent, essentq. immateriales; materiales autem eo tantum nomine, non quod è materia educerentur, sed quia in eam inducerentur, eamq. informarent: sic vero eodem priuilegio potirentur, quo anima nostra rationalis, quatenus est independens à materia.

Deus, inquit, solus satisfacit, solus satisfacere potest. Quae propositio qua parte affirmat Deum satisfacere, vera est, qua ratione actiones sunt suppositorum. At si formaliter & essentialiter, vera non est: nam Deus vt Deus, non meretur, neque satisfacit. Quare sic vere & proprie dicendum est: Deus homo, vel in natura humana, satisfacit. Ex alia parte, quatenus negatiuam includit, scilicet, nihil aliud à Deo satisfacit, falsa est: nam homo iustus satisfacit & meretur, Christo cooperante, vt docet Concil. Tridentinum Sess. 14.

Ea demum, ait, vera Religio est, & sola Religionis nomen meretur, quae Deum pro scopo, Verbum Dei pro cultus diuini lege habet. Postea vero inquit, Verbum hoc, Dei Verbum esse scriptum. Quod si ita esset; nec traditio per manus ab Apostolis ad nos vsque deriuata, veri cultus & Religionis esset fundamentum. Neque vero aliud quam quod membranis atramento adscriptum, est verbum Dei esset: quod sane afferere, impium est.

Charitas, inquit, non est proprie verae Religionis nota, sed hominis religiosi. Sic ille. At propositio haec, vniuersè sumpta, seipsam destruit. Si enim religiosus sit propter ipsam religionem formaliter religiosus, sit, vt signum illud & nota, quae distinguit religiosum, religione quoque distinguat. Sic sanctus Augustinus docet, Deum coli fide, spe, & charitate. Et sanctus Cyrillus Hierosolymitanus, veram ait Religionem sitam esse in Diuinorum dogmatum certa notitia, recteq. factis. Ac sanctus Ioannes Chrysostomus ostendit, charitatem esse Christianae Religionis notam reliquis omnibus insigniorem: cum & antea dixisset, Gentiles non è dogmatibus, sed è vita & factis Christianorum iudicare nostra dogmata. Quod item his verbis expressit: Haec vero omnia, sanctissima Christi Domini doctrina probat, qui inquit, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Nostri mali, ait, labes non è defectu charitatis profecta est. Atqui nullum peccatum mortiferum committi potest, quin deordinatus actus & electio voluntatis primo concurrant. Qui profecto actus ecquid est, nisi charitatis Deo ac proximo debita defectus? Sed & eadem pagina cum dicat, In quo religio sit, in eo charitatem esse. Neque dissentit ab Lutherana haeresi, opinante fidem nemini sine charitate inesse; & sentit, tantummodo dogmatum doctrinam ipsam esse Religionem.

Addit, à nemine Iudaeorum vmquam Gentilium Deos approbatos fuisse. Quod quidem diuinae Scripturae aduersatur, comminanti saepissime Iudaeis idololatriae

3. Reg. 3. tria peccatum, quòd d. dæmonibus & Diis gentium sacrificassent. Et vero notissimum est, decem tribus è duodecim, diutissime vitulos illos, Roboam iussu effictos adorasse, qui in monte Ephraim fuerant positi: seu vitulæ fuerint, vti Septuaginta verterunt Interpretes, & Iosephus scriptum reliquit: seu nominare eas libeat vna cum Osea vaccas, quas & contemptim (vt S. Hieronymus inquit) vocat Propheta ille fortes.

Aug. 497. Angeli & dæmones, inquit, non potestate propria differunt, sed voluntate & facto: vt inter homines non differunt boni à malis, aut robore corporis, aut ingenij vi, sed tum corporis, tum ingenij exercitatione, functione, vsu. Sed Patres reatissime docent, nec potentia, neque actu intelligendi comparandos esse malos angelos cum bonis. Dæmonum enim vires ligatas, eorumq. intellectionem peruersitate affectus & voluntatis, magna ex parte obscuratam esse: vt Dionysius

Diony. Areopag. 1. S. Thom. 1. p. 9. 64. ar. 1. Areopagita peruersam dixerit esse in dæmonibus phantasmam: & S. Thomas: Licet in dæmonibus imminuta non sit naturalis cognitio, eam tamen quæ per gratiam & reuelationem infunditur, aut prorsus ab iis abesse, aut imminutam fuisse; cum affectiua, quæ diuinum gignit amorem, omnino sit in ijs extincta.

Porro Morneus cap. 23. & 24. scribit, apud Israelitas tantum fuisse verum Deum, verumq. diuinum cultum, veramq. huius normam in verbo Dei manifestatam in eorum libris sacris, ab qua norma numquam degenerauerint. Quæ sententiæ omnes (quantumuis incautis prætexant veritatis speciem) falsissimæ sunt. Sic enim ante Abrahamum nulla vnquam extitisset Ecclesia; & vt extitisset, fuisset sine Deo, sine veneratione, cultuq. diuino. Cum autem norma diuini cultus, isto asserente, expressa fuerit in Hebræorum diuino Codice, iam cum antea plus bis mille annis effluerit, quibus eiusmodi libris mundus caruit, neque verus Dei cultus extitisset, nec traditio ipsius ante Hebræos codices suppleuisset, vt re vera suppleuit. Iudæos autem ab ea cultus norma degenerasse, quam in diuinis Scripturis acceperant, ipsæmet Scripturæ passim clamant.

Blasphemam denique, & temere & imperite multa reperiri inquit in Scripturis, quæ sint contra naturam.

De Nue militis Galli scriptis, qua ille Discursus Politicos & militares inscripsit.

I Am de Nuæ militis Galli scriptis, quos ille Discursus Politicos & militares nominauit, hæc modo habemus, quæ dicamus paucis: fusus enim hæc ipsa eo libro attigimus, qui de ipso & aliis pseudopoliticis Iudicium inscriptus est. Primo, hominem à Catholica fide fuisse alienum, & adeo in hæresi, dum aduersus Catholicos pugnaret, occubuisse: Deinde, audacissime iudicem sese voluisse constituit, vt rectius putauerit de summis rebus posse decernere, & quidem nec Theologum, nec doctum, quàm vniuersa Christi vnquam Ecclesia decreuerit: Denique, fundamenta quædam iacere conatum esse, quæ omnem veritatem ac religionem euertant.

Illud primum: Catholicos cum hæreticis esse permiscendos, ac tolerandos, quoniam (inquit) idem vtriusque scopus sit Christus Dominus. Respondimus: Quibus sunt leges contrariæ, iurisdictione, & Sacramenta non eadem, ratio vero prorsus in administrando dissimilis, diuinæ quoque Scripturæ diuersissimus sensus & interpretatio; nec certe eadem de Christo, deq. sanctissimæ Trinitatis personis fides, in partibus autem diuini Codicis admittendis summa controuersia, pertinacissimæq. contentio etiam in reliquis rebus, quæ ad cultum Dei pertinent; iis Christus nõ potest esse vnus idemq. scopus: quippe ex eodem foramine hæud prodit dulcis & amara aqua. Neque sese Deum volebat dici, Deus ipse, pleuodopphetarum, aut aliorum, qui etsi vnum Deum inuocabant, ab eo tamen aberrabant longissime, neque ab eo mittebantur. Videlicet idem iis ad eundem portum

A portum appellendi cõsiliu nequaquam esse existimandum, qui aduersum omnino cursum instituant. Adieci. Cum Fides primum ædificij Spirituales fundamentu sit, sine qua nemo in Christum credere, nemo ad eum possit accedere, ecquis audeat credere, eundem se habere Christum, cuius vim & Ecclesiam, in qua soli Catholici sunt, negant? Propterea monstraue Augustinum, non esse eum Christianum, qui in Christi Ecclesia non sit. quin etiam Christum portari aduersum Christum ab hæreticis, à quibus Scripturæ teneantur ad speciem & necem aliorum, non ad salutem. Addidi, parem non esse rationem virtutum & vitiorum: vt quoniam hæc sine bello tolerantur, hæresis quoque toleranda sit. Sane vero, si qui publice ascendere cathedras, & è suggestu vitia docere, aut scholas aperire, librosve edere de patrandis facinoribus auderent, nisi posset ordinaria potestas, extraordinaria esset accersenda, & bello pestis ableganda, quæ alioquin latissime serperet. Cum autem hæresis multo pestilentior cunctis flagitiis sit, hanc nisi solida Euangelij ab ipsis Apostolis vsque ad hæc tempora interpretatio, ac veterum Patrum decreta, & omnium Imperatorum ac Regum meliorum comperere possint, quidni perniciosissimus hostis arceatur, & cadat? Hæc cum planius dixissem, ex huius sæculi successibus, variarumq. prouinciarum statu, vbi hæc adhibita medicina est, impium Nuæ dogma euicimus.

Secundum erat: Expedire ad Gallicas res componendas, vniuersale liberum, aut certe nationale Concilium Ecclesiæ Gallicanæ indicere, aut saltem colloquiū de Religione instituere. Ostendi igitur nulla ratione vnquam id effici posse, cum Pontificis & Episcoporum, quorum semper in causis fidei iudicium fuit, sententiæ hæretici explodant: cum inauditum sit à sæculo, vt aduersarij ipsi iudices sint: cum fieri non possit, vt omnes simul coeant, feratq. quisque nullo certo iudice aut præside sententiam: Cum verbum ipsum Dei rapiat quisque hæreticus in suū sensum: cum Patres reiiciantur: cum reliquæ omnes Synodi legitime ablegentur: cum ipsimet aduersarij nostri numquam inter sese conuenire potuerint. Reliqua igitur, quæ ea disputatione vberius comonstrata sunt, secundum Nuæ dogma prostrauere.

Accessit tertium: An cum fieri nequeat, vt eo modo, quo vellent hæretici, vniuersale Concilium liberum cogatur, saltem nationale Ecclesiæ Gallicanæ indicendum sit ad dirimendas lites, quæ de Religione existunt. Dixi ergo, si Gallicanæ Ecclesiæ voce designari putet qualem habuimus à tempore Clodouei, eadem eiusdem fidei, Sacramentorum, rituum serie numquam intermissam, quam quidem si homines negent, parietes ipsi, templa, aræ, libri, leges passim testantur (ac ne testatissima esset, tantopere connixi sunt Caluiniani, vt omnia obtererentur) minimo negotio litem finitum iri. Adnumeravi Synodos Galliæ omnes, siue generales, siue particulares legitime indictas, habitas, comprobatas, qui præfuerint, quid statuerint, quid executioni in Regno mandatum sit, non tam ipsas Synodos, quàm historias omnes, tamquam vno ore dicere: His antiquiores, nempe sæculorum illorum priorum in Galliis, testes adiuncti quam fidem non essent facturi? Dionysius, Martialis, Irenæus, Remigius, Martinus, Hilarius, Paulinus, Prosper, alter Hilarius, Saluianus, Bernardus, & alij plurimi, celeberrimi illi quidem promulgando Euangelio, hæresibus refutandis, sanctissimi vita, amantissimi pacis, quique vitam inter medios Orientis & Occidentis fluctus sine vilo subterfugio exposuerunt. Quorum iudicio in formula Fidei admittenda nisi stent hoc tempore Galli ijs, qui defecerunt à Catholicis quem nam sperare poterunt nationalis Concilij, aut colloquiū exitum? Et aliorum colloquiorum, quæ frustra attentarunt in Germania, Galliis, & alibi, declarata est à nobis series, pernicies, & Ilias omnium malorum.

Quartum fuit: An verum esset quod neutrales quidam aiebant, parti vtrique de suo iure non nihil esse decedendum, optimamq. hanc esse ad faciendam concordiam, rationem. Quod quidem falsissimum est, nam neque vnquam ita pax

N coaluit

coaluit: neque hoc medium hominum genus ipsa monstrauit Ecclesia, nec qui A
eam rexit Spiritus sanctus: nec detrahi aut concedi quidquam potest de articulis
Fidei, de Sacramentis, de diuino Verbo: quod à nemine, ne à summo quidē Ponti-
fice ipso, aut à Synodo quantacumque vniuersali legitime congregata & confirma-
ta attentatum est vniquam: quippe haud dominantur Fidei, sed dispensatores (vt
inquit Apostolus) mysteriorum sunt. Diuinaq. stat sententia, vt neque apex,
vel vnum iota, mutetur eorum, quæ æterna lege sancita sunt. Quamobrem
(quod exemplis ostendi) viri omnes sancti exhorruerunt istorum mediatorum do-
losas satanæ artes.

*1 vnic. C. de
Irenarchis
lib. 11.
2n Aubent.
de manda.
Princip. 5.
deinde, coll.
3.
Bald. in l.
nullus. C. de
suma Trin.*

Hæc cum ita haberent, ventum est ad quintum non tam dogma Nuæ, quàm
fucum, quo tum ille, tum alij quasi controuersiarum componendarum percupidi
fomentum hæresum quærebant, veritatis effugio. Cum enim perquirent, num B
aliquis alius denique modus ab antiquis siue Catholicis, siue hæreticis adhibitus
sit pacandis tumultibus, qui item istis qui de Religione in Gallia exorti sunt, pos-
set vtiliter adhiberi? ostensum est, qui totas ingenij vires intenderunt vt seditiones
tollerent, hos tria sibi spectanda proposuisse: Primo eos, qui possent glif-
centi morbo adhibere medicinam: deinde reliquos, qui essent sanandi: denique
ipsam medendi rationem. Primos seruatores fuisse dictos & Hiocolytas, & ex-
purros latronum. his enim nominibus omnibus Irenarchas appellatos: qui auro,
vel (si qui essent inopes) verberibus & exilio multabantur, si socordes in tanta
re fuissent. Quod vero attinebat ad eos, qui sanandi erant, non vnum habuisse
caput. Alia enim plebi, alia singulis personis, alia seditionum auctoribus, alia
viris, alia feminis; alia iunioribus, alia natu grandioribus remedia confueuissent C
adhiberi. Sed ciuiliū dissensionum remedia omnia fere fuisse Indagationem,
transactionem, vindictam iudicalem, vim armatam, submotionem causarum, è
quibus oriuntur seditiones, & præcautionem futurarum. Indagationis autem, quæ
& Inquisitio dicitur, duas fuisse partes, quæ etiamnum sint, delationem siue de-
nuntiationem, & iudicalem cognitionem. Porro in seditione, quæ orta sit ob
causam Religionis, sedanda, numquam exemplum aliquod occurrere, quo vel
hæresis cum Catholica fide coire potuerit; vel Irenarchæ, publica auctoritate de-
lecti, rem ad effectum salua vtraque parte potuerint adducere. Modum itaque
petendum ex Deuteronomio, ex Actis Apostolorum, ex Patribus, ac tota Ecclesiæ
Catholicæ continuata hisce in rebus ratione; reuocandum item ad memoriam, D
quocumque alios pacificandi modos procurauerint hæretici, vel politici quidam
huius sæculi, hos omnes semper irritos fuisse. Quæ omnia qui nostra in tractatio-
ne perlegerint, astum satanæ facillime noscent in Nuæ, & aliorum eiusmodi asse-
clis astute latentem.

*Deuter. 23.
Act. 23.
Aug. ep. 50.
ad Bonifac.*

Sequebatur sexta interrogatio, occasione eiusdem hominis scriptorum propo-
sita: An cum difficillima videatur esse curatio plurimorum in Galliis hominum,
qui in hæreses prolapsi, sunt pertinaces, ratio vlla sit, quæ saltem, qui Catholici
sunt, seruentur integri in Fide, reliquorum autem sanitas minore cum periculo
subinde curetur? monstratum est itaque fuisse ingentem Gallorum gloriam, Re-
gnumq. potentissimum, dum non tam armis, quàm Religione Catholica nixum,
paci suis, terrori exteris fuit: sæpe tamen diaboli inuidia, & hominum impro-
bitate, vel ab hæreticis pertentatum, vel peccatis aliis ita concussum est, vt pror-
sus ruere videretur. Sed cum ad pristinas artes reditum est, quibus ea gloria sta-
bat, illico tantam Regni molem, licet pene tota esset attrita, vires suas recepisse,
atque conualuisse, quare qui eos Gallicæ gloriæ casus, è contrario autem hanc
iterum semper, cum sedulo incumbetur in curationem; cogitauerit resurgen-
tem, habiturum vnde Regni soliditas speranda sit. Adtextui: cum fidei Catho-
licæ semina inter summas procellas diuina manus custodierit hætenus, vt præci-
puæ ciuitates Gallia in Fide stent; non desperandum Christo duce, & Spiritu
sancto adspirate, si eadem in eadem Fide ac pietate validius roborentur, inde sen-
sim

A sim pergatur ad reliqua. Ludouici Regis conatus similes in causa & statu non dif-
simili prospere cessisse. Philippum Augustum, & Gunthramnum alios Gallia Re-
ges idem efficacibus remediis esse consecutos. Clodoueam ipsum vix Christianis
mysteriis initiatum potuisse à Regno, quod scelerum omnium atque perfidiæ ple-
nissimum esset, depellere vniuersam hæreses labem, consiliis Remigij Rhemen-
sis Archiepiscopi inhærentem, qui eum baptizans serio monuerat, caueret ne vni-
quam ipse postea latum à suscepta Catholica Religione vnguem discederet.

*Greg. Turro-
nenf. lib. 5.
cap. 30.*

Postremo Nua Gallos hortabatur tum ad foedus faciendum aduersus Turcas,
tum ad collegia quædam militaria institueda, veterisq. militiæ delectum habendū.
Qua in hortatione non vna detecta est fraus. Prior illa: vt exercitus ingentes terra
mariq. scriberentur, qui è Catholicis atque hæreticis essent cõmixti. At talem ap-
paratū, siue expeditionem nec diuinæ litteræ agnoscunt, nec vsus docuit vniquam,
neque humanæ prodiderunt historiæ. Et vero Imperator nullus in aciem copias
eduxit, qui hostibus propria reliquerit diripienda dum sectatur aliena, nisi strata-
gema aliquod fuerit. Ludouici sancti, qui res prius sui Regni composuit, Albigen-
ses hæreticos puniuit, quàm solueret in Orientem & Africam, exemplum propo-
situm est. Alia item exempla, vel historiæ sunt additæ hæreticorum, qui euocati
in auxilium à Catholicis, aut retardarunt victorias, aut regna ipsa, quin & potissi-
mum Galliam pessum dedere: aut detrectarunt imperia: aut Catholica Sacramen-
ta & ritus irridentes, sæuas inter se clades excitarunt. Quæ vt vera non essent, cum
tamen verissima sint, illustrissimum diuinæ voluntatis extare testimonium, Deum
haud adesse hæreticis, quod Amasiæ subsidiarias Israëlitarum copias cum fidei tri-
bu Iudæ volenti iungere præceptum est, vt eas ad centum hominum millia condu-
ctorum dimitteret, si vellet reportare de hostibus victoriam. Spectandam igitur ef-
se rationem expeditionis à Gothifredo Bullioneo, & reliquis contra Saracenos su-
sceptam; quæ dissimillima esset hæretici istius commenti, quod Nua somniarit:
spectandum inquam quid Matthias Vngariæ rex, quid Alexander Epirotarum Re-
gulus, quid Monfortius ille contra Turcas, hic contra Albigenes hæreticos, quid
Catholici Reges edomandis Indiis, Hispanus Occidentalibus, Lusitanus Orienta-
libus effecerint, & quid (si Principes inuicem darent non tã dexteras, quàm corda)
felicius succederet. De Collegiis vero, militaribus, quæ gariebat Nua, nugas esse
& imposturas, ad insinuandam hæresim in Iuuentutem. collegia, & militares esse
ordines, quibus sint optimæ constitutiones ac leges. hæ si reuixerint, & in rem con-
ferantur, nihil desiderandum esse. Postremo cauendum esse in omnibus Nuæ
scriptis venenum, quod specie amantis pacem propinat, vt non iam modicum, sed
maximum fermentum totam Christianismi corrumpat massam.

2. Paral. 25.

LIBRI PRIMI FINIS.

A R G V M E N T V M
IN SECVNDVM LIBRVM.

QUI EST DE DIUINA HISTORIA.

NON eadem omnibus docendi, discendive, aut tractandi Historiam Diuinam est ratio. Nam etsi ita à Spiritu sancto dictata est, ut neminem abs se arceat, omnes admittat; aliquibus tamen præbet tantummodo lac, quod paulatim fugant; aliis solidum cibum, quem mandant; pluribus interiorem exprimit succum, quem sibi ipsis meditando & contemplando hauriant; reliquis vel materiam ad docendum, atque ad Catholicos iuuandos vberem, vel arma aduersus Fidei hostes certa suppeditat.

Hæc res fecit, ut Diuinam eandem Historiam, siue Theologiam distribuentes in Positiuam, in Scholasticam, in Practicam, in controuersam cum iis, qui sese ab Ecclesiæ capite absciderunt; cum hæreticis, cum Iudæis, cum Gentibus, & Indis noui Orbis; varios unicuique libros, vel sectiones assignauerimus, quibus agitur, quo quæque ordine tradenda esse videatur.

Porro quod proxime ad sequentem librum attinet, post nominum explanationem, quibus vniuersæ Diuina appellatur Historia; ac post ipsius originem, numerumque sacrorum Librorum, ea fuere ad eius Apparatum subiicienda, è quibus immensa tanti thesauri supellex pro cuiusque captu explicari distinctius, percipi sine errore, ad usum adhiberi tutius atque commodius possit.

Quæ omnia è capitulum Libri huius inscriptione mox planius liquebunt.



C A

CAPITA SECVNDI LIBRI.

- V**R Diuina Historia dicatur Sacra Scriptura, Biblia, Testamentum, Pactum, Fœdus, Chirographum, Lex, & Euangelium; Theologia Positiua, Verbum Dei.
- 1 Per quosnam Deus ea, quæ in Historia Diuina continentur, seruari; ac quanam lingua posteritati initio mandari voluerit. qua occasione de eiusdem linguae origine, utilitate, progressu, & ratione ipsius addiscendæ agitur.
 - 2 Moyses primus omnis Historiæ, Diuinæ, Ecclesiasticæ, Naturalis, Humane, qui primus Prophetiæ ac Poeticæ scriptor.
 - 3 Moyses primus item Grammaticæ scriptor.
 - 4 A Moysæ vera Cosmographiæ ac Geographiæ fuisse iacta fundamenta.
 - 5 Sacri libri, qui Diuinam complectuntur Historiam, qui nam sint, & à quibus hoc potissimum tempore vindicati à Satanae calumniis, loquentis per hereticos, atque alios eiusmodi suos. numme editio Hebraica, quæ à Moysæ & Prophetis condita est, ad nos vsque peruenierit.
 - 6 Editio Chaldaica, & Syriaca, de qua lingua Syriacæ ortu, & progressu.
 - 7 Sacra Scripturæ versiones ex Hebræo Græcæ factæ quenam, & quot fuerint. ubi itè de versione septuaginta Interpretum, quæ tum Græcæ, tum Latina Romæ in lucem prodijt.
 - 8 Bibliorum Complutensis & Regiæ quadrilinguis editio.
 - 9 Editio latina vulgata; quæ nouissime prodijt Romæ emendatior Clemente VIII. Pont. Max.
 - 10 Francisci Vatabli versio, siue Paraphrasis; quæve eiusdem Vatabli nunc legi possit: cum quæ olim prodijt à Roberto Stephano, magnis scammisset erroribus.
 - 11 Versio Italica Bibliorum trecentos ante annos à Iacobo de Voragine Archiepiscopo Genouensi, siue ab aliis facta, quo nam loco sit habenda, deinde quæ nam Germanica, & Gallica (permissu eorum, ad quos pertinet) tutius legi possit, aduersus eas, quas iisdem linguis aliqui deprauerunt.
 - 12 Versiones Latine variæ ab hæreticis falsatæ: de quibus cautiones traduntur necessariæ atque peruitiles.
 - 13 Notitia idiotismorum, seu phrasum quarundam Hebrææ Linguae in sacra Scriptura quanti faciendæ sit. Ecquis item idiotismorum, qui euulgati sunt, vere fuerit auctor, quæve in ijs cautio adhibenda; aut quid inde sit rescandum.
 - 14 Qui nam de ratione interpretandi, vel intelligendi sacram Scripturam egerint: quæve ex ijs colligi possint, quibus certior, atque integrior studiorum ipsius ratio constet.
 - 15 Solida & distinctior diuinæ Scripturæ commendatio à necessitate, utilitate, eloquentia, efficacitate, sublimitate, auctoritate, ac certitudine, scopo ipsius.
 - 16 Profunditas, & obscuritas sacræ Scripturæ; proinde intensissime, ut inquit Augustinus, ei esse studendum.
 - 17 Sensus Scripturæ multiplex, quæve ad eum assequendum Regule, siue Canones adhibendi.
 - 18 Habitum, & gestum, siue actionum obseruatio, quæ in Diuina Historia notantur, quam utilitatem ferat, & quisnam de ea egerit aptius.
 - 19 Partitio librorum Sacrae Scripturæ & æconomia iuxta ipsius materias: ex antiquis Græcis, Latinis, & recentioribus.
 - 20 Templi, & Palestinae notitia necessaria, quæve de ijs exactius egerint.
 - 21 Reipublicæ Iudeorum & Christianæ status atque ordo prænotandus; & vnde.
 - 22 E quibusnam auctoribus Epitome Historiæ sacræ petenda, quæ quidem ad vniuersam Scripturam, quasi filo quodam, rectè deinceps adducat.
 - 23 Rerum gestarum, quas Diuina Historia narrat, difficiles nodi; & vnde facilius eorum sumenda solutio.
 - 24 Iosephi Iudæi historiæ non integram in quibusdam narrationibus esse fidem habendam; & cur.
 - 25 Cum Chronographia, seu temporum ratio apte noscenda sit, ecqua inter tot, quæ hætenus extant, veritati sit propior.
 - 26 Concordia, siue harmonia veteris & noui testamenti, ut & Christi nominum, atque officiorum notitia à quibusnam rectè sit tradita. Agitur item aliquid de Sibyllarum oraculis.
 - 27 De Psalmis nihilissima, & breuis tractatio: qua agitur de methodo ad eos rectius intelligendos, ac meditandos.
 - 28 Elenchus Interpretum, atque eorum, qui Glossas, vel Paraphrases, aut Concordantias in omnes Scripturæ Sacrae libros edidit: quorum usus, & emendationes ab Auctore fusius postea ostenditur in altera eius Bibliotheca, quæ dicitur S A C R A.

N 3 A N-



ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

Liber Secundus

BIBLIOTHECAE SELECTAE

Qui est de Diuina Historia.



*CUR DIUINA HISTORIA DICATUR SACRA
Scriptura, Biblia, Testamentum, Pactum, Fœdus, Chirographum,
Lex, & Euangelium; Theologia Positiua, Verbum
Dei. Caput I.*

SACRA SCRIP-
TURÆ.

CODEX DI-
VINVS.
BIBLIA.

EPISTOLÆ.
IMP. COELI.
Greg. Ma-
gnus. ep. 84
ad Theodo-
rum medicū
Lib. 4.



DIUINA Historia dicitur SACRA SCRIPTURA, quod scribatur a velociter scribentis, & eorum, qui sacras litteras conscribere, animos & manus dirigentis LIBER hic est, cœlestium plenissimus mysteriorum. Quem ideo Diuinum Codicem sæpe Augustinus; ceteri vero BIBLIA, hoc est Libros nominant; quoniam non solum aliis omnibus libris, verum etiam cunctis, quæ vnquam fuerunt, bibliothecis, maxime præstant. Certe omnipotentis Dei, & Imperatoris cœli EPISTOLAS dixit Gregorius, qui cum Theodoro medico gratias ageret de pecunia pauperibus transmissa, eum diligentissime hortatur ad legendas litteras sacras. Sed quia (inquit) ille plus diligit, qui plus præsumit: erga dulcissimam mentem gloriosissimi filij mei Theodori habeo aliquam querelam, quia donum ingenij, donum rerum, donum misericordiæ, atque charitatis à sancta Trinitate percepit; sed tamen sæcularibus indefinenter causis adstringitur, a sœdibus processionibus occupatur, & quotidie legere negligit verba Redemptoris sui. Quid est autem SCRIPTURA Sacra, nisi quædam Epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam? Et certe sicubi esset gloria vestra alibi constituta, & scripta terreni iam Imperatoris acciperet, non cessaret, non quiesceret, somnum oculis non daret, nisi prius quid sibi Imperator terrenus scripisset, agnouisset. Imperator cœli, Dominus hominum & Angelorum, pro vita tua tibi suas Epistolas transmittit, & tamen gloriose filii easdem epistolas ardentem legere negligis. Stude ergo quæso, & quotidie Creatoris tui VERBA meditare. Dilce cor Dei in Verbis Dei,

A Dei, vt ardentius ad æterna suspires, vt mens vestra ad cœlestia regna maioribus desiderijs accendatur. Tanto enim tunc maior ei erit requies, quâto modo ab amore conditoris sui requies nulla fuerit. Sed ad hæc agenda infundat nobis omnipotens Deus consolatorem Spiritum. TESTAMENTVM vetus & nouum: quod testatoris voluntatem ac dispositionem contineat. nam & propterea Græce habetur *διαθήκη* cuius in vetere promissio erat terræ manantis lac, & mel; eaq. brutorum sanguine fanciebatur: in nouo autem æternæ hereditatis, quod & iureiurando, & Filij ipsius Dei sanguine confirmatum est. Cum enim tantæ rei firmitatem Spiritus sanctus enarrasset varijs nominibus Societatis, amicitia, seruitutis; Regis ac regni, Sponsæ, viri & Vxoris; adiecit illa PARENTIS & FILII. huius quidem non natura, sed adoptione; quoniam non naturali debito, sed legato ac voluntaria institutione Parentis Dei in bona eius paterna succedimus. Itaq. & Paulus cum adoptione coniunxit testamentum, inquit: Quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & promissio.] Ac Iacobus dixit: Voluntarie genuit nos verbo veritatis.] Discrimen autem veteris & noui Testamenti attigit Cyprianus aptissime inter alios, curq. in illo esus sanguinis animalium prohibebatur; in hoc esus corporis, & consequenter potus sanguinis Christi præcipitur. Ratio vero, cur Testamentum vtrumq. vocatum sit, præter alios plurimos Iansenius optime declarauit, ne alibi quærendo tempus teratur. PACTVM autem, & FŒDVS, & CHIROGRAPHVM idem sunt cum Testamento. Vbicumque enim in Græco textu, vox hæc, Testamentum, est, ibi, ait Hieronymus, habetur Hebraice, Berith. quod ducitur à verbo Barar. mundauit. quodq. designat fœdus inter viuentes liquido ac præcise transactum. In quo nimirum condiciones vtrinque consent: Dei quidem promissa nobis vitalitasq. supernaturalis: Nostri autem ad superhumana oblatio fidei, atque operum, quæ digna sint filijs Dei: quod quoniam ipsi præstare non possumus viribus solis humanis, fit eadem ipsa gratia, qua vocamur ad diuinum consortium, adspirante, agente, perficiente, vt credamus, speremus, diligamus, Deo viuamus, atque hac viuâ fide erecti ad æterna illa bona suspirantes, his caducis contemptis, aduersa feramus patienter, nulla re diuinæ amicitia præposita. Hæc vero omnia, quoniam certa stipulatione, sancita sunt, Scriptura sacra quasi Chirographum, ac Tabulæ Dei ab Augustino etiam dicta sunt. Quoniam enim (ait) generatio labitur, generatio venit, & celeri cursu currunt tempora; voluit Deus Scripturam sacram manere veluti tabulas quæsdam, & quoddam Dei Chirographum, quod omnes transeuntes legerent, viam, qua Ad Dei promissa venitur, tenerent. LEX item, & EVANGELIUM. illa quoniam præcepit: hoc, quia felicissimo nuntio declarauit, & perfecit. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti.] Videlicet in Euangelio sunt, quæ multo antea Lex vna cum Prophetis & Psalmis indicarat. Quare huc illa pertinent: Non veni legem soluere, sed adimplere.] Et Lex & Propheta vsque ad Ioannem.] Ac rursus: Legem destruimus? absit. sed legem statuimus.] Nam cum legis finis sit Christus, tum maxime lex statuitur, cum Christus tenetur. Iterum autem illud: Lex pædagogus in Christo.] Et ideo dixit: Si crederetis Moyse, forsitan crederetis & mihi.] THEOLOGIA POSITIUA. In Diuinis enim letteris materia & ratio est, qua Theologi possimus effici. Theologus enim (si pressius, atque ex veterum Græcorum vsu accipiatur) is est, in quo diuinitatis cognitio sit, quemadmodum docet Gregorius Nazianzenus. Sin fusiore significato, ac qualem nostræ usurpant scholæ, is est Theologus, cui non solum nota sit Diuinitas, quatenus in ænigmatibus cognosci potest, ac quatenus alios eam possit edocere; verum etiam qui ea cognoscit, quæ de Diuinitate sunt, vel ad Diuinitatem spectant, quoniam à Deo reuelata sunt, ac nobis absq. illius reuelatione nequeunt innotescere; ad Diuinitatem autem, quatenus superni est ordinis, referuntur. Qua de re aliquid adhuc, vbi de Scolastica Theologia dicitur. POSITIUA. quod legibus ratiocinationum, definitionum, ac diuisionum haud

TESTAMEN-
TVM.
Stathen.
Veteris, &
nouu testa-
menti disci-
men.
Hebr. 6.
1. Pet. 2.
Rom. 8.
Tit. 1.
Hierem. 31.
FILIATIO
p adoptio-
nem.
Roman. 1.
Iacobi 1.
Apud Cyp.
de Coena Do-
mini.

Iansenius in
Concord. E-
uang. c. 131.
super illis
verbis. HIC
EST ENIM
SANGVIS.
Hier. tom. 3.
in quæst. su-
per Gen. 2.
cap. 3.
Cõditiones
& pacta in-
ter Deum
& nos.
CHIROGRA-
PHVM.
TABVLÆ.

Matth. 5.
Matt. 11.
Rom. 3.
Galat. 3.
Ioan. 5.

THEOLOGIA.

Greg. in pri-
mo suo Apo-
log.

POSITIUA
CUR.

Bonau. impro-
logo Brenila
quij.

Sacra scri-
ptura non
procedit se-
cundū mo-
dum aliarū
scientiarū.

Diuinæ Hi-
storiæ sum-
ma.

Humana
mens spe-
culum no-
bilissimum
& capax.

VERBUM DEI

r. Cor. 1.
Coloss. 2.
Qualis Do-
ctor Chri-
stus præ a-
liis.
Ars Patris.

coarctetur, nec in eam tradendam cadat omnino ea disceptandi ratio, quæ A
Scholasticæ penitior adhibetur. Ac quidem, quæ Græcis est thesis, hæc Latinis
positio est; quæ cum sententiam ratam, stabilem, firmam designet, in Diuina
Scriptura præcipuum habet locum, quæ est vniuersæ Theologiæ Scholasticæ ba-
sis & fundamentum. Hanc ob causam Bonauentura loquens de positiua Theolo-
gia inquit: Cum secundum lumen supernaturale procedat ad dandam homini
viatori notitiam rerum sufficientem, quatenus ei expedit ad salutem, partim per
plana verba, partim per mystica, describit totius vniuersi continentiam, quasi in
quadam summa, in quo attenditur eiusdem Scripturæ latitudo: describit decur-
sum, in quo attenditur longitudo: describit excellentiam saluandorum, in quo at-
tenditur sublimitas: describit & miseriam damnatorum, in quo profunditas con-
sistit, non solum ipsius vniuersi, verum etiam diuini iudicij: & sic describit totum B
vniuersum, quantum expedit de ipso habere notitiam ad salutem secundum ipsius
latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profunditatem. Sic enim (paulo
post subdit) exigebat conditio capacitatis humanæ, quæ nata est magna & multa
magnifice & multipliciter capere tamquam speculum quoddam nobilissimum, in
quo nata est describi non solum naturaliter, verum etiam supernaturaliter rerum
vniuersitas mundanarum. Neque vero solum, quod Diuina diuinitus traçen-
tur in Scriptura sacra, verum etiam quod hæc ex ore Altissimi prodijt, dicta est
VERBUM DEI. Quod cum in scriptum, traditum, scriptum pro varia ratione vocent
Apostoli, nos modo de verbo scripto agentes, reliqua ad Theologiam cum hæ-
reticis controuersam, atque ad Ecclesiasticam historiam referimus. Porro Dei
Verbum, cum non humana inuestigatione, sed reuelatione, vel inspiratione C
diuina cognitum sit, apposite ita dictum est, quod præter alia notitiam nobis IESV
Christi, qui est VERBUM DEI, suppeditat, ex qua ut origine manat firmitas, &
intellectio totius Scripturæ. quippe is factus est nobis Sapientia à Deo: & in ipso
sunt omnes thesauri Sapientiæ & scientiæ absconditi: qui solus verus est Doctor,
qui (ait Augustinus) potest speciem imprimere, ac lumen infundere, atque virtu-
tem dare cordi audientis, cathedram habens in cælo, & intus corda docens Fi-
lius Dei, & Ars Patris.

PER QUOS NAM DEUS EA, QUAE IN
Historia Diuina continentur, seruari; ac qua nam lingua posteritati initio
mandari voluerit. qua occasione de eiusdem lingua origine,
vilitate, progressu, & ratione ipsius addiscen-
da agitur. Caput 11.

SOLVM (inquit Eusebius) Hebræorum genus inter tot tantosq.
errores nempe variarum gentium ab vno voluptatis collo, tam-
quam hydra in diuersa capita profusos, veram pietatem secu-
tum est. Hebræi enim solum pia sanctaq. consideratione pri-
mum elementa, & quæ ab elementis composita sunt, solem simi-
liter & lunam, & ceteras stellas, & cælum ipsum, non modo
deos non esse, verum etiam animæ penitus expertia iudicarunt. Deinde quoniam
E
niam neque à lapidibus casu vniquam sine artifice domus ædificari, nec pannus
absque texente fieri, nec naus sine gubernatore nauigare potest; cum animalibus
rationalibus, atque irrationalibus, & substantiis animatis plenum hunc mundum
viderent, non absque Sapientia Dei omnia facta putantes, à magnitudine atque
pulchritudine creaturarum, puritate mentis, creatorem omnium immortalem
cognouerunt. Cum autem non contemnendam totius partem, hominem esse
viderent, partem eius præcipuam, animam videlicet, verum hominem, corpus vero
quasi hominis indumentum, esse affirmarunt. Quare maiorem curam cultui ani-
mae

Sap. 13.
At caueat
lector, &
sciat, hanc
esse deter-
minationi
Ecclesiæ
contrariā,
nā anima
est forma,
& pars ho-
minis.

A
mae afferre non dubitarunt, creatori hoc Deo placere arbitantes, qui à genere ho-
minum non corporis robore, sed animi ratione, omnia quæ in terris sunt, governa-
ri constituit. His fundamentis iactis, corpus quidem, & quæ corpori suauius sunt,
non maioris quam reliqua pecora, fecerunt: Animum autem, qui rationis parti-
ceps est, ac mente præditus, quique ad similitudinem Dei creatus est, summo studio
excoluerunt, nec quidquam verum bonum præter bonorum omnium largitorem
Deum credentes, extremum finem, summamq. beatitudinem in cognitione atque
coniunctione Dei posuerunt, qui solus humanæ vitæ, rerumq. omnium causa est.
Quare illum solum Deum cognoscere, illi se soli vitæ puritate adiungere studue-
runt, ac pietate, veraq. in Deum religione altissimi sacerdotes, genus electū atque
regium, & gens sancta, aliisq. similibus appellationibus digni visi sunt. Cur igitur
B
reprehendendi nos sumus, qui hæc Græcorum, Aegyptiorum, Phœnicum, cete-
rarumq. gentium nugis præposuimus? In tantum virtutis multi ex genere ipsorum
peruenerunt, ut Angelorum visione, diuinisq. oraculis, non syllogismis, neque
coniecturis instituerunt, ut quæ futura erant, plerumque Dei gratia repleti, quasi
præsentia viderent. Hæc antequam Græcorum nomen esset, immo verò etiam ante
Moysem, à Iuda Iudæi appellati sunt; Hebræi vero ab Hebero, à quo Abraham
originem traxit. Multis ante Moysem sæculis absque lege aliqua scripta pie san-
cteq. viuebant, absque doctrina legum, oraculis veritatem diuinis, & mentis acu-
mine, magnitudineq. animi consecuti. Primus vero apud eos eximius ille Theo-
logus Moyse scripta reliquit, qui diuinitus antequam leges poneret, maiorum vi-
tas animis hominum impressit. Ita bonorum præmiis, & impiorum suppliciis, ad
C
amplexandam virtutem, & fugiendam impietatem hortatus, leges tandem in me-
dium proposuit. Iudicauit etiam, ne forte difficillima legis præcepta Iudæi dicerent,
atque ab illis resiliunt, prætorum exempla esse proponenda, ut omnibus pate-
ret, absque legum mandatis sola ratione nixos, optime maiores Iudæorum vixisse,
atque ideo non esse sibi difficile vitas illorum imitari, si paria diuinitus conse-
qui præmia desiderarent. Hæc Eusebius.

Ortam vero vnâ cum hominis creatione Hebraicâ linguam fuisse, atque à Deo
institutam, qua præcipue mysteria Diuinæ sapientiæ exponerentur, certissimum est:
In ea vero esse tot sacramenta, quot sunt litteræ; tot mysteria, quot puncta; tot arca-
na, quot apices, est quoque verissimum. Ut non immeritò ipsa veritas dixerit non
præteriturum à lege vnum iota, aut vnum apicem, donec omnia fierent. Itaque &
D
iure vocata est sancta, quandoquidem mysteria omnia sanctissimæ Trinitatis, No-
menq. ipsum Dei ineffabile, ceteraq. ad sanctificandas animas in ea continentur
tamquam in abyfso profunda secretorum, quæ numquam possit exhauriri. Ea quo-
que potissimæ ac nobilissimæ partes vniuersi, quæ conspici possunt, sua quæque pri-
mum nomina sortitæ sunt, qualia cælum, terra, mare, lux, nox, quæ & hominibus
ipsis imposita nomina complexa est, quorum significatio totidem elementis, eod-
demq. singularum partium pondere constans in aliis linguis non est. Præterea nul-
lum idioma, vel pronuntiationis integritate gratius, vel simplicium verborum co-
pia vberius, vel significatione ipsa, aut significandi modis distinctius esse intelli-
gunt ij, qui hanc linguam sedulo didicerunt: quamobrem & hinc factum est, ut
plures rationes afferat Benedictus Arias Montanus, quibus ostendit fieri non
E
posse, ut aliqua versio vigorem Hebraicæ linguæ præsertim in diuina scriptura
æquare possit.

Originem item duxisse hinc, tamquam ex propriis fontibus reliqua litterarum
aliarum nomina, & Arias Montanus, & Guido Fabritius Boderianus, ac denique
Bellarminus docent ex veteribus Hebræis, Græcis, Latinis. Certe Eusebius mon-
strat primas omnium litterarum fuisse Hebraicas, quod sola Hebraicarum littera-
rum nomina significationem habeant; neque enim aliquis rationem reddat, cur
Græci litteras suas vocent Alpha, Beta, Gamma, Delta, & Latini A, B, C, D, nisi
quod Hebræos sunt imitati & adeo ab illis acceperunt, qui litteris suis ea impo-
suere

Diuinas lit-
teras meri-
to præponi
nugis Græ-
corum, Ae-
gyptiorū,
Phœnicū,
& ceterarū
gentiuml

MOYSES.

Ortus lin-
guæ He-
brææ.

Ioseph. lib. 1.
antiq. cap. 4
Eusebius
apud Clem.
Alex. adrin.
li. 1. Strom.
Aug. lib. 18.
ciuita. Dei
cap. 39.
Euseb. lib. 9.
ca. 4. & lib.
10. cap. 2. de
Præp. Euāg.

Euf. ubi sup.
Hier. epist.
ad Paul.
Prædicam, et
in Threnos
Ierem.
Bellarm. in
notis gram-
mat. Hebræa.

fuere nomina Aleph, Beth, Gimel, Daleth. Cur autem Hebræi litteras suas ita vocauerint, rationem à propria significatione deductam reddunt Eusebius & Hieronymus, atque aliam Bellarminus.

Mirum autem illud est quod sapientes etiam docent, nempe merito dici sanctam hanc linguam, quod in ea sanctissima Trinitas ubique tam aperte reluceat, ut nullo sit thema, hoc est Radix, quod tribus litteris suis quædam diuinæ Triadis vestigia aspicientibus non referat: Cum etiam, qui vocum Hebraicarum ethymologicam energiam perceperit, plus (inquiunt) profecturus sit in vera naturalium rerum cognitione, quam qui plurimum doctrinæ Aristotelis, Theophrasti, Plinij, Dioscoridis, & huius generis aliorum memoriæ mandauerit; ne quid dicam de arcana illa vi, qua animi rapiuntur, dum mirabilem venantur in Idiotismis, & singulis ipsis vocibus latentem sensum. Porro Boderianus ait ex Hebraica fluxisse linguas Baby-
lonicam siue Chaldaicam; Syram siue Hierosolymitanam; & Arabicam, quam Iudæi vocant linguam Imaël: quemadmodum & ex Græca cuius litteras à Phœnicibus Græci acceperunt, cum Phœnicibus à Iudæis, (ut postea dicemus) eam habuissent, tres aliæ linguæ Attica, Dorica, & Aeolica; ex Romana verò, (quæ & Latina) deriuatæ sint Italica, Hispanica, Gallica. Nimirum his tribus linguis Hebraica, Græca, Latina, Statua illa ex variis metallis conflata, pedibusque partim ferreis, partim fictilibus subnixæ, hoc est omnis Idolomania erat euertenda, ut Romani imperij lingua non amplius feruens idolis, ad celebrandas ubique Dei laudes conuerteretur.

Ratio facilius addiscendæ linguæ Hebrææ.

Cum Clenardus & alij Græcam Grammaticam conscripserint, Sanctes autem Pagninus Theaurum linguæ sanctæ magno cū labore edidisset, superuenere Benedictus Arias Montanus, & Franciscus Raphelengius, qui maxime viam complauerunt ad Hebræam Dialectum facile consequendam: ille, dum Regiæ Biblia, & nouum Testamentum ingenti labore ac diligentia, adscitis plerisque Viris præstantissimis euulgauit; hic, dum ex omnibus pene Grammaticis Grammaticam Hebræam collegit, quæ extat inter libros pertinentes ad apparatus sacrarum litterarum in eisdem Regiis Bibliis Plantini: cum autem Lexicon quoque Pagnini ibidem adiecisset, non pauca à Pagnino ex Radicibus Dauid Kimhi, aut minus appositè citata, aut etiam non satis apte reddita suæ restituit integritati, ac præterea dictiones sexaginta & amplius, quæ quidem in aliis huius Lexici editionibus desiderabantur, vnâ cum suis interpretationibus, propriis locis collocauit. Accessit Roberti Bellarminij Grammatica, quam sic inscripsit. Institutiones linguæ Hebræicæ ex optimo quoque auctore collectæ ad quantam maximam fieri potuit breuitatem, perspicuitatem, atque ordinem reuocatæ, vnâ cum exercitatione Grammatica in Psalmum trigessimum tertium, cum & ante hanc capite tertio partis quartæ agat de inuestigatione Radicis, siue Thematis, & vsu Dictionarij, mox de Syntaxi capite quarto, denique de Poetica capite quinto.

Ex his igitur, qui propter Christi Domini amorem studiis Hebræicæ linguæ sese dare voluerint, hauriet quantum satis erit; cum & Augustinus, & alij Patres ad hoc hortentur; aut certè si quo casu, vel occupatione studium hoc esset omittendum, consulent, ut ad eos qui peritiores fuerint huius linguæ, & fuerint sani in fide accedant. Quamquam scio Spiritum sanctum diuitias suas effudisse etiam in eos, qui minus hanc linguam calluerunt, quod in SS. Bernardo, & Thoma, atque aliis cernimus; sed hoc ut minus erat fortè necessarium iis temporibus, quibus erat vnū fidei labium in vniuersa Europa, sic potentissimi illi pietate viri à mandatis Dei intellexerunt, quorum ad cor sapius locutus est Deus, quàm ad oculos per libros; vel ad aures per præceptores.

MOY-

MOYSES PRIMUS OMNIS HISTORIÆ Diuinæ, Ecclesiasticæ, Naturalis, Humanae, Qui vnâ primus Prophetia, ac Poetices Scriptor. Caput III.



MOYSES igitur, is qui Hebræum populum, Dei iussu ex Aegypto eductum, rexit annis quadraginta in deserto, primus omnium scripsit Historiam ab orbe condito vsque ad obitum suum, per bis mille septingentos ac nouem annos, cum integris omnino viribus, neque oculis caligantibus, nec labantibus dentibus, centesimum & vigesimum annum expleuisset. Adiecisse Iosuem (alij Esdram) ferunt, quæ de ipsa Moyse morte extant à trigesimo quarto Deuteronomij capite vsque ad finem. Et Iosephus inquit, ipsum iam moriturum, eadem de se scripsisse, verentem, quin Hebræi, à Deo raprum prædicarent.

Porro Historiam Moyse vocatam ab Hebræis Thora, id est legem (quamuis iidem Hebræi proprie Thora Deuteronomium vocent;) à Græcis Pentatheucum, hoc est volumen quintuplex, partiuntur in quinque libros; Vt primus exordium Mundi, & continuatam hominum, ac rerum seriem, vsque ad Iosephi mortem: Secundus exitum populi Israëlitici: Tertius Leuitarum ministeria, sacrificia, leges, ritus: Quartus recensitas Tribus ex Aegypto egressas, & numerum quadraginta duarum mansionum per eremum: Quintus Deuteronomium, hoc est repetitionem legis, continet. Quos omnes Hebræice, Augustinus, Chaldaicè vero fuisse ab Moyse conscriptos, Philo credit; qui Moyse vitam posteritati reliquit; quique vnâ cum Iosepho, (quemadmodum Iustinus Martyr refert) eundem Moysem Chaldaeo genere oriundum asseruit.

Vndecim item Psalmos, videlicet ab nonagesimo, cui titulus est, Oratio Moyse ferui Dei,] vsque ad centesimum, qui prænotatur, In Confessione,] Moyse scripsisse Hieronymus, b Librum autem Iob, alij c vel edidisse, vel è Syrorum lingua vertisse sunt testes, quos infra nominabimus.

Libros alios Moyse ascriptos, qui hæretici, aut alij cõfinxerunt, Epiphanius d primo Panarij, Athanasius in Synopsi, reiciunt.

Moyse antiquitatem, & primam omnium scriptionem historiarum, cum alia primitiuæ Ecclesiæ lumina, e tum inter hæc Iustinus f ex Diuinis ipsis Historiis, ex Gentilijs libris accuratissimè comprobant: vt etiam præter Palæmonem, g & Appionem h Posidonij, Strabonem, i Cornelium Tacitum, k Iustinum, l Diodorus historicorum omnium apud Græcos probatissimus, Moysem appellet magno animo virum, & probatissima vita celebratum; primum item legislatorum, quem (ait) vocant Deum, siue ob admirabilem Diuinam notionem, siue ob excellentiam, & potestatem.

Principem autem quum dico Historiarum Moyse, sic intelligo, ut quæ vsque ad illius tempora, vel traditione Patriarcharum, vel alia ratione quadantenus asseruabantur, ipse ante omnes planius litteris commendauerit. Planius inquam: nam quod Iosephus, m & Augustinus n tradidere, linguâ & litteras Hebræicas ante Moysem extitisse, id verum est: nepotes autem Sethi o ante generalem Mundi inundationem, scientiam rerum coelestium, quam ipsi compererant, litteris insculpsisse in columnis, altera lapidea, altera lateritia. Rem totam grauiissimis verbis Iustinus p Philosophus & Martyr, Genes alloquens confirmat. Minimè namque (inquit) ignorare vos decet, nihil esse Gentilibus historiis exacte mandatum ante Olympiadas, nec vllam antiquam extare cõscriptionem, quæ aut Græcorum, aut Barbarorum gesta significet; sola Prophetæ Moyse præcessit historia, quam afflatu diuino Hebræis litteris ipse præscripsit. Neque enim adhuc erant Græcæ litteræ, sicut earum præceptores litterarum declarant, asserentes, Cadmum ipsas ex Phœnicia primum attulisse, & Græciæ tradidisse; & primus inter vestros Plato testatur, eas posteriùs inuentas; quippe qui in Timæo scripserit, Solonem inter sapientes sapientif-

Deuter. 31.

a Iustin. ad monit. ad Genes.

b Hier. ep. ad Cyprianum

c Origen. in pref. in Iob.

d De ascensione Moyse

e Greg. Nis. in lib. de Moyse. Ambr. prof. de Patriarch. be- medict. Cy- vill. cont. Iu- lianum. Cle- mens. 1. Stro- matii. Ter- tull. ad Gentes. Euf. de Prep. Euag. lib. 9. cap. 3. & lib. 10.

f Iustin. Ad- monit. ad Gentes. Philo de vita Moyse.

g Palæmon in Gra. hist. h Appion. li. cont. Hebræ. & li. 4. hist.

i Strab. li. 16. k Tacit. lib. 21. Annal.

l Iust. li. 36. m Ios. li. 1.

n Aug. li. 18. de cit. Dei. cap. 39.

o Vide Chronog. Genes.

pietissimum ex Aegypto redeuntem, hæc ipsa in Græciam attulisse, quæ ipse ab Aegypto Sacerdote nec sane verusto audiverat sibi dicente, ò Solon, Solon, Græci semper pueri estis. Hæc apud Græcos senex quispiam.

Philo lib. de vita Moysi. Act. 7.

Eundem autem Moysen eruditum fuisse in omni sapientia Aegyptiorum, potentemq. in operibus, & sermonibus, non solum Philo, sed & Stephanus Protomartyr (Primarius sanè testis) testatus est: Videlicet Dei sapientia infinita, virum per omnes etiam Ethnorum disciplinas, pede inoffenso deduci voluit, ut fatanæ technas, & Magorum astutias noscens, rectissimam deinceps populo Dei viam ad cælum ostenderet: Id quod, & Danieli inter Babylonios, & Augustino inter Manichæos contigit: licet Moyses, sicuti & Daniel, numquam Aegyptiis, vel Babilonicis erroribus assenserit: Et Moyses ipse, omisso (ut scripsit Iustinus Martyr) studio Mathematicarum, eo iam tempore vulgariū ac vilium, ad Hieroglyphicas disciplinas vti prestantiores habitas, animum præcipue appulerat, viris tantum probatissimis secreto solitas tradi: quas cum ille didicisset, nil tamen dixit, fecitve vquam, quod vnius Dei cultui aduersaretur: Quinetiam Diuinatione ac reliquis omnibus interdixit, quæ ab fatana in Aegyptiorum animos inuenta, in animos Hebræorum aut irrepsissent, aut serpere potuissent.

Libro Quæstionū à G. Tib. postarū.

Nemo autem vquam veraciorem Mosaica historiam tenuit, vti neque parem, quâto minus altiorē: quippe cui Deus apparuit, mysteria cælestia aperuit, exēplarq. rerum instituendarum in monte ostendit, miraculis vero & Prophetiæ dono eius auctoritatē, & doctrinam firmavit ingētibus. Quamquam etiam, vt filius fuit Amram, & nepos Caath, & pronepos Leui Patriarchæ, abnepos Iacob, cuius auus erat Abraham, quò viuente, Noe adhuc superstes fuerat, quæcūque tradita per manus Hebræis de Deo, de Mundi origine, de venturo Christo, de vocatione gentium, deq. aliis omnibus seruabantur in iis familiis, quæ integrum Dei cultum retinebant, Moyses apprimè cognouit, atque in sua scripta historice ac verissime, vt erat in tota domo Dei fidelis, retulit. Quare abest à tanta historia omnis fucus, & vtro noui semper inde thesauri eruuntur à scrutantibus, si quidem fidei lumen præferant; Nec porro accessum inuidet indoctis, doctos autem admittit in adyta, & interiora velamina: cum interim Dei de quo agit, Maiestatem numquam non reuerentissime seruet: Quam scribendi rationem vti nam deinceps omnes secuti fuissent historici.

Optima omnium ratio Historiæ scribendi.

Iam igitur si qui prodidere posteris gesta, vel hinc hausta sunt; vel ipsimet vnâ cum iisdem gestis, multo (quod dicebamus) posteriores Moysæ fuerunt: quales Dytys Cretensis, Dares Phrygius (de quibus diximus supra) & Homerus, qui quum quingentis post Moysen annis vixerit, centum item post bellum Troianum fuit. Indica item bella, quæ Dionysio, siue Libero Patre, contigerunt, cum ille Orientem domuit, sicuti & Persei victoriæ, Thesei acta, Herculis labores, Deucalionis diluuium, Phaëtonis incendium, Proserpinæ, atque Europæ raptus, fuere post Cecropem, qui primus Athenarum Rex haud vixit ante Moysæ tempora. Itaque & Thebæ à Cadmo post Cecropem sunt conditæ, qui primus litteras à Phœnicibus acceptas, & his ab Hebræis traditas (vti ex Iustino Martyre ostendimus) contulit Græcis: Ac Minos leges Cretensibus promulgauit, & Aesculapius Medicinæ laude excelluit.

Vide Enst. li. 10. de præp. Euag. ca. 3. antiquitatem Moysæ et prophetarum egregie monstrant.

Historia Moysæ Diuinam, Ecclesiasticam, Naturalem, Humanam Historiam cōplectitur

Moyses os ad os Dei locutus.

Series & scopus Historiæ Moysæ.

Quum autem de Historia Moysæ loquimur, non solum Humanam, verum etiam Naturalem, & Ecclesiasticam, & Diuinam, intelligi volumus. Quare nulla Historico vquam ditior aut sublimior fuit suppeditata materia. Sed vt qui res Maiorum optime nouerunt, has optime possunt monumentis inferere, Ac vero si quis cum ante actis rebus futuras liquidissime cerneret, eminentissimam omnium posset historiam, ac scientiam texere; Sic vtrumque præstitit Moyses, qui os ad os Dei locutus, hominem sensim ab elementis ad cælum, à corruptibilibus ad incorrupta, à creatis rebus ad suum Opificem, per Christum, qui est finis omnis legis, omnis historiæ, ac veræ felicitatis, diuinissime deducit. Hic enim Moysi in historia

A storia fuit scopus, vt summam felicitatem, omne videlicet illud bonum, quod peccantes amiseramus, recuperato iterum lumine intuentes, perfectissime cum eo principio, à quo creati fuimus, per Christum, & in Christo coniungeremur. Quam tantam Theologiam, totam videlicet mercedem, æternam vitam, sapientiam, quam sapientes sæculi non cognouerunt, hoc vnum quod necessarium est, hanc cognitionem quam non ex parte, sed sicuti est, vti cupiebat, sic videre sperabat Apostolus; hoc denique quod charitate ardentissima Christus Dominus & orauit, & voluit, vt cum Patre, ac cum seipso vnum essemus, quemadmodum Pater (inquit) & ego, vnum sumus; Hæc (inquam) omnia propinat nobis diuina Moysis historia; quæ postea plenis haustibus Christus Patris sapientia tradidit: vt certe felices sint futuri, qui ad hanc sitientes, eo quo dicemus modo accurrerint.

B Tantis vero quum in diuina historia fuisset Moyses, Rempublicam quoque Ludæorum, admirabili Politia, & diuinis legibus instituit, quæ esset duratura vsque ad Dei Filij aduentum, tamquam certissimus Christianæ Ecclesiæ typus. Hebræos autem, qui iam quadringentos & triginta annos demorati in Aegypto, non poterant non intellexisse gentis illius mysteria, & idololatriam cernere, in quam plerique Hebræorum incidissent, mira arte Moyses ab erroribus iis abduxit. Nam cum totius Aegyptiæ scripturæ summa (Clemente Alexandrino teste) distingueretur in Epistolarem, Sacerdotalem, Hieroglyphicam, nempe quæ scriptione insculpebatur, & bipertita erat; vt altera a propriè loquens, mysticis tamen verbis per litteras; altera b symbolica signis vteretur: quæ rursus in Imitatiuam, Tropicam, Aenigmaticam distribuebatur; Moyses hieroglyphicæ doctrinæ morem secutus, plura sub mysticis animalium symbolis præcepta moralis vitæ tradidit, solis diuinæ legis amatoribus cognita, cuiusmodi fuere, vel sapientissima Tabernaculi constructio, vel sacrificiorum ritus; vel illa: Abstinentum esse ab esu porci, aquilæ, accipitris, corui; quod & porcus, animal gulæ ac voluptati deditum, symbolum sit ingluuiei atque libidinis, quibus ad eadem saginatur: & aquila rapinam, accipiter iniustitiam, coruus auaritiam designent. Sed hæc vt reliqua omnia Iſychius, & alij, qui antiquitus in Leuiticum scribere, persecuti sunt, digna Christianis mentibus, quæ eo cibo altæ ex istis symbolis, ad Ecclesiæ nostræ diuina mysteria, ordinem, mores altius erudiri, atque affici possunt.

Moyses quantus, & qualis Politicus.

Clem. Alex. lib. 5. 5. Hieroglyphicæ doctrinæ, Imitatiuam, Tropicam, Aenigmaticam, symbolis animalium, Iſychius, & alij, qui antiquitus in Leuiticum scribere, persecuti sunt, digna Christianis mentibus, quæ eo cibo altæ ex istis symbolis, ad Ecclesiæ nostræ diuina mysteria, ordinem, mores altius erudiri, atque affici possunt.

Et à Moysæ igitur, etiam qui Theologi vocati sunt inter Gentes hausere maximam partem boni, verive quod in eorum cernimus monumentis; de quibus quoniam sibi gloriam erant aucupati, & furta inuolucris contegebant, rectissime à Christo Domino dictum est, Omnes quotquot ante me venerunt, fuerunt fures & latrones. Sic fecere Mercurius Trismegistus, Amphyon, Orpheus, Linus, Musæus, Hesiodus, Pythagoras, Plato, (quem Moysen Atticum ideo vocauit Numenius) Aristoteles, & alij. Id quod vbi de Philosophia agemus, fustus dicitur, quemadmodum & superiori libro dictum est, vbi de Aegyptiis est actum. Et vero Græci omnes, vel septem ij qui vocati Sapientes, ac quorum princeps Thales in Græcia primus philosophari cœpit, post eos Prophetas, qui maiores dicuntur, & post Salomonem plus quadringentis annis vixerunt: quum deinceps Socrates, ex quo tot Philosophorum sectæ prodierunt, floruerit post Zachariam, Aggæum, Malachiam; qui nouissimi fuere Prophetarum. Et sane summum esse aliquod (vti re vera erat) Theologiæ mysterium ab ethnicis illis qui habitati sunt antiquissimi, existimatum est, cum Hesiodus spiritum vocauit amorem, quo omnia fouerentur, ac regerentur, quem item constituit Mundi principium: cumq. Stoici dicerent, quæcumque in Mundo sunt, vno diuino spiritu procreari, regi, contineri: Ac cum Plato asseruit in Timæo, quidquid erat non tranquillum, & quietum, sed immoderate agitata, & quasi fluctuans, id assumptum & ex inordinato ad ordinem fuisse adductum: cum denique docta illa Philosophorum σύμφορα tantis laudibus celebrarunt diuinum Amorem, tamquam Mundi fabrum; in quem denique refererant vniuersam Vniuersi huius molitionem. Quæ sensa ane aliunde capere

Thales vixit post maiores Prophetas, ac post Salomonem plus 400. annis. Socrates post minorū Prophtarū tempora.

potuerunt; quàm ex Moyse testante diuinum hunc *ἀέρας*, hunc afflatum & spiritum Dei, dum tractaret Mundi nascentis materiam, vt formaret informem, tamquam omnium artificem rerum, omnia prospicietem, omnibus consulētem, habentemq. omnem virtutem, limosam illam paludē, ac iners pondus virtute sua sustinentem, & qua si ex semine, vel ouo tandem omnes rerum formas & species sapientissime educerentem, & excludentem? Et Cicero fidenter aduersus impios philosophatus, inquit, Hæc ita fieri, omnibus inter se mundi partibus concinentibus, profectò non possent, nisi ea vno, diuino, & continuato spiritu continerentur: Virgilius autem.

Virg. 6. Aeneid.

Principio cælum, ac terras, camposq. liquentes, Lucentemq. globum Lunæ, Titaniamq. astra, Spiritus intus alit: totamq. infusa per artus Mens agit at molcm, & magna se corpore miscet.

Ouid. 1. Metamorph.

Et Ouidius ex Hesiodo, & Anaxagora, Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere Chaos; rudis, indigestaq. moles, Nec quicquam nisi pondus iners, congestaq. eodem Non bene iunctarum discordia semina rerum.

Iustin. Martyr in 2. pro Christianis Apologia.

At hæc omnia (inquam) ex paucissimis, sed fecundissimis illis verbis diuinæ Moyse historiae manarunt: Et spiritus ferebatur super aquas, &c. Sed & illud, vnde, nisi ex Moyse, si vera sunt quæ de Aristotele dicuntur, qui iam propior morti, quasi maturior factus, Deum causam causarum dixit, sicuti & Actum purum nominauerat. Quibus verbis, vellet nollet, Deum esse, ex quo omnia, omnifariam perfectū, ter sanctum, in quo nihil sit impuri aut vitiosi, hoc est, in quo nihil sit, quod non sit ipse: materiam verò consequenter abyssum vniuersarum imperfectionum testari coactus est. Quid Plato? cum Deum *τὸν εἶ* vocasset, an aliunde quàm à Moyse vox tanta prodierat, quam ille de Deo à Deo ipso acceperat?

Venio ad naturalem historiam, cuius firmissima fundamenta iacta sunt ab eodem Moyse. Nihil enim planius, & aptius ad veritatem statuendam scribi poterat, quàm cum egit de Mundi origine, de principiis rerum corruptibilium, de duabus primis causis naturalibus, agente, & materia; mox de reliquis; deinde de ordine ac dispositione creaturarum rerum; denique de homine ipso, quò mundi corruptibilis natura progressa sistit pedem.

Ex hoc igitur silice scintillas excussere, qui res naturales tractarunt antiquitus: Vt Tertullianus meritò exclamet, sophistas, poetas, philosophos, de Prophetarū fonte potasse: Et Hermippus Pythagoricus dixerit, Pythagoram ex Mosaica lege plurimum in philosophiam transtulisse: Alij verò agnouerint, ex Moyse Deuteronomio sumptum illud, NOSCE TE IPSVM, postea Chiloni, Thaleti, oraculo Apollinis tributum. Huc pertinent quæ Mercurius, Hesiodus, Thales Milesius, de origine Mundi senserunt; cum prius noctem fuisse, quàm diem; ac primum omnium fuisse Chaos, tum amplissimam Tellurem extitisse; per Chaosq. ab Hesiodo intellectum esse NIHIL, itaq. ex nihilo effectum esse cælum & terram Hesiodū ipsum existimasse testatus est Aristoteles; qui & alibi docuit, antiquissimos Theologorū tria fecisse mundi principia, Chaos, Noctem, & Oceanū: Sic Anaxagoras qui *φυσικώτατος*, hoc est naturalissimus est dictus, arbitratus est, omnia primò fuisse confusa & indigesta, deinde accessisse mentem, quæ illa distinguens & separans, Mundum effecerit: ac Trismegistus multò antea in Primadro, quum ait, fuisse tenebras infinitas in abyfso & aqua, & spiritum tenuem intelligibilem; quæ diuina virtute erant in ipso Chao. At Thales Aquam valentissimum esse dicebat elementum, atque ideo primum fuisse, ex quo surrexerint omnia, sicuti ab Seneca accepimus: qui & subdit. Dicimus enim ignem esse, qui occupet Mundum, & in se cuncta conuertat, hunc euanidum considerare, & nihil aliud in rerum natura, igne restincto, quàm humorem, in hoc futuri Mundi speciem, latere. Ita igni exitus Mundi est, humor primordium. Hæc ille.

Vide Ensch. Augustinū, Ambrosiū.

Aristoteles, lib. 1. Meteor. & li. 4. Physic. et libro, qui inscribitur contra Xenophanem, & Zenonem, et Coriam.

Seneca lib. 3. Nat. quæstio cap. 13.

B

Sed

A Sed quanto isti à Mosaicæ Philosophiæ elementis longius discessere, tanto acerbiora ex aliis alia diffidia inter sese pepererūt de omnium rerum principio, de Natura, & huius principiis; de constitutione Mūdi & fine, de q. eius vnitatem, magnitudine, figura, de q. materia & forma; de Mundi partibus supremis, cælo, stellis, quæve in sublimi generantur, vt & de imis, ac subterraneis; de homine, vnde venerit, quò vadat; de anima humana, & huius functionibus atque muneribus corpori communicatis; de humano corpore, & eius affectionibus; de summo bono, & aliis huc spectantibus. Inde q. enatæ tot scholæ, in quibus mutuò sese Philosophi lancinabant; vt Xenophon ex ipsa philosophorum altercatione, dū naturæ intima scrutaretur, eos similes furentibus pulcherrima oratione iudicauerit. Et Lucianus in Timone iocatur in Iouem, quasi aures obstruatas habentem, disceptantium clamoribus philosophorum, atque ideo preces eorum non audientem: Ac Cicero scribit, Gellium Proconsulem Athenis Philosophos, qui tum erant, in vnum locum conuocasse, vt aliquando controuersiarum facerent modum. quòd si essent eo animo, vt nollet iracundiam in litibus contere, posse rem cum eo conuenire, ac simul operam suam illis esse pollicitum, si quid inter eos statui posset. Videlicet sentiebant vel ipsi ethnici, veritatem nimis altercandò interire; Id etiam de naturalis historiae veritate dici potest; atque adeo cum viro nobilissimi cordis & ingenij exclamandum: O miseriam dubio procul singularem, liberum hominis animum, ad expeditam contemplandæ veritatis actionem editum, nec cælo, nec vlla creata re contentum, in vnius opinionis ergastulo, tamquam manicis, & compedibus vinctum detineri.

Xenophō & τῶν ἀποκρινῶν μωνοῦμασι contra philosophos.

Cicero de legib.

Ioan. Francisus Picus Mirandul. lib. 3. in Exam. doctr. van. Græc.

Ad Moysem vt redeamus, Humanam etiam ille, atque Ecclesiasticam historiam primus texuit grauissime, ac planissime: præfuit enim rebus ipsis quas gessit, quadraginta totos annos. Ac superiorum quidem ab orbe condito rerum vsque ad populi Iudaici egressum ex Aegypto, ita scripsit, vt scribendæ historiæ omnis rationem monstrauerit optimam, qui semper vnius Dei cultum vrgeat ob oculos; quem flagitia punientem, munerantem pios, consulentem iis qui ipsum timent ac diligunt, prospicientem futura, & certum eorum exitum annunciantem, denique populi sui Ducem, Imperatorem, & Deum exercituum describit, & celebrat. Quæ gesta, quæve scribendi ratio, si cum iis qui nobis humanas reliquerunt historias, Cæsaris, Alexandri, & aliorum, conferantur, nonne illico humana mens sentiet in Moyse Deum loquentem & operantem; in illis verò Deum quidem multa permittentem, at neque miracula per eos parantem, nec tales Respublicas instituentem, nec Rebus publicis vtilis historias condentem? Quanti enim illa fuerunt; nimirum, Hebræorum populum afferere in libertatem, nec ligneo ponte, qui Rhodano fuit à Cæsare impositus, copias traucientem, sed fide aperientem maria, quæ vniuersum hostem absorbuerunt, dum sicco pede tot centena hominum millia educta in eremū, qui variis in stationibus, seu mansionibus quadraginta annos cum substitissent, adducti sunt tandem ad Regnum Israelis firmandum, & ad trophæa Diuinæ dexterae posteris excitanda?

Ceterum, cum in hac historia Moyse vnius Dei cognitionem docuisset, quò falsorum deorum cultum ablegaret ab animis Iudæorum; eum autem esse quoque latorem legis eisdem suadere voluisset, primò ex operibus creationis, & ordine rerum creaturarum id fecit, mox è pœnis per Diluuium, perq. ignem, & linguarum confusione illatis, demum è vita Patriarcharum excellenti, Iosephiq. pietate, quasi per gradus, deduxit homines ad ipsam Dei legem suspiciendam, & opere cõplendam, vt postea sterneret viam, ad reliquam Diuinam historiam, qua Ducum, Iudicum, Regum, Pontificum gesta erant litteris consignanda. Idcirco verò & liber ipse Genesis & Iosue, liber iustorum in Scripturis vocatus est: Quamquam & liber Samuelis, quo continentur gesta Prophetarum iustorum Samuel, Gad, & Nathan, etiam liber iustorum vocatus sit.

Collatio Moysi Historiæ cum Ethnics historiographis.

Restat modò, vt & Poeticæ primū ac præstantissimum scriptorem fuisse Moysem, ostendamus: Quod sane ex duobus Canticis, hexametrorum carmine (vt inquit Hiero-

Series Historiæ Mosaicæ, ac modus præstantissimus. In libr. Iosue, Iudicij, & Regum & Paralip. et Esdr. a Aug. de ciuit. Dei lib. 23. c. 38. Hiero. in Ezech. cap. 6. Hieron. in Quest. Hebræicis sup. li. Reg. lib. 10. hæc sunt.

Moyfes pri- mus poeti- ce scriptor.

Exodi ca. 4.

Deuter. 32.

Chara-cter poematum Moyfis Gre- cos, & quol- nis alios poetas an- tecellit.

Iobi certa- mina scri- pta à Moy- se, ut ali- quibus vi- sum est. In epist. ad Paulinum. Iobi certa- mina ex parte vin- culis adstri- cta poeti- cis.

Moyfes quibus laudi- bus nō solum à Iudæis, sed & à Deo sit cō- mendatus. Jared Pa- ter Iedor. Heber. Socho.

Hieronimus) scriptis, patet in libris Exodi, & Deuteronomij: Quam sublimi enim A cōthurno cecinit, cum demerso Pharaone populus euasit liber è mari? Cantemus (inquit) Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Iste Deus meus, & glorificabo eum. Ac quæ sequuntur. Quanta rursus illa? Audite cæli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Concresecat in pluuiam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina: Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro: Perfecta sunt opera, & omnes viæ eius Iudicia. Et reliqua. Quæ si cum omnibus Pindari Epiniciis, quæ ille inscripsit Olympionica, Nemeonica, Pythionica, componantur, quàm ista meras sapiunt nugas, præ Diuinis illis laudibus, quibus (uti & diximus & dicemus alibi) imbuendi essent adolescentum animi, B priusquam falsis poetarum imaginibus oppleti, locum deinde aut angustissimum, aut nullum Diuinis mysteriis relinquerent.

At qui inter Psalmos, quos psalluisse Moysem, ex Hieronymo diximus, nemo est, quin si singula eorum verba perpenderit, idem & characterem poematum diuinissimum cernat. Ex his illi sunt: Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Etenim firmavit orbem terræ, qui non commouebitur. &c. Rursus: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Nubes, & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. &c. Et iterum: Dominus regnauit, irascantur populi; qui sedes super terram, moueatur terra. Dominus in Syon magnus, & excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, & honor Regis iudicium diligit. Et: Iubilatè Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia. Introite in conspectu eius in exultatione. Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Et Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine, psallam & intelligam in via immaculata. Quando venies ad me? Quos, & reliquos, si quis cum Hymnis Orphæi, Musæi, Theocriti, Homeri, Callimachi, & aliorum conferat, intelliget, in Mosaicis gemmas, in ethnicis ne vitrum quidem fulgere. Licet Orpheus cum Aegyptum petisset, & è Mosaicis didicisset monumentis, vnum esse Deum, qui coli deberet ab omnibus, eorum, quæ antea docuerat, cecinerit Palinodiam præclaro hymno, atque de re quoque Musæum admonuerit.

Quod si Iobi certamina Moyfes conscripsit (vt existimarunt Polichronius A- D maæ Episcopus, & qui sub Origenis nomine Commentaria in Iobum edidit, ac Bedæ, licet Hieronymi nomen præferant, scripta habent) Iobi vero pars, (Hieronimo testante) specie orationis poetica prodierunt, ecquantum sapiunt æstrum? Numeris enim sunt laxata poeticis, quæ à libri initio ad ea verba dicuntur: Preat dies:] & quæ in postrema parte libri posita sunt statim post ea Iobi verba: Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in cinere & fauilla.] Reliqua omnia in præfatione sua docet Hieronymus, vinculis adstringi poeticis.

A Moyse igitur non solum qui secuti sunt diuini Psalmographi, qui diuinas spirarunt voces atque poemata, verum etiam Græci, & Latini, quidquid verè de vno Deo, deq. mysteriis Religionis nostræ cecinerunt, eò magis siue per se, siue per alios haussisse ex Moyfis fonte cernuntur, quò iam nobis expressiora sunt, E quæ forte nolentes ipsi pronunciarunt, sicuti interdum vi veritatis vrgente, mali etiam Dæmones loquuntur.

Habemus verarum originem historiarum, quas auidius adhuc excipiet qui meminert, quibus laudibus tantus Auctor, non solum à Iudæis, verum & à Deo ipso sit commendatus. Et à Iudæis quidem vocatus fuit Jared, id est Descendens, quòd de monte descenderit: Pater Iedor, id est Sepium, quòd quasi quadam sepi lege circumdederit populum: Heber, id est Iunctor, quòd populum Dei seruitio iunxerit: Pater Socho, id est prophetiæ, quòd ipse sit Doctõr prophetarum: Icuthiel

A Icuthiel, id est, Sperans in Deum, quòd spem habuerit liberandi populum de Aegypto; siue quòd spe parentum de aquæ periculo liberatus sit: Pater Zanocha, id est, Gubernator, quòd magnam populo in eremo gubernationem exhibuerit, siue quòd doctrina sua quotidie gubernaret. A Deo autem: Dilectus Deo, & hominibus Moyfes, cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstrauit placuit. Glorificauit illum in conspectu Regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem: Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & disciplinæ, docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel: Et alibi: Et non surrexit vltra Propheta in Israel, sicut Moyfes, quem nosset Dominus facie ad faciem, in omnibus signis, atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersaq. terræ illius, & cunctam manum robustam, magnaq. mirabilia quæ fecit Moyfes coram vniuerso Israel.

Icuthiel. Zanocha. Dilectus Deo, & hominibus. Hierony. in Questionib. in Paralip.

Ecccl. 45.

Deuter. cap. 34.

Iam vero quæ de Moyfis educatione mirabili, forma præcellenti, moribus heroicis, studiis præclaris, prudentia singulari, rerum gerendarum dexteritate inaudita, ac vita eius tota omnibus numeris absoluta, in Sacris litteris singillatim explicata sunt; ea omnia Gregorius frater Basilij Magni, & Episcopus Nyssenus in breuissimam collegit summam, quam veluti formulam viuendi cuiilibet Christiano commodam atque perfectam, inter cetera eius opera scriptam reliquit.

C MOYSES QUOMODO PRIMUS

Grammaticæ scriptor Caput IIII.



MOYSES item primus Grammaticæ scriptor, si Grammaticam vocare licet elementorum designationem. Ex iis enim, quæ Catholici, atque Ethnici scriptores collegerunt ex vetustioribus Auctoribus, quorum opera interierunt, adhuc extat Eupolemi Græci perantiqui testimonium, quo de Regibus Iudææ differens, testaturum reliquit, Moysem doctissimum, litterarum cognitionem certis Grammaticæ præceptionibus digestam tradidisse Iudæis, quam ipsi postea Phœnicibus ob viciniam largiti sunt, ac deinde Phœnicibus litterarum ordinem & numerum, Græcorum pueris dedisse, ob mutua vtriusque gentis commercia. Ex Artepano quoque scribunt, Moysem litteras dedisse Aegyptiis, eundemque fuisse Mercurium illum, qui ob litteras inuentas, à Græcis tantopere celebratur. Strabo etiam decimo sexto Geographiæ libro, Moysem vnum ex Aegyptiis Sacerdotibus fuisse scribit, eumque, cum moleste ferret eorum instituta, illhinc Hierosolymam migrasse. Docebat enim (inquit Strabo) quomodo Aegyptij non recte sentirent, qui ferarum, ac pecorum imagines Deo tribuerent; nec Libyes, nec Græci qui Deos hominum figuris insignirent. Qua in re quamuis vterque deceptus fuerit; ille, quòd Moysem cum Mercurio cõfuderit; hic, quòd eundem Aegyptium, Hierophantem putauerit; ambo tamen in hanc venere sententiam, Moysem educatum in Aegypto, & in omni Aegyptiorum scientia fuisse, testante Scriptura, eruditum, atque adeo fuisse Sacerdotem, sed Hebrææ gentis: Sic enim scriptum est. Moyfes & Aaron in Sacerdotibus eius. Atqui Plato (sic Deo forsan impellente, vt veritas ab hostibus quoque extorqueretur) primum nominum impositorem scripsit fuisse Syrum: Adamum, vel Moysem intelligens: quod & Marsilius Ficinus recte adnotauit. Quin Plinius, dum omnes antiquissimas Bibliothecas excussit, tandè eo adductus est, vt crederet, litteras semper Assyrias fuisse: quare & Lucanus dixit.

Plin. lib. 7. Nat. hist. cap. 56. et lib. 5. ca. 12.

Lucan. lib. 3.

Phœnicibus primi (si credimus) aysi Mansuram rudibus vocem signare figuris.

A MOYSE VERA COSMOGRAPHIAE, ac Geographia fuisse iacta fundamenta. Caput V.

MOYSEN autem vera Geographiae, seu potius Cosmographiae fundamenta iecisse constat, tum e Mundi creationis descriptione, atque ex confusione septuaginta duarum linguarum, tum e variis sedibus & nominibus, quorum adhuc vestigia retinentur in orbe terrarum. Et quidem (vt optime adnotauit Arias Montanus) confusio septuaginta duarum linguarum, diuersa genera in totum Orbem disseminauit, qui ob eam causam in septuaginta duas nationes diuisus est per totidem Duces, & viros principes ex filiis, & nepotibus Noe, qui septuaginta duas colonias ex Armenia Saga in varias mundi partes deduxerunt, vt vniuersam terram denuo replerent. Quo pertinere potest etiam illud Moylis; Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum, secundum numerum filiorum Israel (vel, vt interpretati sunt Graeci, secundum numerum filiorum Dei) Constat enim, populum Israeliticum, qui populus electus, peculiū Dei, Deiq. hereditas appellatur, primo ordine in duodecim semper diuisum fuisse, ac postea in septuaginta duos. In duodecim quidem Tribus, ac Polemarchos totidem, quorum vnusquisque sex Praefectos alios sibi subditos habebat, qui simul collecti, septuaginta duos efficiunt: eundem prorsus numerum, quo continebantur Israelitae quando ingressi sunt Aegyptum, vt ex hoc loco manifestissime patet. Omnes animae domus Iacob, quae ingressae sunt in Aegyptum, fuere septuaginta, quibus addendi sunt duo filij Ioseph, quos filia Phutiphera Sacerdotis Heliopoleos in eadem prouincia ei pepererat. Nam quemadmodum totus illius gentis politicus ordo, a maximo illo legislatore, qui ad supremi montis contemplationem ascendebat, oreq. ad os cum Deo loquebatur, tamquam homo aliquis cum socio suo, descriptus, & distinctus fuit: sic etiam ad formam & Ideam tam Mundi archetypi, quam caeli spectabilis, cuius exemplum ostensum ei fuerat in monte, suis omnibus numeris constans, effectus est, & absolutus. Archetypi quidem mundi, in quo Sacrosanctae, ac semper adorandae Trinitatis imperio ac legibus subsunt nouem Angelorum Hierarchiae, ac septuaginta duo praecipui custodes septuaginta duarum nationum, qui vniuersum orbem terrarum inhabitant, vt ex Daniele probatur, vbi mentionem fecit Angeli Perfarum: & ex Apocalypsi per Angelos Ecclesiarum Asiae tu torēs: prout & inter Hebraeos antiquiores Simeon Ben-Iochai in Zohare, & Ioseph Ben-Karmitol in שיערי צדק sive Portis Iustitiae (quamuis iste septuaginta tantum enumeret) clarissime ac luculenter explicant. Caeli autem spectabilis, in quo sub duodecim signis Zodiaci, septuaginta duae distinguuntur partes, quae a Graecis *συνταγματιστα* vocantur, & quarum vniciuique signo sex in Mathematicis tribuuntur. Hinc duodecim lapides preciosi in Pontificali veste Aaronis, quibus insculptae erant duodecim Tribuum nomina. Hinc septuaginta seniores, sive magnae Synagogae viri, qui ab ipsis Iudaeis כהנדרין, a Graecis vero *συνοδωτοι* dicuntur, quippe cum duobus filiis Aaron septuaginta duo capita conficiunt. Ad hanc autem Senatoriam dignitatem tantum eligebantur viri moribus, aetate, atque sapientia clarissimi, & qui totidem linguarum, quot ipsi erant, cognitionem haberent, ne oporteret eos, interpretes alios audire; si verum est, quod ex veterum Iudaeorum Commentariis notauit Galatinus. Hinc septuaginta duo Interpretes, ex duodecim Tribubus delecti, ex vnaquaque seni, & ab Eleazaro summo Iudaeorum Pontifice, ad Ptolomaeum Philadelphum Aegypti Regem missi; vt ex Hebraeo in Graecum sermonem sacra Biblia transferrent. Hinc est denique, cur Saluator mundi, ac Sol Iustitiae Christus, cum perfectam & Hierarchicam Ecclesiae suae politiam constitueret, ultra duodecim Apostolorum numerum delegerit septuaginta duos discipulos, quorum ministerio septuaginta duas nationes, totidemq. linguas, ad vnam fidem, vnam Euan-

Gen. 46. Acta Apostolorum habent numerum 75. sicq. septuaginta interpretes vertunt, quoniam & triu nepotum mentionem fecerunt. Iustin. Martyr in oratione ad Constant. Orig. super Iud. hom. 14. B. fl. cont. Euan. Aug. serm. 46. ad Frat. Dan. 10. & ibi Hierony. Et Theodor. in Epist. Diu. dogm. N. 11. cap.

Galat. lib. 3. de Arcan. eab. ver. c. 5.

A gelicam legem, vnumq. baptisma, sub vno Deo, & vno Pastore vndique colligeret: Et per quos tamquam per optimos Architectos aedificaret; & non portentosa ac superbæ cuiusdam molis turrim, sed meram Noe ex diluuij fluctibus erepti Arcam, & sanctam Hierusalem duodecim portarum ciuitatem, cuius fundamenta super profundae humilitatis aream iacta fuerunt, & cuius aedificium duodecim columnis, quot bases habebat Salomonis concha, fultum & confirmatum, ad caelos vsque fastigium erexit. Quod autem attinet ad sedes, vt vestigia priorum nominum earum orbis Prouinciarum, quae filiis Iaphet fuerunt adscripta, ex sequenti enumeratione eadem veritas patet.

B Pars orbis Iaphet adscripta. Filiorum Iaphet sedes.

- I. גומר Gomer. Comari, ita dicti Melae: aliis Cymerij, vel Cymbri: namque ex Gomer Comari, & ex Gomaris Cymbri procreati sunt.
- II. מגוג Magog. Massagetæ, & Getæ Ptolomeo, Pomponio, & Straboni.
- III. מדאי Madai. Mædi Geographis omnibus nomen retinent.
- IV. יון Iauan. Iōn, vnde Iones, & Ionia, nomen integrum Hebraicè tenet.
- V. תובל Thubal. Iberi Aquilonares iuxta Mæotidem Pomponio, nomine paulum mutato, aspirata detracta, & L. in R. affinem: ab his Iberis deducta colonia Hispaniam occupauere, eamq. Iberiam, seq. Iberos appellarunt: vnde constans Hispanis fama est, Thubal fuisse primum illius regionis cultorem. Sed nos alias de hac re differuimus.
- VI. מושכ מosech. Moschi Pomponio, haecenus tuentur nomen Moschouitarum.

Filiorum Gomer sedes.

- VII. תירש Thirax. Thrax; vnde Thraces, & Thracia nomen retinent.
- VIII. אשכנז Aschenaz. Ascanij quondam dicti postea Germani.
- IX. ריפת Riphath. Riphaces, sive Riphathes, Mele, aliis Riphæi.
- X. תוגרמה Thogar. Thurcæ Melæ, corrupto aliquantum vocabulo, tribus litteris praecipuis conseruatis. TH.R.G.

Filiorum Iauan sedes.

- XI. אלישא Elisa. Elis: vnde Graeci *Ἰλλυριοι* dicti.
- XII. תרשיש Tharshis. Chartago in Africa, quam postea Pœni occuparunt. Sunt qui Venetos ad Tharshis etiam referant, & ad Phoenices quoque, Cretenses olim dicti, ab aliis Cortini, a quibus ea Italiae ora, quae quondam Magna Graecia dicebatur, habitata fuit, & vrbs constructa, quae antiquum nomen retulit, Caieta, quidquid alij fabulentur.
- XIII. כתים Chetim. In libro Paralipomenon דודנים Dodanim Rhodij fuerunt, nomen & significationem retinentes: nam דוד DOD idem significat Hebraeis, quod ῥόδος Graecis.
- XIV. דודנים Dodanim.

Duorum,

Duorum, qui Occiduas partes incoluerunt, nomina & sedes, incertis parentibus.

- XV. ספרד Sepharad. Sperides, Hispaniam hi occupantes, Sperida vocauerunt: quo nomine à Græcis perpetuo illa regio dicitur.
XVI. צרפת Sarphath. Eam partem Europe obtinuerunt, quæ Gallia dicta est. nam Galli primi, ex Asiæ parte Bithyniæ vicina venerunt, indeq. nomen Gallia secum detulere. ita perpetua cognatio fuit Gallorum, & Galatarum. erat autem Sarphath in illa Asiæ Gallia, à qua ex adiuncto distinguebatur Sarepta, siue Sarphath Sidoniorum. Iuuenalis: Quamquam & Cappadoces faciunt, equitesq. Bithyni, Altera quos nudo traducit Gallia talo. Alteram Galliam vocat ille Asiaticam.

Filiorum Cham sedes.

- A כוש Chus. Nomen adhuc sua lingua retinet. sunt Aethiopes, gentibus, & populis varij. Lulitani vocant Cussios.
B מצרים Misraim. Aegyptij, hætenus etiam Aegyptus; Arabibus ac Turcis dicitur Masra.
C פוט Phut. Africa Mauritania, Ptolom.
D כנען Chanaan. Nomen retinuit ad multa secula.
Filiis Cham, nomina & Sedes.
E סבא Seba. Sabæa regio thurifera.
F סבאה Sabta. Stabai, Ptol. super sinum Persicum, & Mesabathæ ex Stabæis oriundi. Pomponius à sinu Persico, quidquid in Affricam vsque est, Aethiopiis adscribit.
G רעמה Raghma. Charmania, Ptol. sic hætenus dicta.
H שבחה Seba. Arabia felix interior, Ptolom. regio myrrhifera, & thurifera.
I דדן Dedan. Palmyrina regio, Ptolom. in qua Alfadanus, vel Aldadanus mons magnus.
L בבל Babel. Babylonia regio cum vrbe metropoli eiusdem nominis.
M ארד Arach. Cyrestica regio, in qua Edeffa vrbs, quam S. Hieronymus vocat Arach.
N אכד Achad. Achabene, siue Achadene Ptolomæo, in qua Nisibis vrbs, sancto Hieronymo dicta Achad.
O כלנה Chalne. Chalcitis regio super Edeffam, Ptol.
P לודים Ludim. Libyi proprie dicti postea, à quibus Libya regio.
Q ענמים Ghanamim. Trogloditæ sunt Pomponio, & Ptolom.
R להבים Lehabim. Libyi Cyrenaici, siue Libyes Aegyptij, Ptolom.
S נפתוחים Naphtubim. Africa minor, & huic regioni subiacentes Numidæ.
T פתרוסים Peibrosim. Petrosi, vnde Arabia Petræa nomen, cuius metropolis Petras dicta est.
V בקלוים Chaslubim. Sarracenos, gentem multo post appellatam,

B

C

E

- A X פלישתים Pelisthim. eo loco ponit Ptolomæus, & Mela Arabes.
Y כפתורים Captorim. Palestini nomen diu tenuere.
Cappadoces: sic Chaldæus Paraphraustes Onkelos, & Hierosolymitanus. קכדוקיא

Filiorum Sem sedes.

- 1. ערם Elam. Elamitæ.
2. אשור Assur. Assyrij.
3. ארפחד Arphassad. Susij, & Susiana regio.
4. לוד Lud. Lydi, & Lydia regio.
5. ארם Aram. Armenia maior.

Filiorum Aram sedes.

- עז Vs. Armenia minor: sic Chaldæus paraphraustes in Iob.
6. חול Hul. Aeolis.
7. גתר Gether. Aetolos Mela circa hæc loca constituit, in quibus Asson, & Gargara.
8. מיש Mes. Misij, & Misia regio. Iuuenalis melius appellat Meios, De grege Mesorum.
9. אלמודא Elmodad. Thelmeothæ sunt Pomponio, & Ptolomeo: quorum pars est Seleph.
C 10. שלף Seleph. Selebij.
11. חצרמות Nassarmaneth. Sarmathæ, & Sauromathæ, Sarmatia regio.
11. ירה Iarab. Aria, & Arachosia, hoc loco sunt Mela, Ptolomæo etiam Zarathæ.
13. חדורם Hadoram. Hircania.
14. אוהל Vzal. Oxia Bactriana, cuius cultores Oxij, Ptolom.
15. דיקלה Dicla. Scythia intra Imaum.
16. עיבל Ebal. Bolitæ, siue Obolitæ iutra Caucasum, & Paropanysum montes.
17. אבימאל Abimael. Imaenses siue Imai, insignem montem eodem nomine habent Imaum.
D 18. שכא Seba. Sacæ sunt Pompon. & Ptolom.
19. אופיר Ophir. Ophire, siue Opire, & ὄρε τῆς μετὰ τὸν περὺ, Perusic etiam dicta, quo tempore Paralipomenon historia conscripta est. 2. Paral. 3. 6.
20. חוילה Hauila. India omnis, & Gangeticæ regiones.

Duo ex filiis Iectan Gemes.

- 21. זכב Tobab. Noui Orbis dicti pars vocata regio Parias, auro, margaritisq. abundans.
E 22. ספר Sepher mons. Longissimus omnium montium, qui hætenus in Orbe visi sūt, à nostris Andes dictus: in illa Orbis parte adhuc manet vrbs antiquissima, luktan, quæ nomen auctoris illius gentis retinet.


SACRI LIBRI, QUI DIVINAM CONTINENT

historiam, qui nam sint, & à quibusnam hoc potissimum tempore vindicari à satana calumnijs, loquentis per Hæreticos, atque alios eiusmodi suos:

Numve editio Hebraica, qua à Moysè & Prophetis condita est, ad nos usque pervenerit.

Caput VI.

Garthag. Syn. 3. c. 47. Trid. sess. 4. Canus de locis communibus, lib. 2. Bellarm. lib. 1. c. 2. de Verbo Dei.



ERTVM esse sacrorum, & canonicorum librorum numerum, iisque verbum Dei, certamque ac stabilem fidei regulam contineri, Catholica Ecclesia, & Patres variis locis docuerunt, sanctæ Synodi declararunt: aduersus autem hæreticos, & Iudæos, atque alios tum antiquos, tum recentiores, sicut plerique doctissimi viri, sic præsertim Melchior Canus, ac Robertus Bellarminius

Driedo li. 2. d'è dogmatibus, & scripturis. Sancta scripturam Hebraicæ non esse omnino depravatam.

abunde monstrarunt. qui quando vnicuique sunt ad manus, actum non agam; sed & ipse Bellarminius de variis sacræ scripturæ editionibus sic egit, ut primò ostenderet, Hebraicam Moysis, & Prophetarum numquam periisse; qua occasione dedit operam, ut commonstraret vnà cum Driedone & alijs, Hebraicam eandem editionem, hoc est scripturas Hebraicas non esse in vniuersum depravatas opera, vel malitia Iudæorum, nec tamen omnino esse integras, & puras, sed habere suos quosdam errores, qui partim irrepererint negligentia, vel ignorantia librariorum, præsertim cum in Hebræo facile sit errare ob litteras quasdam simillimas, quales & כ ו ה ה ה & ה ו & ו: partim ignorantiam Rabbi norum, qui addiderunt puncta, Cum enim possint dictiones Hebraicæ variis modis legi, si punctis careant; non est (inquit) mirum, si quando ipsi quoque in annotatione punctorum à vero aberrauerint. Potest etiam fieri, ut ex prauo affectu, & odio in Christum ea lectio interdum ipsis magis probata sit, quæ minus Christianis fauebat.

Ceterum (ait) non tanti momenti sunt eiusmodi errores, ut iis quæ ad Fidem, & bonos mores pertinent, scripturæ sacræ integritas desideretur. Plerumque enim tota discrepantia variarum lectionum in dictionibus quibusdam posita est, quæ sensum, aut parum, aut nihil mutant. Errores autem, qui ex additione punctorum acciderunt, nihil omnino veritati offiunt: puncta enim extrinsecus addita sunt, nec textum mutant. Itaque possumus, si volumus, puncta detrahere, & aliter legere.

Novus Leonis Castrii liber Apologeticus: quo diuersum sentit. Editus Salmaticæ anno 1585. Justinian. Nonnull. c. 146.

Hæc cum solidis argumentis probare, eos autem, qui secus sentiunt refutare curasset, vix video quid possit adici, nisi ad totam rem copiosius excutiendam necessarium aliquis duceret legere, quæ nouissime ex Hispaniis in Italiam transfusa proprio libro Salmanticæ edito, scripta sunt à viro erudito Leone Castrio, suo Apologetico pro lectione (ut ille inscripsit) Apostolica, & Evangelica; pro vulgata Diui Hieronymi; pro translatione Septuaginta; proque omni Ecclesiastica editione: is enim secundo libro eiusdem Apologetici contendit acriter, vitiatam esse scripturam Hebraicam, id quod ostendere nititur ex Patribus, & Nouellis Iustiniani, non tam mutatione punctorum, aut errore amanuensium, siue quod Iudæi prauo affectu eam lectionem interdum magis probauerint, quæ minus Christianis fauebat, quam quoniam ob implacabile in Christianos odium data opera hoc ipsimet fecerint: id quod quarto, quinto, & sexto libro eiusdem Apologetici proficitur se comprobasse plus quadringentis locis, eo prius tamquam fundamento iacto, ut cum quidquid Spiritus sanctus docet, ac loquitur, veritas sit infallibilis, & necessario verum; omnes autem Prophetiæ, quas Apostoli & Euangelistæ citant, eas Spiritus sanctus per Apostolos & Euangelistas, tamquam per viua instrumenta citet, efficiatur, ut omnes prophetiæ citatæ ab Apostolis & Euangelistis necessario sint veræ, atque infallibiles. Quare quoties de his contrarium

Ararium in Hebræo codice aliquid legitur, quàm istæ habeant in iis, quos diximus Apostolis, & Euangelistis euincit fuisse à Iudæis vitiatam Hebraicæ editionem, quorum pestis, ut habet Concilium Toletanum, in nouam semper insaniam recrudescat. Sed de sententia huius viri, an scilicet prauo affectu à Iudæis fuerit in omnibus codicibus vitiatus aliquis locus sacri textus, & de validitate rationum quibus id suadere conatur, alij iudicent.

Concil. Tolet. 12. in cōpellatione Regis Erigij ad Concilium.

EDITIO CHALDAICA, ET SYRIACA, deq. linguæ ortu & progressu. Caput VII.

SCRIPTURAE sacræ paraphrases extant Chaldaicæ ex Hebræo: omnes illæ quidem erroribus inquinatæ: Sed minus ea, quam ab Aquila habemus in Pentateuchum. nam reliquæ Iudaicis commentis, ac nugis Thalmudistarum refertæ sunt. Is igitur Aquila paraphrasim condidit eam, quæ in Bibliis Complutensibus, ac Regijs excusa est cum versione latina. Qua in paraphrasi Chaldaica fuisse ab eo pleraque male versa, Robertus Bellarminius post Ariam Montanam ostendit.

Arias Montanus in Bibliis Regijs. Bell. lib. 2. ca. 3. de verbo Dei.

De Syriaca vero editione pauca hæc dicenda sunt. Testamentum nouum ea lingua excusum idem Arias iisdem in Regijs Bibliis nobis tradidit: alterum Syriacis & genuinis characteribus: alterum in infima margine Hebraicis litteris, & omnibus suis punctis & numeris constans. Latina vero interpretatio adiecta est à Guidone Fabricio Boderiano. Ceterum quid interfit inter Syriacam, & Chaldaicam linguam: num præter nouum Testamentum, alij sint libri Syriaca lingua editi: quanta sit huius editionis auctoritas: quodnam præter alia istius editionis insigne commodum existat aduersus hæreticos, paucis, sed quantum satis videri possit, egit Bellarminius. Quod si quis altius, at non nihil planius istius linguæ, qua vltus est Dominus & eius Discipuli, originem & progressum cupiat nosse, hæc habeat. Hebræum sermonem post linguarum confusionem mansisse apud filios Sem, significasse mihi quidem Moyses videtur, cum diceret, Sem fuisse parentem omnium filiorum Heber. Nemo enim nescit, ab Heber nomen habere Hebræos. Cum porro apud istos nimis facile, atque etiam tum viuo Sem, exolesceret auita religio, ille maiorum melior sermo simul paulatim corrumpatur. Quod fieri etiam ante Abrahami ætatem coeptum erat. Iam tum enim colebant isti Deos alienos, ut est in Iosue historia scriptum. Sed hic cum cælesti afflatu, tamquam manu iniecta, è superstitionibus patriis esset exemptus, atque ad colendam illam sanctorum parentum pietatem, religionemque reuocatus, linguam quoque ipsorum, quam ut primam, ita optimam esse intelligebat, constanter sibi putauit esse retinendam. Itaque ceteri, ut more maiorum suorum, pure Deum colere, ita & pure illorum more loqui, non diu post desiere, proque Hebræo sermone, Chaldaeo uti coeperunt. Cui rei satis magno argumento sunt Laban verba יְרֵכָה לְאָנָה quibus utebatur, cum multum testimonij dicere vellet. At Abraham, eiusque posterius Israelitæ, Hebræum sermonem vnà cum auita religione retinuerunt vique adeo firme, ut ne in Aegypti quidem annorum plus quàm ducentorum exilio, vel longa consuetudine & familiaritate barbarorum, vel seruitutis duritate, eum amitterent. Porro cum hi ob sua scelera, quæ post Davidis imperium, Solomonis veluti quodam probæ religionis fastidio, indies maiora patrabant; in Babyloniam tandem captiui essent abducti, continuo huius gentis sermonem, hoc est Chaldaicum, tam sunt cupide amplexati, ut cum non fere pluribus, quàm septuaginta illis annis mansissent, cum deinde in patriam reueri, perpetuo pro vernaculo usurpauerint: cum Hebræum interim, quod eo & lex ipsa, & sacra omnis historia, atque vaticini libri, ac alia insuper præclara antiquitatis monumenta essent conscripta, soli sacerdotes, & præter eos alij homines, qui litteris studebant, rerumque optimarum cognitioni sese dabant, utcumque conseruarent, & in ludis litterarijs eo pueros ad litte-

Gen. 10.

Ios. 24.

Gen. 31.

litteras destinatos excolerent . Sed enim quamuis Caldaice loqui à Babyloniis A
 Israelitæ didicissent, tamen sermone Hebraico inde à cunabulis assuefacti, peregrinam linguam in patria sic suis casibus vbique conseruare non potuerunt, vt non ipsam multis modis ad propriam , hoc est Hebraicam, accomodarent . Itaque ex illo sermone, quem à Caldaeis acceperant Israelitæ, cum eum ipsi, vt dixi, plurimum casibus, terminationibusq. mutauissent, & multa insuper Græca vocabula admisissent (vt erat in sequentibus temporibus apud plerasq. nationes Græcorum idioma in vsu multo) effecta est hæc altera lingua, quæ non modo à nostris hominibus, sed ab illis quoque quorum propria est, Syriaca vocatur . Qua cum Christus Dominus eiusq. Discipuli, quippe vernacula, in Iudæa primum Israelitis Euangelij patefecissent, plerique omnes deinde Christiani homines, qui illa; atque vicina circumquaque loca incolebant, eadem vti cœperunt, ad sacra illa familiaris doctrinæ monumenta tum conseruanda, tum etiam explicanda . Fueruntq. proinde longo tempore Syrorum Christianorum cœtus celeberrimi, & frequentissimi, quamquam fere in Græcis semper sint annumerati à nobis, qui ad Occidentem habitamus. Doctissimorum igitur hominum studio, quales apud illos multi vixere, & scriptis libris florere, breui vsque eo expolita est illa lingua, vt nō minus scite vocalibus notis, punctisq. aliis quæque eius litteræ, syllabæ, verba; denique verborum casus, numeri, personæ, tempora, genera notata atque distincta, & illustrata sint, quàm in Hebræa lingua factum est ab iis, qui auctores Masforeth, hoc est traditionis, vocantur . Quare si quis mediocri præditus ingenij perspicacia, tum ab emendatissimis libris, atque etiam otio instructus, eas rationes sibi quærendas esse statueret, quas sequuti sunt illi qui verba singula appositis suis notis explicarunt; profecto ille posset, & quidem non nimis multa in eam rem consumpta opera, Syriacarum litterarum artem omnem certissimis regulis atque præceptis concludere. Sed vt Iudæi, ita Syri quoque accurato illo scribendi genere in sola sacrorum librorum scriptura vtuntur . vtinam etiam vsus fuisset ille librarius, qui in vrbe Mozal ad flumen Tigrim exemplar Noui Testamenti scripsit; de quo Cæsaris Ferdinandi liberalitate, & Mosis Mardeni industria, typis est expressum, quod vnum habemus .

Nota

SACRAE SCRIPTURAE VERSIONES
 ex Hebræo Græca factæ quantum, & quot fuerint: vbi item de versione septuaginta Interpretum, quæ tum Græca, tum latina Roma in Lucem prodijt Caput. VIII.

Athan. in Synopsi. Euseb. lib. 6. lib. cap. 13. Vide Bellarmini ostendentē fuisse decē lib. 2. de verbo Dei. cap. 5. Hier. Pref. in lib. Paralip.



RAE CAS Scripturæ translationes Athanasius Eusebius, & Epiphanius septem fuisse, decē aliqui testati sunt. De omnibus summatim Hieronymus sic inquit. Alexandria, & Aegyptus in septuaginta suis Hefychium laudat auctorem. Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Mediæ inter has Prouinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius, & Pamphilus vulgauerunt. De septem autem versionibus testimonium redditur adscripto fragmento, quod pene integrum ex Athanasij Synopsi depromptum apparet, sic autem habet.

Πόσαι ἀπόδοσις εἰσι τῆς θείας γραφῆς, ἣταν ἴδοι τῶν ἑβραϊκῶν εἰς τὸ ἑλληνικὸν ἐρμηνείας, καὶ τίνες οἱ ταύτων ἐρμηνεύσαντες.

α. Πρώτη ἐστὶν ἡ τῆς οὐρανίου ἐρμηνείας. ἔτι ἑβραῖοι ὄντες ἐξελήφθησαν ἀφ' ἐκείνης φιλῆς ἐξ. καὶ ἡρμηνεύσαν τὴν θείαν γραφὴν ἐπὶ πτολεμαίου τῆς φιλadelphῆ βασιλείας. πορὶ τὰ ἐνιαυτῶν. τῆς καὶ σαρκὸς γενήσεως τῆς κυρίας ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ.

β. Δεύτερη ἐστὶν ἡ τῆς ἀκύλας. ἐστὶ δὲ ἀπὸ συνώπης τῆς πόντις ὑπαρχῶν, ἡ ἑλληνικὴ ἐν Ἱερουσαλήμοις, καὶ πάλιν τῆς χριστιανισμὸν ἀναθεματίσας, καὶ τῆς ἱερουσαλῆμ ἡρμηνείας ἐν αὐτῆς τὴν

A τὴν θείαν γραφὴν ἐπὶ ἀδριανοῦ τῆς βασιλείας τῆς λαοφροσύνης, καὶ ἐπὶ τῆς οὐρανίου ἐρμηνείας, διαπραμάτω λογισμῶν.

γ. Τρίτη ἐρμηνεία ἐστὶν ἡ τῆς συμμάχου. καὶ ἐστὶν σαμαρίτης ἄνθρωπος, καὶ μὴ τιμιθῶν ἐκ τῆς ἰδίας λαοῦ ὡς φίλαργος τῆς ἱερουσαλῆμ πορὶ ἐξ. καὶ ἐκ δευτέρου ἀειτέμεται ἐ πορὶ δὲ ἀκυλας τῆς παραφρασεως ἐρμηνείας ἐν αὐτῶν τῆς θείας γραφῆς ἐπὶ σεβήσας τῆς βασιλείας καὶ νῆ. ἐπὶ τῆς ἀκύλας ἐρμηνείας.

δ. Τετάρτη ἐστὶν ἡ τῆς θεοδοτίωνος ἐρμηνείας. ἐστὶ τῆς ἀγρέσεως μαρκίου τῆς ποντικῆς ἄνθρωπος, καὶ ἡρμηνεύσας καὶ αὐτὸς ἐπὶ κομόδα τῆς βασιλείας ἐν αὐτῶν τῶν χρόνων πορὶ δὲ ἀκυλας τῆς ἀπὸ ἀγρέσεως. ε. Πέμπτη ἐρμηνεία ἐστὶν ἡ τῆς δόξου κακρημῆνι ἐπὶ ἀλεξάνδρου τῆς μακμαίας παίδος ἐν νικοπόλει τῆς ακτίας.

ς. Ἑκτὴ δὲ ἄλλη ἐρμηνεία ἐν νικοπόλει τῆς πορὶ ἀρκτίας καὶ τῶν σεβήσας διογμόν. ἐξ ἐν ἐρμηνείας τῆς γραφῆς εἰσι καὶ τὰς ὄντας.

ζ. Ἐβδόμη ἐρμηνεία ἡ τῆς ἀγίας λακκιανῆς τῆς μεγάλης ἀσκητῆς, καὶ μαρτύρος. ὅστις καὶ αὐτῆς τῆς πορὶ παραφρασεως ἐκδόσεως, καὶ τῆς ἐβραϊκῆς ἐν τῶν χρόνων, καὶ ἐποπείσεως καὶ ἀκυλαίας τῶν λακκιανῶν. ἡ καὶ τὰς πορὶ τῶν ὄντων τῆς ἀληθείας ῥήματα, διορθωσάμενος ἐν τοῖς δικαίοις τῆς γραφῶν τόποις ἐξέδοτο τοῖς χριστιανοῖς ἀδύφοις. ἡ τῆς καὶ τῆς ἀδελφῶν ἐ μαρτυρίων τῶν ἀγίας λακκιανῶν, καὶ τῶν διογμόν τῶν χρόνων ἐπὶ Μαξιμιανῆ καὶ Διοκλητιανῆ τῶν πρῶτων τῶν ἰδιόχρῶν ἀπὸ τῆς ἐκδόσεως βιβλίον ἐρμηνείας ἐν νικομηδείᾳ ἐπὶ Κωνσταντίνου τῆς βασιλείας πορὶ ἱερουσαλῆμ ἡρμηνείας ἐν τῶν χρόνων πορὶ τῆς κακρημῆνι κακρημῆνι καὶ ἀκυλαίας. Latine autem sic.

Quot nam fuerint diuina scripturae editiones, siue à lingua hebraica in Græcam translationes, quiqu. illam interpretati fuerint.

C Prima est LXXII. Interpretum, qui Hebræi fuerunt è singulis Tribubus electi sex: interpretati sunt autem sacram scripturam tempore Ptolomæi Philadelphii Regis, anno ante Incarnationem Domini nostri Iesu Christi CCCII.

Secunda est Aquilæ, qui cum Synope Ponti ortus, & gentilis esset, Hierosolymis baptizatus est; sed iterum Christianæ fidei renuncians, & eam anathematizans, ad Iudæos se contulit, sacramq. scripturam interpretatus est tempore Adriani Imperatoris, qui lepra laborauit, anno, post LXXII. Interpretationem, CD. XXX.

Tertia est Symmachi, qui cum Samaritanus esset, nullusq. ipsi à gente sua deferretur honor, principatus cupidus ad Indias accurrit, & secundo circumcisus est, ac pro Samaritanorum peruersis mentibus interpretatus est & ipse sacram scripturam. Seuero imperante anno post Aquilæ interpretationem quinquagesimo sexto.

Quarta est Theodotionis Ephesij, q. heresim Marcionis Põrici sectatus, interpretatus & ipse fuit imperante Cōmodo iisdem temporibus iuxta suæ hæreseos peruerfionē.

Quinta fuit interpretatio in doliis latens, inuenta tempore Alexandri filij Mamæ Nicopolis Actia.

Alia sexta inuenta est Nicopoli apud Arctios post Seueri persecutionem . Sex ergo sunt scripturarum interpretationes, & adhuc extant .

Septima est Sancti Luciani magni Eremitæ, & Martyris, qui cum in prædictas editiones, & scripturas Hebraicas incidisset, ac sedulo inspexisset verba quædam scripturæ veritati deesse, quædam vero irrepsisse superflua: correctis propriis scripturæ locis, edidit illam in fratrum Christianorum vsum, quæ post certamē, & martyrium sancti Luciani, & persecutionem factam Maximiano, & Diocletiano Tyrannis imperantibus, ipsius manu scripta, postmodum inuenta est Nicomediæ, tempore Constantini Imperatoris, apud Iudæos, qui muro cuiusdam turriculæ tectorio obliuio incluserant, vt diutius conseruaretur.

Iam verò quoniam celeberrima omnium fuit versio septuaginta Interpretum, omnino dicendum est, quæ nam hoc tempore sit integrior, quod paucis forsitan hoc constat, & quod præter Iudæos, atque hæreticos, qui eam antiquitus vitiatam posteritati reliquerant, non desunt, qui hoc sæculo de illa licentius, quàm par erat, aut scripserint, aut pergant scribere . Nam etfi Bellarminus egit diligenter: Quo videlicet tempore contigerit; Quorum librorum sit: Quomodo facta: Quantæ sit sit auctoritatis: Num hoc tempore germana illorum extet interpretatio, expedit

De versione septuaginta.

P. tamen

Biblia lxx. à Gre. XIII. & à Sixto V.

tamen alios nosse, qui pro eadem hac Septuaginta versione scripsere: quove confilio, ac ratione sint vsi Romani Pontifices, Gregorius XII. & Sixtus V. vt eadem, quoad eius fieri posset emendata tum Græce, tum Latine euulgaretur: sic enim & hoc, & altero huius libri capite, agendi non nihil de vario genere vertendi scripturas opportuna se dabit occasio.

Genebrard.

Primum igitur Genebrardus, vt alibi, sic præcipue in Psalmos à se expositos docet, septuaginta duos Interpretes Hebraico fonti cõueniẽter vertisse in obscurioribus locis, relicta verborum proprietate, fructu copiosissimo, sententiam expressisse. Hebraïsmorum autem, Syriacismorum, Arabismorum, antiquæ poësis, & phrasis infcientiam efficere, vt alicubi ineruditis nulla videatur bene accommodata sententiæ explicatio, vbi sane eruditus est singularis atque eximia. Præterea Hæreticos, & recentiores Rabbinos multa fefellit se.

Rabbinoꝝ errores.

Primum, quia Septuaginta non semper vertunt ad verbum, sed in locis obscurioribus ad sensum, prout Spiritui sancto expedire visum est, ad Gentium, præsertim Græcarum, ædificationẽ, vt etiam Hebræi notarunt, seorsum R. Iacob Bar Selomo Collectaneorũ Thalmudicorũ libro primo, & Iosephus initio suæ Historiæ, adeo vt ei vehemẽtius intuenti, quemadmodũ multis locis testatur Hieronymus, frequẽter vocũ notationẽ deserant, circa quam nimis anxie languentes, sæpe veritatẽ, & cõsequentiã sententiæ, si verborum, litterarũq. aucupia spectentur, videntur amittere.

Secundo, quia non semper amplectuntur Masoretharum iudiciũ, à quibus habemus vocalium puncta, accentuũ notas, versuum, membrorũq. distinctiones. Nã neque necesse est sequi eos in omnibus; quippe qui ea nonnumquam sine iudicio affigunt, quæ secundum vetustioreẽ lectionem correctã, præstantioreẽ, & Spiritu sancto dignioreẽ intelligentiam præbent; & ad recentiorum Rabbinoꝝ interpretationem examinata, etiam aliud canunt, quàm isti existiment. Quin & Ben Aser, & Ben Neptali Masoretharũ principes, in se iurari noluerũt, sed sapiuscule dissetientes, cuique liberum iudicium certis notis se relinquere tradiderũt. Ex quo Abben Ezra, Kimhi etiam ipse, ac plerique alij, interdũ alterum alteri præferunt, interdũ neutrũ sequuntur. Adde, his nostros septuaginta Interpretes superiores esse septingentis annis minimum, vt idcirco non cõmunicatis consilijs potuerint nonnũquam aliter & quidem rectius distinguere, vel pungere, Alioqui non solet esse in vocabulis, siue thematis, & radicibus differentia, cum hoc dumtaxat occurrat, vt finis præcedentis versus per Masorethas debeat referri ad sequentis caput atque principium. Verũm hæc non immutant sententiam, in scriptis præsertim poetis, in quibus ratione metri, non sententiæ notularum istarum fit expressio.

Tertio, sequuti sunt modum interpretandi apud se vsitatum, vt nonnulla obiter inferent de suo, quæ initiatis mysteria Religionis indicarent, aliqua etiam ad perspicuitatem submutarent, alia emollirent. Sic Ionathan Ben Vziel, sic Onkelos, sic Akiba, sic R. Ioseph cæcus.

Quarto, egerunt multis locis Prophetas, diuinorumq. hominum, non modò Interpretum, personam sustinuerunt, vt proinde dũ videtur maxime ab Hebraico dissentire, tum maxime consentiant; quod isti Spiritu sancto exuti nequeunt cernere.

Quinto, propter antiquitatem multa intellexerunt, quæ recentibus Rabbinis ignota sunt, vt numeros Psalmographi, phrasas antiquas, tropos sui temporis, captationes vocabulorum Syriacorum, Arabicorum, Persicorum, collusiones, morum & institutorum traditiones, &c.

Sexto, submutationes litterarum per Siruph, & Ethbas, & Alphabetariam aliã reuolutionẽ tenuerũt, qua littera littera mutuo succedit: Qua & veteres vsos, etiã Hieremiam, docet Mercerus, & R. Attaia. Quam ob causam q̄ lec pro leb, corde, acceperunt, Beth, & Caph non tantum ob similitudinẽ confundentes, verũ etiam per Aibach, quo duorum primorum nouenariorum littera in se inuicem cõmeant.

Septimo, se accommodarũt nonnũquam, prout à diuino spiritu mouebantur, ad Græcorum vsus, & locutiones, quod his verterent, & apud eos præuio Apostolorũ

a 1. b. 3. Cabala. b in abbreviationibus Hebraicorum. c in 24. Psalmum, vel 25. d Psalm. 24.

mune-

A munere fungerentur, vt iam in his Græcissimi non minus, quàm in ceteris locis Hebraïsmi considerari debeant; vt manus progressus: cleri pro ollæ: saturitas pro macie: bene patientes pro virentes, &c.

a Psalm. 7. b Psalm. 69. c Psalm. 15. d Psalm. 91.

Octauo nostri hi veteres Interpretes, quia examinantur, expendunturq. ex vno Kimhi & paucissimis alijs, quibus perpetuo honorificum visum fuit à superioribus diffidere, vt famã apud posteros sibi conciliarent, ab istis male audiunt, qui nouitiis dumtaxat delectantur. Atqui illi sæpe dormiũt, magisq. sunt grãmatici quàm Theologi præsertim R. Kimhi, qui proinde à Iudæis negligitur, tantũ habetur pro Medadec, id est, grãmatico, & iam si q̄ q̄ apud istos, malè quidem feriatos interpretes intelligatur Docti nomine. In istorum enim annotationibus Doctus inter Hebræos est Kimhi, qui inter eos tamen censetur indoctissimus, quãtum ad rem & sententiã, & Theologiã pertinet. Hos autem vnos isti legũt, siue quia alios vt pote obscuriores & abstrusiores nõ intelligunt, siue quia his contenti sunt, quos vident suo ingenio congruerent, lógissime à receptis Maiorum interpretationibus discedere.

Rabbi Kimhi indoctissimus apud ipsos Hebræos.

Nono, falso putant Hebraicam veritatem siue fontem, consistere in punctis, non in litteris; nec vident, puncta inuentum esse humanum, & quidem Iudæorum, iam post quadringentos plus à Christo annos dispersorum, & contra Christum Christianamq. pietatem malevolentissime affectorum. Ideo enim istorum quidam Ceuallerius Iudæi cuiusdam gener, non tam grãmaticus, quàm grãmaticorum interpolator & plagiarus pertinacissime & stolidissime defendit, puncta simul cum lege in monte Sinai data, eorum originem effigiem, picturam, sonum à Deo à moses, iam à primis illis seculis repetens; nec animaduertit, Septuaginta, Origenem, Hieronymum, infinitos alios vetustiores, non fuisse cæcos, qui tamen litteras sine punctis viderint, seq. ita perpetuo vidisse, posteris non obscura argumenta præbuerint.

Hebraïca veritas nõ consistit in punctis. Ceuallerij mendaciũ de origine, effigie, pictura, sono litterarum Hebraicarum. Quãdo inuenta sũt puncta.

Post illorum igitur sæcula inuenta sunt, vt constans fere Hebræorum historia, anno videlicet Templi per Vespasianos euerũ 436. id est, Christi 476. vel 478. cum Orientis Imperium administraret Zeno Isaurus, Occidentis Augustulus, Thronum autem Apostolicum Simplicius. In cuius rei testimonium, quando legem Iudæi in Synagogis ostentant solemniter, eam sine punctis, vt nihil humani admixtum habeat, è suo armario, quod Hecal vocitant, proferunt. Atqui opportunius fortasse Epimenidis, aut potius mortuorum somnum dormiissent Masorethæ, quàm quando Tyberiadẽ Palæstinã, vt Elias Leuita narrat, conuenerunt, vt ex vno legis Pasuc multos versus conficerent, accentibus partim distinguendis, partim continuantibus Scripturã vniuersam inciderent, litteras punctis, similibusq. minutis afficerent. Nam sic extinxerunt veterem grãmaticam, vocales, pronunciationem, iudicium, diligentiã, atque studium. Nam, verbi gratia, veteres Hebræi nescierunt, quid sit P. durum, cum dũtaxat agnoscerent Pè Raphè, siue P, vt Hieronymus testatur, & res est, cum vsque hodie Rabbini Pè Raphè, siue Pe Arabum antiquum P, appellent. Scheuã pronunciauerunt per A, tres solũmodo constituerũt vocales P, quas Sepher Ietsira proinde prolotionis matres vocat, cum tamen eis hodie omnem isti vocalitatem adimãt eamq. solis punctis tribuant, etiam si nulla sit expeditior & breuior ad legẽdos Rabbinos via, quàm vt antiqua illa sententia reuocetur. Quin & primi illi punctorum inuectores septem motionibus siue punctis contenti fuere, nec memorarũt Camets hatuph, Hirickaton, Kibbuts, in quibus explicandis hodie magnam canonum pronuntiationis partem consumunt.

Hecal. Armarium Iudæorũ, unde promittit legem sine punctis. Masorethas corrupisse veterẽ Grãmaticã, & reliqua.

Decimo, non distinguunt inter Hebræos, siue Hebraicam veritatem, & Masorethas. Quantum autem intersit, ex his rursus cõspici potest, Hebræi sunt sancti, sunt Theologi, sine punctis & motionibus scripserũt, sua puris & simplicibus litteris expresserunt: Masorethæ, sunt eorum profani interpretes, puri grãmatici, distinctionibus, accentibus, motionibus, punctis illos partim illustrarunt, partim obscurarũt, vt solent interdum interpretes, suis imaginationibus & sensis additiõres, vel gloriæ cupidiõres, vt aliquid non dictum dicere, & veterum, etiam si illi Spiritus sancti illuminatione claruerint, fugillatione sibi famam comparare videantur. Masoreth

In xi. Dan.

Masoreth. quid sit.

Cabbala in quo differat à Masoreth.

enim nihil aliud est, quàm traditio grammatica de pñctis, accētibus, syllabis, voca- A libus, & similibus minutis; ac in eo differt à Cabbalà, quòd hæc quidē traditio sit, verum Theologica, deq. rerū & verborū secretiore enunciatione. Hoc tamen vno maxime laudandi sunt, quòd litteras plane intactas nobis reliquerūt, nec quamuis Grammaticorum supercilio, vt pulchre à quodam scribitur, nihil sit superbius, nihilq. improbius, & ad libros emendandos vel corrupendos potiùs, magis audax, vllū ius & imperiū sibi in contextum assumpserunt, nec in eo quidquam sibi immutandum censuerunt, sat verò habuerunt suum iudicium vel margini vel interlineari albo committere, illisq. locis probandum, vel improbandum posteritati tradere. Atque ita eorum eleuatio, siue etiam vituperatio nihil veritati Hebraicę, nihil fonti detrahit, vt qui in litteris, non punctis consistat.

Masorethas confudisse versus, ac miscuisse. Vnde perierit veterū carminum ratio. Cur Septuaginta rectissime in veredo inceserint.

Postremo, nò cernunt, eosdē Masorethas confudisse versus; ac miscuisse, vt proin B de metrica veterum carminum ratio perierit, quæ tēporibus Septuaginta integra erat, atque perspicua: Quare cum isti quærunt, cur Septuaginta discesserint ab hodiernis versus distinctionibus & clausulis, atque per aliam distinguendi viam inceserint, perinde faciūt ac si quærerent, cur aliquis per publicam & consuetam viā ambulet, nec ea relicta, diuerticula insolita & improbata sectetur. Sic enim potius interrogādum erat, cur Masorethas, quibus trita & nota esse debuit veterum dimensio, & carminis forma atque genus, à Septuaginta discesserint, ac Maiorum distinctiones reliquerint, nec se eis ducendos tradiderint, quibus hæc perspecta erant & liquida. Nam vt dicantur attendisse ad sententiæ incisa & membra, non ad metri & dimensionum rationem; at in pōssi aliud sensus postulat, aliud metrum & dimensio, propter quam interdum sensus vnus versus in sequentem incumbit & ingreditur. C Quod sane extra Poetas aliquando accidit, vt 2. Paralip. 30 versu 18. qui clauditur per *pro*: vt proinde Kimhi eum in sequentem extendat *Pro, omni* (qui) *cor suum præparat*, &c. Adde, veteres versus appellasse singula membra sententiam per se commodam efficientia, vt mentem attollerent ad pondus cuiuslibet propositionis per se considerandum, ac declarent, nihil tam esse tenue & exiguum in Scriptura, quod versus nomen & laudem non mereatur.

Leo Castrius de versione septuaginta.

Ea porro etiam huc faciunt, quæ Leo Castrius præfatione in Commentaria in Esaiam, & disputatione agit de Hieronymi & septuaginta Interpretum translatione aduersus veteris Testamēti recens editas quasdam interpretationes. Nam licet solidis rationibus adductus Bellarminus, quædam istius Leonis Castrij, atque itē Cani expendat, quibus historiā Aristæi de septuaginta Interpretibus contra quàm D ipsi scribant veram esse comprobet, non defunt tamen in eadem Castrij disputatione, quæ quinquaginta quinque capitibus comprehenditur, & in altero eius opere, quod postea in lucem emissum, inscripsit Apologeticum, quæ sint dignissima lectu, & attentiore consideratione opus habeant.

Vide 4. lib. Apologetici Leonis Castrij ubi de Maso agit. Notatur Andreas Masius. Chrys. in Io. c. 9. hom. 68

Id certum est, cum inter alios, qui septuaginta versionē carpservunt, Andreas Ma E sius, istos hoc sæculo iniquius carpsisset à Leone Castrio, licet nimio interdum zelo hæc videatur agere, Christiana tamen pietate, ac non indocte fuisse refutatum. Affert enim hic, Masium & reliquos Iuliano, Porphyrio, Manichæis haud fuisse dissimiles, quippe illi nostris maioribus obiiciebant falsis scripturæ testimoniis vccatos ab his fuisse ad fidē homines rudes, stultos, & imperitos. Porro si hæc scriptura septuaginta Interpretum fuit, quemadmodum inquit Chrysofostomus, ostium ad Christi E tum; & eam solam nobis Apostoli, & Euangelistæ patefecere, vitiatissimam autem isti fuisse dicant, quid obstat, cur nò pereat fides in iis, quæ ipsi quoque Apostoli, & Euāgelistæ ex ea prompserūt, ad faciendā de Christo fidem? certe Masius (vt notat Castrius) relictis sanctis Patribus, quos numquam ferè citat, nisi cum eos est vituperaturus, citat Rabbinos, neque hosce citat solum, sed eis citandis se iactat, quippe operum suorum marginibus adscribit eorum nomina; quibus in locis Patrum, qui citabantur, nomina solebāt adscribi. Qua sanè in re sobriji sint oportet, qui sese lectioni Rabbiorum addicunt, quibus id præcipue cordi semper fuit, vt à fide in Chri-

De Maso digna quæ notentur. Quanta cum inspectio ne versandi sint Rabbi bini Iudæorum.

A Christum atque ab eius aduentu, ac redemptione generis humani homines auerterent: Ceterum iusta Castrij querela est, quam eo loco fusius persequitur: qui vnus si aduersus Masium strinxisset calamum, dubitari poterat, quin fuisset alienior ab eo, quàm æquitas postulasset. At cum etiam sanctæ Inquisitionis Theologi in Hispania in Masij commentariis, quæ scripsit in Iosue quædam expungi mandassent, quæ non tam Rabbiniſimum, quàm hærefes saperent, intelligunt viri docti, quid de tota re sentiendum sit, ac quàm attente probum ab improbo aurum in istis scriptoribus sit excernendum.

Theologi Hispani in expurgat. Indice.

Iam de consilio & ratione emendandi eos qui irreperant errores in septuaginta versionem, quæ quidem ratio adhibita est à Pontificibus Maximis, eo magis huc adiciendum est, quod cum eandem versionem Deo miserante, iam habeamus, & B editam & emaculatam Græcam & Latinam, harum ope vulgatam ipsam terere turris, ac fructuosus possumus. Sic itaque illi, quibus ea cura demandata fuit, scriptum reliquere.

Consilii & Ratio adhibita iu emendandis Romæ erroribus qui irreperat in versionem septuaginta.

Qui sunt (aiunt) in sacrosanctis scripturis accuratius versati, fatentur omnes, Græcam septuaginta Interpretum editionem, longe aliis omnibus, quibus Græci vsi sunt, & antiquiorem esse, & probatiorem. Constat enim, eos Interpretes natione quidem Iudæos, doctos verò Græce trecentis vno plus annis ante Christi aduentum cum in Aegypto regnaret Prolomaus Philadelphus, Spiritu sancto plenos, Sacra Biblia interpretatos esse, eamq. interpretationem à primis Ecclesiæ nascentis temporibus, tum publice in Ecclesiis legendam propositam fuisse, tum priuatim receptam, & explanatam ab Ecclesiasticis scriptoribus, qui vixerunt ante B. Hieronymum, Latinæ vulgatæ editionis auctorem. Nam Aquila quidem Sinopenſis, qui secundus post Septuaginta eosdem libros ex Hebræo in Græcum conuertit, & multo post tempore sub Hadriano Principe floruit; & eius interpretatio (quod ea, quæ de Christo in scripturis prædicta fuerant, vt à Iudæis gratiam iniret, aliter, quàm septuaginta vertendo, subdola obscuritate inuoluerit) iā diu est, cum à recte sentientibus licet in hexaplis haberetur, aliquibus locis non est probata. Hunc vero qui subsecuti sunt, Symmachus, & Theodotio; alter Samaritanus sub L. Verò, alter Ephesius sub Imperatore Commodo; vterque (quamuis & ipsi in hexaplis circumferrentur) parū fidus interpres habitus est: Symmachus, quòd Samaritanus offensus, vt placeret Iudæis, non vnum sanctæ scripturæ locum perturbato sensu corruerit; Theodotio, quòd Marcionis hæretici sectator, nonnullis locis peruerterit potius, quàm conuerterit sacros libros. Fuerunt præter has apud Græcos aliæ duæ editiones incertæ auctoritatis: altera Antonino Caracalla Imperatore apud Hierichuntem; altera apud Nicopolim sub Alexandro Severo, in doliis repertæ, quæ quòd in octaplis inter Græcas editiones quintum, & sextum locum obtineret, quintæ, & sextæ editionis nomen retinuerunt. Sed nec hæ satis fidæ interpretationes habitæ sunt. His additur alia quædam editio S. Luciani Martyris, qui vixit sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, valde illa quidem probata; sed quæ cū septuaginta Interpretibus comparari nullò modo possit, vel ipsis etiam Græcis scriptoribus testantibus & Niceta confirmante his plane verbis in commentario Psal-

Vide Hieronymi, ep. ad Pammachium de opt. gen. interpretandi.

Niceta comment. in Ps.

morum. *ἡμῶς δὲ καὶ τῶ ποιῶντων ἐκδοσὶν σεβαζόμενοι, τῆ τῆ ἐβδόμη καὶ ὡροσμένη μετὰ μάλιστα, ὅτι δημοφιλῶς τῶ τῆς δευτέρας μεταβολῆς ποιησάμενοι, μίας ἐν ἐκείνοις ἔννοιας, καὶ λέγειν ὅσο δὲ δόξασι.* Adeo septuaginta Interpretum editio magni nominis apud omnes fuit; nimirum quæ instinctu quodam diuinitatis elaborata bono generis humani prodierit in lucē. Sed hæc etiam ipsa, quòd in hexaplis ita primum ab Origene collocata fuerit, vt eius è regione aliæ editiones, quo inter se comparari commodius possent, ad legēdum propositæ essent, deinde verò varietates tantum ex iis ad illam sub obelis, & asteriscis notari essent cœptæ, factum est, vt vetustate notis oblitteratis, insincera nimis, & valde sui dissimilis ad nos peruenerit: quippe quæ inferis vbique aliorum interpretationibus, aliquibus autem locis duplici, atque etiam triplici eiusdem sententiæ interpretatione intrusa, male præterea à librariis ac-

cepta, P 3

ofo

cepta, suum ob id nitorem, integritatemq. amiserit. Hinc illa lectionum penitus inter se dissidentes varietates, & quod doctissimorum hominum ingenia, mentesq. diu torfit, ipse exemplarium non solum inter se, sed à veteribus etiam scriptoribus dissensiones. Quod malum primo à multis ignoratum, ab illis postea neglectum, quotidie longius serpens, principem librum, & à quo tota lex diuina, & Christiana pendent instituta, non leuibus maculis inquinauit.

Huic igitur malo vt obuiam iretur, Biblia septuaginta Interpretum in pristinum splendorem restitui curata sunt, adhibita diligentissima castigatione. Illud consilium fuit, vt apud Antonium Carasam Cardinalem virum doctissimum, delectus ite

Ratio diligentissima adhibita in emendanda que viciata erat septuaginta Interpretum versio.

Codex Vaticanæ Bibliothecæ omnium optimus, vti & antiquissimus, hoc est ante Hieronymi tempora scriptus. Alter Codex Bessarionis.

Codicis Vaticanæ bonitas vnde perspicua est.

NOTA.

Notationes in editionem vltimam septuaginta.

doctissimorum virorum haberetur, qui statis diebus exemplaria manuscripta, quæ permulta vndique conquiserat, conferrent; & ex iis optimas quasq. lectiones elicerent: quibus deinde cum Codice Vaticanæ Bibliothecæ saepe, ac diligenter comparatis, intellectum est, cum codicem omnium qui extant, longe optimum esse; ac operæpretium fore, si ad eius fidem noua hæc editio pararetur. Consilium autem hoc secura est ratio, quæ in emendando adhibita est; quæ vt liqueat, in primis Vaticanus liber describendus est, ad cuius præscriptum hæc editio expolita est. Codex is quantum ex forma characterum conici potest, cum sit maioribus litteris, quas vere antiquas vocant, exaratus ante millesimum ducentessimum annum, hoc est ante Hieronymi tempora, & non infra, scriptus videtur. Ex omnibus autem libris, qui in manibus fuerunt, vnus hic præ aliis, quia ex editione septuaginta, si nō toto libro, certe maiorem partem constare visus est, mirum in modum institutam emendationem adiunxit, post eū verò alij duo, qui ad eius verustatem proximè quidem, sed longo proximi interuallo accedunt, vnus Venetus ex Bibliotheca Bessarionis Cardinalis, & is quoque grandioribus litteris scriptus; alter, qui ex magna

Græcia aduectus, fuit ipse Carasæ Cardinalis; qui liber cum Vaticano codice ita in omnibus consentit, vt credi possit ex eodem archetypo descriptus esse. Præter hos, magno etiam vsui fuerunt libri ex Medicea Bibliotheca Florentiæ collati, qui Vaticanæ lectiones multis locis aut confirmarunt, aut illustrarunt. Sed libri Vaticanæ bonitas non tam ex horum codicum miro consensu perspecta est, quam ex iis locis, qui partim adducuntur, partim explicantur ab antiquis sacris scriptoribus; qui ferè nusquam huius exemplaris lectiones non exhibent, ac reponunt, nisi vbi aliorum Interpretum locum aliquem asserunt, non septuaginta. quorum editio cum esset noua emendatione perpolienda, recte ad huius libri normam, qui longe omnium antiquissimus, solus iuxta septuaginta inscribitur, perpoluta est; vel potius, rectissime liber ipse ad litteram, quoad fieri potuit, per antiquam orthographiam, aut per librarij lapsus, est expressus. Nam vetus illa, & iam obsoleta eius ætatis scriptura, aliquibus locis representata non est; cum tamen in aliis omnibus, nisi vbi manifestus apparebat librarij lapsus, ne latum quidem vnguem, vt aiunt, ab huius libri auctoritate discessum sit, ne in iis quidem, quæ si minus mendo, certe suspitione mendæ videbantur non carere. Satius enim visum est, locos vel aliquo modo suspectos (nec enim fieri potest, vt in quantumuis expurgato exemplari non aliqua supersit macula) quemadmodum habentur in archetypo, relinqui, quam eos ex alicuius ingenio, aut coniectura emendari: quod multa, quæ primo vel mendosa, vel mutilata in hoc codice videbantur, ea postea cum aliis libris collata, vera, & sincera reperirentur. Nam in libris Prophetarum, qui maxime in hoc exemplari (vno excepto Daniele) puram septuaginta editionem respiciunt, mirum quàm multa nō habeantur; quæ tamen recte ab eis, & eorum Interpretum non esse, intellectum est, tū ex commentariis veterum scriptorum Græcis, & Latinis, tum ex libris manuscriptis in quibus illa addita sunt sub asteriscis. atque hæc ratio in notationibus quoque seruata est, in quibus cū multa sint ex cōmentariis Græcis petita, quæ in codicibus manuscriptis partim mutilata, partim varie scripta aliquibus locis circūferuntur, ea nō aliter atque in archetypis exemplaribus reperiuntur, descripta sunt, quo vnus cuiusque arbitratu, adiuuantibus libris restitui possint. Nec vero illud omittendum, quod

item

item

item pertinet ad easdem notationes; non omnia in iis representata esse, quæ aut ad confirmandas lectiones Vaticanas à scriptoribus vulgatis, aut ad explenda quæ in septuaginta non habentur, ex aliorum editionibus afferri potuissent, quod in communibus libris cum legantur, inde sibi vnusquisque nullo negotio ea parare possit. Quæ vero in libris manuscriptis reperta, vel ad indicandas antiquarum tum lectionum, tum interpretationum varietates (sub scholij illas nomine, quod ipsarum incerta esset auctoritas, nonnumquam relatas) vel ad stabiliendam scripturam Vaticanam, & eius obscuriores locos illustrandos pertinere visa sunt, ea certe non sunt prætermissa. Ordo autem librorum in Vaticano exemplari, cum idem fere sit cum eo, qui apud Græcos circumfertur, à vulgaris tamen editionibus variat in hoc, quod primo habet duodecim prophetas, & hos ipsos aliter dispositos, deinde reliquos quattuor, quemadmodum vulgo editi sunt. Atque hunc ordinem verum esse intelligimus ex eo, quod illum agnoscunt & probant veteres Ecclesiastici scriptores. Et cum toto exemplari nulla capitum diuisio sit (nam in noua editione consultum est legentium commoditati) in libro tamen quattuor prophetarum distinctio quædam apparet subobscura illi pene similis, quam describit Dorotheus Martyr, qui vixit sub magno Constantino, Maccabæorum libri absunt ab hoc exemplari, atque item liber Genesis fere totus; nam longo æuo consumptis membranis, mutilatus est ab initio libri vsque ad caput 47. & liber item Psalmorum, qui à Psalmo 105. vsque ad 138. nimia vetustate mancus est. Sed hæc ex aliorum Codicum collatione emendata sunt. Quod si aliqua videbuntur in hac editione, vt ait Hieronymus, vel lacerata & inuersa, quod ea obelis &

Ordo librorum in codice Vaticano.

Asteriscis ab Origene suppleta & distincta non sint; vel obscura & perturbata, quod cum latina vulgata non consentiant, & in aliquibus aliis editionibus apertius & expressius habeantur, erit lector admonendus non eo spectasse huius expositionis industriam, vt hæc editio ex permittis eorum, qui supra nominati sunt, interpretationibus (instar eius, quam scribit Hieronymus à Græcis *novis*, à nostris appellatam communem, & *Lucianæ* quasi Lucianeam) concinnata, Latinæ vulgatæ editioni, hoc est Hebrææ ad verbum respondeat; sed vt ad eam, quam septuaginta Interpretes Spiritus sancti auctoritatem secuti ediderunt, quantum per veteres libros fieri potest, quàm proximè accedat. Quam nunc nouis emendationibus illustratam, & aliorum Interpretum reliquiis quæ supersunt auctam, non parum profuturam ad Latinæ vulgatæ intelligentiam dubitabit nemo, qui hanc cum illa accurate comparauerit.

Vide Aug. lib. 17. de ciuit. Dei. Isidor. Etymol. 8. lib. 7.

Quod autem ad Latinam, ex septuaginta, interpretationem pertinet, diligenter opera data est, vt quæ ipsius sanctæ scripturæ partes à Latinis Patribus alicubi recitantur, eæ eodem modo, atque ab ipsis sunt recitatæ, nisi aut illorum inter se, aut nostri exemplaris varietas obstaret, ponerentur in reliquis, quæ recitatæ non inuentæ sunt, eadem verba, eadem locutiones quantum res ipsa ferret, retinerentur: Prorsus autem vbi integrum fuit, ingenue inculta illa interpretandi ratio adhibita est, in qua verbum verbo redditur. Etenim animaduersum est, hanc ipsam interpretandi rationem ipsos septuaginta constantissime tenuisse, hanc qui inter Latinos tenuerunt, summopere à Patribus, ac potissimum Augustino fuisse laudatos. Nam & Hieronymus, licet in aliis scripturis sensum exprimere de sensu satis haberet, & linguæ, in quam verteret, quasi saporem præstandum iudicaret, excipiebat tamen scripturas sanctas, vbi, inquit, & verborum ordo, & mysterium est. Quod si tamen Hieronymus elegantiam quamdam interdum adhibuit, multa illi ob scientiæ, ac diuinæ gratiæ abundantiam licuerunt, quæ nec nos nobis putamus, neque alij etiam sibi licere, facile putare debent. Ac multa tamen in notationibus dicta sunt, quæ ad istam asperitatem leniendam faciunt: septemq. Augustini libros locutionum sacre scripturæ, ab iis, qui ad hæc accedent, aut iam esse perfectos, aut simul cum his legi vehementer optandum est. Præclare monuerunt Ioannes Chryostomus & Gregorius, suas habere scripturam sanctam proprie-

Ratio Interpretandi diuinam scripturam Latine.

Augustini libri septem locutionum sacre scripturæ legendi. Io. Chrysof. Greg.

proprietates, cui concedendum sit, neque intra Donati regulas arctandam. Studio & labore si in minimis etiam artibus, in intelligentia certe sacrarum litterarum, cum res vna sit omnium grauissima, opus est.

BIBLIORUM COMPLUTENSIS
& Regia Quadrilinguis editio Caput. IX.



Ræcesserat Francisci Ximenij Cisnerensis, natione Hispani, ordinis Minorum, deinde & Cardinalis atque Archiepiscopi Toletani, simul item Archicancellarij Hispaniarum Complutensis editio, quam Hebraica, Chaldaica, Græca, Latinaq. lingua edi curauit ab Academia complutensi diligenter, & exemplaribus adscitis ex primariis Europæ Bibliothecis emendata. Et Pentateuchus quidem triplici editione prodiiit, Hebraice, & Chaldaice cum Græca septuaginta Interpretum versione; quibus respondent Latina Hieronymi Hebraicæ veritati, Latina altera de verbo ad verbum Chaldaicæ, à viris eius linguæ peritis elaborata; Latina tertia interlinearis, Græcæ septuaginta Interpretum. Agiographi autem, & Prophetici libri duplici lingua, Hebræa, & Græca, cum duabus Latinis versionibus, quæ iis respondent, libri vero, qui extra canonem sunt Hebræorum, quos Ecclesia ad ædificationem legit, & in canonem recepit, Græcam tantum habent scripturam, cum versione altera Hieronymi, altera interlineari de verbo ad verbum. Noui autem Testamenti contextui Græco, adest Hieronymi versio, & ipse contextus Græcus, nudis tantum litteris conscriptus, sine vllis aut tonorum, aut spirituum notis, ad imitationem antiquissimorum Græcorum, simplici tamè apice in polysyllabis dictionibus adiecto, tamquã notula, qua dirigi possit lector, ne in prolatione labatur.

Additum est vberimum Dictionarium Hebræorum, Chaldæorum, Græcorumq. vocabulorum, cum locis in veteri Testamento, quibus vnaquæque Hebraica dictio propter linguæ illius fecunditatem multiplicet significata; adiectis item Concordantiis quàm plurimis.

At quoniam vix amplius reperiebantur hæc exemplaria, quæ Leone Decimo Pontifice Maximo emissa sunt in lucem, eadem editio renouata, & aliis accessionibus aucta fuit, mandato Philippi secundi Catholici Regis, de quibus hæc habemus, quæ modo dicantur.

Quæ quantave æstimata sit Regia quadrilinguis Antuerpiensis editio ab ipso Benedicto Aria Montano, qui in ea edenda, & Apparatu augenda cum aliis viris laborauit, eius verba ad quæ remittimus lectorem, indicant, quæ ipsemet scripsit secunda in eam editionem præfatione: In qua de totius operis vsu, dignitate, & apparatu ex ordine differuit. Quamquam vero idem Benedictus Arias reliquorum (præter illam Onkelosij in Pentateuchum) Chaldaicas in ceteros sanctæ scripturæ libros paraphrases non passus sit in Regio isto opère desiderari, cum eadem paraphrases omnes in Complutensi nõ extitissent, fatetur tamen ingenue, id fuisse cõsulto prætermisum à Ximenio Cardinali ob eam potissimum causam, quòd quedam in Chaldaico textu reperirentur, quæ vel superuacanea, vel apocrypha viderentur. Porro sacrum Apparatum adiecit, de quo huius libri quarto decimo capite sumus dicturi.

Ceterum non desunt eruditissimi viri, qui in hac editione desiderauerint nonnulla quæ ex Rabbiniis petebantur, ad Ecclesiæ Catholicæ sensum esse referendas; qualia de iuge, & incruento Sacrificio, quod Malachiæ testimonio prænunciatum est esse futurum, quod ad gentium sacrificium Arias videtur retulisse. Cum autem nostrum hoc loco non sit eo de labore ferre iudicium, monemus lectorem, vt editionem Græcam septuaginta Interpretum, & huius versionis versionem latinam, Xyfti Quinti Pontificis Maximi iussu Romæ editam, conferat cum ea, quæ prodiiit Antuerpiæ.

EDI-

EDITIO LATINA VULGATA;
Quæ nouissime prodijt Roma emendatio Clemente VIII.
Pontifice Maximo Caput. X.



AVCIS de editione Latina vulgata agemus, quandoquidem & ipsa Ecclesiæ auctoritas, quæ illam in primis retinendam iussit, ac quæ nouissime Pontificis Maximi iussu prodijt emendatio, satis esse possunt, vt id factum fuisse iustissimis de causis existimemus. Verumtamen ne vna auctoritate nos niti putent, qui solent in Ecclesiam esse contumeliosi, viros, qui rationes firmissimas at-
 B tulere cur eam potissimum sequi debeamus, indicabimus. quippe Driedo, Canus, Sixtus Senensis, Bellarminius fuere præcipui: sed hic vt postremus, ita accuratissime omnium. quibus si velimus addere Leonem Castrium qui multus est in probanda vulgata editione, præsertim in libris, quos Apologeticum inscripsit, non erit quod aliquis plura desideret. Ac quidem Canus tertio decimo capite secundi libri de locis communibus veteris vulgata editionem demonstrat, atque conatur euincere cur modo in Fidei ac morum disputatione ad Hebræos, aut Græcos codices non sit confugiendum, vt inde genuinus scripturæ sensus eliciatur. Id quod Guilielmus Lindanus item scriptum reliquit. At Bellarminius vberius primo de Latinis editionibus agit, mox de auctore vulgata editionis: deinde de eiusdem auctoritate, denique sequentibus capitibus soluit obiectiones hæreticorum Kemnitij, Caluini, & aliorum contra vulgatam editionem: plane ita vt stet hæc tamquam columna veritatis, & portus, ad quem è fluctibus dissentientium tot versionum de-
 beamus appellere. Sic autem habet Synodus Tridentina. Sacra Synodus confidens non parum vtilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex multis Latinis editionibus quæ circumferuntur sacrorum librorum, quænam pro authentica sit, innotescat; statuit, & decreuit, vt hæc ipsa verus & vulgata editio, quæ longo tot sæculorum vsu in Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, aut expositionibus pro authentica habeatur: & quòd eam nemo
 D reuicere quouis prætextu audeat, vel præsumat.

FRANCISCI VATABLI VERSIO
seu Paraphras; quæ eiusdem Vatabli nunc legi possit: cum quæ olim prodijt à Roberto Stephano, magnis sciatisset erroribus Caput XI.



VATABLÆ quoque circumfertur, præsertim in Galliis, interpretatio Bibliorum, quæ (vt obseruauit Genebrardus tum in Chronographia, tum vero fusius in præfatione in Origenis opera) aut Vatabli nõ est viri (inquit) doctissimi, & (quod multo pluris faciendum est) vere Catholici, qui longe abhorreret à Sectariorum tum incipientium emergere, disciplina, institutis, opinionibus; sed quorundam discipulorum ipsius; qui prauè dormitando à doctore accepta, peius intelligebant, typisq. mandabant; vel nomen sui doctoris prætexentes, interim suas nouitates nouarum rerum cupidis, specie Dei verbi, instillabant. Quod quidem ex eo ait fieri probatum, quia à bonis & doctis eius discipulis intellexit, illum ea supposititia editione sic fuisse offensum, vt protinus Robertum Stephanum typographum iam apostatam illam suam meditantem & accelerantem, ad se accersitum grauissime obiurgaret, & falsi crimine, quod non nisi fuga diluere poterit, postularet. Addit Genebrardus, Theodorum Beza in Iconibus, Leoni Iudæ Heluetio eam attribuisse, cum eius causa Robertus Stephanus Genouam, Iontium rece-

I. Driedo lib. 2. cap. 1. de Eccl. dog. et scriptur. Sixt. Senens. lib. 3. Biblio. th. sancta. Leo Castri. Apolog. suo. Lindan. de op. gen. inter pr. scriptur. Bellarm. lib. 2. de verbo Dei à ca. 8. usque ad extremum capituli 14. Concil. Trident. sess. 4.

Præfat. in Origen.

Chron. li. 4. Beza in Iconibus, & in Passauis.

receptatricem, profugisset, surreptis secum Regiis characteribus, adulterinos alios partus viris bonis, & doctis suppositurus, vel genuinos ritu loci corrupturus: Quare Lutetia in stramineo simulachro vstus est, quod viuus capi non potuerit.

Ceterum cum Catholicorum in Hispaniis Theologorum pietas, Vatabli laborem, vbi erroribus haeticorum siue aliorum asperius non esset, dignum iudicasset ne periret, eum edi emaculatum curarunt, hac inscriptione. BIBLIA Sacra, cum duplici translatione, & Scholiis Francisci Vatabli, nunc denuo à plurimis, quibus scatebant, erroribus, repurgatis doctissimorum Theologorum, tam almæ Vniuersitatis Salmaticensis, quàm Complutensis iudicio; ac sanctæ Generalis Inquisitionis iussu. Quid præterea in hac editione præstitum sit, animaduersiones indicabunt &c. Hæc autem editio sic emaculata quanti facienda sit, & an potius Paraphrasis quam Versio sit habenda, iidem Theologi sequentibus verbis indicarunt. Constituta est generalis censura, editionem nouam, non esse iuxta litteram Hebræam, sed potius paraphrasticam cum quadam orationis, & Latini sermonis puritate; neque eam, neque Scholia, seu Adnotationes in margine, maiorem habere auctoritatem in iis quæ sunt propria, quàm opinionem cuiusdam Doctoris in controuersis. Insuper vbi diuersa est versio noua & vulgatæ non contraria, neque etiam fidei Catholicæ & Ecclesiæ traditioni repugnans, admitti quidem potest, suo tamen seruato honore & dignitate vulgatæ editioni, iuxta Sancti Concilij Tridentini Decretum, ita vt vulgatæ editio vera habenda sit, & certa præ aliis omnibus, & magis iuxta Hebræam veritatem, reliquisq. sit præferenda editionibus: neque existimandum, nec permittendum, nouam editionem, aut Scholiorum eius expositionem vulgatæ quicquam detrahere, aut eiusdem minuire auctoritatem, neque etiam Sanctis, neque communibus eorumdem expositionibus. Verum Scholia eiusdem, quæ ferè ex Iudæorum commentariis desumpta sunt, in iis in quibus non peruertunt sensa sacra, neque Ecclesiæ Doctrinæ, vel communibus sanctorum Patrum sensibus contraria sunt, recipienda vt probabilia: & vt collata cum sanctorum expositionibus constet Ecclesiæ & Sanctorum sensuum altitudo & spiritus in eis viuificans, & pariter Iudæorum humilitas mortuæ litteræ adhaerentium, neque quicquam sublimius cogitantium, & quandoque praua interpretatione & expositione de Christo vaticinia subuertentium. Deinde vt variæ apud Hebræos vocum significationes, phrasæ, atque Hebraismi, maxime à non versatis in Hebræa lingua, vt cumque percipiuntur.

Adiunctus est autem hinc Bibliis Vatablais Index Bibliicus, qui res eas, de quibus in sacris Bibliis agitur, ad certa capita Alphabeti ordine digesta, reuocatas, summa breuitate complectitur: à P. Ioanne Harlemio Societatis IESV summa diligentia editus.

*VERSIO ITALICA BIBLIORUM
trecentos ante annos à Iacobo de Varagine Archiepiscopo Genuensis, siue
ab alijs facta, quo nam loco sit habenda, deinde qua nam Germani-
ca, & Gallica (permissu eorum, ad quos pertinet) cuius
legi possit, aduersus eas, quas isdem linguis aliqui
deprauarunt. Caput. XII.*



PRIMUM omnium, qui vtriusque Testamenti diuina volumina in Italicam linguam conuertit, fuisse Iacobum de Varagine Archiepiscopum Genuensem, scribit Xystus Senensis; quam asserit, summa fide ac diligentia fuisse transfusam: vt verbis eiusdem Xysti vtar. Verumtamen quæcumque illa fuerit, cum vir ille optimus, & in sacris declamationibus sat celebris, trecentos ante annos vixerit, quo tempore nullum ab hæreticis hac in re periculum Italiæ imminere videbatur; vali-

dissimæ

A dissimæ autem rationes sint, quæ Ecclesiam mouerint, cur non passim siue hæ, siue aliæ vulgares editiones tractentur ab omnibus, sane & caute in his incedendum est, neque etiam in cunctis adhibenda fides iis, qui Ecclesiæ ipsius auctoritate laborè hunc non susceperint, vel codices etiam fortasse emendatissimos non sunt assecuti: præterquam quòd nec linguæ Italicæ, neque historiarum, quas idem Iacobus scripsit de viris Sanctis, tanta excelluisse notitia videatur, quin Martyrologiis, & Annalibus Ecclesiasticis, siue huiusmodi aliis perlegendis, quæ deinceps Ecclesiæ Catholicæ iussu ac pietate prodierunt ad omnium vsum, rectius ponendum sit tempus. Qua de tota re fusius erit scribendum, quo loco de Ecclesiastica historia differemus. Ceterum, cur vulgari idiomate Biblia (licet optime essent versa) non vbiq. aut semper, aut ab omnibus sint legenda, scripsere plures magna cum laude: Sed **B** qui librum hac vna de re, nō ita multos ante annos edidit, fuit Iacobus Ledesmius, Societatis nostræ Theologus: quamuis Bellarminus, cum egisset de editionibus vulgaribus, easdem rationes & alias sic perstrinxit, vt facile, ac paucis verbis percipi queant. Neque verò me latet, inter tot versiones, quæ populari lingua erupere ex Lutheranis, Zuinglianis; Calvinianis; Arianis, Picardis, Anabaptistis, Trinitariis, quæ omnes inter sese mirificè dissident, rem ipsam loqui; Nempe ab his, qui extra Ecclesiam sunt, quique hæc ad popularem auram excipiendam, non ad Dei gloriâ solide propandam, attentarunt; nihil denique solere consequi, quàm linguarum diuisionem eam, quæ mirifice in turri Babelis cecidit supra superbos. Ac tamen quo Germanorum desiderio piorum aliquatenus satisfaceret, simul autem fallaces hæreticorum laquei apparerent, viri doctissimi, vereq. Catholici, Dietenbergius, & **C** Hieronymus Empferus, ille Biblia, hic nouum Testamentum, edidit Germanice: Cum Hieronymus hic trecentas quoque in nouo tantum Testamento deprauationes diuini verbi ex versione Lutheri obseruauerit.

Caluiuiani autem cum à Caluino magistro suo Biblia in Gallicam linguam potius transuersa quàm conuersa accepissent, occasionem præbuerunt curiosis ingenijs, ac præcipue plerisque nobilibus vt ea perlegerent. At cum hæreticam Versionem Catholici declinarant, Renatus Benedictus Andegauensis è Sorbonæ schola egressus, alteri versioni manum admouit; quam cum inchoatam neque vero absolutam prælo typographi Parisiensis subiecisset, dum operæ vrgebant folia, ex Caluianiana versione plura ex temporarie prauis in rebus mutata desumpsit. Quibus item contentus & adscriptio duorum Theologorum Sorbonicorum, qui id non aduerterant **D** (vt raptim tantum negotium tractabant) extorta est. Quare non ita multo post, agnita mèdis atque erroribus grauissimis referta, à Sorbonica schola vnanimi sunt condemnata. Quæ tamen (gliscente in Galliæ regno licentia, & hæreticis libere venena sua spargentibus) fieri non potuit quin adhuc à pluribus legantur & retineantur. Sed denique obuiam itum est huic malo ab Academia Louaniensi, quæ Biblia emisit purgata & Gallica facta. Quamobrem si quam versionem in eam linguam legere licuerit, ista ab Vniuersitate Louaniensi emissa amplectenda est, illa Renati Benedicti reiicienda.

Anglica item versa sunt Biblia ab Gulielmo Alano Cardinali, Gregorio Marino, Richardo Bristoo Theologis; quæ & Rhemis in Gallia sunt edita: quibus subscribere Petrus Remigius Archidiaconus maior metropolitanæ Rhemenfis Ecclesiæ **E** Generalis Vicarius, Hubertus Morus eiusdem Ecclesiæ Decanus, & Ecclesiastes ac Theologus, & Cancellarius ipsius Rhemenfis Academiæ. Gulielmus Balbus Theologiæ professor, collegij Rhemenfis Archimagister.

VER-

VERSIONES LATINAE VARIAE A
ab hereticis falsatae: de quibus cautiones traduntur necessariae, atque
perviles. Caput. XIII.



Quoniam ex diuina historia pendet potissimum nostra salus, hincq. proximis capitibus certius auspiciari debemus eius legē dā methodum: idcirco quā in plerisque aliis Bibliis hoc saeculo editis praecauenda sunt, huc tamquam in proprium locum conuicere oportet: Ea vero sapienter Hispani Theologi sanctae Inquisitionis sequentibus verbis explicauerunt. IGITUR visis & non exigua cura & studio examinatis omnibus Bibliis, textu praesertim ad verbum accurate expenso, ea defumpimus, quae digna castigatione nobis visa sunt, & vnicuique calculum nostrum adiecimus. Ad quem antequam veniamus, pauca quaedam nos praefari oportuit, vt censurā nostrā ratio intelligatur & modus. Principio, in textu vulgatae editionis nihil notauimus: tamen si pleraque Biblia varient, & inter se, & a Graecis exemplaribus. Tum quia eadem varietas reperitur in codicibus iam olim excusis: tum quia praeter argumentum fecissemus. Neque enim nostrum institutum est docere, quae lectio sit verior, vel quae Graecae aut Hebraicae veritati magis consentanea; sed an haeretici in eis aliqua loca corruerint: Quod cum in textu ab illis minime factum sit, consulto praetermissimus. Idem seruauimus in Bibliis, quae nouam habent translationem ad veritatem Graecam & Hebraicam: quae non solum verbis discrepant a vulgata, sed saepissime etiam sensu, intacta relinquentes: quod in his magis periclitetur fides Interpretis, quam sacrae scripturae. Nam cum illa foecunda sit sensibus, sine vlllo periculo potest hunc & illum admittere. Quod si verior non est redditus: auctor potius mali Interpretis functus erit officio, quam errantis in Fide. Propterea ex his nihil attigimus: nisi vnum aut alterum locum, quae feliciori saeculo praetermitti quoque potuissent, quale est: Pœnitentiam fere semper verti in respiscenciam: & pœnitere in respiscere. Non quod ignoremus, idem valere vtrumque apud probatos auctores: sed quod intelligamus, istos tollere omnem dolorem antea vitæ, & statuere, iustificari hominem sola mutatione vitæ per fidem, sine vlllo aut corporis aut animi cruciatu ob admisa peccata, idq. affirmant Graece esse τὴν μετανοίαν, cui potius respondeat respiscencia, quam pœnitencia. Quia igitur Interpretes illi, quicumque tandem sint, ad hunc errorem videntur declinasse, tam constanter, vbi nostra versio habet pœnitentiam, respiscenciam vertentes, visum est admonere lectorem, ne illud verbum in sensu haeticorum accipiat; sed vt sumitur ab Ecclesia Catholica; & a viris grauisimis, verborumq. elegantia praestantibus, qui & ea voce ita vtuntur & μετανοίαν, in pœnitenciam vertunt. Deinde illud nobis praefandum est, ne quis miretur, si viderit multa loca a nobis animaduerti quae ex serie litterarum videntur deducta. Nam nos non tam verba persecuti sumus, quam mentem illorum, qui notas in marginibus apposuerunt: aut rerum capita in titulos siue summaria capitulorum reducerunt: aut denique annotationibus aliquot locos interpretati sunt. Nec enim latere potest eorum versutia. Nam cum ex quocumque textu sacrae paginae multa preclara colligi potuissent, quae ibi tractantur: in nonnullis Bibliis quasi ex professo ea tantum loca adscribunt, quae vtrumque ad fouendos illorum errores videntur agere. Aut si qui sunt qui omnia colligant in textu contenta, multa passim veris falsa intermiscunt: idq. vel additis verbis, vel detractis: vt nemo sit tam ignarus, qui non intelligat ea malitiose fuisse annotata. Quare cum nos videamus illa passim citari ab haeticis in alicuius suorum errorum confirmationem, merito suspicati sumus ab hominibus parum integre fidei esse conscripta; praesertim cum adiungant aliqua falsa & erronea ex operibus haeticorum desumpta, quae nec textui conueniunt, cui apponuntur; nec apte ibi collocari poterunt.

An haeretici in Bibliis quae vertuntur, aliqua loca corruerint, & corrupisse multa monstratur.

Cur haec vox pœnitentiae in vocem respiscenciae vertenda non sit.

Respiscencia quo sensu accipienda sit.

De notis aliquorum & rerum capitibus in titulos reductis.

De prauis annotationibus haeticorum.

A tuerunt. Quae omnia non tam augent suspicionem, quam opinionem nostram confirmant. Idcirco coacti sumus quaedam notare, quae in sacris libris contineri videntur, quod ab illis ad impiū sensum detorqueatur, vt sciat lector quid vitare debeat. Exemplum esse potest de his, Fides iustificat, siue iustificamur ex fide: Abraham ex fide iustus: & similibus. Nam quis neget iustificari hominem ex fide, cum Paulus praedicet: verum illi de sola fide exponentes, seclusis operibus, haeticam propositionem reddiderunt. Iam cum Paulus ibi loquatur de operibus legis, quam ita fidei opponit, vt satis constat, eum loqui de operibus veteris legis vel ante fidem susceptis, vel sine fide Christi factis: in quibus etiam tunc Iudaei gloriabantur, & totam salutis suae spem collocabant: id quod non vno in loco declarar: quis non videat perperam detractam eam vocem, & dictum simpliciter, Fides iustificat, non opera? B Cur non additum est, opera legis veteris, aut fide Christi destituta, vt Paulus aut exprimit, aut intelligit? An non est haec aperte malitia? Simile est illud, Non in manufactis templis habitat Deus, quae vox fuit primum Stephani; deinde Pauli, ad Athenienses: verum versute coacta, ad subuertendas aras, templa, & Sacra. Item Idolorum statuas lex vetus praecipiebat demoliri, ac Deum tantum colere. Quid hoc in lege noua ad tollendas imagines? Caeodæmonum simulachra euertenda, ergo Sanctorum imagines? Iam gens illa prona erat ad Idololatriam: cuncta pro Deo colebat more Aegyptiorum. Quid hoc ad cultum Sanctorum negandum, quos Ecclesia multo aliter iubet venerari? Quasi vero idem sint Sanctorum imagines & Idola, idem coli quod adorari: quod vel cogitare impium est. Ad hunc modum de multis aliis dicendum. C Quamobrem ea fuit Censurae nostrae ratio, vt non solum haeretica damnemus, sed admoeamus, multa vere catholica trahi ab haeticis in prauū sensum: ne quis in illum incidat; sed cum Ecclesia semper sentiat & loquatur. Porro non dubitamus, futuros quamplurimos, qui non fuissent intellecturi illorum mentem aut imposturam: sed commodius nobis visum est rationem habere eorum qui labi possent non admoniti: ne aut cum illis per incuriam errent, aut putent locum in aliquo sensu vero a nobis damnari. Propterea opus fuit errores illorum referre; quamuis praestitisset, ab omnibus semper ignorari. Ad haec lectorem admonitum volumus, nostras castigationes tam paucis a nobis fuisse perstrictas, ne in ingens volumen excrescerent, quod necesse erat, si aut Theologico more errores confutare, aut verum cuiusque loci sensum stabilire voluissimus. Compendio enim scribi haec non poterant, vbi vel solus numerus influm fere volumen facit. Deinde quod non sit praesentis negotij sacras litteras exponere: sed aliena a vera fide dissidentia censorio mucrone iugulare. Non enim doctorum, sed admonitorum, aut potius Censorum officio fungimur. Postremo, quoniam tot viri doctissimi multis libris editis, satis copiose in hoc argumento versati sunt: vnde plura petere possit, qui volet. Qui cum in reuincendis haeticis in his eisdem tam feliciter desudauerint, non solum laborem nostrum superuacaneum, si prolixius scriberemus, sed ingratum quoque fuisse futurum arbitramur. Quoniam autem in omnibus Bibliorum siue scholiis, siue titulis & marginibus quaedam adeo frequenter repetuntur, aut sub eisdem verbis, aut parum mutatis, vt infiniti esset operis omnia loca recensere, nec fieri posset sine magno fastidio; necessarium etiam duximus condere generales quosdam canones seu regulas, quibus quam possimus succincte ea omnia comprehenderentur. Vt sciat lector, vbi cumque inuenit id, quod a nobis semel obseruatum est, aut quid simile, eo gradu notationis esse habendum. Insigniores vero locos tantum in his regulis attigimus, cum alioqui sollemne sit istis plerosque errores variis dicendi modis proferre, vt palam fiet legentibus censuram, quemadmodum de iustificatione dictum est, cuius & salutis nostrae crebra sit mentio apud istos, vt totam tribuant fidei, nullum locum relinquentes operibus. Vt cum dicunt, iustus ex fide, iustitia nostra fides. Viuere ex fide: sancti sunt, qui Deo fidunt. Quae omnes propositiones, & si quae aliae huiusmodi reperiantur, pro eadem haberi debent atque censi. Idem dicendum

Interpretatio haetica super illis verbis. Fides iustificat.

Optimum monitum.

Quomodo intelligenda illud Stephani & Pauli. Non in manufactis templis habitat Deus.

Multa quae sunt vere catholica trahi ab haeticis in prauū sensum.

Cur haec castigationes breuiter tractae.

Generales quidam canones, vel regulae fuerunt scribendae.

Iustus ex fide. Iustitia nostra fides. quid.

Satisfactio
nostra quæ.

dum de satisfactione nostra, quam totam adscribunt passioni Christi: nihil humanis meritis. Id nonnumquam aperte enunciant, vt, Sola satisfactio pro peccatis Christus: Sola hostia pro peccatis Christus: Satisfactio nostra Christus, & similes. Nonnumquam obscurius, sed ita vt nemo non intelligat prauum eorum animum, vt cum dicunt, vni deo cuncta adscribenda: Deus vult omnia sibi tribui: Omnia à Deo: & alia huiusmodi, quæ Catholicæ sunt in eam sententiam, in quam traduntur à sacris doctoribus. Sed cum isti per eas videantur tribuere Deo totam iustitiâ nostram & satisfactionem, aut quod omnia siue bona, siue mala sint à Deo, & nihil à nobis; aut quid simile (nam eadem via multos astruunt errores) eo quidem sensu falsæ sunt & impiæ. Modestus enim loquendi modus Sanctorum, in errorem trahi non debet, vt negetur aut arbitrij libertas, aut necessitas operum, quas illi totis libris docuerunt. Quis vero neget, omnia bona à Deo procedere, & illi esse tribuendâ, cum hoc ipsum quod possumus boni agere, diuinæ benignitatis & gratiæ sit? At inde colligere nos nihil posse, fatuum omnino est; neque in hoc sensu illa, aut à sacris scriptoribus, aut à doctoribus sanctis dicuntur. Nam quis ignorat, propositione eandem seorsum positam, in multos sensus deduci posse, & aliquem admittere ex vi verborum nimis abhorrentem à sensu scripturæ, qui ex tota serie textus constat? Quod his peculiare est, quoties aliquid reperiunt, quod alicunde ad confirmanda sua dogmata trahi possit, licet textui repugnet. Quare iure optimo huiusmodi propositiones à nobis notatæ sunt; ne in hæreticum illorum sensum accipiantur, Tot autem sunt modi variandi hunc errorem, vt magis generali canone, quam particulari comprehendere liceat. Eiusmodi est illud ab ipsis varie repetitum, cum dicunt, reperiunt in sacris litteris, quod iustificamur ex fide, non autem, quod iustificamur ex operibus, non ergo opera necessaria sunt ad iustificationem: Quoniam hoc est celebre illorum argumentum in plerisque erroribus suis, hoc ita reperitur expressum in sacris litteris, hoc ergo tantum, & nihil aliud tenendum est. Quasi vero (vt ta ceamus de S. Iacobo, cuius auctoritatem illi eleuare conantur, qui toties affirmat, iustificari hominem ex operibus) illud Pauli, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur, non satis expresse necessitatem operum ad iustificationem contineat, quamuis sub ea forma verborum nõ dicatur, quam isti exigunt: aut quasi sacræ litteræ doceant, sub ea tantum forma, ac non plura colligantur ex ipsa serie & contextu rerum præcedentium, & sequentium, quæ æque expressa dici possint. Ad eundem modum eliciunt, tantum petendum in nomine Christi, quia Diuina eloquia non docent, vt ipsi existimant, petendum in nomine aliorum. Ex hoc fonte in multos errores prolabantur: vt cum dicunt, Verbo Dei adhaerendum; inde conficiunt, Tantum verbo Dei adhaerendum, non faciendum quod præcipit humana lex, siue Ecclesia: ob idq. sapius exaggerant verbum Dei, vt innuant, hoc solum nobis sequendum, non præcepta hominum: Idq. variis modis efferunt, quos ita oportet intelligere, ne leges humanæ excludantur.

Iam fides pro fiducia passim vsurpatur; resipiscencia, pro pœnitentia, vt superius diximus; ita perpetuo, vt plerumque vbi textus habet, pœnitentiam, mutant in, resipiscenciam: Qui abusus vocis tam frequens est, vt molestissimum fuisset loca omnia transcribere: quocirca generali canone opus fuit, vt semper caute legatur; vtq. etiam moneamus, non improbari à nobis resipiscenciæ vocabulum, sed declarari, qua significatione sit accipiendum. Idem dicendum de fide: Non enim negamus includere fiduciam; sed non esse eam tantum, vt illi volunt. Ad hæc, vbi cumque textus Scripturæ agit de charitate, iustitia, bonis operibus, quod adhaerendum sit Deo. quod ille sequendus, & similibus; isti interpretantur de fide; vt facile est videre cuiusque legenti: ac si idem esset fides, quod iustitia, idem quod charitas, aut quod nulla alia bona opera Deus à nobis requirat præter fidem: nec quod aliter sit Deo adhaerendum, nisi per fidem. Ita omnia, quæ à nobis Deus postulat in scripturis, annotant, intelligenda de fide; etiam loca, vbi de fide nulla mentio est. Quare oportet vnumquemque aduertere eorum calliditate, ne existimet, ita esse in textu,

Necessaria
admonitio.

vt

A vt isti referant, & colligere se fingunt. Nam alia quæ nihil attinent ad suos errores, bona fide adscribunt: hæc vero miscent, vt ita incauto lectori imponent.

Præterea notandum, sæpissime reperiuntur tam in glossulis, quam in marginibus & summariis, iustos appellari fideles, iniustos autem infideles: & ita fere semper, vbi textus habet iustum, siue iniustum, vertere fidelem, & infidelem. Perinde atque idem sit fidelis & iustus, idem infidelis, quod iniustus: neque iniustus quisquam esse possit, quin statim sit infidelis, & amittat fidem: quæ proculdubio manifesta est hæresis; nimirum quod peccatores careant fide. Obuia autem erunt legenti innumera loca, vbi hic error sæpe iteratur: sed præsertim in Psalmis in plerisque Bibliis excusis sub magna forma, vbi quoties in textu habetur iustus aut impius, isti annotantes vertunt fideles & infideles. Quia ergo vix numero comprehendi poterant, omnia in Censura, ad hunc generalem Canonem reseruata sunt.

Porro sciendum, multa esse in istorum annotationibus super vetus testamentum, quæ vt in eo quidem loco & sensu litterali vera sunt, translata autem ad legem nouam, & moralem sensum, sunt manifesti errores. Vbi non damnantur propositiones illiæ positæ, sed mala mens detorquentium illas ad longe alium sensum, quam habeant in locis vnde deducuntur. Vt quod notant Iosue cap. 21. vt soli Deo fidat, & Michæ 7. in solo Deo confidendum. Hierem. 17. Confidendum soli Deo. Esai. 30. Irascitur Deus si præter ipsum humano consilio innitatur. Nam quod Deus illi præcipit, victoriam non esse tribuendam viribus humanis, non collectis militum copiis, aut ingenti bellatorum numero, sed diuinæ potentiæ & auxilio, isti more suo ad longe diuersum sensum impellunt, maximeq. alienum à litterali, vnde deducunt. Nempe vt his persuadeant, minime Sanctis esse confidendum, neque ab illis auxilium sperandum ad recte agendum, siue aliquid à Deo impetrandum: ac proinde non esse inuocandos, nullas ad eos fundendas preces: denique totam illam colluuiem errorum, quos ea de re aduersus Sanctos congerunt. Neque id vno tantum modo enunciant, sed variis, vt cetera: vt quod notant in cap. 7. Iudicum Deus volens omnia sibi soli tribui, iubet bellatorum numerum minui: nam id ad eundem errorem spectat, hoc est nihil aliis tribuendum, nisi soli Deo. Ad illum etiam, quod omnia siue bona siue mala, à Deo sint: nihil à nobis, neque à libero arbitrio: & ad alios impios sensus, vt superius retulimus.

Præter hæc omnia sciendum, in hac censura signari in singulis quibusque locis librum & caput, vbi error est animaduersus: non autem signari peculiarem partem textus, cui is error applicetur. Primum, quia extra causam omnino esset, nec enim dicere instituiimus, rectene isti an secus suas quibusque locis summas accommodet, sed notare quidquid à fide Catholica deuiat quocumque loco, aut cuiuscumque rei gratia dicatur. Deinde quia (& si id fieri alicubi facile foret) in plerisque tamen locis perquam arduum fuisset, & molestum. Nam quædam apponuntur super partem textus ita magnam, vt longum esset transcribere. Iam vero quæ sunt in titulis & summariis capitulorum, adeo in plerisque confusa sunt, vt vix quisque diuinare queat, ad quam partem textus referri voluerint. Quod igitur in omnibus seruari non potuit, omittendum duximus, relinquentes id iudicio lectoris.

In omnibus autem Bibliis in hac Censura castigatis, præsertim excusis sub magna ac mediocri forma, statim in principio, summæ quædam generales continentur, ostendentes quid in singulis sacrorum Bibliorum libris doceatur, quæ quia erroribus variis corruptæ sunt, ideo omnes profus tolli, ac deleri ex his ipsis Bibliis decreuimus. Idem censemus faciendum de elenchis, siue indicibus, qui in eisdem Bibliis adduntur, propterea quod multo pluribus, & grauioribus erroribus scateant.

Quamquam autem potuissimus quorumuis Bibliorum errores seorsum colligere designantes illa, quo prelo, Typographo, atque anno excusa sint; tamen compendij causa, ne hoc opus plus iusto excresceret, consultius putauimus, si omnes omnium Bibliorum errores vna censura comprehenderetur: atque in fine recensentur quæ à nobis reuifa sunt & cognita, addito Typographi nomine, impressio-

Q 2 nis

NOTA

Vbi textus
habet iustū
hæretici
ponūt fide-
lem.Monitum
optimum.Quomodo
intelligēdū
est, quod in
scripturis
dicitur soli
Deo fidēdūHæretici
quomodo
peruertunt
sensū ca. 7.
Iudicum; &
alia.Quid in
hac censu-
ra signetur.

Postremum
monitum
aduersus
haereticos,
qui trunca-
tione parces
sacrae scri-
pturae & ca-
none.

nis & anno, quo impressa sunt, ut siue in his, siue in aliis quibuscumque, hos A aliosve similes errores deprehenderit, sciat lector, eadem nota feriendos esse. Postremo illud aduertendum est, istos non solum ausos fuisse, tot errorum maculis sacram scripturam deturpare, sed neque veritos sacrilego etiam ore libros, quos iam olim pro canonicis, Ecclesia habet, refecare e Canone sanctarum scripturarum, & apocryphos afferere, quod in multis Bibliis in hac censura contentis nunc in marginibus, nunc in titulis impudenter faciunt. Ut quoniam illos aperte vident agere ad plane confutandam ipsorum impietatem & nefanda dogmata, eorum auctoritatibus nostros vsos, hac arte eludant: cum aliter nequeant tam manifestis testimoniis repugnare. Quare ea in re cautum lectorem esse oportet, ne cum illis erret, sed eos omnes pro canonicis habeat, quos Ecclesia Catholica, cum iam olim in multis Conciliis, tum nouissime in Tridentino, inter libros canonicos habet ac numerat.


Exemplaria Bibliorum, diuersis a Typographis excusa, quae indigent castigatione, & censura.

AMPRESSA Antuerpie per Martinum Casireni anno 1532. & 34. Antuerpie in officina Ioannis Steelsij, anno, 1541. & 42. Biblia quorum titulus est, Excude nunc curabat Antonius Goinus 1540. Antuerpie per Iacobum Lisueli 1542. Antuerpie per Ioannem Theobaldum 1526. Antuerpie per Ioannem Steelsium 1538. Antuerpie per Gulielmum Vortefman. 1528. & 34. & 44. & 45. Antuerpie per Henricum Perfferssem. 1541. Antuerpie per Antonium de Labide 1541. Biblia Graeca, Argentorati, apud Vvolfium Cephalium in mediocri forma 1526. Basileae ex officina Frobeniana 1530. Basileae per Frobenium. 1538. Basileae apud Nicolaum Brilingerum. 1544. Basileae cu annotationib. Sebastiani Mustersi. 1535. Biblia sub maxima forma, in quibus non designatur impressio locus aut impressoris nomen. Biblia, quae sic habent, Excudebat Franciscus Gryphius 1541. & 42. in mediocri forma sine nomine loci impressio. Lugduni, in aedibus Vincetij de Portonarijs. 1536. Lugduni sub insigni Salamandrae 1545. Lugduni, apud Iacobum Giuntam 1536. & 46. Lugduni apud haeredes Iacobi Giuntae, in forma mediocri 1549. & 51. Lugduni, apud Iacobum Giuntam, in mediocri forma, 1535. & 42. & 46. Lugduni sub insigni Sphaerae apud Egidium, & Huguetam fratres. 1540. Lugduni, per Gulielmum Boule 1537. Lugduni per Gulielmum Boule, in mediocri forma 1542. Lugduni, per Scipionem de Gabiano. 1536. Lugduni, apud Hugonem a Porta in mediocri forma. 1542. Lugduni, apud Hugonem a Porta. 1538. & 42. 46. Lugduni apud Hugonem, & haeredes Aemonis a Porta. 1544. Lugduni per Iacobum de Millis in mediocri for-

ma. 1551. Lugduni ex officina Melchioris, & Gasparis Trechel in mediocri forma. 1532. Lugduni, sine nomine impressoris, in mediocri forma. 1540. Lugduni, in aedibus Antonij Vincentij, in mediocri forma. 1540. Lugduni ex officina Ioannis Mariscal, in mediocri forma. 1531. Lugduni, apud Theobaldum Paganum, in mediocri forma. 1542. Lugduni apud Sebastianum Gryphium, in minima forma. 1542. Lugduni, apud Antonium Vincentium, in minima forma. 1542. Lugduni apud Ioannem Mariscal. 1532. Lugduni, sine nomine impressoris; quae in fine sic habent: Biblia quibus haec tenus viuu Ecclesia Latina. 1536. & 41. Lugduni per relictam Ioannis Crispini. 1546. Lugduni apud Iacobum Grozet. 1546. Lugduni, per Franciscum Gryphium. 1542. Lugduni per Ioannem Iuntam. 1546. Lugduni per Henricum Sabore. 1536. Lugduni in aedibus Antonij Vincentij. 1540. Parisijs in officina Petri Regnault. 1540. & 41. Parisijs, per eundem, sub scuto Coloniensi. 1543. Parisijs apud Robertum Stephanum, cum duplici translatione, & glossis in mediocri forma 1545. Parisijs ex officina eiusdem Roberti Stephani, e regione scholae decretorum. 1528. Parisijs per eundem. 1540. & 46. Parisijs in officina Simonis Colinai, pro Galeoto a Prato, mense Octob. 1541. Parisijs apud Ceratum Guiliardum. 1549. Parisijs per Franciscum Gryphium. 1541. & 42. Tiguri, apud Christophorum Froscouerum, in mediocri forma. 1539. Venetijs in taberna libraria D. Bernardini, in mediocri forma. 1538. Venetijs, ad signu Spei, in mediocri forma. 1544. Venetijs, apud Petrum Ibeebem, & Magustinum. 1542.

NOTI-

NOTITIA IDIOTIS MORUM, SEU PHRASUM quarumdam Hebraea Linguae in sacra scriptura, quanti facienda su. Ecquis nem Idiotismorum, qui enulgati sunt, vere fuerit Auctor, quare in his cautio adhibenda, aut quid inde refecandum, Caput XIII.



ABET (inquit Augustinus) omnis lingua sua propria genera locutionum, quae cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda. Id quod haud raro monuit Hieronymus, cu Hebraicae linguae vsum studiis diuinarum litterarum ostenderet esse perutilem. Nam & cu aduersus Ruffinum tractans illud secundi Psalmi. Apprehendite disciplinam, pro quo ipse interpretatus est. Adorate Filium, vel etiam: Adorate pure. Nisi, inquit, prolixum esset, & redoleret gloriolam, iam nunc tibi ostenderem, quid vtilitatis habeat magistrorum limina terere, & artem ab artificibus discere: & videres quanta sylvia sit apud Hebraeos ambiguum nominum atque verborum. Quae res diuersae interpretationi materiam praebuit, dum vnusquisque inter dubia, quod sibi consequentius videtur, hoc transfert. Haec Hieronymus: Quin & Graeci sermonis vim exprimere non posse latinos testatur Ambrosius. sane vero etiam Graeci parres idiotismos Hebraeae linguae adnotarunt, tamquam viles factorum eloquiorum interpretationi. Nam &, Euthymius inquit, idioma est veteris scripturae dicere Deum gloriae, pro glorioso: Deus veritatis, vltionum, potentiarum, misericordiarum, pro veraci, vindice, potenti, misericorde. quippe Hebraei genitiuis substantiuis vruntur loco adiectiuorum: vt filius perditionis, hoc est homo perditus. Lex mortis, spiritus sanctificationis. Mammona iniquitatis, hoc est diuitie inique, spiritus sanctificans. Lex mortem inferens: Homo Belial, id est sceleratus, & absque iugo. Et genitiui accipiuntur aliquando actiue, nonnumquam passiu. vt iustitia Dei, quae est in Deo, aut quae est in me ex Dei munere. & Psalmo quinto: Domini est salus, id est salus nostra, ex Dei munere est. Eiusmodi alia sunt.

Aug. de re-
uoli. c. 50
Hier. q. 118.
in Genes. &
in Ecclesi.
cap. 11. &
In epist. ad
Marcellinam,
cuius inuicem
Beatus Pater
philus. et 1.
apolog. adu.
Ruffinum.
Ambrosius in
explanatio-
ne. Psal. 118.
Euthymius
in psal. 28.

A facie Dei, vel Domini. 2. Paralip. 34. & Malach. 3. id est coram Domino. Quo a spiritu tuo, & quod a facie tua fugiam? Psal. 139. pro. Quomodo spiritum tuum & conspectum latebo?

DA facie. Psal. 102. Ier. 41. id est ob, vel propter. A filiis hominum. Psal. 21. pro ex hominum numero. A mafculo ad feminam. Num. 5. pro: tam mafculos. quam feminas. A voce gemitus mei Psal. 102. id est: pra gemitu meo, & sic de similibus. Ab homine vsque ad animal. Num. 3. pro: tam ex hominibus, quam ex animalibus.

Terram ponere in abominationem. Ier. 2. id est in ea Idola colere. Facere iuxta abominationes Gentium. 2. Reg. 21. id est. Non aliter quam gentes abominanda facere, siue ritu gentium Idola colere.

Abfcondi ab ouili pecus. Hab. 3. & abfcondi virum a throno. 1. Reg. 9. pro: Auferri, & e medio tolli.

EAbfcondis eos in abfcondito faciei tuae. Psal. 31. pro. Statuis illos ante faciem tuam, vbi sunt tamquam in abdito, & latibulo tutissimo. & sic, Abfcondet in abfcondito tabernaculi sui. Psal. 27. & alia eiusmodi.

Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Psal. 52. pro, Tu dolose agis mecum, velut nouacula, quae aberrans petit iugulum, vel quae, si eam leuiter contingas, sua acutie vulnerat grauissime.

Retribue seruo tuo, vt viuam. Psal. 119. pro. Hoc beneficium confer, id est hoc beneficium me dignare, vt viuendo me totum addicam in obsequium tuum. Alij, presta te seruo tuo beneficium, siue liberalem. tunc viuam, id est, tum demum me felici-

Q 3 ccm

cem existimabo, tunc etiam custodiam sermones tuos si mihi fueris fauorabilis, vt A vulgo loquuntur.

Fac mecum signum in bonum Psal. 86. pro, Declara signo aliquo, te mihi velle fauere, & te esse mihi propitium. Quidam, Ede signum aliquod bonitatis tuae erga me.

Reddemus vitulos labiorum nostrorum Hof. 14. id est. offeremus tibi precatio- nes, & laudes, atque gratiarum actiones.

Lib. 10. hypo- 1790. Reg. 95.

E Patribus item notat tritas illas obseruationes Martinus Martinez. Cedros Dei, hoc est maximas. Sagittas Dei, id est fortes, quia nomen Elohim, (inquit) ple- rumque non designat, sed auget significationem. Vas vasis, quodcumq. instrumen- tum significat, vt vasa irae ac mortis, vocantur instrumenta, quibus homines inter- muntur: & vas electionis, instrumentum selectissimū cuiuscunque artis, quo nomine B

1. Reg. 21. Psal. 113.

Paulus vocatus est, quia summus Euangelij erat futurus praedicator. Scripturae etiā eā soler esse elocutio, vt hœdum caprarum, & agnos ouium, pro paruis vsurpet, qui- bus opus sit matribus. Agnoscit Melchior Canus similes quosdam in Hispania phrasas, atque idiotismos, quales in diuino sunt codice. Vt illud. Omni habenti da- bitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Al ricos todos le- dan, al pobre aun de que viene le quitan. & illud. A consiliario serua animam tuam, ne for- te mittat sudem in terra, & dicat tibi, bona via est tua. quod Hispani. Habla con vos y coge piedras con los pies. Quin & idem Canus optauit Hieronymi commentarios in proueria Salomonis, quæ inquit, vix vllō pacto posse explicari, nisi habita ratione Hebraicæ consuetudinis atque sermonis. Nam qui circumferebantur hætenus tamquam Hieronymi, non sunt ipsius, quod præter alios optime in eum ostendit Vi- ctorius Reatinus; sed bene habet, quod Iansenius egregie, vt diximus, hoc præsti- tit: & commentarios in Proueria pereruditōs nobis reliquit.

Luc. 10.

Ecclesiast. cap. 37.

Hieronymus non scripsit in Proueria Salomonis.

Porro qui de Idiotismis Hebraicæ linguæ hoc sæculo egerunt, siue eos seligen- tes, siue interpretantes, siue prelo subiicientes: ij ferme fuere, à quibus Dictionaria, Grammaticas, vel notas, aut phrasas Hebraicæ linguæ accepimus: Sanctes Pagni- nus, Ioannes Forsterus, Angelus Caninius, Vvesthmerus, Franciscus Vatablus, Hieronymus ab Oleastro, Benedictus Arias Montanus, & alij: Ex prioribus autem illis, atque è Rabbinis, qui olim de Idiotismis prodiit liber à Roberto Stephano, nō pauca habet quæ expungenda sunt, quemadmodum & hominis, qui in hæresim præcipitauerat, suspecta debent esse pleraque omnia. Multa igitur cum ex eo, & Sā- cte Pagnino, Arias Montanus sic collegisset, vt tamen plura reseculisset, factum est, vt liber Idiotismorum Apparatus in Biblia Regia præfigeretur, cui regulas de di- gnoscendis Hebraicarum phrasum idiotismis præposuit. Ioannis item Forsteri Di- ctionarium, si legitime expurgatum concedetur à superioribus, ad vsū videtur posse adhiberi sat commodum. Vvesthmerus autem, qui de phrasibus scripturæ sa- cræ librum inscripserat, cum hæresi infectus venenum ex illo simplicibus propina- ret, à Laurenrio Villauicentio Theologo probo & Catholico tutiori lectioni resti- tutus, denuo Antuerpiæ excusus est. Aliorum, quoniam hæretici fuere, aut perfidi, vel in Iudaismo hæserunt, libros ea de re huc adtexere non libet; quod in iis ali- quādo plus sit veneni, quā antidoti. Extat etiam syluula dictionum Ecclesiastica- rum Georgij Vicelij, sicut & ipsius idiomata sacrae scripturæ, quemadmodum item in Vaticana Pontificis Maximi Bibliotheca liber Græcus de Etymologiis veteris Testamenti.

Sanctes Pa- gninus. Forsterus. Caninius. Vvesthmerus. Vatablus. Hieronymus ab Oleastro. Ben. Arias. De Rob. Ste- phano, ad. Laurentius Villauicen- tius.

Georgij Vi- celij sylu- la dictionū Ecclesiasti- carum.

Dictionariū siue, Etymo- logicū Græ- cum vici. Te- stamenti in Bibliot. Va- ticana.

2. Can. lib. 2. de loc. com- muni. ca. 35.

b. Euf. lib. 1. Eccl. hist. c. 1.

c. Hier. in O- sca. cap. 1.

d. Ir. li. 3. c. 6.

e. Bas. lib. 5. coi. Eumom.

f. Marcellin. ad Salomo- nem Episc.

g. Conc. Syr- mien. c. 15.

At quænam sint in iisdem Idiotismis cautiones adhibendæ, dicendum est. Primo quantumcumque ij præferant vel acuminis, vel germanæ dictionis, si ab eo sensu mentes auertunt, quo secundum litteralem sensum Catholica accepit Ecclesia, aut non esse veros Idiotismos, aut certe non ita simpliciter esse interpretandos, vt quidam faciunt. Pluisse Dominum à Domino (ait Canus) esse quidam existimant hoc est desuper: seu vehementissime. At Filium à Patre pluisse (ait) intelligunt Eu- sebius, Hieronymus, Irenæus, Basilus, Marcellinus, Concilium Syrmiense.

Præte-

A Præterea potuisse fieri, vt Rabbini Idiotismos esse quosdam dicerent, qui re- ra non fuissent, vt eo astu populares suos à Christi intelligentia submouerent. Sic autē per manus fuisse traditos, vt apud multos iam auctoritarem obtinerent. Deinde qui specie Idiotismorum infirmant septuaginta Interpretum, aut vulgatam edi- tionem, quibus præsertim in locis stetit illibata, posse in suspensionem iustam inci- dere. Ascendit (inquit Psaltes) in altum, captiuam duxit captiuitatem. Quod de resurrectione Domini ex Inferis, & ascensione in cælum cum Patribus interpre- tatur Apostolus: At specie Idiotismi exponere. Duxisti captiuam captiuitatem, hoc est captiuos hostes cepisti, qui grassati fuerant in populum tuum, sane mysterium si nō euerit, satis infirmat: simile illud est. Non relinques animam meam in Inferno: quod Petrus & Paulus dixere de anima Christi esse intelligendum, quæ cum tri- duo fuerit in Inferno, inde excedens, Patres eduxit. Verum enimvero vocem illam Inferni sub Idiotismi specie detorquere ad sepulchrum, vt sit. Non relinques in sepulchro animam meam id est corpus meum, ecquam fidem faciet Apostolis?

B Ad hæc, cum qui veterum vulgatam versionem edidere, spiritum quemdam Pro- phetia vicinam habuisse dicantur à Titelmanno, & Cano, Ambrosius autem pro- pterea, nec dignatus sit in suis versionibus Græcos consulere, in Dictionario autem Complutensi, Ecclesiastica, & vulgata prius, quàm ex Hebraico aliorum versio sapienter citeatur; hi vero qui nimium Idiotismis inhærent, illam prorsus à suis Di- ctionariis ablegauerint, dubitari potest, num quo spiritu sacrae litteræ scriptæ fue- rant, eas eodem omnino exposuerint. At omnis (inquit Hieronymus) qui Euan- gelium alio interpretatur spiritu, quàm scriptum est, credentes turbat, & conuertit C

Euangelium Christi; vt quod in facie est, post tergum faciat, & ea quæ post tergum sunt, vertat in faciem. Si quis tantum litteram sequitur, posteriora ponit in faciem. Si quis Iudæorum interpretationibus acquiescit, post tergum mittit ea, quæ ex na- tura sua in faciem constituta sunt. Lex enim (alibi ait) spiritualis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur.

Qui vero de Idiotismis legerit Euangelicas Institutiones Petri Garfæ, libro primo capite vndecimo, habebit vnde suo desiderio hac in re satisfaciatur. Agit enim de Idiomatibus, seu Hebraïsmis, quæ in quattuor Euangelistis passim occur- runt. Mattheo, Marco, Luca, Ioanne. idq. fufe, atque apposite.

Ambr. in c. 12. epist. ad Rom.

Hierony. in 1. cap. ep. ad Galatas.

Hier. ep. ad Desideriū.

Petrus Gar- fæ li. 1. ca. 11. de Idio- tismis Euan- gelistarum.

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

D QUINAM DE RATIONE INTERPRETANDI, vel intelligendi sacram scripturam egerint: Quæ ex iis colligi pos- sint, quibus certior, atque integrior studiorum ipsius ra- tio constet. Caput XV.



E VOD sapienter monuit Augustinus, vt codicibus emendandis in primis inuigilaret solertia eorum, qui scripturas diuinas nosse desiderant, & emendatis non emendati cedant, ex vno dumtaxat interpretationis genere (vt ille inquit) venientes: id nos mouit, vt primo de variis sacrae scripturæ editionibus agentes, optimas, & firmissimas nobis statueremus. Restat nunc, vt ea mon- strentur, e quibus Apparatus ad totam hanc rem facer confici possit. E Græcis Eusebius sese offert primus, qui ad diuinam historiam aditum firmio- rem aperuit. Non quod ante illum viri non fuerint, qui in eadem facultate emi- nuerint Dionysius Areopagita, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Iustinus Mar- tyr, Origenes, & reliqui: sicuti & post illum Chrysofostomus, Theodoretus, atque alij fuere. Verum quod ipse quindecim libros de Præparatione, ac decem de De- monstracione Euangelica eo consilio, ac ita dilucide atque erudite scripserit, vt in

Li. 2. de doc. Christi. c. 14

Euf. Casari- sis, de Præp. Euang.

vno

vno opere reliquos illos alios Auçtores comprehendisse videatur. Ac quidem li- A
bri, quibus agitur de Euangelica demonstratione, ad caput huius libri referendi
sunt, quo de veteris ac noui Testamenti consensu dicetur. Quid autem istis de
Præparatione Euangelica contineatur, quod ad complanandum iter ad sacræ scri-
pturæ diuitias assequendas faciat, paucis exponam.

Compēdiū
15. librorū
de Præpa-
rat. Euang.
Eusebij.

Christiani, cum erroribus, idolis, ac vitæ turpitudine abiectis, atque cælestem
doctrinam amplexi, eam constantissime retinerent, ab Iudæis, quibus scandalum,
& ab gētibus, quibus stultitia Christus erat, miris ac diris modis exagitabatur: His
autem artibus, scripturarum scientiam & splendorem obscurare contenderant,
quam qui maxime Philosophi, Poëtæ, ac ceteri potentes à sæculo. Eusebius igitur,
vt viam sterneret ad libros de Euangelica Demonstratione, obices autem
submoueret omnes, quibus retardari potuissent, qui progredi in vera Religione B
cœpissent, libros de Præparatione conscripsit, quemadmodum postea, & inter La-
tinos doctissimis de Ciuitate Dei libris fecit Augustinus. Prioribus itaque septem

Religio no-
stra certif-
sima è qui-
bus argumē-
tis mostra-
ta ab Euse-
bio.

libris Eusebius, vt nostram Religionem certissimam esse ostendat, ducit argumen-
ta à diuini eloquii genere, alieno ab omni ambiguitate: ab euentu, qui prædictio-
nes de rebus futuris comprobauit: à Prophetarum vetustissimorum, & Patrum
testimoniis, qui eam commendarunt: à beneficiis erga humanū genus per Euange-
lium collatis: à sanctissima vitæ institutione, quam scriptura hæc diuina præfert:
à spe denique futuræ æternæ Gloriæ, de qua nulla spes, altum autem silentium in
Ethnicorum scriptis extitit. Quo item loco Christianorum fidem tuetur ab

Arist. discē-
tē oportet
credere.

omnium exemplo discentium, quos credere oportet, si cui disciplinæ nauare
operam velint. Quò hæc omnia statuat, errores Ethnicorum, portentosaq. opin- C
ionum & superstitionum, ex ipsis illorum auctoribus Ethnicis Diodoro Siculo,
Plutarcho, Socrate, & aliis demonstrat; Quoniam vero pudebat Ethnicos sua Ice-
lera patefieri, ac proinde iactabant sub inuolucris fabularum suarum admirandam

de

nescio quam sapientiam latere, propterea Aegyptiorum, Phænicum, Phrygum,
Græcorum qui antea vixerant, matæologiam, hoc est non theologiam, sed inanissi-
simam vanitatem ostendit, quam etiam qui apud suos erant sapientes habiti, im-
probassent. Quare Euangelicæ doctrinæ acceptum refert, quòd liberati Fideles
à scriptis, à superstitione, ab impietate Ethnicissimi, cum Christum Crucifixum
agnouissent, fortissime profiterentur.

Iam vero duabus Ethnicæ matæologiæ formis confutatis fabulosa de Diis, ac
physica, quas vt illam historicam, sic hanc mysticam, atque allegoricam appellab- D
ant, tertiam euincit, quæ ciuilibus ab iisdem dicebatur, ad quam spectabant
patrii ritus, responsa oraculorum, cæremoniæ, & id genus reliqua ab Hiero-
phantis fallorum illorum Deorum administrata. Itaque & sanguinem animalium,
quæ Dæmonibus immolabantur, & nidorem carniū, atque humanas victimas,
quibus omnibus libidines vagæ, cædes, & alia scelera immiscebantur; dein-
de item fætum Stoicum explodit, quæ diuina reuicit Historia: liberum autem
arbitrium propugnans, de quo sacri libri mentionem sapissime faciunt, vete-
rum Hebræorum Theologiam esse orthodoxam ex collatione capitum nostræ do-
ctrinæ commonstrat. Quo loco deinceps Ethnicorum innumerabiles Deos, Hy-
lem ingentiam, ac Deo (vt ipsi mentiebantur) cœternam, hominumq. gene-
rationem, ac brutorum fortuitam, & confusam, sexcentaq. alia opinionum mon- E
stra reteggit, quibus deteriores cuncti, meliores nulli reddebantur.

Lib. 8. de
præp. Euang.

Hosce, quos vocauimus obices, cum amouisset Eusebius, aggreditur octauo li-
bro quæ ad doctrinæ cælestis, ac legum præstantiam diuinarum indicandam præ-
cipue faciebant. quas & tanti apud Ethnicos inquit fuisse momenti, vt Pro-
lemæus Philadelphus Aegypti Rex verti in Græcum sermonem à septuaginta
duobus Interpretibus curauerit: quæ versio plena miraculi fuit. Legum por-
ro, quas diuina complectitur Historia summam esse vtilitatem ac maiestatem pro-
bat, dum eas cum reliquis gentilium legibus confert. cumq. itidem ex consensu

Lib. 9. præp.
Euang.

quorum-

A quorundam Græcorum Historiographorum de nonnullis Hebræorum narrationi-
bus, sacræ scripturæ veritatem comprobasset, peragit tamquam reos ingrati animi
ac furci Ethnicos, quòd qui disciplinas mathematicas, præceptaq. ethica, subli-
miaq. dogmata vel ab Hebræis accepissent, vel ex horum libris excerpissent, ta-
men hæc omnia suppressis auctorum nominibus, non solum pro suis partibus ven-
ditauerant, verum etiam Christianos infensissime oderant, qui quidem Christia-
ni Moÿsis & Prophetarum scripta candide agnouerant, testataq. omnibus fece-
rāt. Denique ex annorum Mundi chronologia colligit, qualiscumque de vno Deo
fuerit cognitio apud Ethnicos, hanc è diuinis scripturis fuisse à Gentilium scripto-
ribus delumptam.

Neque vero hæc solum, sed quidquid boni vel in Theologia, vel in Philoso-
phia Plato pronunciaffet, id deberi Hebræis, è quorum scriptis id hauserat.

Li. 11. Præp.
Euang.

B Cumq. Platonis, ac veterum Poetarum in plerisque cum diuina scriptura, vnde
illa fuerant suffragati, consensionem aperuisset, accusat Platonem, qui calidum
& frigidum ex eodem ore efflans, varios errores permiscuisset. de quibus scriptum
est à nobis, vbi de Platonica philosophia egimus. Sic consequentibus libris alio-
rum philosophorum sectas & nugas, dogmata item quædam Aristotelis, ac Stoi-
corum ostendit: Christianamq. hæc philosophis doctrinam, quæ sacris litteris cõ-
tinetur, dilucidam, veram, integerrimam opponit.

Lib. 12. &
13.

Li. 14. & 15
Eus. de præp.
Euang.

Quibus ex omnibus liquet, si cum eiusmodi hominibus esset agendum, qui eos-
dem errores colerent: vel Ethnici, vel Philosophi, vel nescio qui Politici, qui de
diuina scriptura minus integre fortasse sentiunt, rationem istam, quam tenuit Eu-
sebius, ineundam esse, vt solide ad cælestem sapientiæ thesaurum adspirare posse
incipiant. Et hæc quidem è quindecim ipsis Eusebij libris, quos de Præparatione
Euangelica scripsit.

Ceterum vnanimis in hoc Patres, & recentiores orthodoxi cõuenere vt ante om-
nia rationem ad diuinam scripturam accedēdi (tamquam certe initium methodi,
ac fundamentum) docerent esse ipsam vitæ sanctitatem, atque iustitiam. Sic Grego-
rius Nazianzenus. Vis (inquit) Theologus aliquando fieri, ac diuinitate dignus? Mā-

Greg. Naz.
de dogm. &
suar. Episco-
pi.

data serua, per Dei præcepta incede, (actio enim cõtemplationis fundamentum est)
ex corpore operam naua. An quisquam est mortalium, qui in eam sublimitatem
efferi possit, vt ad Pauli gradum perueniat? At ille tamen videre se per speculum
& anigma dicit, tempusq. affore, quo facie ad faciem visurus sit. Sis tu (ait) licet

D aliis in disputando sublimior: at Deo haud dubie es inferior. Sis tu aliis licet fortas-
se acutior & perspicacior: at certe tanto veritate posterior, quanto essentia Dei ef-
sentiam tuam antecellit. Pollicitationem habemus fore, vt aliquando tantum co-
gnoscamus, quantum cogniti sumus. Si in hac vita fieri non potest, vt perfectam

Quod non
intelligim⁹
in scriptu-
ris est ho-
norandum.
Regnū Cæ-
lorum quid
sit.

rerum cognitionem assequamur, id quod restat honora. Quid autem illud est, quod
in spe positum habemus? Regnum cælorum, proculdubio inquires. Atqui illud
nihil aliud esse existimo, quàm eius, quod purissimum & perfectissimum est, ade-
ptionem. Perfectissima autem rerum omnium est Dei cognitio: Verum eam par-
tim teneamus, & possideamus: partim quamdiu in terra versamur, percipere stu-
deamus: partim in futurum æuum referuamus, vt hunc laboris, industriæq. nostræ
fructum, ac velut foenus habeamus, vt toto sanctæ Trinitatis lumine collustremur,
E ac cognoscamus, quæ & qualis, & quanta sit (si ita loqui fas est) in ipso Christo Do-
mino nostro, cui Gloria, & Imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Ab Ethicis autem inchoanda esse diuinæ scripturæ studia Hieronymus ita in-
quit. Quomodo in his nostris litteris non potest quis ad legenda verba, texendaq.
procedere, nisi prius ab elemētis cœperit: ita in scripturis diuinis non valemus ea,
quæ maiora sunt nosse, nisi ab Ethicis in ipsas habuerimus exordium, secundum il-
lud, quod Propheta dicit: A mandatis tuis intellexi. Quod videlicet post opera
cœperit habere scientiam secretorum.

Theologia
inchoandā
ab Ethica.
Hierony. in
proem. lam.
Hierem. 7. a
mō 4.

At Augustinus. Quidquid est, ait, mihi crede, in scripturis illis altum & diuinum
est!

Aug. 11. 8.
Aug. 10. 6.
in lib. de vitæ
vitiis. credem
dic. cap. 6.

Amada pri- mo D. scri- ptura, dein de ei studē- dum. Gr. g. hom. 7 in Ezsch. Ezsch. 1. Quid sit, qd in scriptu- ra dicitur. ambulabit & suspēde- beneur Ani- malia. Eleuari Ro- tas quid sit. Christus fi- nis scripu- rarum. De Rabbi- nis legēdis cancio. Quia Au- ctōres stu- diis litera- rum sacra- rum cōmo- di. Hier. ep. ad Iam. 10. 1. b. In com. in Joel. 2. 20. 6. In Com. in Anos. ca. 2. tom. 6. d. Li. 10. com. in Ezsch. ca. 2. tom. 5. c. In proem. com. in Esai. ad rufob. com. 5. f. Comen. in Esai. ca. 2. li. 3. tom. 3. g. Tab. 4. com. in Esai. ca. 11. tom. 5. h. Li. 4. com. in Esai. cap. 12. tom. 5. i. Lib. 5. com. in Esai. ca. 19. tom. 5. j. Lib. 1. in Ezsch. cap. 1. tom. 5. m. Hier. Da- maso tom. 3. n. Li. 2. com. ep. ad Ephes. ca. 3. tom. 9. o. Lib. 1. in Mat. ca. 5. tom. 9. p. Aug. 10. 8. in Psal. 8. Aug. 10. 6. de vit. cred. li. Aug. 10. 8. in Psal. 118. Aug. 1. 2. ep. 2. ad Volus.

est: inest omnino veritas, & reficiendis, instaurandisq. animis accommodatissima disciplina: & plane ita modificata, vt nemo inde haurire non possit, quod sibi satis est, si modo ad hauriendum deuote ac pie, vt vera religio possit, accedat. Quod vt tibi probem, multis rationibus & longiore oratione opus est. Agendum enim tecū prius est, vt Auctores ipsos nō oderis, deinde vt ames: & hoc agendum quouis alio modo potius, quā exponendis eorum sententiis & litteris.

Quin & Gregorius Magnus: Cum ambularent (inquit) animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea. Et cum eleuantur animalia de terra, eleuantur simul & rotæ. Ambulant, (inquit) animalia; cum sancti viri in scriptura sacra intelligūt, quemadmodum moraliter viuant. Eleuantur verò à terra animalia, cum sancti viri se in contemplatione suspendunt. Et quia vnusquisque sanctorum quanto ipse in scriptura sacra profecerit, tanto hæc eadem scriptura sacra proficit apud ipsum, recte dicitur: Cum ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ, & cum eleuantur animalia de terra, eleuantur simul & rotæ: quia diuina eloquia cum legente crescunt: nam tanto illa quisque altius intelligit, quanto in eis altius intendit. Vnde nec eleuantur rotæ, si non eleuentur animalia, quia nisi legentium mentes ad alta profecerint, diuina dicta, velut in imis non intellecta iacent.

Hoc animi affectu, vt ad litteras sacras adeundum, sic ad Christum, qui clavis est scripturarum, tamquam in finem tendendum esse, Patres ipsi (quod postea planius adhuc erit dicendum) cum Augustino consentiunt. Omnia (inquit,) quæ diuinitus scripta sunt, ad Christum referuntur, vnde quia propter eos, qui in terra sunt, scripta sunt, ipse in terram venit, vt in se monstraret impleri. Quæ res diuinarum scripturarum professores reddere debet attentissimos, ne plus nimio Rabbinos & Iudæos versent, quorum consilium fuit, vt animi prorsus auerterentur à Christo.

Cum autem plurimi de diuinarum litterarum Institutione egerint, hi, quos tum hic, tum decimo septimo huius libri capite adnotabimus, erunt commodissimi.

Extat igitur Hieronymi epistola de optimo genere interpretandi Scripturas ad Pammachium, cum deinceps passim in suis & Cōmentariis, & Epistolis hoc ipsum tractet, ac potissimum, vbi istarum vsus & interpretatio pulchre demonstratur. Certe verò hæc potissimum inculcat, vt quæ potissimum discenda sint in sacra scriptura, iis opera detur, caueantur apocrypha: Scripturæ sacre consequentia inquiratur: monet autem, non semper in scriptura sacra gestorum ordinem seruari: eiusdem autem scripturæ deprauatores inquit esse hæreticos: Et ignorationem eius esse ignorationem Christi, Scripturæ horum exaruisse apud Iudæos. In scriptura sacra sensa Deo digna querenda esse: Scripturam sacram sic interpretandam, ne Iudaicas fabulas afferamus: Scripturæ sacre morem esse obscuris manifesta subnectere: In scriptura sacra contraria quādoque simul vera, Scripturam simpliciter non contemnendam, ac tamen absque doctore à nemine intelligi posse. nulumq. earum apicem carere sensibus: nec iota esse superfluum.

Ad Hieronymum accedat Augustinus. Is enim cum alibi dixisset à scripturarum fide incipiendum iis esse, qui cupiunt ad Dei notitiam peruenire; Scripturæ ite sacre testimonia audienda, non Philosophorum placita; easque esse scrutandas cum honore scriptoris, prius autem esse amandas, quā discendas; (Qui enim, ait, scripturam diligit, etiam quod in ea non intelligit, honorat: & quod ei sonare videtur absurde, se potius non intelligere, & aliquid magnum ibi latere iudicat.) hortatur alibi Volusianum, vt Apostolorum linguas præcipue legat, ex his enim fore, vt ad cognoscēdos Prophetas exciretur, quorum testimoniis vtuntur Apostoli.

Quin etiam cum libris de doctrina Christiana luculenter egisset, quomodo scripturæ sacre sint tractandæ, ostendit aliis plerisque in locis Scripturæ canonem Ecclesiæ Catholice auctoritate constitutum esse, atque confirmatum. Tom. 6. cont. Faust. lib. 13. cap. 5, & Tom. 6. cont. epist. fundamenti. cap. 9, & Tom. 6. cont. Faust. lib. 23. cap. 9.

Scriptu-

A Scripturæ nomine non tantum noui, verum etiam veteris Testamenti libros pari auctoritate contineri. Tom. 6. lib. 32. cont. Faust. cap. 1. & 8. & Tom. 7. lib. 1. de peccatorum merit. & remiss. cap. 27. & Tom. 7. cont. Faust. cap. 2.

Quis librorum Canonicorum catalogus. Tom. 3. de doc. Chris. lib. 2. cap. 8. & Tom. 1. Conciliorum carthag. Conc. 3. can. 47.

Scripturæ sacre summam esse auctoritatem. Tom. 2. epist. 19. Hieronymo in initio & Tom. 5. de ciu. Dei lib. 11. cap. 1. & Tom. 6. cont. Faust. lib. 11. cap. 5.

Scripturas sacras obscuras esse. Tom. 6. de vtil. cred. cap. 7. & Tom. 3. de doc. Chris. lib. 2. cap. 6. & lib. 3. cap. 30. & seq.

Ex peruerfa scripturarum intelligentia hærefes gigni. Tom. 2. epist. 222. ad Cōsentium, & Tom. 9. in Euang. Ion. tract. 18.

B Littera, Iudæos, hæreticos, & carnales homines occidi, qui non spiritui, sed litteræ sono adherēt. Tom. 10. de temp. ferm. 70. Tom. 3. de spiritu & littera. cap. 4. & Tomo 10. de temp. ferm. 100.

In rebus Fidei & morum, sacram scripturam ad proprios hominum sensus torquendam non esse. Tom. 3. de Genesi ad litteram lib. 1. cap. 18. & Tom. 8. Psal. 118. conci. 1. & tom. 7. cont. lit. Petil. Donat. lib. 2. cap. 51.

Multos esse posse, eosque veros scripturæ sensus, quidve hic prudenti viro sit faciendum. Tom. 6. de vtil. cred. cap. 3. & Tom. 3. de Genesi ad litteram lib. 1. cap. 21. & Tom. 3. de doc. Chris. lib. 3. cap. 10.

Sacram scripturam iuxta eum sensum interpretandam esse, quem in communi Doctorum consensu tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia. Tom. 6. cont. epist. Manich. cap. 5. & Tom. 6. de vtil. cred. cap. 14.

C Ex obscuris, & dubiis Scripturæ locis non esse contra ea, quæ in eadem scriptura aperta sunt, argumentandum. Tom. 6. de vnit. Ecclesiæ, cap. 16. & Tom. 7. cont. Epi. Parmen. lib. 2. cap. 10.

Linguarum Græcæ, & Hebrææ peritiam. Tom. 3. de doc. Chris. lib. 2. ca. 11. & 12. Historiam, ibidem cap. 28. & 29. Rethoricam, & Dialecticam, ibid. ca. 31. 36. & 37. Arithmetica, Musicam, Astrologiam, ibidem. cap. 16. & 29. Philosophiam viles esse ad scripturarum tum intelligentiam, tum tractationem. ibid. cap. 40.

De Patribus aliis multa item huiusmodi huc possent afferri, quæ consulto omitimus, quod paulo post Auctores illi sunt indicandi, qui ista perdocte collegerunt: interea vero quosdam Bonauenturæ tractatus hic prætermittere religio esset, qui quidem breuissimi, sed cælestium opum pleni sunt, vt non sine causa Ioannes Gerson illos maxime prædicet, atque agnoscat vtilissimos quemadmodum in sacra nostra Bibliotheca dicemus.

Ei igitur, qui accessurus est ad diuinam scripturam, magnopere conferet, si prologum Breuiloquij eiusdem Doctoris prælegerit. In eo enim agit De Scripturæ ortu, progressu; statu scripturæ sacre; De fine legis, qui est Christus; Quod Scriptura non procedit ad modum aliarum scientiarum; perfectam autem felicitatem scopū esse scripturæ sacre; ac quo animo scrutanda, docenda, audienda Scriptura sit; deinde de latitudine scripturæ sacre, de longitudine, sublimitate, profunditate; de modo procedendi & exponendi sacram scripturam. Post quem prologum accedit ad ea tractanda quæ summam à Theologia continentur, Quæ quidem sunt Sanctissima TRINITAS: Creatura Mundi; corruptela peccati: Incarnatio VERBI: Gratia SPIRITVS SANCTI: Medicina sacramentorum: Status finalis IVDICII ad quæ omnis (inquit) Scriptura refertur.

Atqui & ij quos huc adiiciemus, peritiles sunt duces ad diuinas Scripturas intelligendas. nimirum Marcus Aurelius Calsiodorus de Institutione diuinarum lectionum: & memoriale scripturarum. Eucherius Lugdunensis de formulis spiritualibus, siue eius liber intelligentiæ spiritualis. Isidorus de spirituali intelligentia veteris & noui Testamenti. Qui item quæstiones in vtrumque Testamentum scripsere Hieronymus, & Augustinus in primis, Eucherius, & Maximus; qui ve dissolutiones

Bonauenturæ Tractatus aliqui sacre scripturæ discēdæ peritiles. Quænam summam in Theologia continentur. duces peritiles ad diuinas litteras. Isidorus. Eucherius, Maximus.

Thomas de Argentina. Toitatus. Pererius. Paulus de S. Maria Sanctes Pagninus. Marulus. Hugo de S. Victore.

Hadrianus Cardinalis. Io. Driedo.

Lib. de doct. Christiana.

Quid caueat in Ioanne Driedone.

o/o

Ioannes Faber Episcopus Viennensis. Melchior Canus.

Chir. & Cano traditi fuerunt duplices loci vni ex auctoritate alteri de ratione.

tiones quaestionum e sacris scripturis est persecutus Thomas de Argentina Dominicani ordinis, Alphonfus Toftatus, & praeter alios plurimos Benedictus Pererius in Genesim, & Danielelem. Pauli de sancta Maria Episcopi Burgensis Scrutinium scripturarum. Sanctis Pagnini Isagoge, de qua planius infra dicendum est. Marulus de lectione sacrarum scripturarum. Hugo de S. Victore, qui cum scripsisset eruditionis didascalica libros, in horum quinto agit de quibusdam sacrae scripturae proprietatibus: de triplici intelligentia: Quid res etiam significant in diuina scriptura: de septem regulis: Quid studium impediatur: Quis sit fructus diuinae lectionis: Quomodo legenda sit scriptura diuina ad correctionem morum: Lectione esse incipientium, opus perfectorum: & quid Monacho competat: De quinque gradibus, quibus exercetur vita iustorum: De tribus generibus legentium, siue lectorum: & alibi, de quinque septenis in sacra scriptura. Hadrianus Cardinalis, quomodo sacra scriptura sit tractanda. Ioannes Driedo Episcopus, qui scripsit ad Ioannem Lusitaniae Regem de scripturis Ecclesiasticis, & Isagogicos quatuor libros edidit eruditos & valde laudandos, quorum partitio haec est: Liber primus in quatuor capita: quorum primo ostenditur dignitas, utilitas, numerus, ordo, ac diuisio librorum sacrae scripturae: secundo difficultates quaedam ex Patrum sententiis super iam dictis emergentes proponuntur: tertio Canones quidam difficultatibus dissoluentis necessarii: quarto difficultates soluantur. Secundus liber tribus capitibus absoluitur: quorum primum est de sanctarum scripturarum translationibus: alterum de multitudine sensuum sacrae scripturae: tertium de ratione, qua earum verus intellectus est inuestigandus. Libro tertio continentur tractatus in plura capita distributi: horum priore generalia quaedam praecipua traduntur ex Augustino desumpta, & ad scripturae rerum, & vocum difficultatem aperiendam necessaria: secundo potissimum agit de obscuritatibus quibusdam, quae secundum sermonem, seu dictionem in scripturis contingunt: posteriore vero de difficultatibus, quae scripturis insunt ob res ipsas in se difficiles. Quarto libro sex capita complectente, edisserit de libris apocryphis, & de Ecclesiasticorum Patrum scriptis extra Canonem constitutis. Ac tamen hoc in Auctore obseruandum, quidquid de temporibus ad illustrandas sacrae scripturae obscuritates, ex vario temporum numero, diuersaq. annorum supputatione, proprio libro digessit, quem postea libro tertio de diuinis scripturis inseruit, hunc non esse sequendum: Impegit enim vir (alioquin doctissimus) in eisdem errores, in quos & reliqui multi (vt diximus) impegierunt, decepti titulis Beroli Chaldaei, Merathenis Perse, Manethonis Aegyptij, Philonis Iudaei, Xenophontis Graeci, Fabij Pictoris, Catonisq. Romanorum: Qui libri (quemadmodum priore libro monstratum est) spurij sunt, atque illegitimi. Itaque tantum abest, vt cum Hebraica sanctae scripturae veritate conueniant, (id quod Driedo pro certo ponebat) vt diuinae historiae pugnancia doceant. IOANNES Faber de sana intelligentia sacrae scripturae. Melchior Canus de locis comunibus Theologicis, qui cum secundo libro egisset de solidissimo sacrarum litterarum fundamento, submouet quatuor machinas, quibus illud impetitur, ceterisque libris pererudite ostendit quanam adminicula veritati diuinarum scripturarum aperienda, atque vnde sint accersenda. Cum enim in reliquis disciplinis omnibus primum locum ratio teneat, postremum auctoritas, Theologia vero vna sit, in qua non tam rationis in disputando, quam auctoritatis momenta quaerenda sint, ac propterea locum ab auctoritate adeo sibi proprium vendicauerit, vt rationes vel tamquam hospites & peregrinas excipiat, vel in suum etiam obsequium asciscat quasi longe repetitas, ideo traditi fuere a Cano, e quibus argumenta ducerentur, duplices loci, vni ex auctoritate, alteri ex ratione, quamquam omnia ferme argumenta Theologica e priore illo fonte deriuantur. Proposuit igitur peculiare quosdam locos, tamquam domicilia omnium argumentorum Theologicorum, ex quibus Theologi omnes suas argumentationes, siue ad confirmandum, siue ad refellendum inueniant. Loci illi sunt, Auctoritas sacrae scripturae, quae libris Canonibus continetur. Auctoritas tradi-

A traditionum Christi, & Apostolorum, quae sunt tamquam viae vocis oracula. Auctoritas Ecclesiae Catholicae. Auctoritas Conciliorum, praesertim generalium, in quibus Ecclesiae Catholicae Auctoritas residet. Auctoritas Ecclesiae Romanae, quae Diuino priuilegio, & est, & vocatur Apostolica. Auctoritas Sanctorum veterum. Auctoritas Theologorum Scholasticorum, quibus adiunguntur Iuris Pontificij periti: Nam Iuris huius doctrina ex altera parte Scholasticae Theologiae responderet. Ratio naturalis, quae per omnes scientias naturali lumine inuentas latissime patet. Auctoritas Philosophorum, qui naturam ducem sequuntur. In quibus sunt Caesarei Iurisconsulti, qui veram & ipsi (vt Iurisconsultus ait) Philosophiam profitentur. Humanam Auctoritas Historiae, siue per Auctores fide dignos scriptae, siue de gente in gentem traditae, non superstitiose, atque anililiter, sed graui, constantiq. ratione.

B Gulielmus Lindanus opusculum in tres libros partitum emisit De optimo genere interpretandi scripturas: siue vndenam earum sensus germanus petendus sit, ex Hebraica ne, quam dicunt veritate, ac fontibus Graecis: an ex vulgata editione Latina, quam Tridentinum Concilium iussit, vt sequeremur. Is igitur Lindanus cum tantummodo se acturum dixisset, de Psalterio, & nouo Testamento vulgatae editionis propugnandis aduersus haereticos, ac mox de codice Hebraico (quem vitiatum esse dicit) priore libro argumenta Ioannis Caluini, & Georgij Maioris refutat, quibus Tridentinae Synodi Decretum de vulgatae editionis vsu oppugnant. Quod cum priore libro absoluisset, in secundo dat operam, vt scrupulum iis eximat, qui ex veterum Patrum prauiudicio possent offendi, quod senserint Latinos codices esse emendandos ad Hebraicos, & Graecos: Mox puram inquit scripturarum noui Testamenti lectionem ex Latinis potius hoc tempore codicibus, quam e Graecis esse instaurandam: quo loco monstrat qualis ante annos mille fuerit Graecorum codicum fides, ac qualis Latinorum: nempe hosce Graeci fuisse incorruptiores. Temerarias postea Laurentij Vallae, Erasmi, Caluini, Roberti Stephani, & aliorum errores, & agobarti Lugdunensis Episcopi de Antiphonariis censuram, qua se leuia, ridicula, falsa, blasphemata, & phantastica dicit ingulasse: vbi & laudat Carthusianorum diligentiam, qui sui Ordinis Psalterium diligenter repurgauerint. Defendit etiam verbis Arnobij rhetoris Romani vulgatae editionis, quam nescio qui vocabant ruditatem: ac trium linguarum studium, sacrarum litterarum candidatis probat esse perutile: cumq. varia editionis vulgatae loca, qua ratione essent ex veteribus emendanda ostendisset, quinque sequentia monita omnibus Theologis tradit, qui germanum sensum e scripturis consequi cupiant: Nimirum sanctimoniam colant. Faciesat pessima sui magistra praesumptio. Cum scedula Bibliorum lectione, sit assidua veterum commentariorum perscrutatio. Tempus & occasio, quando, & cur aliquid scriptum sit, obseruetur. Loci similes, atque dissimiles inuicem sedulo conferantur. At praefatione eorumdem librorum haereticos perstringit Lindanus his verbis. Quid enim (inquit) exstimas (lector) moueat Zuingianos, vt illum ad Rom. 5. locum ex Graeco malint ephi phi, quatenus omnes peccauerunt, quam ad verbum ephi phi, in quo omnes peccauerunt, cum Catholicis accipere, nisi vt hoc Scripturae loco callide subuerso, veterem Pelagianismum renouent, quem sciunt hoc vno capitulo ante annos mille & ducentos constanter Patrum studio fuisse expugnatum? Sic quod Caluinus adnotat ad Titum. Quem effudit in nos abunde, posse ad Baptismum referri. Quod effudit. quid sibi, obsecro, vult aliud, quam vt semel aboleat (iuxta Mafsilianos) donum Spiritus sancti, quod Catholici docemus Apostolis concorditer, per Baptismi sacramentum largissime in nos effundi? Taceo nunc illam imposturam, quam illi struit loco, Gratia Dei mecum,

Gulielmus Lindanus Coloniae apud Maternum Colini anno 1558.

Caluinus & Georgius refutantur.

Laurentij Vallae, Erasmi, Caluini, Roberti Stephani, & aliorum errores. Nicolaus Diaconus.

S. Damasi ante mille & ducentos annos. Agobartus Episcopus Lugdun. Quinque monita Lindani Scripturam sacra tractatibus.

Nora Lector fraudes Haereticorum. Rom. 5. Pelagianismus ab Haereticis renouatur.

Tit. 3.

impositura
Caluini.
Psal. 50.
Melanctho-
nis, & Bren-
tij peruer-
sio Diuini
verbi.

Martinus
Martinez.

Quæna edi-
tio Marti-
ni Marti-
nez legèda
In Officina
Hæfoniæ
Terræ nouæ,
& Noyla.
anno 1582.

Benedicti
Ariæ Appa-
ratus.

vt omnem tollat cum Pelagianis nos adiuuantem gratiam, Eiusdem (inquit) est ar-
tificij, quod Melancthon, & Brentius, aliiq. illud Psalmi quinquagesimi ex He-
bræo adulterare audent: Tibi soli peccaui, Tibi solum pecco, id est. Quicquid
ago pecco: Sic enim inquit, est in Hebræo. Sed hæc nescio, imperitior ne, an
impudentior Psalmi peruersio ex Hebræo codice vel mediocriter doctis inspecto
euanescit.

Scriptit etiam Martinus Martinez Cantapetrensis Hispanus Theologus libros
decem Hypotyposeon Theologicarum, siue Regularum ad Diuinas scripturas in-
telligendas, quæ omnia bipertitus est, ita vt octo prioribus libris locos aliquot com-
munes, reliquis autem duobus centum Regulas ex Patribus tradat. Ac sane liber
est eruditus, sed legendus ille qui anno huius sæculi octogesimo secundo Salaman-
tica excusus est. in aliis enim, quæ præcesserant eiusdem operis editionibus, cum
quædam liquidius visa fuissent esse declaranda, sacre Inquisitionis Hispani Theo-
logi id præstiterunt, eaq. adnotarunt in suo Indice librorum expurgatorij ad quem
amandamus Lectorem. Cum autem idem Martinus priore libro causas attulisset,
cur Diuinæ scripturæ sint obscuræ, deq. parabolis egiſſet, ac quibus linguis, &
qua ætate vetus Testamentum versum in alias linguas fuisset, accessit tertio libro
ad tractationem de multiplici Dei aduentu, de Antichristo, deq. duplici Christi
Redemptoris nostri generatione, temporali, & æterna. At quarto libro de
Prophetis, tam bonis quàm malis, ac generatim de prophetia, deq. titulis Pro-
phetarum, & Psalmorum. Cum quinto libro complura scitu digna prosequatur
de ordine narrationis Scripturæ, de mutationibus personarum, & temporum,
quum præteritum pro futuro, & futurum pro præterito in ipsa ponuntur; de va-
riis significationibus imperatiui modi, & multiplici eius forma, de imprecationi-
bus Propheticis, de vsu interrogationum, & dubitationum, repetitionum item,
rum verborum, tum etiam sententiarum, quas crebro admittunt Scripturæ: Sexto
autem libro de citationibus noui Testamenti, ex veteri desumptis, quæve deprom-
ptæ sunt in vtroque è Gentilium libris. De pronomibus, ac illorum emphasi,
de signis vniuersalibus, & horum vsu multiplici, de Numeralibus nominibus vni-
uerſe, ac de numeris nominum. Quid item in populo Dei censendo, atque enu-
merando præscriptum sit à Domino, vt obseruetur. Quid etiam mystica, &
iuxta litteram in scripturis significant aliquot numerorum species. Libro autem
septimo differit de sensibus Scripturarum, ac de nominibus, quæ in bonam, aut
malam, aut in vtramque partem accipiuntur. Addit vero quænam ex animan-
tibus ducantur similitudines, quibus designentur humanæ virtutes, ac vitia, mox
de comparationibus, quas Scriptura admittit. Denique octauo libro obserua-
tiones Paulo Apostolo peculiare inferens, agit de præceptis, & consiliis;
quòdq. Deus homines pollicitationibus, aut terroribus, & minis ad præcepto-
rum alliciat obseruationem: deinde de permissionibus, de traditionibus Eccle-
siasticis, tam scriptis, quàm haud scriptis, & harum vtilitate ad interpretandas
Scripturas, deq. aliis obseruationibus, & consuetudinibus Scripturarum, de arti-
culo, & eius emphasi, & interiectionibus, de aduerbiis, & illorum vsibus in Scri-
pturis. De coniunctione, variisq. eius significationibus. De vario vsu præ-
positionum. His autem omnibus libris quæstiones sexaginta quinque fuse
explicat.

Benedictus Arias Montanus, præter alios labores suos, Apparatum sacrum
ad Diuinarum litterarum institutionem confecit, in cuius prima parte hæc sunt.
Liber Idiotismorum Hebraicæ linguæ, de quo infra dicendum est: quatenus eo-
rum vsus sit adhibendus. Liber de Arcano sermone. Liber de Actione, quo
pars illa significationis tractatur, quæ gestu, atque habitu instituitur. Libri
duo de Geographiæ, & Topographiæ præceptis, quæ ad sacrarum lectionum ex-
plicationem (ait ille) satis esse possint. Ratio temporis, quod à condito orbe vsque
ad Christum effluxit. Liber de ponderum æstimatione, ac sacre Architecturæ præ-
ceptio-

ceptionibus, & exëplis, atque imaginū structura. Index Ioannis Harlenij de Socie-
tate IESV, in quo indice non singula tantum verba, verum etiam omnia in locos
communes, & copiosæ sacrorum locorum concordantiæ in compendium redactæ
magno labore, lectorẽ subleuant: sed hic index ille ipse est, quem Theologi Hispani
purgatæ Vatabli versioni addiderunt. Quod autem ad Ariæ Montani Apparatum
attinet, libri de Actione, & de Arcano sermone perutiles sunt. Altera vero pars ip-
sius Apparatus continet singularum linguarum varias lectiones, quæ vel ad Gram-
maticæ rationem, vt in Hebraicis dictionibus plerumque, aut etiam ad ipsius senten-
tiæ explicationem pertinent, vt in ceteris linguis: deinde item quattuor Gramma-
ticæ artis tractatus Hebrææ nempe, Chaldææ, Syriacæ, & Græcæ. His autem quat-
tuor etiam Dictionaria sacra lectioni de iisdem linguis annexa sunt.

Garſias Galarza Bellanenſis Episcopus Caurienſis scripsit Euangelicarum Insti-
tutionum libros octo: Quorum primo agit de Euangelij præstantia, veritate, & Lin-
guarum vsu. Secundo de sensu litterali. Tertio de Mysticis scripturæ sensibus.
Quarto de scripturis tum canonicis, tum apocryphis. Quinto de confutatione se-
ctarum, & Demonstratione Euangelij. Sexto de Geographia Terræ Promissionis, ad
intelligenda loca in Scripturis contenta: præsertim ea in quæ Christus Dominus
diuertit. Septimo, de Scripturarum Chronographia, & temporum ratione in eis
contenta, vbi de diebus, hebdomadibus; Sabbathis Mensibus, Festis, Annorum
mensura, varia supputandi ratione. Octauo, de historiæ Euangelicæ summa. Porro
libri digni sunt lectu, qui in Hispaniis anno 1579. Mantuæ Carpentanæ sunt editi.

Robertus Bellarminius egit & ipse, quod diximus supra, De verbo Dei, cuius
libro primo agitur de libris sacris, & apocryphis. Secundo autem de Editionibus
Hebraica, Chaldaica, Græca, Latina, vulgaribus. Tertio de interpretatione, & ve-
ro sensu scripturæ: Quarto de verbo Dei non scripto, hoc est traditionibus. De
scriptura autem sacra hæc præcipue vel differit, vel asserit scriptura sacra. Scriptu-
ra illa ipsa, quæ à Moysè, & Prophetis condita est, an ad nos vsque peruenerit. Scri-
pturam non deberi publice legi lingua vulgari. An sufficienter instruat, & perficiat
hominem. Quomodo differat à Conciliorum decretis. Non esse eam simpliciter no-
tiorẽ, quàm Ecclesia. Quæ sit vera Scriptura, & quis verus sensus ipsius ex Ecclesia
peti debet. Esse autem antiquiorem ipsis Diis Gentilium. De Scripturæ fine pro-
prio & præcipuo, & an sit Regula fidei. Scripturæ sacre cur nulli, neque Historici, ne-
que Poetæ meminerunt. Scripturæ sacre prophanatores Deum punire. Scripturæ
commentaria qui nam primi scripserunt. Scripturæ iudicem esse Pontificem cum
Concilio. Scripturæ sine traditionibus, nec fuisse simpliciter necessarias, nec suffi-
cientes. Scripturæ sacre quomodo discernantur à non sacris. Pendere eas ab Eccle-
sia, non contra. In plerisque locis esse obscuras. Scripturarum sacrarum esse mirabi-
lem concordiam. Ex Scriptura non intellecta natas esse omnes hærefes. In scriptura
nullum esse verbum frustra, & omnia ad Fidem pertinere. In scriptura nullum posse
esse errorem. Scripturas canonicas credere, an sit absolute necessarium ad salutem.
Sit ne scriptura, verbum Dei, & probatur esse verbum Dei. Refellitur deinde obie-
ctio ab hæreticis facta ex verbis Pauli littera occidit, spiritus viuificat. Scripturam
non esse tam apertam per se, vt sine explicatione sufficiat ad cõtrouersias Fidei ter-
minandas. Ad quem pertineat Scripturæ interpretatio, & de variis sensibus Scriptu-
ræ. Pertinere denique ad Pontificem, & Concilia, Scripturæ Interpretationem, pro-
batur ex Testamento veteri, & ex Testamento nouo.

Euangelista Bosius Augustinianus Theologus edidit Theoremata Theologica, quibus
differendi ratio, regulæ modusq. assequendi eas explicantur. Septimo autẽ
Theoremate ac reliquis agit: Quomodo quicquid est in sacris scripturis, altum &
diuinum esse dicatur. Cum enim, inquit ex Augustino, quod est in sacris litteris
coniunctum, & ad altum locum sacre scripturæ relatum, sit altum, atque diui-
num, siue quod ad genera locutionum, siue quod ad ipsasmet locutiones, sequitur,
nil tam facile, tamq. vile esse in eisdem sacris scripturis; quod non sit altum, atque

Theorem. 8. diuinum, ac subinde perfectorum cibum. Honorem sacris scripturis illum adhibendum esse, quo firmiter credamus omni ex parte in eis veritatem contineri. In sacris scripturis esse disciplinam reficiendis animis accommodatam, ostensue in se, dispositiue in concionibus, effectiue in sacramentis nouae legis. In sacris scripturis tantam esse disciplinam, quanta sat est cuique erudiendo. Vt quisque secundum sui capacitatem, mensuram fidei, motionem Spiritus sancti ad perscrutanda illarum mysteria se receperit, & in earum contemplationem proficere curauerit, sic quantum sat erit, ex illis haurire poterit, licet earum doctrina immensa esse comprobetur. Ad studium sacrae scripturae non secus atque ad Dei colloquium deuote ac pie accedendum esse, ubi & affert illud Augustini. Quae igitur causa est, nisi stultitia, errorque miserabilis, ut ei te facias venerando humilem, cui te cupias esse viuendo dissimilem: & religione colas, quem imitari nolis, cum religionis summa sit imitari quem colis? Denique Bofius docet scripturam sacram esse prius amandam, quam discendam.

Theorem. 10. Iosephus Acofta Theologus societatis nostrae cum post haustas in Hispania disciplinas, ad Occidentales Indias missus, easdem & peragrasset, & quae in iis Collegia sunt nostra diu administraisset, reuocatus in Europam, aliquot libros edidit, in quibus sunt tres de Christo reuelato, qui rationem abs se in rem collatam, & intelligendam, ac tractandam Diuinam scripturam perspicuam, ut elegantem ostendunt. Id vero vrget: Ad intelligentiam scripturae, maxime puritate mentis opus esse, amicis enim Deum communicare arcana, spiritualemque hominem diiudicare omnia. Sine spiritu autem spiritus arcana quaerere, esse, ac si quis sine luce velit cernere. Quod Iudaei, haeretici, plerique carnales, iique, qui tantum euoluunt Commentarios, cum faciunt, non plene assequuntur. Monstrat autem pluribus, & Christum esse scopum scripturarum, & ingentem utilitatem percipi, cum conferuntur quae ex utroque Testamento de Christo traduntur. mox agit de distributione, differentiis, & phrasibus Diuinorum eloquiorum. Totam vero noui Testamenti rationem in duas partes recte a Patribus distributam fuisse asserit, in Euangelicam, & Apostolicam scripturam. Euangelicam quidem plurima ex parte altiore sensu, stylo humilioris, quod ad homines minus purgatos verbum Dei loqueretur. Eandem autem Euangelicam, & Apostolicam doctrinam legi, & Prophetis in mysteriis Christi lucem consummatam asserre, addit denique, Quibus modis verus scripturae sensus erui queat. Multa sunt (inquit) ab Augustino documenta data in libris de doctrina Christiana, multa à B. Hieronymo in ipsa scripturarum enarratione, multa ab Eusebio Caesariense, multa ab Irenaeo, multa à veteribus Patribus, à recentioribus plurima eduntur de tropis, de phrasibus, de Hebraeis, de ceteris omnibus, quae merito in pretio habebit studiosus diuinarum litterarum scrutator. A Rabbini nonnulli quoque tot & tanta mutuari se putant, ut magnum emporium faciant. Ego quae mihi vsui maxime fuisse intelligo, si qua est de tanta re in exiguo modulo facultas, breuiter tradam. Nihil perinde scripturam mihi videtur aperire, atque ipsa scriptura. Itaque diligens, attenta, frequensque lectio, tum meditatio, & collatio scripturarum, omnium summa regula ad intelligendum mihi semper est visa. Nam ex aliis scripturis aliae optime intelliguntur, tum phrasibus ipsa, & spiritus familiaris fit, ut assuetis iam sermonibus intelligentia pateat. Itaque obscuram aperta, dubiam certa interpretatur. Vult Petrus Christi Resurrectionem asserere ex Scriptura: profert Psalmum dicentem: Non derelinques animam meam in Inferno. Vt Iudaeo de Christo id dixisse Dauidem ad litteram probet, affert aliam scripturam, quod illi esset de Christo facta promissio. Propheta, inquit, cum esset, & sciret, quia iure iurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de Resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, nec caro eius vidit corruptionem. Hunc modum ex scriptura scripturam interpretandi Augustinus monet esse tutissimum. Vbi hic deficit, ex euentu rerum, & circumstantia, rebusque gestis bene quoque inuestigatur sensus Spiritus sancti. Quod in eodem loco praestitit idem Apostolus; recitato enim testimonio: Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, adiunxit. Dauid defunctus est, & sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem. Quae metho-

Theorem. 9.
Theorem. 10. Aug. de uilitate, cred. c. 6. Tom. 5.
Theorem. 11. Aug. lib. 8. de ciuitate Dei cap. 17.
Theor. 12. Aug. de uilitate, cred. c. 6. Iosephus Acofta. Libri de Christo reuelato.
Matth. 5. Beati mudo cordis.
Esa. 11. super quem respicit spiritus meus. Psal. 118. A mandatis suis intellexi.
Esa. 8. Eritis uobis in sanctificationem in laudem autem offensum.
De ratione scripturae intelligende Ioseph. Acofta lib. 3. de Christo reuelato c. 21. N O T A.
Modus assequendi sensum scripturarum.
Psal. 15.
Ath. 2.
Psal. 131. c. 88.
Ath. 2.

methodo multa in Psalmis, multa in Prophetis de quo dicantur, intelliges. Tertio quoque loco intelligendis scripturis lumen rationis admouetur. Quod ab ipsis scripturis discas. Vt ostendat Paulus licere Ministro Euangelico de Euangelio victum sumere, producit legem, Non alligabis os boui trituranti. ut hoc testimonium de operariis Euangelicis scriptum intelligamus, adiungit rationem. Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? Christus ex libris Moyfi uolens Sadducos ad Resurrectionem credendam cogere, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, quo prolato testimonio rationem affert: Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum. Sed quia rationis humanae lux multa est caligine offusa, ualde caute ex rationibus nostris erit interpretanda scriptura Diuina. Postremo quae ab Ecclesia recepta sunt, uel usu, uel constitutione firmata, ea scripturis intelligendis lucem afferunt maximam; ut quum matrimonium consummatum non dissolui Ecclesia asseruerat, nullo pacto dubitemus id esse sensum Christi uerba illa. Qui dimittit uxorem, adulterat, excepta fornicationis causa, nequaquam habere, ut liceat dimissam ob fornicationem ducere. Et quia Ecclesia paruulos non communicat, adultos, & laicos tantum sacramento sub panis specie communicat, certissimum nobis sit, manducari carnem Christi etiam spiritualiter, & bibi sanguinem ab eo, qui sacramentum Fidei suscipit, aut etiam corporis sacramentum. Consensus quoque sanctorum Patrum pro fidei Scripturae Interpretatione tenendus est: Spiritus enim Christi suggerit quaecumque ab illo dicta sunt. Si variant inter se, & huc alij, alij illuc inclinant, si probati sint, & res ab Ecclesia finita non est, arbitrium erit quam sententiam cui praeponebam putes. Sed antiquissimi, & Apostolicis temporibus propinqui praefereudi communiter sunt, excepto si quando dogmata ab Ecclesia repudiata tueantur, ut Millenarij. Tum Ecclesiae columina Gregorius Theologus, Basilus, Chrysostomus ex Graecis, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius ex Latinis; ceteri quoque Patres sanctissimi, atque doctissimi, quibus euoluendis uacabit Scripturae studiosus. Recentiores contemnendi non sunt, qui hac praesertim extrema aetate scripturarum, quorum ingenia ab haereticis exagitata dulcissimos scientiae fructus attulere. Reliqui erunt cum iudicio uel legendi uel eligantur, uel eligendi uel legantur. Rabbinarum, ceterorumque Fidei hostium opes, etiam si praeciosae appareant, suspectae merito sunt, & ut integrae & bonae, certe rarae & difficiles. Quid enim opus est sterquilinum repurgare, ut aliquot aciculas legas? Et cum animales sint, spiritum non habentes, scripturam ad carnem uniuersam trahunt, spiritum exinaniunt. Ita occidentem litteram dum solum cogitant, etiam litteram saepe numero absorbent. Diuina eloquia ita temperata sunt, ut frequenter littera ipsa sit spiritus. Et haec quidem ipse Acofta, cum alibi optimum est Synodo Tridentina adiciat documentum, & à nobis huc adiciendum est. Quod si quis (ait) scripturae Diuinae uel minimam particulam in alios usus detorserit, uere temerarius, immo sacrilegus haberi debet. Repetendum hoc loco (inquit) seuerum illud, sed plane necessarium magni Concilij Tridentini decretum, quod ita habet. Temeritatem illam reprimere uolens, qua ad prophana quaeque conuertuntur & torquentur uerba, & sententiae sacrae scripturae; ad scurrilia scilicet, fabulosa, uana, adulationes, detractationes, superstitiones impias & diabolicas, incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famulos, MANDAT, & praecipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum, ne de cetero quisquam quomodolibet uerba scripturae sacrae ad haec, & similia audeat usurpare, ut omnes huius generis homines temeratores, & uoluptatores uerbi Dei, iuris & arbitrij, penitus per Episcopos coerceantur. Quamobrem (addit Acofta) probare non possum rapsodiam eorum, qui ex prophanis sacra componunt. pari quidem audacia, sed maiore impudentia ad res turpes & obscenas uertuntur carmina poetarum, quod fecit Ausonius ex Maronianis Centonibus foedissimum opus texens. Quod si in ipsis prophanis graues uiros, & probos usque adeo offendit eiusmodi petulantia, quid in sacris litteris cogitari

Deut. 25.
1. Cor. 9.
Exo. 3.
Matth. 22.
Ioan. 6.
Consensus SS. Patrum.
Iudicium de Rabbiniis.
Ioseph. Acofta lib. 3. de Christo reuelato c. 12.
Decretum Concilij Tridentini contra detorquentes uerba sacrae Scripturae.
Iudicium de Ausonio.

oportet, quæ in Dei tantum cultum, & hominum salutem sunt à Spiritu sancto A tradita?

Iam vero Auctores hi quos supra memorauimus, pro ceteris ferme omnibus erūt, quos ideo huc paulo distinctius inseruimus, vt cui alter nō fuerit ad manum, is alio facilius assecuro, pergat in eo, quod cœpit. Illos autem qui postremi fuerē, intelligat multa ad se ex antiquioribus deriuare potuisse, vt necesse non sit meliores horas omnibus volutandis conterere, quarum horarum partem certe iis, qui sapienter expediet, in cœlestem Magistrum audiendum meditando, & amorem in se erga ipsum excitandum impendere.

Sed quoniam sunt, qui putent ad rationem interpretandi, aut intelligendi scripturas spectare, vt nolatur, Paraphrases ne, an commentaria vberiora texenda, legendave sint, idcirco hæc habeant. Inter alias Diuinam Scripturam interpretandi rationes Paraphrases, quæ & metaphrases dicuntur, locum aliquem habere, & à quibusdam olim vsurpatis fuisse: quas etiam exemplo recentiorum complurium confirmare possumus, qui Euangelicas litteras, & Apostolicas omnes epistolas, immo etiam Hymnos Dauidis, & Iobi historiam, & Salomonis Ecclesiasten, nec non & Esaiam ipsum non vna & simplici Paraphrasi illustrarunt. Verum hoc genus interpretandi, multis, ac magnis viris, non satis probatum esse. Primo enim (aiunt) ex antiquis Patribus, numquam aut Basilius, aut Nazianzenus, aut Chrysostomus; neque ex Latinis, aut Cyprianus aut Hieronymus, aut Augustinus illa exponendi ratione sunt vsi. Vnum tantum legimus Gregorium Neocæsariensem metaphrasim quamdam in Ecclesiasten edidisse, vt testis est Hieronymus in commentariis suis in eundem librum: Ex quo apparet, falso à quibusdam illud opus tribui Gregorio Nazianzeno. Scripsit & Nonnus Panopolitanus carmine heroico paraphrasim in Ioannis Euangelium: sed iunior fuit: & interdum cum numerorum legibus astringatur, magis textum Ioannis obscurasse, quam elucidasse videtur. Quod qui periculum fecerit, facile ita esse comprehendat. Certe Albertus Pius Carporum Comes, insignis nostri sæculi scriptor, Erasmi Paraphrasim in nouum Testamentum non probauit; immo id genus scriptiois infectatus est, ac ratione scribendi commentarios, posthabuit. In eo enim Paraphrasis perpetua vtens oratione, non potest nisi vnum sensum confectari; cum tamen pluribus etiam ad litteram spectantibus, prægnans sit sacra scriptura, vt præter alios testatur Augustinus; & Thomas, magni Theologi: cogitur etiam plerumque multa de suo fingere, qui Paraphrasim condit, vt præcedentium cum sequentibus coniunctionem exprimat, quæ tamen ad textum non spectant, sed ab Auctore solum cogitantur, Loci etiam alij ex Diuinis voluminibus, vix possunt in Paraphrasim afferri, vt mutua locorum collatione (quæ optima est interpretandi ratio) verus sensus existat; quod sane in commentariis rectius præstari potest. Nequeunt etiam in Paraphrastica explanatione sensus hæreticorum, qui duri sunt & extorri, bene confutari, aut Dei verbo iugulari; quod tamen scriptoribus Catholicis frequentissimum est, & necessarium; Verba item sacrarum scripturarum, cum sint ab Spiritu sancto dictata, aut à Christo in carne, & ore suo pronuntiata, & maiestatem quamdam ad Diuinam auctoritatem, ac tradendi efficacitatem spirent, dū à Paraphraste illustrari curantur, vim illam, quam in se habent si non amittere; saltem magna ex parte remittere videntur: vt iudicemus iā non amplius Christum loqui, sed aut Demosthenem, aut Hor-

Paraphrases, an commentaria scribenda, & legendave sint.

Greg. Neocæsariensis comment. in Ecclesiastē. Nonnus Panopolitanus.

Albertus Pius Carporum Comes.

Euseb. li. 8. de prep. Evang. Theopompus percussus à Deo, quod litteras sacras iniquitatis ediderat.

tensum, aut Ciceronem phalerata quadā eloquētia, Certe Eusebius tradit Theopompum quemdam insignem sui sæculi scriptorem, turbatione mentis percussum fuisse à Deo, ac reuelatū illi fuisse per somnium, id sibi accidisse, quod res Diuinas tenocinio iniquitatis hominibus ediderat: hoc est vetus Testamentum Græco, & eleganti sermone ornare tentauerat. Athanasius tractatu, quem scripsit de Plal-morum virtute, tradit magnam vim habere ipsa Diuinæ scripturæ verba tum ad fugandas Dæmonum cateruas, tum ad conciliandas Angelicas mentes, & ad corda humana compungenda, atque hæc erga Deum accendenda. Quæ si in alia elegantio-

gantiora mutantur, sua ferme virtute destituuntur. Quod si quis dixerit, septuaginta Interpretes plerisque in locis, præsertim obscurioribus, paraphrastice quædam vertisse (vt inquit Hieronymus) profecto dicendum non est, quin sapienter, atque fideliter fecerint. At aliud est Paraphrasim in totum librum conferibere, aliud loca minus peruia, & difficiliora Paraphrasi interpretari.

Ac tamen, (licet hæc ita sint) facile in eam sententiam venerim; Si quis eo ingenio, ac pietate valuit, vt disciplinis instructus diuinas litteras potuerit paraphrastice interpretari, simul item (at separatim) commentaria iisdem adiacere, fore vt eiusmodi vir omne in interpretando ferat punctum. Quod sane in plerisque libris sacris præstitit eximie Iansenius. Quodq; magna ex parte in Cantica Canticorum feliciter attentauerant è nostris Leonardus Garzonius. Qui vir & nobilis & pius & eruditus, cum nobis antequam ex hac vita à Deo euocaretur, sui rationem instituti in scribendo exponeret, solebat dicere: Paraphrasim quidē se in Cantica texuisse, ne dum fusior esset in disserendo, legentis memoriam, & mentem, quasi de semita deduceret in auia. Commentarios autem addidisse, vt quemadmodum hi, quod in Paraphrasi esset mancum, erant suppleturi: sic quo commentarij pertingere non possent, Paraphrasis sola dispositione, id præstaret. Quod si commentarij, dum connexionis causas indicant, contextum ipsum quasi in membra dissecant, ita vt ipsam connexionem pene ex oculis subducant: E contrario à Paraphrasi eandem nobis connexionem integram ob oculos poni, contextumq; in sese collectum sisti, licet causam connexionis subiceat. Proinde commentarios videri similes humani corporis incisioni, quam vocant Anatomen, quæ cum nervos, arterias, & venas singillatim ante conspectum statuatur, quibus antea inter sese aptum-

Hierony. de ops. gom. In-terpret.

Leonardus Garzonius in Cāt. Canticorum.

Commentaria similia Anatome.

Paraphrasim elegantem Picturæ esse similem.

erat, & nexum, mox ratione ac methodo ostendit, non tam membra inuicem ac debita cum proportione, coniuncta, quam nexu ipsos, & (quas vocant) iuncturas incisas, atque nudatas: At paraphrasis dum personarum seruat proprietatem, atque integritatem, esse elegantem picturam similem, quæ veluti natura & vlu artem ipsam contegens, non tam iuncturas, quam eadem in viuo corpore inter se membra disposita proponit inspicienda. Vt idcirco commentarij sectum & pene demortuum; Paraphrasis integrum & viuum corpus exhibeant. Quo vtroque labore fit, vt doceantur, ac delectentur, atque in amorem Diuinarum scripturarum legentes mirifice rapiantur.

Porro de Interpretatione scripturarum pulchra, & recte distincta ex multis Patribus, atque adeo ex recentioribus collegit Georgius Ederus in sua Oeconomia à Tabula 54. vsq; ad Tabulam 75. in qua item ponit quadraginta & vnam regulas ex iisdem Patribus decerptas.

SOLIDA, ET DISTINCTIOR SCRIPTURÆ Diuinæ commendatio à necessitate; dignitate; vtilitate; sapientia; efficacia: sublimitate; auctoritate: certitudine: scopo ipsius. Caput XVI.

DIUITIAM Diuinæ Historiæ vi indicata, gressum sistere, nisi quæ sunt adiacienda, essent eiusmodi, vt mentibus ad cælestes illius diuitias anhelare iam incipientibus, virtus inde adhuc viuidior, ac stimuli ad eius amplexum acriores sperarentur. Necessitatem igitur scripturæ illa quoque commendant, quod nulla ratione poterat aptius atque integrius humanis erroribus consuli, quam si ea traderentur, quibus certissima fides constaret. Nam etsi errores tolluntur, partim sensu, dum res experimur: partim poena, dum lex, vel punit, vel ipso terrore incusso, quæ alioquin committerentur peccata, coercet: philosophia item interdum, dum hinc valida promuntur argumenta; sapientum denique aucto-

Quibus rebus tollantur errores à mentibus.

diuina vox & Fidei deum presentissima collyria. *Guilielmus Parisiensis Cur Deus Homo.*

ritate, cui solet fides haberi; hæc tamen omnia fati haud erant ad humanam cecitatem excutiendam, nisi Diuinæ vocis, ac fidei dona accessissent, quasi collyria præsentissima. Nam & hjs egebant quattuor illi morbi insanabiles, qui tamquam è venenatis radicibus humanas acies infuscauerant: Virtus nostræ corruptio, atque peruersitas: Animalitatis (vt vocat Guilielmus Parisiensis) nostræ rebellio: Mortis, cui fumus addicti, condemnatio: Naturæ totius nostræ incuruatio: Et mundus quidem iam veritatem dediderat: & inanis facta erat philosophia mundana: & Humanæ historiæ interiorẽ hominem haud spectabant: ac stulti facti erant Principes Taneos: & à planta pedis vsque ad verticem non erat in homine sanitas. Quamobrem cælitus erat hæc ab ipso Deo expectanda. Qua sincerissimus cultus instauraretur, ac qui in intellectu & voluntate est situs, perficeretur; sane vero perfici hic nõ poterat, nisi Deo obediremus: obedimus autẽ viribus iis, quæ sunt in homine principes, diuino auxilio corroboratis. Obedientiæ porro huius debitor in primis est intellectus humanus, cum nullum extet priuilegium exceptionis suæ. Nulla vero intellectus fuisse erga Deum obedientia in credendo supernaturaliter, si ex suasionibus, aut probationibus humanis credidisset; quemadmodum nulla est affectus obedientia, si ex vtilitate, aut delectatione diligatur. Proposita igitur necessario per Diuinas litteras fuere supernaturalia, quibus intellectus & voluntas integrum Deo cultum præstantes, Diuino denique præmio afficerentur.

Aug. in prol. lib. de doct. Christiana.

At qui prælagiebat Deus fore nouissimis temporibus Suenchfeldianos, & Libertinos, qui suis affatibus tamquam Spiritui sancto sine vlla scriptura credendum esse dicturi erant. Aduersus quos iam pridem Augustinus; Caueamus (inquit) tales tentationes superbissimas & periculosissimas, magisq. cogitemus & ipsum Apostolum Paulum, licet Diuina & cælesti voce prostratum, ad homines tamen missum esse, vt sacramenta perciperet, atque copularet Ecclesiæ: & Centurionem Corneliũ quamuis exauditas orationes eius, elemosinasq. respectas, ei Angelus nunciaret, Petro tamen traditum imbuendum, per quem non solum sacramenta perciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset, audiret.

Lib. 1. de verbis Dei.

Sane vero, quod ex Patribus obseruauit Bellarminus, Proidentia Dei ita quodque moderatur, vt cuiusque natura postulat: natura autem hominum id postulat, vt quoniã animo & corpore præditi sumus, & corporalia facilius, quam spiritalia capimus: per ea quæ sensibus corporis percipiuntur, quasi per quosdam gradus ad spiritalia & cælestia deducamur. Non igitur omnes vulgo per internum afflatũ Deus distincte docet, quid de se credi, quidvẽ à suis agi velit in singulari proponendo: sed per corporales litteras, quas & cerneremus & legeremus, erudire nos voluit.

Aug. cont. 7. in Ps. 90.

De illa ciuitate, vnde peregrinamur (inquit Augustinus) hæc litteræ nobis venerunt, ipsæ sunt scripturæ, quæ nos hortatur, vt bene viuamus. Quod si in quauis humana Republica sublati legibus, institutisq. maiorũ, id vnicique liceret, quod naturali sua prouidentia æquum, ac iustum censeret: quanta perturbatio rerum omnium sequeretur? Ac tamen est nemo, qui non aliquid sapiat in rebus humanis. Quid igitur fieret, si in ea Republica, quæ diuina potius, quam humana est, & in qua multa necessario supra rationem naturalem credenda, multa supra humanas vires agenda sunt, sacra eloquia Diuinitus inspirata tollerentur è medio, & solus internus afflatus expectandus, ac sequendus esset, quod maxima pars hominum ex rudibus & imperitis constat, qui vix sibi Diuinitus indicari aliquid vnquam senserunt; quid igitur isti expectarent temper? nihil interim crederent? in omnem æternitatem perirent? an assequerentur sine fide iustitiam? vel beatitudinem sine iustitia?

Dignitas, & vtilitas sacre scripturæ. *Aug. ep. 119. c. 16. lib. 18. Conf. Bern. in sermone de prædestinatione*

Iam scripturæ Dignitatem, & Vtilitatem, illa quidem, quæ duo Ecclesiæ lumina testantur Augustinus & Bernardus, arreptis auribus excipienda sunt; ille inquit. Quis hanc lætitiã diuinorum sacramentorum, cum sanæ doctrinæ luce clarescunt, non præterat vniversi mundi huius Imperiũ, etiam inuisitata felicitate pacatis? quare & alibi agit immortales gratias Deo pro beneficiis, quæ nobis contulit, tradens & aperiens nobis sensum scripturarum. Extendisti (inquit) cælum sicut pellem: hoc

Signũ prædestinationis scripturas euoluere. *SECVNDVS* fructus ad conferenda Regna. *Gregor. in com. in 4. lib. Reg. c. 4. Paralip. 2. cap. 17. Apocal. 22.*

A hoc est factus es homo, vt secreta nobis patefaceres. Bernardus vero dicẽs. Qui affi dua meditatione euoluit sanctas scripturas habet signum suæ prædestinationis. Quod & Dominus primo asseruit dicens. Qui verba Dei audit ex Deo est. Alter fructus est, perpetua obseruatione à Regibus, & Magistratibus omnibus pendendus, qui ad seruanda Regna, incurtiendumq. hostibus terrorem, Deo numquam mentiente scriptus est. Sic autẽ habet scriptura. Tertio regni sui anno misit Rex Iosaphat viros sapientes, qui habentes libros legis Domini circumibant cunctas vrbes Iuda, atque crudiebant Populum: Itaque factus est pavor Domini super omnia Regna terrarum, creuitq. Rex, & magnificatus est vsque in sublime. Duodecim item fructus diuini verbi attigit Ioannes, in Apocalypsi. Et ostendit mihi (inquit) fluuium aquæ viuæ splendidum tamquam chrysellum procedentem de sede Dei, & Agni. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferẽs fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentiũ. Quæ verba sic exponuntur, vt Græcis fluuius sit Baptismus, Latinis Spiritus sanctus. Nã & Daniel inquit, A facie eius egrediebatur fluuius. vt facies sit verbum Dei. Fluuius Spiritus sanctus, qui æterna processione egreditur à Patre, & Filio. fluuius ite, quoniam, qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Splendidus autem, quoniam igneus, qui calefacit corda. Ignem enim venit mittere in Terram, & quid vult, nisi, vt ardeat: tamquam vero chrysellus, & aqueus, quod charismata mentibus humanis infundit. De sede autem Dei, cum Spiritus sanctus nõ procedat motu temporali, sed æterna, & quieta processione. In medio Plateæ] hoc est Ecclesiæ. Ex vtraque parte lignum vitæ] id est diuinum verbum veteris, & noui Testamenti. Afferẽs fructus duodecim] quos Apostolus enumerat scribens. Fructus autem spiritus est: Caritas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas. Per menses singulos] numquã enim exarefcit lignum vitæ. Et folia ligni ad sanitatem Gentium.] Sub vmbra enim eius gentes quietem & sanitatem consequuntur.

Dan. cap. 7.

Ioan. 7.

Gal. 5.

Ioel. 2.

Vide Bonauent. in prol. Breuiloquij.

Georgij Ederus in fine. 1. li. de Oeconomia Bibliorum.

Matth. 22. Ex duobus præceptis quomodo tota lex pedit. Physica. Ethica. Logica. Politica.

Modus dicendi sacre scripturam

Sed & Dignitatem, atque Vtilitatem Diuinæ historiæ monstrant alia ipsius Dei, ac Prophetarum testimonia, resq. ipsæ, quibus ipsa referta est; deinde Patres omnes, vitaq. & gesta humanum modum, & captum superantia eorum, qui & ipsam diligenter, ac fideliter tractarunt, & vero executioni mandarunt. Et hæc quidem, quæ ad Diuina, & aliquot Patrum testimonia pertinent, Georgius Ederus post complures alios collegit, quæ sane omnia legenda sunt, ac veluti tutissima filiis hereditas leganda esset à parentibus.

Sapientiam, quæ in Diuinis scripturis continetur, vnus ipse Augustinus modo pro omnibus enarret, qui ita inquit. Quæ tandem mens auida æternitatis, vitæ præsentis breuitate permota, contra huius Diuinæ auctoritatis culmen, lumenq. contendat? Quæ disputationes, quæ litteræ quorumlibet philosophorum, quæ leges quarũlibet ciuitatum, duobus præceptis, ex quibus Christus dicit totam legem, Prophe- tasq. pendere, vilo modo sint comparandæ, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, Et proximum tuum tamquam te ipsum? Hic Physica, quoniam omnes omnium naturarum causæ in Deo Creatore sunt: Hic Ethica, quoniam vita bona, & honesta non aliunde formatur, quam cum ea quæ diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est, Deus, & proximus; Hic Logica quoniam veritas, lumenq. animæ rationalis non nisi si Deus est. Hic etiam laudabilis Reipublicæ salus: neque enim conditur, & custoditur optima ciuitas, nisi fundamento, & vinculo fidei, firmæq. concordia, cum bonũ commune diligitur, quod summum ac verissimum, Deus est; atque in illo inuicem sincerissime se diligunt homines, cum propter illum se diligant, cui quo animo diligant occultare non possunt. Modus autem ipse dicendi, quo sancta scriptura continetur, quàm omnibus accessibilis, quàmuis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet, quasi amicus familiaris sine fuce ad cor loquitur indoctorum, atque doctorum. Ea vero, quæ in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quò non audeat

audeat accedere mēs tardiuscula & inerudita, quasi pauper ad diuitem; sed inuitat omnes humili sermone, non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis, quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus opera desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimantur: His salubriter, & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinae inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimam, vel odit ægrotando medicinam.

Quis inimicus sit scripturae Diuinae. Vide que Hieron. Torrens, initio confess. Augustiniana. Aug. Palerius & Ludovic. Grammat. Rhet. Eccles. a Hebr. 4. b Math. 3. c Luc. 8. d Matth. 13. e Dent. 32. f Esa. 55. g Marc. 7. h Luc. 2. i De notis verbi Dei. l De Characteribus Diuini verbi. m In praefat. ante uisam. n Bab. n Hilibr. editi primo suae & in eis, Venetis ante quinquagesimum. o In Prologo in Brenilog.

Sacra scriptura è reru naturis sumit quantum opus est ad fabricandum speculum quo diuina oculis nostris quadantenus repræsententur, quasi erigit scalam in cuius imo terram, in summo cælum attingit, idq. omnino per unum illum Hierarcham IESVM Christum, qui non humanae naturae assumptæ ratione dumtaxat, est in hierarchia Ecclesiastica Hierarcha, hoc est sacer Princeps, verum etiam in Angelica, estq. Media Persona in illa supercælesti hierarchia Beatissimæ Trinitatis: ita ut per ipsum à summo capite Deo descendat vntionis gratia, non modo in barbam, sed & in oram vestimenti, hoc est non solum in Hierusalem supernam, sed etiam vsque in militantem Ecclesiam. Atqui cum in hac Mundi machina Sublimitas quædam sit pulchritudinis, quæ rapit animos in opificis laudem, & gloriam; multo vero maior sit in Ecclesia, quæ eximia sanctorum charismatum pulchritudine ornatur: maxima autem in Hierusalem superna, quæ viuus è lapidibus constructa, auro, & gemmis charitatis circumuestita est, ac fulgebit in perpetuas æternitates, certe supermaxima, & supereminetissima Sublimitas venustatis, forme, pulchritudinis, ornatus, est in summa illa, & Diuinissima Trinitate. Quamobrem Diuinæ Historiæ sublimissima est materia, cum mentes nouo spiritali gaudio continenter imbutas attollat altissime, atque ad Diuinorum spectaculorum obtutus, & anagogias sensim inducat.

Sublimitas pulchritudinis immentæ.

Eloquentiâ corda conuertentem, & omnium oratorum vim excedentem ostendent, tum eadem, tum quæ diximus, vbi de Cicerone, & Græcis oratoribus locuti sumus. Nam & eodem loco egimus, quæ Ecclesiasticis Rhetoricis suis viri sapientes hac de re monuerunt.

Efficacitatem autem adhuc efficacius ipsa Mundi conuersio: tot Adolescentum, & Virginum agmina, qui spreis omnibus Mundi illecebris, vita, & sanguine profuso, vim cælesti Regno intulere: tot populorum vna in fide conseruatio, tot Synodorum Catholicarum doctrina constantissima. Huc vero etiam spectant, quæ de verbo Dei possent augustissime dici ex diuino codice, quo illud cum gladio pertingente ad diuisionem animæ ac medullarum, cum securi, semine, fermento, pluuiæ & imbre, margaritæ, igne, & lumine comparatur, quæ alibi nos fufius persecuti sumus refutantes Dauidis Chytrat hominis hæretici responsum, notasq. Diuini verbi, quibus vere dignoscitur, tractantes, Franciscus item Turrianus eadem hæc inuiose interpretatus est è Iacobo Apostolo, dum sapientiam, quæ de cælo est, terrenæ, animalis, diabolicæ, quæ quidem est hæreticorum, & hominum, quos filios sæculi Dominus vocat, opposuit. Quin & Petrus Caninius de verbo Dei præter ea, quæ Hofius Cardinalis Varmienfis scripserat, egit presse, & apposite. At Cornelius Musfusus fecunda facundia diuitias Historiæ Diuinæ explicat iis introductionibus, quas scripsit in suos de Diuina Historia libros, quare eruditum quemque virum haud poenitebit illa legisse.

Ipsa vero Hierarchiarum Ecclesiasticæ, Angelicæ, Diuinæ descriptio, quæ in sacris litteris continentur, Sublimitatem ipsarum arguit. Nam cum res (inquit ferme sequentibus verbis Bonauetura) habeant esse in materia, vel natura, vel in anima, siue per notitiam acquisitam, siue per gloriam; vel in arte æterna; philosophia quidem agit de rebus, quatenus in anima, natura ve sunt secundum notitiam naturaliter insitam, seu item requisitam. At sacrarum litterarum scientia fundata supra Fidem, ac per Spiritum sanctum reuelata, agit & de iis, quæ spectant ad gratiam, ad gloriam, ad sapientiam æternam. Quamobrem cognitionem philosophicam ipsa sibi lubsternens: eq. rerum naturis tantum lumere, quantum opus sit ad fabricandum speculum, per quod diuina oculis nostris quadantenus repræsententur, quasi erigit scalam in cuius imo terram, in summo cælum attingit, idq. omnino per unum illum Hierarcham IESVM Christum, qui non humanae naturae assumptæ ratione dumtaxat, est in hierarchia Ecclesiastica Hierarcha, hoc est sacer Princeps, verum etiam in Angelica, estq. Media Persona in illa supercælesti hierarchia Beatissimæ Trinitatis: ita ut per ipsum à summo capite Deo descendat vntionis gratia, non modo in barbam, sed & in oram vestimenti, hoc est non solum in Hierusalem supernam, sed etiam vsque in militantem Ecclesiam. Atqui cum in hac Mundi machina Sublimitas quædam sit pulchritudinis, quæ rapit animos in opificis laudem, & gloriam; multo vero maior sit in Ecclesia, quæ eximia sanctorum charismatum pulchritudine ornatur: maxima autem in Hierusalem superna, quæ viuus è lapidibus constructa, auro, & gemmis charitatis circumuestita est, ac fulgebit in perpetuas æternitates, certe supermaxima, & supereminetissima Sublimitas venustatis, forme, pulchritudinis, ornatus, est in summa illa, & Diuinissima Trinitate. Quamobrem Diuinæ Historiæ sublimissima est materia, cum mentes nouo spiritali gaudio continenter imbutas attollat altissime, atque ad Diuinorum spectaculorum obtutus, & anagogias sensim inducat.

Sublimitas pulchritudinis immentæ.

Quin

Quin etiam quæcumque naturali via, siue à posteriori, siue à priori inuenere sagacissima ingenia, collineant omnia ad astruenda, quæ sublimiora sunt in Diuina scriptura veluti axiomata. Quare & Aristoteles coactus est in fine omnium tractationum, siue Physicarum, siue Moralium, siue Metaphysicarum asserere vnum primum Motorem, ac veram felicitatem sitam esse in cõtemplatione Diuinorum: Vnum debere esse Principem; quod est Ens per se, à quo Mundus participatione pendeat, & ad quem idem ipse Mundus vniuersus tamquam ad efficientem causam referatur: quod sane ex ipsis propositionibus Aristotelis consequitur, licet ille non expresse- rit. Deum item esse Ens per essentiâ, quare & causam omnium entium, qui cū sit infinitus, & actus purus, perfectionesq. omnium rerum simpliciter contineat, est causa omnium causarum: cum autem summum, & perfectissimum Ens sit, summum quoque esse ac perfectissimum agens ne cesse est, vt nulla re indigeat in agendo: omnia proinde producat, nec vlla egerit materia; Porro cum omne agens habeat rationem obiectiuam, secundum quam agere, ac per se aliquid possit producere: per se autem producere sit è non tali facere tale, Deus autem sit agens, sit vt habeat rationem adæquatam, secundum quam possit agere: ea autem non est vlla ratio limitata, sed complectitur omne ens, quare & causa est omnis entis.

Iam de Auctoritate, & Certitudine scripturarum. Dixit Miserator tuus Dominus (scriptum est ab Esaia) Paupercula tempestate conuulsa, absque vlla consolatione: ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris. & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Vniuersos Filios tuos doctos à Domino. In quæ verba inquit Chrysostomus. Vides Fidei dignitatem, quod non ab hominibus, neque per homines, sed per ipsum Deum ea imbuendi sunt homines. Adde verum, & Catholicum id esse, vt teneamus, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Quod tum fit (ait Vincentius Lyrinensis) si sequamur Vniuersitatem totius per orbem Ecclesiæ. Antiquitatem Patrum. Consensionem, hoc est Magistrorum, & pene omnium Sacerdotum definitiones & sententias. At hæc omnia vberime concurrerunt ad perhibendam de Scripturis veritatem. Accedunt hostes ipsi Ethnici, quoniam quicquid veri intulere in sua scripta, id ex ipsis scripturis suffurati sunt, quod & supra ostendimus, ac Cyrillus contra Iulianum præter alios ex iis verbis ostendit σφδς άλλος άπ' άλλης; hoc est sapiens alius ab alio. Deinde & eandem scripturæ certitudinem fatentur alteri hostes Iudæi: Quos per totum Orbem dispersos voluit Deus, vt haberet tamquam testes Ecclesiæ sacras litteras ab Christianis non fuisse confictas: salutem vero ex iisdem inimicis nostris, vel inuitis, tum contra illos, tum aduersus futuros hæreticos promeremus. Præterea ex ipsis rerum euentis. Quæcumque enim in Scripturis prædicta sunt, vel sunt impleta, vel implebuntur. Quare Augustinus. An vero, inquit, exhibuit nobis Deus omnia, quæ promisit, & de solo die Iudicij nos fefellit? Non erat Christus in terra, promisit, exhibuit. Non erat fufus sanguis preciosus, quo deletur chirographum mortis nostræ, promisit, exhibuit. Nondum resurrexerat caro in vitam æternam, promisit, exhibuit. Nondum crediderant gentes, promisit, exhibuit. Nondum hæretici in nomine Christi armati contra Christum militabant, prædixit, exhibuit. Nondum Idola gentium de terra ista delata erant, prædixit, exhibuit. Ista omnia cū prædixisset, & exhibuisset, de solo die Iudicij mentitus est? Veniet omnino quomodo ista venerunt, quia, & ista antequam venirent, futura erant, & futura prius prænunciata sunt, & postea venerunt. Veniet fratres mei, nemo dicat non veniet, aut veniet, sed longe est quod veniet: sed tibi prope est, vt eas hinc. Sufficiat prima deceptio, si nõ potuimus primo pœmanere in præcepto, saltem corrigamur exemplo. Nondum erat exemplum casus humani, quando dictum est ad Adam, Morte morieris, si tetigeris: & venit de transuerso serpens, & dixit. Nõ morte morieris. Creditus est serpens, contemptus est Deus, tactum est vetitum, mortuus est homo, Non ne impletum est potius, quod minatus est Deus, quàm quod promiserat inimicus?

2. Metaphy. 4.

Phys. lib. 1. Textu 76.

Esa. 54.

Chryf. in Io. cap. 6.

Vinc. Lyrinensis. Quid nã sit vere Catholicum.

Scripturæ Certitudo vnde.

Cyroll. com. Iulianum.

Iustin. apolo. 2. p. Christianis.

Ense. 3. vlt. lib. de præp. Euangel.

Theodore. passim.

Aug. in Ps. 73. in illud Exurge Domine. versus suum.

Iudicij dies futura certissime.

Acce-

Ezech. 1. c.

Accedit veteris, & noui testamenti consensus, quem Propheta altissimo sensu rotam vocauit in rota. Nam cum Christiana disciplina demonstratio, quae scripturis potissimum comprehenditur, in spiritu, ac virtute (ait Origenes) sita sit, hoc est in

Orig. lib. 1. con. Celsum.

Prophetijs, atque miraculis; sit vt facultatis, aut philosophiae nullius certiora sint, quam quae Scripturis argumenta ducuntur. Praenunciare enim occultissima cordium, quae à libera hominum voluntate prodeunt, ac multorum saeculorum spatio fuere disunctissima; quae item attinent non tam ad vniuersum futurarum rerum statum, quam ad ipsas futuras Regnorum administrationes, conuersiones & casus, atque ad singulorum hominum gesta, potissimum autem ad mysteria sanctae religionis nostrae, ita vt eorum nihil vnquam exciderit; sicuti non erat, nisi mentis perspicacissima, atque veracissima, ita nisi certissima esse historiae non potuit. Idem de signis, atque miraculis dicendum est, quae omni ex parte, vt Diuinam vim, sic utilitatem animarum, & corporum, ac ideo veritatem testantur. Nam magicis signis, eorumque scriptoribus propterea fides haud habenda est, quod quemadmodum aduersus Celsum scripsit Origenes, praestigie illae ad vitiosas, aut inutiles res tendunt, idque fit Daemone inuocatione, horarumque suae dierum obseruatione, & alijs eiusmodi commentis homines eludentibus. At quae Dei verbo miracula continentur, vnicò saepe momento, ac per modum imperij, quo Diuina super naturam potestas indicatur, atque ob ipsorum magnitudinē effecta declarant, quam certa fuerit eorum historia. Quippe cogitationum reuelatio, mortuorum resurrectio, Orbis terrarum, & Regnorum ad pauperum vocem excusio, Daemone expulso, hominum conuersio nil ingerunt audientium animis, quod potestatem, amorem, sapientiam, veritatem caelestem non spiret. Accessere martyria acerbissimis cruciatibus vbique atque omni (etiam hoc nouissimo) saeculo ob eandem fidem Scripturarum perpeffa. Doctrinaeque Christianae soliditas, quam doctrinam Diuinam ipsae litterae tradunt: Nil vero consonum rationi magis, vel in quo mens humana plus conquiescat, caro autem spiritui cedat, aut quod animos arctiore cum Deo foedere constringat, atque idcirco nil certius potuit vnquam vel excogitari, vel dici, quam quod de Deo, de hominis fine, de Virtutibus praestantissimis, de malorum nostrorum origine, ac tamquam radice, de remedijs conuenientissimis ac saluberrimis, Diuina eadem narratur historia. Qua factum est (inquit Augustinus) vt cum mundus in Christum crederet, hoc virtutis fuerit Diuinæ, non persuasionis humanae. Legebantur enim (ait) praeconia praecedentium Prophetarum, concurrebant ostenta virtutum, & persuadebatur veritas noua consuetudini, non contraria rationi; donec orbis terrarum, qui persuadebatur furore, prosequeretur fide. Quin & idem Augustinus, cum Canonicam Scripturam Diuino spiritu conditam, atque ideo eminentissimae auctoritatis esse assereret, sic inquit. Hic prius per Prophetas, deinde per se ipsum; postea per Apostolos, quantum satis esse iudicauit locutus, etiam scripturam condidit, quae Canonica nominatur, eminentissimae auctoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos ipsos nosse idonei sumus. Nam si ipsa sciri possunt testibus nobis, quae remota non sunt à sensibus nostris, siue interioribus, siue etiam exterioribus. vnde & praesentia nuncupantur, quod ita dicimus esse praesentibus, sicut praesentibus, quae praesentibus sunt oculis: profecto ea, quae remota sunt à sensibus nostris, quoniam nostro testimonio scire non possumus, de his alios testes requirimus, eisque credimus, qui viderunt, atque ita de ceteris, quae ad suum quemque sensum corporis pertinent: ita de his, quae animo, ac mente sentiuntur, quia & ipse rectissime dicitur sensus: vnde & sententia vocabulum accepit, hoc est de inuisibilibus, quae à nostro sensu exteriori remota sunt, ijs nos oportet credere, qui haec in illo incorporeo lumine disposita didicerunt, vel manentia conuentur. Sic Augustinus.

Vide P. orationes Chrysostomi aduersus Iudaeos.

Miracula quoniam vera.

Orig. contra Celsum.

Arnobius et Thomas contra gentes. Aug. lib. 10. de ciu. Dei cap. 8. 9. 10. Aug. lib. 22. de ciu. Dei cap. 5. & 6. Martyria.

Aug. lib. 22. de ciu. Dei cap. 7.

Aug. lib. 11. de ciu. Dei cap. 3.

Ad haec omnia accedit, quod quantiscumque machinis conculi, falsari, extingui ab gentibus, à Iudeis, ab haereticis Diuina scriptura procurata est, stetit tamen immobilis, & effloruit magis, atque victrix extulit caput. Qua in re cum Patrum, ac veterum

A veterum Synodorum, tum admirabilis Catholicorum scriptorum, & Pontificum ac Synodi Tridentinae diligentia hoc saeculo emicuit, melioribus Bibliorum editionibus propugnandis; emendatissimis edendis; falsatis, vt iam monstratum est, explodendis. Quamobrem ex animo gratias agentes DEO cantemus Domino. FUNDAMENTA EIVS IN MONTIBVS SANCTIS. DOMINVS ENIM NARRAVIT IN SCRIPTVRIS POPVLORVM, ET PRINCIPVM HORVM QVI FVERVNT IN EA. TVRRIS QVIPPE DAVID EST; ET MILLE CLYPEI PENDENT EX EA; OMNIS ARMATVRA FORTIVM: EI OMNIS HONOR, ET GLORIA. AMEN.

Psal. 86.

Vide Canit lib. 2. cap. 2. locor. cdmu. & Aug. de consens. Eu. 3. gel. lib. 2. c. 12.

Ceterum Diuinæ huius Doctrinae, quae tam Certa, Sublimis, Efficax, Sapiens, Vtilis, Digna, & Necessaria est, finis (vt diximus) est CHRISTVS, qui & legis est finis, quem ve is ipse CHRISTVS Iudaeos hortabatur, vt in Scripturis scrutarentur perhibentibus testimonium de se, atque in quibus ipsi putabant vitam sese habere. Sic Patres, quod viderent per Synagogae miserrimas reliquias fieri, vt qui legerent scripturas, hi à CHRISTO auerteretur, conclamarunt vnanimis in hunc modum: CHRYSOSTOMVS, Ego (inquies) omne quod intelligo in Scriptura, sine CHRISTO, & Spiritu sancto, & sine Patre nolo intelligere. Et. Nisi intellexero (subdit) in TRINITATE, quae me saluauit, non potest mihi esse dulce quod intelligo.

Bere. Sic Patres, quod viderent per Synagogae miserrimas reliquias fieri, vt qui legerent scripturas, hi à CHRISTO auerteretur, conclamarunt vnanimis in hunc modum: CHRYSOSTOMVS, Ego (inquies) omne quod intelligo in Scriptura, sine CHRISTO, & Spiritu sancto, & sine Patre nolo intelligere. Et. Nisi intellexero (subdit) in TRINITATE, quae me saluauit, non potest mihi esse dulce quod intelligo. HIERONYMVS docens scripturam sacram intelligi non posse absque interprete demonstrante CHRISTVM, qui in ea lateret. AVGVSTINVS. Antequam peruenias (aiens ad CHRISTVM, ne praesumas te intellexisse. Quicquid enim (dicit alibi) scripturarum est, CHRISTVM sonat, sed si aures inueniat. Sic vero claudit librum de Praedestinatione, & Gratia; vt scribat CHRISTO omnium ora Prophetarum militasse: Ac de vnitrate Ecclesiae, & alibi agens aduersus Pelagianos pluribus probat, Legem, Prophetas, Psalmos de CHRISTO locutos fuisse. Atqui cum passim Scripturae, quasi certatim operam dent, vt pulcherrimis epithetis CHRISTVM omnium Vitam, Principium, Medium, Finem indicent, Portam item, Viam, Pastorem, Ouem, Leonem. Sacerdotem, Sacrificium, Vitem, Regem à Deo constitutum, Faciem Dei, & Imaginem, seu Characterem ipsius, Petram, Lucernam, Orientem, Patrem futuri saeculi, Principem, Pacis, Salutem, Vitam, Veritatem, Magni Consilij Angelum, multumque alijs nominibus vocent, GERMEN quoque, ac Fructum dicunt, vt quemadmodum radix, truncus, rami, folia, flores diriguntur in fructum, tamquam in finem: sic in telligeremus, quicquid in Mundo, vel in Scripturis continetur referendum esse in CHRISTVM, quem merito vnicum, ac Diuinum fructum, Partumque communem, & generalem omnium rerum nominare possumus; ac cum Paulo gratias agere Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filij dilectionis suae, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est Imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia enim (inquit) per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principum, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinē inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quae in terris, siue quae in caelis sunt.

Chrys. 10. 2. in Marc. ho. 10. in illa verba. Amē dico vobis.

Hiero. 10. 3. in epist. ad Paulinum. Aug. in initio Ps. 96. & 10. 9. in ep. 100. tra. 2. & li. 1. c. 9. de vnit. Eccl. & li. 1. con. Pelag. de peccatis. meritis. & remiss.

CHRISTVS in Scripturis nomina. Efa. 4. Hierem. 33. Zach. 4. et 6.

CHRISTVS GERMEN. Colof. 1.

Certatim operam dent, vt pulcherrimis epithetis CHRISTVM omnium Vitam, Principium, Medium, Finem indicent, Portam item, Viam, Pastorem, Ouem, Leonem. Sacerdotem, Sacrificium, Vitem, Regem à Deo constitutum, Faciem Dei, & Imaginem, seu Characterem ipsius, Petram, Lucernam, Orientem, Patrem futuri saeculi, Principem, Pacis, Salutem, Vitam, Veritatem, Magni Consilij Angelum, multumque alijs nominibus vocent, GERMEN quoque, ac Fructum dicunt, vt quemadmodum radix, truncus, rami, folia, flores diriguntur in fructum, tamquam in finem: sic in telligeremus, quicquid in Mundo, vel in Scripturis continetur referendum esse in CHRISTVM, quem merito vnicum, ac Diuinum fructum, Partumque communem, & generalem omnium rerum nominare possumus; ac cum Paulo gratias agere Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filij dilectionis suae, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est Imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia enim (inquit) per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principum, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinē inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quae in terris, siue quae in caelis sunt.

E. PROFUNDITAS ET OBSCURITAS sacra Scripturae; proinde intensissime, vt inquit Augustinus ei esse studendum. Caput XVII.

CVM tanta, quam diximus, Scripturarum sublimitate PROFUNDITAS quoque, & OBSCURITAS coniungitur. Mira (inquit Augustinus) eloquiorum tuorum profunditas est; quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis, sed mira profunditas DEVS meus, mira profunditas. Horror est intendere in eam: horror honoris, & tremor amoris. Propterea & mari, quod in ea magna sunt

Aug. lib. 12. conf. c. 14.

S gna sunt

Greg. hom. 6. in Ezech. 37. in proem. 2. lib. Reg.

Ioseph. Aco. 1. in libro de Christo uelatio.

Aug. 10. 6. 1b. de uel. 1. cred. c. 6.

Diony. c. 2. mysl. 1. heol. c. 2. cel. hier. Deum cognosci per negationes potius, quam per affirmationes.

Tertul. lib. adu. Marcionem Euthym. in praef. in Pf. Vide Hieron. in ep. ad Eph. 4. cap.

Esa. 48.

Coloss. 1.

Iren. lib. 4. c. 43.

Hieron. in d. Naum. Philippus presb. 2. ed. men. in c. 21. 1. ob.

gna sint culmina sententiarum, & cumuli sensuum: & uastæ syluæ similem facit. A Gregorius Magnus. Vir enim (ait) in alto situs, dum extrema collium, dum arborum celsa in quadam æqualitate sibi conuenientia respicit, non attendit quàm magne valles, quàm distincte planicies in medio lateant; sed si perambulare, quod ei bene videtur, cœperit, repente cognoscit. Neque uero eadem est obscuritas, & profunditas: quod recte Iosephus Acoſta obseruauit. Obscurum, inquit, sæpe in Philosopho, aut Poeta sermonem agnoscimus, cū quæ illius mens fuerit ex dubijs, aut figuratis, aut concisis uerbis, uix coniectamus. At ubi ad sensum illius penetratum fuerit, apparet læpe, nil præclari sensisse, interdū item leues, aut falsas opiniones esse secutum. Diuina uero scriptura habet utrumque; interdum etiam, ut ubi facillimis & apertis uerbis utitur, profundissima sit. Et quidem obscuritas ad signa potius, Profunditas autem ad sensum referenda est.

Causas si quis requirat tum profunditatis, tum obscuritatis, primò id, quod Augustinus uerissime dixit, audiatur. Quicquid est, (inquit) mihi crede in Scripturis illis altum, & Diuinum est: inest omnino ueritas, & reficiendis, instaurandisq. animis accommodatissima disciplina: & plane ita modificata, ut nemo inde haurire non possit, quod sibi fati est, si modo ad hauriendum deuote, ac pie, ut uera religio poscit, accedat. Quod ut tibi probem, multis rationibus, & longiore oratione opus est. Agendum enim tecum prius est, ut Auctores ipsos non oderis, deinde ut ames: & hoc agendum quouis alio modo potius, quam exponendis eorum sententijs, & litteris. Hæc Augustinus.

Quod cum ita sit, iam obscuritatis causas expendamus. Ea prima, quam Dionysius affert Areopagita. Ad perlucidam, inquit, lucidissimamq. caliginem admitti oramus, ut per uisus, scientiaq. priuationem uidere, ac scire eum, qui aspectum omnem, scientiamq. transcendit (& hoc ipsum non uidere, ac non scire est ueraciter uidere, & scire) & eū etiā, qui substantia superior est, super substantialiter ex omnium, quæ sunt, ablatione celebrare possimus. Veluti qui natiuam effigiem ex quauis materia faciunt, omnia, quæ impedire possint liquidum latentis decoris intuitum, ipsamq. in se ipsa pulchritudinem occultam sola sublacione pendentēs. Sic Dionysius. Nimirum, quoniam puteus altus est, quæstionesq. maximæ insunt in Scripturis nō tam natura sui obscuræ, quam oculorum nostrorum acie infirma, qui caligamus ad lucidissimam solis rotam. Alteram causam addit cum Tertuliano Euthymius è figuris depromptam; Quibus CHRISTI & eius actionum, ac gratiæ prænunciatio erat tegenda. Omnia quippe hæc (ait) quæ ad Gentium uocationem pertinere uidebantur, prophetæ de industria obscure admodum pertractarunt; ne si Iudæorum gens futuram Primogeniti Israelis ruinam, & Gentium uocationem cognouisset, sacros libros, ubi hæc prædicta sunt, omnes igni tradere, atque eorum memoriam delere studuisset. Videlicet DEVS prænouerat Iudæorum duritiam, atque inuidiam. Neque audisti, (ait Esaias) neque cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua: scio enim, quia præuaricans præuaricaberis; & transgressorem ex utero uocaui te. Quin & Paulus Incarnationis mysterium ita fuisse inquit absconditum, ut dixerit. Cuius (Ecclesiæ) factus sum ego Minister, ut adimpleam Verbum DEI, mysterium, quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus, & nunc manifestatum est sanctis eius. Ea item obscuritatis est causa, quod omnis prophetia (inquit Irenæus) priusquam habeat efficaciam, ænigmata, & ambiguitas sunt in hominibus: cum autem uenerit tempus, & euenit quod prophetatum est, tunc prophetiæ habent liquidam, & certam expositionem: quamobrem & in Daniele scriptum est. Muni sermones, & signa librum uel que ad tempus consummationis, quoad usque discant multi, & impleatur cognitio. Sic igitur Theſaurus in agro absconditus, & Cruce CHRISTI, & tēpore reuelandus fuerat. Ac quidem Hieronymus cū Philippo presbytero causam adiecit dicēs, hinc uel maxime Prophetas esse obscuros, quod dum repente aliud agitur, ad aliud persona mutatur. Paulum autem scripsisse pleraque difficilia intellectu, tum quod non

non

A non omnia omnibus patere uolebat, ac properans ad insinuandum Euangelium curam non habebat perspicuitatis, tum quod non quærens ornamenta sermonis (ut scripsit Origenes) noluit incedere in sublimibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus. Itaque quod de eo Hieronymus inquit. Non iuxta humilitatē Paulus, sed uere dixerat, etsi imperitus sermone, non tamē scientia, Hebræus ex Hebræis, iuxta legem Phariseus profundos sensus Græco sermone non explicat, & quod cogitat in uerba uix promit. Et hæc tamen omnia sapientissime facta sunt, ut prouocemur ad intelligentiam (ait idem cum Theohlacto Hieronymus) & ad illud, quod in Euangelio dicitur: Petite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur uobis. Et ut uarietas locutionis fastidium tolleret, dicit Augustinus; quandoquidem uniformia (ait Theodoretus) satietatem pariunt. Et (quod scripsit Gregorius) ut dispensante mirabiliter Deo, multipliciter exponeretur, quod in sacro eloquio obscure dicitur. Neue (inquit Augustinus) mysteria uileſcerent, sed ut quæſita exercerent, aperta pascerēt. Cum & idem hoc factū esse testetur alibi non minus ad edomandā labore superbiam, quàm ad intellectū à fastidio reuocandū. Sic enim in locis (ait) apertioribus Spiritus sanctus fami occurrit; in obscurioribus fastidia detergit. Utq. ea, quæ per parabolas dicuntur tenacius memoria hereant, id quod non solū Hieronymus, sed & Chrysostomus dixit. nec uero Sancta darentur canibus, & Margaritæ porcis, neque prophanis cælestia parent; præterquam quod ad infirmitatem, & captum audientiu se accommodat Diuina scriptura, ut contra Iulianum Augustū scripsit Cyrillus, atque ex Augustino ad Volusianum ostendimus supra. Denique, ut hæretici cœci fierent, aientes Scripturas esse faciles, atque omnibus peruias, quem errorem à plurimis Theologis, & à Petro ipso Apostolo confutatam Robertus Bellarminus lib. 3. de Verbi Dei interpretatione, Tomo primo abunde explosit. Quin & Laurentius à Villauicentio agit, unde in libris sacris existat obscuritas, quoue ordine amouēda sit, cum antea

causas difficultatum existere docuisset, ex argumenti ignoracione; ex mendo Scripturæ; è distinctione non in loco facta; ex prononciationis habitu minus accommodo; ex uia dictione, dum uidelicet ignoratur significatio eius, aut propria, & natiua, uel translata, & per tropum contingens: ex pluribus dictionibus, quæ euenit propter Hebraicam constructionem, siue phrasim, siue schema aliquod latens; Ex totius item sententiæ habitu, que quidem prouenit ob figuratum sermonē, ob rerum ignoracionem, siue minus attentam earum considerationem, ob ignorantiam consuetudinis Scripturarum, quæ ipsa consuetudo alia est obseruanda, Vniuersis libris sacris communis, alia quibusdam libris peculiaris; Ex Dei etiam uoluntate, qua non nisi paruulis sua mysteria aliquando uult reuelare. Porro Theologus hic quattuor libros, qui extabant, de recte formando studio Theologiæ restituit, atque ex prælis Antuerpiensibus, quæ tū erāt in ædibus Viduæ, & heredum Steelfij, emisit anno huius sæculi sexagesimo quinto: Libros, inquam, multis nominibus utiles; at uero utiliores, si quas diximus Diuini Codicis uersiones, atque editiones Patrū sic incorruptæ eo tempore exiissent in publicum, quemadmodum postea magno Reipublicæ Christianæ commodo factum est.

C

D

SENSUS SCRIPTURAE MULTIPLEX, QUAEUE ad eum asequendum Regulae, siue Canones, aut auctores adhibendi. Caput XUIII.

QVONIAM ergo Diuina Historia recessus habet abditos, nec ipsius, sicut reliquarum Historiarum humanarum superficie tenus pendendus est sensus. Id primo statuendum est, hunc esse multiplicem, Litteralem primo, siue Historicum; & Spiritualem, siue Mysticum. Qui omnes petendi sunt è sinu Ecclesiæ, quæ firmamentum est, & columna ueritatis. De his sensibus cum plurimi egerint, ne in immensum procedat oratio; è Patribus aliqua, ex recentiori-

Orig. lib. 6. ep. ad Rom. Hieron. in ep. ad Titum in cap. 1. Vide Clon. Alex. Stro. 6. et Hieron. in prof. quos in prophetas scripsit. c. Hiero. li. 7. in Es. c. 18. Et theophilus. Luc. 8. g. Math. 7. August. in praef. in Psal. 140. Theodoret. serm. 2. de prouiden. Greg. hom. 10. in Ezech. in praef. in Psal. 140. Lib. 2. de doct. Chr. cap. 6. Hieron. in Math. 18. O Chryso. ho. 45. in Mat. Hieron. in ca. 3. Nauii q. Dionys. c. 2. cel. Hieron. c. Cyril. li. 1. c. 1. Iulianus Laur. à Vil. laur. cap. 3. lib. 2. de ratione studij Theologici.

Vnde sacre scripturae sensus petendus est.

Greg. in lib. 20. Moral. esp. 1.

Dialog. scrip. ture. Encomium.

Aug. de Re. tra. lib. 2.

2 Lib. 3. de doct. Christ. b. Prefat. cō. ment. in Ps. c. lib. 1. de summo Bono

Quæ duo cauenda in Scripturis. Hieron. in prefat. ad Amabilem in decē visio nes. Ista. c. Euthym. in Ps. 150. Hieron. ad Pammachiu. de errorib. 10. Hierosol. Hieron. pra. jat. li. 18. in Esa. c. 16. 35. Ezechie. Aug. lib. 20. de civi. Dei. cap. 7. h. Apoc. c. 20 i Orig. li. 4. Peri. Arcen. cap. 2. Hierony. q. 12. ad Hedibiu. c. in Amos. c. 4 m Aug. de v. ril. cred. c. 3. c. sup. Gen. c. 2. in impf.

tioribus reliqua: mox paucos afferam, qui vel antiquitus, vel hoc seculo Diuinam Scripturam secundum litteralem sensum, qui omnium sensuum est solidum fundamentum, interpretari esse rectius existimantur; si primum Gregorij Magni pulcherrimam hac de re sententiam posuero. Quamuis, inquit, omnem scientiam, atque doctrinam scriptura sacra sine aliqua comparatione transcendat, vt taceam, quod vera predicat, quod ad celestem Patriam vocat: quod à terrenis desideriis, ad superna amplectenda cor legentis immutat: quod dictis obscurioribus exerceat fortes: & paruulis humili sermone blanditur: quod nec sic clausa est, vt pauesci debeat, nec sic patet, vt vilescat: quod vsu fastidium tollit, & tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur: quod legentis animum humilibus verbis adiuuat, sublimibus sensibus leuat: quod aliquo modo cum legentibus crescit: quod à rudibus lectoribus, quasi recognoscitur, & tamen doctis semper noua reperitur: vt ergo de rerum pondere taceam, scientias tamen omnes, atque doctrinas, ipso etiam locutionis sue more transcendit: quia vno eodemq; sermone dum narrat textum, non immutato dicendi ordine, eisdem ipsis sermonibus nouit & antea acta describere, & agenda nunciare, sicut hæc eadem Beato Iob verba sunt, qui dum sua dicit, nostra predicat, dumq; lamenta propria per sermonem indicat, Sanctæ Ecclesiæ causas per intellectum sonat. At enim. Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Sic Gregorius.

Tichonij igitur Aphri, (cuius Augustinus nonnullas expositiones Cypriani expositionibus prætulit) Ilagogenicum volumen habemus, quo septem mysticas regulas ad occultam Scripturarum intelligentiam eruendam edocuit, Primam de Domino, & eius corpore. Secundam de Domini corpore bipertito. Tertiam de promissis, & lege, siue de spiritu, & littera. Quartam de specie, & genere, seu de parte, ac toto. Quintam de temporibus. Sextam de Recapitulatione. Septimam de Diabolo, & eius corpore. Quas quidem Regulas, etsi Augustinus, Cassiodorus, Isidorus, valde laudarunt, earumq; usum ostenderunt, sedulo nihilominus examinant; Quippe Tichonius, licet aduersus Donatistas Hæreticos acerrime scripserit, essetq; in Diuinis, & humanis litteris valde eruditus, non abfuit tamen omnino ab aliquibus Donatistarum erroribus.

Patres autem, tum Græci, tum Latini nō vno, & eodē loco materiam hanc sunt persecuti; sed vt sese dabat occasio, Canones quosdam, vel Regulas ad varios Scripturarum sensus eliciendos tradebant. Quas omnibus fere diligentius quoniam Martinus Martinus lib. 7. Hypotyposeon capite 1. collegit, fat fuerit, & Auctorē ac locū paucis inde depromptis indicasse. Eo enim laborauit, vt extrema illa duo cauerentur, quæ sane fugienda sunt, tum ne putemus eos, qui litteralem sensum inquirunt, à Christiana Religione ad Iudaismum deficere, si ea, qua decet ratione id faciant: tum ne mysticis sensibus præter id, quod par est, addicamur. Origenes enim (ait Hieronymus) ingenij sui acumina putabat esse sacramenta. Et allegoricas expositiones (inquit Euthymius) persepe afferre docti omittunt, quod hi sensus facile destruitur, & quia multis grati nō sunt. Quin & propterea errauit Origenes; quod quæ accipiēda erāt simpliciter, accepit figurate. Sicut alij cōtra: quod simpliciter, & proprie accepissent, quæ figurate fuerant accipiēda: Papias, Iustinus, Irenæus, Tertullianus, Lactātius, & alij: qui quæ dicuntur in Apocatyphi, de Hierusalē, & mille annis, quibus regnaturi sūt Sācti cū Christo, hæc in terris implēda, sunt opinati.

Ad Martini laborem quod attinet, postquam ē Græcis, & Latinis exposuit quid sit Parabola. Prouerbum, Paremia, Allegoria, Aenigma. Diuināq; scripturā ostēdit quatuor ad summū sensus posse admittere, nō quidē omnes simul, sed iuxta locorū, & tēporum opportunitatē, pergit de iisdē sensibus scripturarū afferre, quæ vni sūcti tradidere ex Origene, ex quo Hieronymus, sua pleraque hac de re desūpsit, ex Augustino, & alijs. Regulas porro ceterum ex iisdē nono, & decimo suarū Hypotyposeon libris adtexuit, quæ huc faciūt: Quas hortor in Domino, vt Scripturarum studio-

A studiosi perlegant, atque aliquem in ordinem pro suorum studiorum ratione redigant. Quantum enim illud est, quod Hieronymus inquit? Necessarium est Scripturæ (ait) operam dare, & sensum Prophetæ, aut Apostoli callere volentibus intelligere cur scripserint; quam sententiam suā ratione firmauerint. Quid habeat in vetere lege propriū Idumæi, Moabitæ, Ammonitæ, Tyrij, Philistiim, Aegyptij, & Assyrij. Quid rursum in nouo Testamento Romani, Corinthij, Galatæ, Philippenses, Theſsalonicenses, Colossenses, Hebræi, & Ephesij. Necesse est enim iuxta diuersitatem locorum, & temporum, & hominum, quibus scriptæ sunt epistolæ, & libri diuersas & Causas, & Argumenta, & Origines habeant; & quæ sequuntur. Rursum quanti momenti alterum illud eiusdem Hieronymi est? cum inquit. Multa dicuntur in scripturis iuxta opinionē illius temporis, quo gesta referuntur.

Hieron. li. 1. come. in ep. ad Epheſ.

Hiero in lerm. cap. 28.

B non iuxta quod rei veritas cōtinebat, vt in Ieremia: Tulit Ananias Propheta catenam de collo Ieremiæ; & erat pseudopropheta, denique & Ioseph in Euangelio Pater Domini vocatur, & ipsa Maria, quæ sciebat Dei spiritu cōcepisse, & responderat Angelo: Quomodo fiet istud, quoniā virum non cognosco? Loquitur ad Filium: Fili quid fecisti nobis sic? ecce ego, & Pater tuus dolentes quærebamus te. Quanti iterū illud, quod Eucherius, & Theodoretus monent. Prædicere (ait ille) solet Dominus sine dubio futurū, quod admonendo dicit. Sic dicitur ad Abimelech: Ecce tu morte morieris; & tamen mortuus non est, nec Deus mentitus est. Theodoretus autē. Non eo (inquit) Deus pœnas minatur, vt ijs, quibus minatur, inferat, sed vt metu perterrefactos ad respiciētiā vocet; & cum, nequitia, quam committunt, eos liberauerit, eis salutem afferat; non enim minatus fuisset, si punire veller. Sic ille. Quare ē paucis istis intelligat cordati, quāti ponderis futura sint, quæ centum Regulis ijs, quas diximus à Martino Martino collectas, continentur.

Eucher. lib. 2. in Genes. cap. 31. Gen. 29. Theodoret. in pref. 1. prophet.

Sanctes itē Pagninus Tichoniū, & Augustinū imitatus, vberē ad sacras litteras Ilagoge confecit, in qua ex antiquis Patribus Regulas nobis reliquit de exponēdis obscuris phrasibus, figuratis lectionibus, & mysticis Diuinarū scripturarū sensibus. Neque vero hoc labore contentus, alterū quoque edidit opus in duodeviginti libros distributū, quos Ilagogas ad mysticos sacre scripturæ sensus intelligēdos inscripsit, iuxta Alphabeti seriē de sensibus mysticis, & spiritualium sacrarum dictionū tractans, atque vniuersam pene scripturā, occasione hac, mystice exponēs.

At quoniam idem ipse Sanctes Pagninus ijs libris eadem præstitisse videri posset, quæ Hieronymus Lauretus Cornariensis sua Allegoriarum sylua complexus est, ideo quid inter vtriusque labores intersit, dicendum est, si prius quid initio hic tractet, exposuero.

Sylua Allegoriarum quæ anno 1575. apud Gasparem Bindonum Venetiæ edita fuerat, Parisiis excusa fuit apud Sōniū anno 1584.

Aperuit enim & statuit Lauretus in primis aditum, qui ferret commode in syluam ipsam Allegoriarum, in quo agit de varijs scripturæ sensibus. Nam vbi attigit quæ ad vtilitatem Allegoriarum pertinent, mox differit: Quid sit sensus litteralis. Quid sensus spiritualis. Quid typus, & figura. Quæ figurata locutio. Quatenus extendenda sit Allegoria. Quæ sit optima Allegoria. Quando vna res typus sit plurium. Quomodo triplex sit sensus spiritualis. Quod nam discrimen sit inter typum, & Allegoriam secundum aliquos. Quid Parabola, quid ve hæc per locum à similibus, aut dissimilibus. Quæ discretio Parabolæ, & Allegoriæ. Quid sit sensus litteralis Parabolæ. Quatenus explicanda Parabola.

E Atqui Alphabeticum quidē seruauit ordinem, sed Religiosæ suæ familiæ negotijs distentus, quōdāq; operis moles superabat vnus hominis vires, in singulis dictionibus, quæ allegorice abundāt, ea collegit, quæ primo occurrerāt. Quamobrem sæpe, quæ priorem locū postulabant, sunt sortitæ posteriorem; cum tamen interdū (licet non perpetuo) curasset, vt quæ de Deo dicerentur, hæc principem locū obtinerēt: mox quæ de Angelis, quæ de Bonis, & Virtutibus, quæ de Dæmonibus, de Hæreticis, de Malis, & Vitiis, ea sequētib; sedibus locarētur. In quibus omnibus cum citat locum, cui non addat Allegoriam, id, eo consilio fecit, vt intelligeretur, existimasse quidem sese ibi latere Allegoriam; sed cum eam apud illam Auctorē

NOTA

haud compe risset, noluisse è proprio capite fingere, sed exercendis legentium in- A
geniis relinqueret: quam tamen ipsi fortasse essent inuenturi.

De discrimine autè inter Isagogè Sanctis Pagnini ad mysticos sensus sacrae scri-
pturae, & eiusdem Laureti sylvam Allego-
riarum hoc dici potest. Pagninus foecun-
diora ceteris omiſſis vocabula selegit. Lauretus oia conatus est amplecti, in qui-
bus aliquid Allegoriae posset è quolibet alicuius notae Auctore inuenire. Pagninus
citatur vberius Patres, afferens ipsamet verba, vt vel vnus auctoritas tota impleat
pagina. Lauretus ad marginè notat loca, ne plus iusto volumè augetur. Pagni-
nus sola tractat mystica. Lauretus etià cõplura, quae spectant ad sēsũ litteralẽ, phra-
sesq. & varias vocũ explicat acceptiones: Vt hic Allego-
riarũ liber commẽtarij, atque Indicis locum habere possit in sacra scriptura, & Patres præcipuos.

Discri men-
inter Isago-
gen Pagni-
ni & Syl-
uam Alle-
goriarum .

Quid Bor-
romæus car-
dinalis cogi-
tatur de
sylvam Alle-
goriarum .

Aug. Tom.
3. lib. 7. de
locutioni-
bus Scriptu-
rae .

Isidorus .
Hugo de S.
Victore .

Petrus Ber-
thorius .

Io. Gerson .

de locis
Theol. c. 6. 7
c. 8. c. lib.

4. 5. c. 6.
Lib. 2. c. 3.
de dogm. Ec-
clesiasticis

c. lib. 3. de
verbo Dei

cap. 3. c. 4.
d. Præfat. in
Psal.

Secũda ad-
monitio .

Clavis a-
pertsima ad
aperiendos

sensus my-
sticos .

Clavis alte-
ra .

Cautio .

NOTA .

Carolus autè Borromæus Cardinalis vir optimus, cũ huius Syluæ vltim cuperet
faciliorem, ac fructuosiore, statuerat, rerum, quae vocibus Allegoricis desi-
gnabantur, ac primo ponuntur, vocabula præponere: quem laborem fortasse pius
aliquis & doctus suscipiet, Allegoriasq. ipsas meliore ordine disponet, vt Reipu-
blicæ Litterariæ in proximorum salutem commodet.

Ac ex antiquioribus quidem extant scripta de schematibus, & tropis, hoc est
figuris, & modis locutionum sacrae scripturae, quam antea rem Augustinus pertra-
ctauerat: Isidori item, & Hugonis de S. Victore Allegoriae in vtrumque Testamen-
tum: Reductorium quoque morale in Biblia Petri Berthorij, quemadmodum &
Richardus de S. Victore de difficultatibus egit Scripturae; ac Ioannes Gerson de
sensu litterali eiusdem sanctae Scripturae tomo primo.

Ad sæculum hoc nostrum vt redeamus, vere foecundum ingenijs, hæc de sensi- C
bus Scripturarum adicienda sunt. Primum hocce, vt diximus, è sinu Ecclesiae pe-
tendos esse: quem ad locum pertinent, quaecumque de Iudice controuersiarum in
rebus Fidei, ac de traditionibus à Melchiorè Cano, à Driedone de Ecclesiasticis
dogmatibus, & ab alijs, ac potissimè a Bellarmino, qui eos omnes perlegit, afferri
potuere; Deinde d. Cornelij Iansenij admonitione nõ esse negligendã, qua rone trad-
dit versandi solide, (vt ipse ait) ac feliciter in mysticis Scripturarũ, & præser-
tim Psalmorũ sensibus. Mysticorũ sensũ (inquit) duo sunt loci vnde petedi sunt .

Alter est ipsarũ creaturarũ omnium visibiliũ, quas ab initio Mũdi non solũ sic crea-
uit omnium Conditor Deus, vt humanis seruiret vñibus, & necessitatibus corpora
libus, sed etiam vt suis proprietatibus adumbraret res spirituales, atque celestes .
Itaque dum in Psalmis iuxta litterã canuntur Dei beneficia per creaturas nobis

præstita, iuxta sensum mysticũ intelligenda sunt, & ea spiritualia bona, quae crea-
turae suis proprietatibus designant. Vt cum canitur cælos enarrare gloriam Dei;
& intelligamus cælos corporales Dei gloriam nobis deprædicare, ac declarare;
& multo magis intelligamus cælos spirituales, Apostolos scilicet, & viros diuinos;

idẽ multo perfectius præstitisse, & præstare. Id diligenter obseruatũ aptissima erit
clavis ad aperiendos sensus mysticos in littera latentes. Alter locus, vnde petedi
sunt sensus mystici, est personarum, & rerum gestarũ, aut institutarũ cerimoniarũ,
quae in Scripturas veteris Testamenti celebratur. Cum enim teste Paulo, omnia in
figura contigerint illis, quaecumque de his scripta sunt, nouo Testamẽto iuxta spi-
ritualem sensum accommodada sunt, si modo momentum aliquod singulare in se

habeant. Sicq. in his, quae David cecinit, vel sibi Diuinitus præstita, vel à se glo-
riose facta, aut tolerata, simul intelligere oportet quae Christi sunt in Dauide adũ-
brati. Vt tamen solide vterque hic locus mysticorum sensuum tractetur, diligen-
ter obseruanda sunt ea Scripturarum loca, in quibus innuitur quid vel creaturæ
quedã, vel res Testamenti veteris mystice designent, vt iuxta formã in Scripturis

insinuatam, non autem pro libera cuiusuis ingenij adinventione, mysticus sensus
eruat, atque tradatur, & ibi mysticũ aliquid queratur, vbi mysticũ aliqd esse ex
Scripturis colligi potest. proinde vtilissimũ foret adnotata habere omnia ea Scri-
pturae loca, in quibus quedã mystice tractata sunt, atque exposita. Hæc Iansenius.
Præterea

Præterea Patrum viam esse insistendam, qui aliter cum populis, aliter aduersus
hæreticos, aut alios infideles agunt, cum diuina tractant eloquia: vt non facile
eosdem esse agnoueris, si Hieronymum contra Iouinianum, & Vigilantium: Augu-
stinum contra Iulianum, Cælestinum, Faustum, & eiusmodi alios: Bernardum con-
tra Abaylardum, aut Gilbertum Porretanum scribentes legas, vel si eosdem hor-
tationibus, epistolis, sermonibus Catholicos ad pietatem excitantes audieris. ni-
mirum, (quod Iosephus Acoſta prudenter vidit) Bernardus aliàs scripturarũ con-
cinnationibus diffuēs, cum Abaylardi errores insequitur, aut Gilberti Porretani,
longe alio stylo Scripturas citat, ne latum quidem vnguem à genuino illarũ sen-
su recedens. Seria enim sunt hæc, quae Fide tangunt, neque admittunt spariandi li-
centiã, quã minime respuit Fide bene fundata deuotio, aut etiã liberalis eruditio.

Tercia ad-
monitio .

Ioseph. Aco-
ſta lib. 3. de
Christo reue-
lato. cap. 8.

Benedicti
Arie liber
de Arcano
serm.

Vndecim
mille sacre
scripturae
loca vbi nã
explicatur.

Ceterum quae Benedictus Arias Montanus in Apparatus sui eo libro, quem Io-
seph, siue de Arcano sermone inscripsit, huc spectant, neque enim tam verborum
interpretationes, quam rerum proprietates, naturam, & vim ibidem se indicasse
scribit, atque vltra vndecim mille sacrae scripturae loca aperte se explicasse profi-
retur, ad quae cetera quaecumque eiusdem generis fuerint, referri queant. Ac pri-
mo agit de diuisione rerum, tam quae sunt, quam quae insunt, vel ad sunt, ex quibus
arcanus instituitur sermo, ac symbola petuntur: mox de tempore, ac duratione:
deinceps de symbolorum, siue Arcani sermonis tractatione, & vsu: denique de
quibusdam animaduersionibus ad Arcani sermonis rationem tractandam oppor-
tunis. Tum vero ipsam rem aggreditur: de Deo, & Arcanis eius nominibus, de
Angelis, ac reliquis rebus edisserens.

Poteram autem ante istos Auctores, ratione exponendi sacra volumina è Sixto
Senensi multiplicem ostendere: At visum est satius, eam hunc referuare in locum,
vt esset eorum, quae dicta, vel indicanda sunt, quasi compendium, & indicium. Ter-
tio igitur libro suae Bibliothecae Artẽ hanc vniuersam in tres distribuit partes DE-
FINITIVAM: quae Diuinæ scripturae sensus, & expositiones describit: sũt autẽ (inquit)
sensus duo: videlicet Litteralis, qui duplex est, Proprius, & Metaphoricus. Myſti-
cus, qui triplex, Moralis. Allegoricus. Anagogicus. Expositionum item genera
sunt duo: nempe Vniuersale, quod est quadruplex. Historicum. Morale. Allego-
ricum. Anagogicum; Particulare; quod est triplex. Elementare, Physicum, Prophe-
ticum. INVENTIVAM: quae iã descriptos Diuinæ scripturae sensus inquirere, & inue-
nire docet: cuius species sũt Tropica, Topica, Chronologica, Physica, Mathema-

Ratio mul-
tiplex sa-
cta volumi-
na explicã-
di è Sixto
Senensi.
DEFINITIVA
pars.

INVENTIVA.
DISPOSITI-
VA, siue Me-
thodica.

tica, Ethica. DISPOSITIVAM, siue Methodicam, quae inuentas sensuum expositiones
in varias redigit Methodos, quarũ præcipue sunt sequentes; TRANSLATIO quae fuit
Tetrapla, Exapla, Octapla. STIGMATICA, SYLLABICA, PARTITIO vel diuidens, vel
colligens. EPITOME. ECLOGE, quae est vel speculum, siue loci cõmunes sine exposi-
tione, vel cum expositione; siue Harmonia litteralis, vel numeralis. NOTARIACA
PARAPHRASIS. pressior, vel latior. LEXICE ADNOTATIO marginalis, siue interlinea-
ris. COMMENTATIO; SCIOGRAPHICA: TABELLARIA. ENARRATIO, vel Homilia, vel De-
clamatio. COLLATIO; siue continuata, siue interrupta. MEDITATIO. POEMA Carmi-
neũ vel profocarmineũ. EPISTOLA: INQUISITIO, siue Problema, vel Quæstio, siue Di-
spuratio. COACERVATIO sensuum, vel locorũ communiũ. THEMATICAE, COLLECTA-
NEAE, quae est vel Rapsodia: vel Sillegma, vel Abbreuiatio. AGIOGRAPHICA, siue Ec-
clesiastica, quae est Anonyma, vel Proonyma; siue Ethnica, quae est catena, vel cẽ-
ro. SCHOLASTICA, quae est vetus, vel noua. NOVA autem Concordantiaria, Dictio-
tionaria Historica, Postillaris, Quæstionaria, Lecturalis, Compendiaria, & hæc
Profana, vel Metrica, quae est vel Vniuersalis, vel Particularis, ac quedã Colum-
naris, vel Arborea. METRICA porro est, vel Carminea, vel Profocarminea; hæc au-
tem tum Rhythmica, tum Leonina vel Monorythmica, vel Dirythmica, vel Aequi-
littera, hæc vero simplex, vel Picturata. Sunt item Sermonaria, Meditatiua, & hæc
demissa, vel sublimis. Post Scholasticam est PANDESIACA. De quibus singillatim
toto eodem tertio libro suae Bibliothecae agit idem Xystus Senensis.

Methodicæ
rationis ex-
ponendi sa-
cræ scri-
pturæ 23.
genera à
Xysto Senẽ
si collecta.

Methodicæ
rationis ex-
ponendi sa-
cræ scri-
pturæ 23.
genera à
Xysto Senẽ
si collecta.

Iam

Iam vero quoniam praecipua cura debet in Diuina Historia esse literalis sensus, A qui est tamquam ipsa veritatis basis, ideo paucissimos e multis afferemus, qui videntur eum recte assecuti, si prius, quid de quibusdam antiquis senserit Sixtus Senensis dixerimus. Is enim quo valebat ingenio paucis verbis quorundam nomina complexus est hunc in modum.

Historiam Hebraeis, & Graecis fontibus hausta. Chrysostomus, Gregorius. Hieronymo discas duce. In dubijs, atq. caligine mersis Aurelius lucem feret. Allegorias, Anagogenq. recludens Origenes, Ambrosius. At breuis, & facilis non est speranda tyroni Lyrensis expositio.

Exponent sensus formandis moribus aptos, Nos de nostri saeculi scriptoribus haec dici posse credimus. Quae Adami Sasbouth nomine circumferuntur comentaria in quaedam Pauli Apostoli epistolas, quae quidem B Ioani Hesselensi eius praecptori tribuuntur, quale deceat esse literalis sensus interpreti, apprimè ostendunt. Quae vero in Isaiam, eiusdem Adami nomine scripta sunt, sapiunt quidem ingeniu, atq. iudiciu; veruntamen haec ad priora illa non accedere, viri sentiunt eruditi. Forerius autem in eundem Isaiam est optimus.

In Biblio- theca sa- bra. Cornelius item Iansenius in omnia, quae scripsit, praesertim in concordiam Euangelicam, & in Proverbia, ut etiam in reliqua, de quibus alibi egimus, se magno valentem iudicio, vti & eruditum ostendit: id quod testari sunt, qui illius harmoniae subscribere, dicentes. Commentarios eius in concordiam Euangelicam tum pietate, ac maturo iudicio, tum eruditione, scriptos eius propria manu futuros vtilissimos. Veruenimvero negandum non est (vt omnes non omnia possumus) quaedam in hoc opere a viris doctis non probari, quae tamen facili negotio, vel C demi, vel addi possent, concedentibus iis, ad quos id muneris spectat. Ea sunt quae- cunque ad Erasimum (quem saepe appellat honorifice) pertinent: qui si quid veridixit, id (sicut alibi diximus) primo ex Ecclesia Catholica accepit, cui sua reddenda sunt: quae vero de suo saepe adiecit, in plerisque lapsus est, vti superiore libro monstrauimus. Porro desiderantur in Iansenio citationes Patrum, e quibus multa apposite deprompsit. Digressiones minores, aut longiores, qui cupiunt breuiore, suas habent causas. In ea quae disseruerat in sextu Ioanis Euangelii caput, non defuit, qui librum scripsit, Didacus Castillus, quem libru nouissime edidit Romae. At Fraciscus Toletus Societatis nostrae in Ioanem scribens, ea praestitit, quae in Iansenio desiderabatur, explicationib. enim primo, mox adnotationib. vix quidquam omisit, quod non fuerit dilucide, breuiter, & quidem ad litteram, expositum, cum D & si quid aduersus Iansenium poterat dicere, id suppresso eius nomine modeste fecit. Eiusdem Toleti duos tomos in Euangelium Lucae expectamus eadem ratione conscriptos: At & Genebrardus Psalorum litteralem sensum est maxime assecutus.

HABITUM, ET GESTUM SIVE Actionum observatio, quae in Diuina Historia notantur, quam vilitatem ferat, & quinam de his egerint aptius. Caput XIX.

SENSUS & proprietates verborum, quae sunt in sacris eloquijs B qua ratione, atque vnde peti possint, diximus. Restat Actio, qua habitus, gestus, situs, affectiones corporum, & animorum designantur. Quae quidem actio, si pene principem in arte dicendi tenuit locum apud ethnicos, certe pernecessaria est obseruatu in Diuinis scripturis: vbi frequens, ac quidem non tam prudenti hominu iudicio, quam Spiritus sancti afflatu adhibita, facit, vt exactior sententia, & significatio rerum percipiatur. Altius nimirum haeret in animis quod spectamus, quam quod tantummodo audimus: Quin etiam quod praeter distantiam loci, vel populi stre-

Panegy. Confess. asserit.

ali strepitum, ac multitudinem, ad aures nostras peruenire non potest, id si qua actione proponitur, illico, & quasi vnico prospectu asportamus nobiscum. Quod sane ijs accidit, qui populo clamante, Pilatum manus ad testandam animi innocentiam lauandam conpexere. Huius ergo Actionis, quae passim in Vetere, ac Nouo Testamento cernitur, cum nulli extarent libri, Benedictus Arias Montanus Translationem magno iudicio confecit, quae dicitur liber Ieremiae, cuius materiam hic posuisse ob oculos expediet, vt quantum illius operae pretium aestimandum sit, intelligatur ab omnibus. Egit igitur inprimis de Ratione habitus, & gestus, eorumque cognitione, & vtu, mox quaedam attigit, quae spectant ad simplices, atque compositos, qui communes omnibus nationibus cum sint, perpetuam quoque significationem habent, vt federe, aut iacere, quod est miserorum, atque merentium: vt sublimes oculi, qui sunt superborum, sicut demissi modestorum, aut pudibendorum: Deinde alios habitus, & gestus ita distribuit, vt alios dicat ex voluntate, studio, cogitatione, atque imitatione oriri, qui non omnibus communes, neque vbique iidem sunt, vt stare orantium, & spectatorum. Alios ex consuetudine, vt vnguentorum, & cineris vsus: ille ex hilaritate, & iucunditate, hic ex coestitudine ductus. Ex ijs etiam, (ait) qui consuetudine constant, quidam sollemnes sunt, vt capitis velatio damnatorum. Est rursus aliud habituum genus, cuius formae non vno apud omnes, eodemq. modo spectantur, sed pro vario singularum personarum animo & studio, aliter atque aliter sunt, quorum singulares seorsum significationes reddere difficillimum sit; si formae ipsae tantum respiciantur, quae exemplo simili plerumque carent, vt caput inter genua ab Helia coniectum, Helisaei in puerum vita functum procubitus. Si vero genus ipsum consideretur, facile in formarum significationes penetrabitur. Sumuntur etiam habitus ex muneris atque officij ratione, vt federe docentium, & stare discipulorum, praecedere ductorum, sequi militum, & discipulorum. Sunt praeterea habitus quidam in signum, testimonium, & diuturnum rei gestae monumentum, vt lotio manuum a Pilato coram populo inita: & excussio pulueris pedum, ab Apostolis aliquando facta. Atque ad hanc rationem multi Prophetarum habitus referuntur. Porro quidam gestus, & habitus virtutum, aut vitiorum sunt indices, vt irrisorium, labra mordere, terram pede terere; amicorum, arridere, gratulari. Nonnulli etiam aliquando virtutem indicant, nonnumquam vero vitium arguunt, cum tamen iidem sint habitus, quoniam vitium virtutes non raro imitatur, vt extentum collum libertatis nonnumquam, interdum vero insolentiae signum est. Atque ad hoc genus pertinent notae omnes, quorum frequens in libris Sapientialibus vocatis, Salomon vsus est. Accedit autem aliquando, vt habitus non propriam formae suae significationem ex vtu habeat, sed eam, quae proprie contraria est, idque ex abusu, vt purpura CHRISTO a militibus, non ad confessionem Regni, sed ad irrisionem, & sarcasmon inducta est.

Porro genus illud apud Prophetas insigni quadam nota obseruatum, propriam certamque exigit ad cognoscendam animi attentionem, quod rara aliqua, & illustri actione spectatur, ac singularem aliquam, & diuturna mentione recolendam, maioreque animi motu excipiendam significationem habet. Huius autem formae, multae, ac variae sunt: vt quod Moyses puluerem pugillo comprehensum in aera iactauerit aduersus omnem terram Aegypti. Iosue hastam contra Hai, expugnationis significandae causa, tetenderit: eodemque iubente, Principes Israelitae pedes captorum Regum cernicibus imposuerint. Isaias liberos certos ex Diuino decreto genuerit, nominibusque appellauerit portentosis. Moyses velatus prodierit, cordis Iudaeorum coecitatem, & Veteris Testamenti obscuritatem indicans. Ezechiel vasa captiuu populi iussu DEI paruerit, in signu Israeliticae transmigrationis. IESVS CHRISTVS puero ostenso, simplicitatem praecerit. Angelus fortis motu larem lapidem in mare proiciens, dixerit, simili impetu proicietur Babylon. Et huiusmodi plurima, quorum rationem satis, vt arbitramur, idoneam, ex nostris in

Habitus, & Gestus qui simplices, communes proprijs, compositi.

Vnguentorum, & Cineris vsus.

Capitis Velatio quid.

Caput inter genua ab Helia coniectum quid. Sedere Stare Praecedere

Lotio manuum Pilati.

Labra mordere Terram pede terere. Arridere. Extentum collum.

Purpura Christo imposita.

DE PORTENTOSIS ACTIONIBVS.

Exod. 9. Moyses puluis in aera.

Iosue 8. Iosue 10. Iosue hasta contra Hai

Isai. 7. Isai. liberi

2. Cor. 3. Moyses velatus.

Ezech. vasa Masch. 1. 8. A Iesu proiecitur ostentus.

Apoc. 18. Angeli lapidum mare

Hoseam

Arias Monachus in Historiam.

2. Paral. 18.

Gell. lib. 2. cap. 5. Achilles Bochius lib. Symbo. 17. Diod. Sicul. Justinus. Curtius.

Hoseam Prophetam Commentariis petere, propriam autem singulorum expositionem, aut ex librorum, de arcano sermone, & Actione, diligenti lectione observare, aut a nobis certo opere ad eam rem composito, si Deus vota prober, expectare licebit. Hoc autem genus omne portentofarum actionum appellamus, quod ad res certas Diuini consilij decreto portendendas est institutum. Quae ratio non modo a veris Prophetis frequentata sed a Pseudoprophetais etiam est usurpata; nec raro apud Gentium Auctores obseruatur. Sedechiam enim mendacem Vatem veri portenti ementita imitatione cornua sibi aptasse legimus. Aristotelem praeterea iam ferme morientem vinum Lesbium Rhodio praetulisse, ut Theophrastum Menedemo anteponeret. Alexandrum e Naui Asiam iaculo petiisse. Eundem Ephastioni amico os annulo obsignasse, ad taciturnitatis commendare significationem. Haec Arias. Qui postea plane, ac fuse de tota re agit eodem, quem diximus libro.

PARTITIO LIBRORUM SACRAE SCRIPTURAE, & Oeconomia iuxta ipsius materias: ex antiquis Graecis, & Latinis, ac recentioribus. Caput XX.

Initio prioris libri suae Bibliothecae sanctae. Luc. 24. Lib. 4. de fide Orthodox. In suis carminibus. Hieron. in praef. li. Reg. Isido. lib. 6. Etymolog. Hieron. in praef. li. Reg. & Danielis Georg. Ederus lib. suae Oeconomiae initio primi libri. Lib. 6. de rebus in Deum suae cap. 3. Li. 2. de doctr. Christi. c. 8.

PARTITIONES Historiae veteris Diuinae Xystus Senensis varias affert ex Hebraeorum supputationibus, iuxta litteras, vel characteres eorum Alphabeti: Ex Domini item distributione, in Legem, Prophetas, & Psalmos: ex Damasceno, in Legalem, Agiographam, Carmineam, Propheticam, & praeter haec, Binarium vnum: ex Gregorio Nazianzeno, in libros Historicos, & Propheticos: ex antiquis Iudaeis, in Legalia, Prophetica, & Agiographa: ex priscais Latinis, in Legalem, Prophetiam, Agiographam: Ex recentioribus Iudaeis, in Legem, Prophetas priores, Prophetas posteriores, & in Scripturas, hoc est sancta scripta: ex recentioribus Latinis in Legalem, Paræneticam, Propheticam.

Affert Georgius Ederus alias ex Hebraeis addentibus quidem illam, quam diximus Agiographam, sed qui eam Apocrypham nominaret, hoc est incerta scripta, quae tamen sunt in Canone diuinarum scripturarum: E Michaeli Medina, in quatuor ordines, siue aetates. Ex Hebraeo, & Ecclesiastico Canone, ac simul e quibusdam Synodis, in Legem, Prophetas, Agiographa, libros Ecclesiasticos: ex Augustino, in Historiam continuam, & discretam, siue promiscuam; Et in Prophetas improprie ac proprie: Hanc autem, in Maiores, & Minores: ex Petro Aureolo, in Politica, Chronica, Poetica, Hymnidica, Dialectica, Oratoria, seu Prophetica, Ethica, siue Moralitatem. Haec igitur Partitiones, quae denique omnes redigendae sunt ad eos libros, quos in Canone ab Ecclesia Catholica agnoscimus, quosque Tridentina Synodus ostendit; poterit, qui voluerit, inspicere in eiusdem Xysti Bibliothecae, & in Ederi Oeconomiae initio primi libri: Qui & postea versus finem secundi libri, Tabulam aliam ex Dionysio Areopagita, & ex Dionysio Carthusiano, talem confecit. Quae summam totius Diuinae Historiae continet. Sic vero habet.

Vide item LXXIIII de partibus Diuinae legis.

Cap. 3. de Ecclesiast. Hierarch.

Rerum a Substantiam, Quod fit (inquit Dionys. Carthufian.) praesertim in Genesitarum Ordinationem, Exodo & aliis libris Moysis. Gubernationem, Legalem Hierarchiam, id est Principatum Israeliticam plebis sub lege. Quod praecipue fit in libro Numerorum. Tota Scriptura Diuini populi haereditatum distributiones, & habitationes: (inquit Dionysius Areop.) Canonica, & Agiographa, describit, vel Quod fit potissimum in Iosuae libro: ubi describitur quemadmodum Terra promissionis fuit forte diuisa, & distributa in haereditatem XII. Tribuum, quae tunc deditae erant cultui veri Dei. Gubernationem. Regum sapientum, de quibus in libris Regum.

Intel-

A

Intelligentiam Sacerdotum Diuinorum: Ut fuerunt Esdras, scriba velox, & Ieremias, & Maccabaei: De quibus in libris Esdrae, & Maccabaeorum.

Gesta antiquorum virorum in multis & variis anxietatibus Iob videlicet, & Tobiae, ut patet in libris eorum.

Immutabilem in patientia Philosophiam, qua sancti illi viri in rebus aduersis fuerant vsi.

Actionem sapientes synagogas, id est congregationes fideles in actibus strenuas.

Diuinorum Amorum Cantica, videlicet Cantica Canticorum.

Diuinas Imagines, id est personas seu typos spiritualis sponsi ac sponsae, sicut item in Canticis.

B

Futurorum propheticas praedictiones, id est vaticinia Prophetarum, tam quattuor Maiorum, quam duodecim Minorum. Vide Dionysium Carthusianum in cap. 3. Eccl. hierarchiae Dionysij Areopagitae.

REGIONIS PALAESTINAE, CIVITATIS Hierosolymae, & Templi Salomonis notitia necessaria. Quae de eius exactius scripserunt: Ubi & aliqua de Geographia vniuersa. Caput XXI.

C

magnum quoque ut historiis omnibus, sic potissimum Diuinae praesidium affert locorum notitia, seu inspectio, in quibus res gestae sunt, marium, fluminum, portuum, oppidorum, arcium, ciuitatum, agrorum, aedificiorum; quemadmodum item destructiones urbium, inundationes aquarum, transmigrationes populorum, ad hanc ipsam cognitionem pertinent. Cumque scripturae sanctae notitiam de his infimis, verum etiam de supremis, & generalibus ipsius Mundi regionibus, caelo, & terra, vel ipso in Historiae initio agant, altius ipsa Mundi machina pernotanda est; nimirum, quantum huic negotio sit satis. Iam vero post generalem totius Orbis animo perceptam cognitionem, Palaestinae delineatio, locorumque nomina quam aptissime posita, spectanda sunt, futura deinceps rebus & memoriae mandandis, & intelligendis, ac facile explicandis vtilissima.

COSMOGRAPHIAE COGNITIO facta scripturae necessaria.

D

Et Hieronymus quidem meminit libri de locorum Terrae Sanctae descriptione, quem Eusebius Caesariensis inscripserat *τοπογραφίας τῆς ἀγίας γῆς*: in quo etiam distinctionem duodecim Tribuum, cum singulis earum oppidis, & Urbis Hierosolymae, eiusque Templi vniuersam structuram Geographica Tabula depinxit, adiecta breui explanatione, quae singulas totius picturae partes explicaret. Hic vero liber interit, cum adhuc extet superstes eiusdem Eusebij De locis Hebraicis liber vnus, in quo omnium montium, sylvarum, fluminum, urbium, oppidorum, viculorum, aliorumque locorum in sacris litteris nominatorum vocabula congregauit, & litterarum ordine disposuit, atque exposuit: Quod opus ab Interprete male versum, Hieronymus iterum Latinum fecit, resectis nonnullis, quae non satis memoria digna iudicauit; adiecta etiam operi praefatione. Sed & citra Iordanem fluum vnus, ac viginti viri Iudaei a Iosue missi, Palaestinae Chorographiam exploratam, & in librum redactam attulerunt: Qua diligenter inspecta, Iosue regionem eam septem Tribubus sorte distribuit.

Praef. in lib. Euseb. de locis Hebraicis.

E

Ad ea vero, quae de Palaestina habentur in Bibliis, accedunt, quae scripta reliquerunt Iosuephus, & Brochardus monachus vberime, atque alij, qui eam lustrarunt, Petrus Belonius in obseruationibus: Andreas Thevetus in sua Cosmographia Orientali, Iudocus a Ghisele, Bartholomaeus a Saliniaco: Benedictus Arias Montanus Libello, Chaleb inscripto, in suo Apparatu Biblico: Quibus adiungi potest Georgij

Iosue 18. Iosueph. lib. 3. de bello Iudaico. Brochardus monachus. Petrus Belonius. Andr. Thevetus. Iudocus a Ghisele. Bartholomaeus a Saliniaco. Ben. Arias.

Georg. Agricola. Hammonij Itinerarium B. Mariae. Ios. de bello Iud. li. 6. c. 6. Caf. Baron. Abrahamus Ortelius.

Georgij Agricola, & Hammonij Itinerarium B. Mariae. Huius autem regionis, siue potius orbis, urbem olim primariam Hierosolymam accuratissime descripsit Ioannes Sefphus. Sed & multa sunt in priore tomo Annalium Ecclesiasticorum Caesaris Baronij, quae isthuc pertinent: Cum etiam Abrahamus Ortelius in suo Theatro Orbis Terrarum Tabulam descriptionis eiusdem Palaestinae posuerit, quam Titelmannus Stella delineauerat.

Quamquam autem quae de Geographia dici possunt, locum habeant, ubi siue de Historia Naturali, & Humana, seu potius de Mathematicis agitur, hic tamen haud tacendum est, vniuersae Geographiae tractationem, quam Ptolomaeus, & ante illum Strabo, ceterique Solinus, Mela, & alij scribendam susceperunt, non solum noui Orbis, verum Tabularum accessione auctam, & maxime illustratam hoc saeculo fuisse, nisi quod quae Regna, aut Ciuitates conciderunt; quae marium alluione demersa sunt, vel terrae motibus hausta, vel nominum, & variarum sectarum insinuatione faciem pene omnem immutarunt, haec cum veteribus, quorum vestigia cernimus adhuc in antiquis Geographis, & Tabulis, sunt conferenda: & idem ipse quidem Ortelius, cum non semel suum Orbis Theatrum emisisset, varias Tabulas complexus erat, quae Antuerpiae prodierunt in lucem e Christophori Plantini officina, anno huius saeculi septuagesimo nono: Adiecerat Ortelius Nomenclatorem Ptolemaicum omnia locorum vocabula, quae in tota Ptolomaei Geographia occurrunt, continentem, ad fidem Graeci codicis purgatum, & in ordinem elegantem; Quo loco sciendum est, idem sane Theatrum ab Ortelio editum anno huius saeculi septuagesimo, carere iis descriptionibus, & tabulis, quae huic alteri editioni, post nouennium adiunctae sunt: Quae quidem suo loco planius adscribentur, cum de Geographia, & Geographicis scriptoribus, quantum satis fuerit, agetur: Nam, & tum de Tabulis, quae postea Gerardus Mercator euulgauit, erit aliquid dicendum.

Ortelij Theatrum.

Nomenclator Ptolemaicus. Quodnam orbis Theatrum auctius & rectius excusum. Gerardi Mercatoris Tabulae Geographicae.

1570

1590. Christianus Adrichomius Delphensis.

Scriptores de Palaestina.

Ad rem quod attinet, nimirum de Palaestina, & Hierosolyma, & adeo de Salomonici Templi structura, sciendum est, vix sane quidquam (in hoc genere) fructuosius esse posse ad Diuinas litteras, & sensa ipsius Dei Optimi, Maximi intelligenda, sapientiamque ac pretium Christi Domini sanguinis perpendendum: Sed factum esse haec tenus, ut cum permulti hac in re sudassent, quos supra meminimus, non ea omnino hauserint lucem e sacris litteris, quae iisdem intelligendis fuerat necessaria. Et Christianus quidem Adrichomius Delphensis anno huius saeculi nonagesimo, librum ex Officina Birkmannica Coloniae Agrippinae emisit, quem inscripsit Theatrum Terrae Sanctae, ac Biblicarum Historiarum, cum Tabulis Geographicis aere expressis, qui & superiore anno ab Arnolde Mylio ibidem recudebatur. Continet autem hoc opus Descriptionem Terrae Sanctae cum sua tabula topographica, praeter miscellaneam quamdam locorum, & Chronicon generale beuissimum ad nostra usque tempora; ac denique Chronicon alterum vtriusque Testamenti historias ab ipso Mundi initio per Patriarchas, Iudices, Reges, Prophetas, Maccabaos, Dominum nostrum Iesum Christum, & Apostolos, deductum ad mortem usque Ioannis Euangelistae Apostolorum postremi, adnotatis temporum rationibus, quae ipse Adrichomius diligentia potuit: Quin etiam adiecit eorum Auctorum catalogum, quibus usus est in describenda Terra Sancta & Chronico: Quos huc inferere praestat, (omissis aliquibus haud sine causa) quando post tot aliorum labores, quid adhuc restet, quod vtilius assequi possimus, denique dicendum erit.

Varia igitur Adrichomius scribit se perlegisse Bibliorum exemplaria, & antiquos Historiographos Graecos, Latinos, Iudaeos, qui hac de re egerint: Iacobum item de Vitriaco Sanctae Romanae Ecclesiae Legatum in Terra Sancta: Fratrem Archidiaconum Anriochenum: Iacobum Pantaleonem: Gallum Patriarcham Hierosolymitanum: Brochardum: Ioannem Mandeuille, siue Monteuillanum: Ioannem Huils: Rodulphum Langium Canonicum Monasteriensem: Bernardum de Breidenbach: Gerardum Kuynretorff Campensem: Petrum Aenholt Priorem in Volzen de: Edonem Rombes Consulem in Suecck: Ioannem Scorel Canonicum Ultraiecti-

Ultraiectinum: Ioannem Heuterum Praetorem Delphensem: Bartholomaeum a Salinico sanctae Sedis Apostolicae Protonotarium: Ioannem Pascha Carmelitam Mechliniensem: Gulielmum Tyrium siue Tyrensem Archiepiscopum, Regni Hierosolymitani Cancellarium, & Lateranensis Concilij Scribam: Hermannum Borculoo: Bonauenturam de Mirica Louaniensem Minoritam: Gerardum Ioannem: Petrum Appianum: Michaëlem Aitzing: Georgium Bruijn Decanum ad gradus D. Mariae Coloniae: Fabium Licinium Venetum: Laurentium Surium: Petrum Calentinum: Ioannem Godscalcum Iserman Delphensem: Godofredum Delphensem: Baptistam Van der Muelen Mechliniensem: Petrum Lactestein: Antonium de Angelis Minoritam, praeter omnium pene meliores chronologias, seu chronographias, Concilia, Onuphrij commentaria factorum, Cornelij Iansenij Concordiam Euan-

gelicam, & alios. At, etsi ex tanto Adrichomij labore vberes fructus percipi possunt, ipse tamen, ac qui eum praecessere alij in Hierosolyma, ac Salomonici Templi rectissima delineatione consecuti non existimantur, quod cupiebant. Quin & Adrichomius in Chronico duplici conscribendo adhibuit (ubi Scripturam defecisse putauit) Philonem, ac Berosum Annii, quos (inquit) doctissimi quique magno stomacho profcindunt, qui tamen ipsi (subdit) quando commodum est, lubenter eum sequuntur. Ego vero non luisse, ut in opere ceteroquin vtili, vel horum, vel praesertim aliorum, quos merito sancta Romana, vel explosit, vel suspectos habuit Ecclesia, ratione tantam habuisset.

Cautio in Adrichomio.

De veriore igitur, ex Diuino Codice, Regionis Palaestinae, Ciuitatis, & Templi Salomonis, rerumque, aliarumque huc spectant, siue expositione, siue delineatione, si (quod auide expectamus) edentur commentaria, quae Hieronymus a Prato nostrae Societatis Theologus in Ezechielem continuato decennii labore conscripsit, speramus liquidiorum notitiam plures assecuturos. Ac duos quidem haecenus commentarios absoluit: Alterum in vndequadraginta priora Ezechielis capita. Alterum in quadragesimum, & reliqua usque ad descriptionis Propheticae finem. Quo quidem praeter alia demonstrat, Aedificium Templi Salomonici esse idem cum eo, quod Ezechieli ab Angelo fuit ostensum, quidquid nonnulli aliter sensisse sunt visi. Deinde structurae tantae Deum ipsum fuisse Architectum. Mox qui nam a Deo praefecti isti aedificio fuerint. Quanam proportio, ac similitudo ipsius Templi cum Tabernaculo Moysis, cum Mundana, & humana Fabrica, & denique cum Ecclesia Christi. Quae dimensio partium, earumque proportio, & Symmetria, siue Architectura, ubi agitur de ordinibus, & columnarum partibus: Altitudine vnus cuiusque columnae; Diametro, & strijs columnarum: Coronamenti: Altitudine Coronamenti, & partium eius: Ornamento coronae, ac Malo granatis: Capitellis: situ, & nominibus columnarum aenearum: Architectura Templi vniuersae: Calamo menfario: Lapide angulari: Contignationibus: Ornamentis: Acroteriis: De mensuris liquidorum: aridorum: Mensuris interuallorum: Numismatis, & ponderibus: Auro: Argentis: Operis, siue operariis: Crassitudine laminarum auri, quibus tegebantur, & inaurabantur parietes Templi: Reliquis metallis, eorumque aestimatione: Lapidum qualitate, quantitate, forma: Lignorum materia: Trabium magnitudine, forma, ornamentis: Opibus, gloria Regni Salomonici: Ministeriis, & Ministris Templi: Duratione, Spoliatione, Destructione, Instauracione, Vltima euersione Templi. His autem additae sunt tractationes de diuersis domiciliis Templi: de Sacerdotum ordinibus; de Sacrificiorum ritibus; de feris sacris. Quae omnia diuitem Oeconomiam ad vniuersam pene Diuinam Scripturae instructionem praebent.

HIERONYMI A PRATO Commentarij in Ezechielem vberes. Quibus agitur & de Hierosolyma, & templi Salomonici structura exacte.

Cum autem duo (inter alios viros celebres) Palaestinae, Phanicis, ac terminos totius Terrae promissionis nobis reliquerint, vel enarratas, vel item aere expressas. Alter Petrus Garsia Galarfa Episcopus Cauriensis, alter Arias Montanus: certe Petri Garsiae narratio omnino legenda est, atque animo quasi insculpenda: hic enim cum sibi proposuisset de iis tantummodo locis agere, quae Dominus IESVS sua praesentia illustrauit, quae sunt in Palaestina, & Phancia, vtilissimam narrationem edidit:

Galarfa li. 6. Euang. insit. Arias in Ap. paraty ad litteras sacras.

Magna Syriae descriptio. Gen. 11. 10b. 1-

dit: Magna namque Syria (inquit) à Septentrione Isais motibus Ciliciae: ab Oriente, Assyria, Babylonia, & Chaldaea: ab Euro, Arabia deserta, Petrae, & Aegypto: ab Occidente, mari magno concluditur. Plures autem Prouincias complectitur, Capadociam vtramque, siue Aramaeam inter Pontum, & Taurum montem, vnde Aramaei: Mesopotamiam inter Tygrim, & Euphratem, vnde ortus Abraham: Syria Damasci, vbi capus Damascenus, & terra Hus, vbi ortus Iob: Syriam Antiochia, vbi Petrus primam sedem posuit, & primum Christiani vocati sunt: Phoeniciam, seu geminam Galilaeam superiorem, & inferiorem, & Palaestinam, quae Samariam & Iudaeam continet. De his ergo (ait) quattuor, Iudaea, Samaria, vtraque Galilaea dicendum est. Quae à Septentrione à radicibus montis Antilibani, vnde Iordanes oritur; in Meridiem in Bersabee, & Aegyptum, longitudine, centum sexaginta sex miliaribus distenduntur: latitudine maxima, miliaribus septuaginta, ab Occasu mari magno, versus vero Ortum ad Iordanem. Itaque praetermissis regionibus ultra Iordanem sitis, residuum terrae promissionis cingitur ab Occasu, mari magno; à Septentrionibus, Antilibano; ab Ortu, Iordane: à Meridie, Maiona fluuius.

Hac cum dixisset, agit de quattuor terminis terrae, qui sunt Mare, Libanus, Iordanes, Maiona. Deinde de Iudaea, & Oppidis illius, quae sunt praecipue Hierusalem, Bethleem, Thecua, Rhamah, Mambre, Hebron, Montana Iudaeae, Maiona fluuius, Bersabee, & Gazar. Postea de Philistaea prouincia, in qua sunt Ioppe, Arimathaea, Emaus, Bethel, Bethania, Bethphage, Desertum Hierusalem, Esseni, Hiericho, Mare mortuum, Engaddi. Praeterea de Samaria prouincia, quae est media inter Iudaeam, & Galilaeas; in qua quidem Samaria sunt haec loca, Sichen, vel Sihar, Tafuc fons, Enon, & Salin, Samaria, seu Sebaste, Ephra, Gelboe montes, & torrens Cyson. Mons Hermon triplex. Caesarea Palaestina, quae prius Turris stratonis, Antipatris, quae & Capharsalama; Sarma; Lyda prope Ioppem, qui est terminus Samariae, atque Iudeae. Post haec agit de Galilaea inferiore, & locis eius, qui fuerunt lacus Genesareth, Tarichen, Tyberias, Magdalum, Bethsaida, Capharnaum metropolis Galilaeae, Thabor, Hermon, Naim, Suna, Dothain, Bethulia sub Isachar, Nazareth, Sephoron, Bethleem, Cana sub Zabulon. Deinde de superiore Galilaea, in qua Nephthalim, Nahafon, Caesarea Philippi, Ior, & Dan fontes. Sidon, Sarepta, puteus aquarum viuientium. Ptolomais. Carmelus. denique de monte Galaad, & oppidis ultra Iordanem sitis, in quae Christus diuertit.

Ad Templi autem Salomonici absolutam notitiam, eiusque mysteria. (cum in Diuinis operibus hic sit ordo constitutus, ut illa primum ex eo, quod in se habent, mysterio, mox ab arte, quae in iis eminet, ac postremo ex verborum, quibus describuntur, vi & vsu cognoscatur) pertinent maxime, quaecumque de Arca à Noe aedificata, de Tabernaculo à Mose erecto, de quibus aedificiis, quae à Salomone sunt instituta, dicenda sunt. Ac quidem Benedictus Arias in suo Apparatu exemplar, siue Librum inscripsit de sacris Fabricis, in quo de Arcae fabrica & forma; de Tabernaculo; de Templi fabrica, & structura; de Templo secundo; de ceteris Salomonis aedificiis egit. Quemadmodum, & alterum librum eodem in Apparatu edidit, qui inscriptus Aarō continet quae ad sancta vestimenta, & ornamenta ipsius Templi spectabant. Ex horum enim cognitione (quod epistola ad Hebraeos Paulus, & Ioannes in Apocalypsi indicant) magna panduntur mysteria. Itaque & de lapidibus pretiosis; qui erant in Rationali, ibidem egit Arias; cum hanc materiam tractasset antea Epiphanius, & Isidorus Hispalensis praeter eos, qui generatim de gemmis, & fossilibus scripsere, quorum mentio facta est, vbi de Naturali historia locuti sumus. Et Franciscus quidem Ribera noster, qui scripsit nouissime in Apocalypsim suppeditat aliquid, quod huc facit: Iam de Sathis, mensuris, ponderibus, quae huc pertinebant, non omisit idem Arias agere, sed, quod supra diximus, haec omnia luculenter ab Hieronymo Prato in Ezechielem expectamus.

Arius liber de sacris Fabricis & de sacris vestimentis, & ornamentis Templi. De Lapidibus pretiosis. Franciscus Ribera. Hieronymus à Prato. Arias de Sathis, mensuris ponderibus. Theophrastus. Plinius. Dioscorides. Georg. Agr. & alij.

REI-

REIPUBLICAE IUDAEORUM, ET Christianae status, atque ordo praenoscendus: & vnde. Caput XXII.



Interiori quoque notitiam assequetur Diuinae veteris Testamenti Historia, qui in primis Rempublicam Hebraeorum sibi ob oculos ponet; Religionem nempe, & Ciuitatem; in quas duas partes tota eius ratio diuiditur, Ad Religionem spectant quaecumque de forma Reipublicae, de locis sacris, de diebus sacris, de ritibus sacris, de personis sacris. Ad Ciuitatem vero, quae de consiliis; de iudiciis, de magistratibus, in vetere Testamento scripta sunt. Rempublicam porro istam praeter id quod est in ipsa Diuina Historia, Iosephus, & Tostatus, & alij, sed & nouissime Carolus Sigonius primum optimo ordine disposuit ad sacra volumina perlustranda perutile; quae & multo clarius pleraque lector peripiciet, ac liquidior (vt ille scribit) illius doctrinae haustu conceptae visceribus caelestis scientiae sitim sedabit, & denique multo felicius arcana, quae sacris litteris continentur, mysteria venaturi sunt, qui faces huiusmodi secum, abditis eorum latebris perfructandis praerulerit. Mytheria vero intelligit, caelestem atque aeternam vitam, quam Augustinus hac praenotatam Republica docuit, asserens populum Hebraeum in vnam esse Rempublicam congregatum, quae aeternae vitae ageret Sacramentum: Omnes enim (inquit) Prophetiae, omnia praeccepta vitae, sacra demum Sacerdotia, caeremoniae, dies festi, significata & praenunciata sunt, quae propter aeternam vitam fidelium, in Christo, & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

Carolus Sigonius

Porro capita quae iis de Iudaeorum Republica libris continentur, haec sunt, hoc est Libri primi, qui de Reip. forma inscribitur. De populo Hebraeorum, de populo Israelitarum, de populo Iudaeorum, de Effraimitarum, & Samaritarum. De Lege, populo Israelitarum à Deo data, de forma Reip. Israelitarum, de ciue Israelita, & Profelyto, De vrbe Reip. sede, Silo, & Hierusalem.

Libri autem secundi de locis sacris capita haec sunt. De Religione, de locis sacris, de Tabernaculo, de Sanctis Sanctorum, de Arca foederis, de Altaribus, & ornamentis eorum, de Excellis, de Templo Hierosolymitano, de Templo Samariae, de Templo Aegypti, de Synagogis.

Libri tertij qui est de diebus sacris capita sunt, de annis Hebraicis, de mensibus, de septimanis, de diebus profectis, de neomeniis, de diebus singulis, de diebus festis, de Sabbatho, de Pascha, & Azimis, de Pentecoste siue hebdomadis, de festo Tubarum, de festo Expiationum, de festo Tabernaculorum, de septimo anno, de quinquagesimo anno, de Encaniis, de ceteris diebus festis, de vetere Calendario Hebraeorum.

Vide lib. 7 Evangelic. Inst. ca. 1. 2. & 3. Petr. Garsie Galatya Episcopi Caeritensis

Libri quarti qui est de ritibus sacris capita, De generibus sacrorum rituum, de generibus sacrificiorum, de holocaustis, de libaminibus, de pacificis, de sacrificio pro peccatis, de sacrificio pro delictis. Iterum de omnibus supradictis, de confessionibus, de sacrificio consecrationis, de sacrificio mundationis, de sacrificio expiationis, de oblatione incensi, de donis sacris, de primitiis & decimis, de pecunia sacra, & gazophilacio, de oblationibus votiuis, de ieiunio, & ceteris afflictionibus corporis.

Libri quinti de personis sacris capita sunt. De generibus sacrarum personarum, de Pontificibus, de Sacerdotibus, de Leuitis, de Cantoribus, de Sanitoribus, de Nathinaeis, de Nazarais, de Prophetis, de Scribis hoc est legis Doctoribus, de septem haeresibus Iudaeorum.

Libri sexti de consiliis, & Iudiciis. De Civitate, de consiliis, de concione, de Senatu, de Iudiciis, de Iudiciis ciuitatum, de Concilio Hierosolymitano, de poenis.

Libri septimi, qui est de magistratibus. De generibus magistratuum, de Iudicibus

Israel, de Regibus, de Principibus Iudæorum, de Principibus Tribuum, de Principibus familiarum, de Principibus Civitatum, de Scribis seu Notariis, de Re bellica, de Principe Militiæ, de Tribunis, & Centurionibus, de Quinquagenariis, & Decanis, de magistratibus Templi, de bellis Iudaicis, de extremo statu Iudæorum.

CHRISTIANAE ECCLESIAE FORMA

1. Cor. 10.

Verum enimvero, cum è veterè Iudæorum Regno, Req. publica lux aliqua ad Diuinam Historiam pernoscendâ hauriatur, multo magis hoc fiet è Christianæ Ecclesie forma, cuius extitit typus illa antiqui Testamenti Respublica: cum enim omnia contingerent iis in figuram, teste Paulo, quidquid ordinis in Respublica Iudæorum Moyses constituit egresus ex Aegypto, vel leges eis tradês, quas à Deo acceperat, vel Aaronem conecrâs Pontificem, huicq. vni Sacerdotes omnes, ac Leuitas subdens, id umbra erat futurorum. Itaque quidquid in figura fuit, id in exemplari expressius, dignius, vniuersalius esse debebat, quanto præstantior Dei filius in condenda Ecclesia fuit, quàm Moyses Dei seruus in Synagoga instituenda. Quamobrem qui veterem illam Ideam inspiciens, Ecclesiam inde qualis futura erat, intueatur, Diuinas litteras tuto, ac recte scrutabitur.

Quinã egerint è Christianæ Reipubl. forma Dion. lib. de hier. cal. 3. & Eccles.

Porro de Christiana Republica, siue de Hierarchia Ecclesiastica egerunt Dionysius Areopagita, Patresq. pene omnes, ac vero hoc sæculo ij, qui de notis Ecclesiæ deq. statu ipsius Monarchico libros ediderè. Dionysius autem & distinctionem, & sacramenta, & vsum, & vtilitatem, ac finem altissime ostendit. Hierarchiam autem vocat ordinem sacrationem, & scientiam, & operationem, quæ ad Dei similitudinem pro viribus nititur, ac pro modo suo ad illius imitationem ex inducta sibi Diuinitus intelligentiæ luce subuehitur. Puta (inquit) quoniam sacræ illius functionis ordo est, vt alij purgentur; alij purgent; & alij mysteriis imbuantur, atque illuminentur doctrina salutari; alij id opus exequantur: ad perfectum alij adducantur, perficiant alij.

Paul. Epist. 4. Ier. li. 3. c. 3. Tertull. de prescrip. aduers. heret.

Aug. cõs. op. Adimant. cap. 4.

Ep. cõs. partem Donati. cap. 7.

Optat. lib. 2. cõs. Parmen. Bellarmin.

Tom. 1. Cas. Baron.

Nicolaus vero Sanderus cum de Monarchia Ecclesiastica librum scripsisset, re totam oculis subiicit, perq. sequentia sæcula, vsque ad hoc sextumdecimũ à Christo Domino seriem ordinis, & Reipublicæ Ecclesiasticæ constantem duxit sub Pontificibus Maximis, qui Petro succedere in hac visibili Ecclesia.

Gilbertus Genebrardus causam afferens, cur per Pontifices Romanos suam deduxerit Chronographiam, ex Paulo, Irenæo, Tertulliano, Augustino, Optato, & aliis, eundem, qui nunc est Ecclesiæ, statum demonstrat.

Robertus Bellarminus cum tertiam controuersiam absoluisset de Pontifice Maximo, eiusq. Auctoritate à Christo collata; quartam de Conciliis, & Ecclesia Militante; quintam de membris Ecclesiæ Militantis, Clericis, Monachis, Laicis, sic agit, vt vniuersæ Christianæ Reip. typum explicet, atque ab hæreticis totius ordinis turbatoribus vindicet.

Cæsar Baronius præfatione in priorem Annalium suorum Tomum Synagogæ interitum, & Ecclesiæ ortum explicare tradit Euangelicæ Oeconomix intelligentiæ percommoðum.

Thomas Bozins.

Vide primũ & 2. & 5. caput primũ lib. Tom. 1.

Vide Auctoris Resurrectionem cont. Danidem Chytraum.

cap. 2.

Aug. in ep. ad Rom. in. 110.

Thomas Bozius opere de Signis Ecclesiæ id ipsum facit, cum asserit Ecclesiæ esse vnum spiritum per Christum, vnum corpus per Eucharistiam, vnum Regnum per ordinis sacramentum cum Deo, ex qua triplici coniunctione deducit centum signa, è quibus apertissimũ sit, quænam sit Ecclesia, & (vt ille inquit) quæta ipsius Diuinitas.

Nos aduersus Dauidem Chytraum, qui simulate ad Synodos quattuor priores generales prouocauerat contra nos scribens, Ecclesiæ Catholicæ faciem, ac formam vere expressimus ex iisdem Synodis. Itaque ibi tum diximus.

Cum Ecclesia (vt inquit Augustinus) conuocatio sit Fidelium vno cultu, vnaq. fide inter se iunctorum, vnitas illa cultus, & Fidei sic erat sedulo retinenda, vt quisquis hanc scindere niteretur, intelligeret non minore sapientia Christum in Ecclesia instituenda, quàm virtute in conseruanda vsum fuisse. Is enim sapiens Architectus fundamentum seipsum immobile posuit, atque lapides reliquos ita disposuit, vt numquam ædificatio illa collaberetur, si quis autem eam

A eam vellet labefactare, prior caderet, ac rueret præcepta: at ædificatio staret immota.

Atqui ad constantem huius ædificij ordinem, ac quasi exemplar agnoscendum, nihil potius erat, quam vt eius partes innotescerent, quibus aggregatũ hoc, quod Ecclesiam dicimus, definitur: cuius obliuio cum per Christianorum peccata quodammodo caperet hominum mentes, Diuina prouidètia fecit, vt generales Synodi interdum cogerentur, in quibus ipsa propemodum Ecclesiæ facies, atque Christiani Regni ordinatissima forma, ex aduersa hæresum confusione clarior apparet. Ad eam vero Ecclesiam, si qui à fide excidissent, iterum auidius accederent, aut qui eam coluissent, colerent adhuc ardentius, & venerentur.

In his Synodis tamquam certissimis, & (vt inquit Augustinus) saluberrimis tribunalibus cum Ecclesiastica Hierarchia in primis eluceat, ac præcipue cernatur Ecclesia tamquam castrorum acies ordinata, controuersia qualibet grauissimæ dirimenda erant, & hostium corda expugnanda: Id quod cum Spiritus sanctus Ecclesiæ traditus perpetuis Doctor & Custos efficere deberet (Diuinitus quidem, sed pro humano captu, ac nostro hoc præsentis vitæ statu) certe nec vniquã ei defuit, & vero cumulate impleuit. Quinimo sic Ecclesiæ adfuit, vt per vnam, & eandem semitam nos ad traditam ab Apostolis fidei regulã semper adduxerit, in eaq. nos diligentissime retinuerit: Neque enim ita ab illis nostris primis Ducibus, quibus data soluendi, ligandi, pascendi potestas fuit, Ecclesia olim est administrata, vt iis recedentibus, ea posteris potestas adimeretur, aut sacramenta tollerentur, aut ratio componendarum inter Fideles rerum immutaretur. Ecquid enim stabile ac solidum, vel adeo cognitum Diuina Patris Sapientia statuisset, si hoc accidisset?

Quamobrem in Synodis, tamquam in comitiis ingentis Regni, iidem Ordines, & quasi Senatores conuenere, qui de summis rebus (quotiescumque opus fuit) decernerent. Hiq. tum Episcopi, tum alij sacerdotes fuere, ad quos vniuersa Respublica spiritualis pertinet. Quãquã autè inter eos omnes sæpe tractatio cõmunis fuit, Episcoporum tamen sola extitit, rerumq. tractatarum decisio; Qui soli quamdiu ob hæreses, siue ob alia non fuere ex Ecclesia eiecti, atque exauctorati, semper ipsam potestatem purgandi, illuminandi, perficiendi, à Christo Domino concessam Apostolis, quorum vices retinere debebant, sartam & testam tenuerunt.

DE QUIBUSNAM AUCTORIBUS EPITOME

D Historia sacra petenda, qua quidem ad Scripturam vniuersam, quasi filo quodam deinceps adducat. Caput XXIII.



ES à Mundi exordio sacris litteris editas breuiter, & cum distinctione temporum vsque vel ad Christi Domini aduentum, & Ecclesiæ Christianæ initia, vel item ad sui memoriam carprim plerique attigere: vt quæ prius ex ipsis Diuini Codicis fontibus hauserant, in eiusmodi quasi cõpendio recognoscerent: aut hoc prælecto, ac tamquam idea perspecta, sancto illi Scripturarum operi sese rectius dederent.

Ac Diuina quidem Bonitas ad sui Templi structuram, quidquid à quocumque ex animo offertur accipit libenter: nec permittit irritos esse labores qualescunque, præsertim qui ad eiusmodi vere sacrosanctum negotium pertinent. Quare quidquid hoc de genere vidimus, alicubi posse vsui esse certum est.

Ex Antiquis Sulpitius Seuerus extitit, qui hoc vtiliter præstitit, libris, quos inscripsit de Sacra Historia, duobus: Quibus tamen vir pius lectores præmonet, vt cum ex ipsis fontibus rerum Mytheria Diuinarum hauserint, inde agnoscant deum, quæ mente præceperint. Cum autem Victor Viselinus, & ante huc Petrus Galesinius, atque Ioannes Fileau Iuriscõsultus, qui Gallicè eundem Sulpitiũ verterat, notas in eundem edidissent, (præsertim priores duo Auctores) Carolus Sigonius

commentarium addidit: adiuncto de temporibus Hebraeorum catalogo: quemadmodum in Bibliotheca sacra non nihil planius scripsimus.

At inter Graecos Gregorius Nazianzeus aliquid hoc de genere, sed breuissimè, idq. carmine effecit. Sic Nicephorus Callistus Xanthopulus iambris trimetris sacrae scripturae compendiarium Synopsim: Et Cyrus Theodorus Prodromus Graeca tetraëtica in Pentateuchum, in libros Iosue, Iudicum, & Regum: In quatuor Euangelia, & Acta Apostolorum, posteris reliquerunt.

Richardus de S. Victore. Petrus Aureolus. Petrus Berthorius. Ioannes Castellensis. Guido Ferraricus. Sanctus Pagninus. Parisius apud Aegidium Gorbiniu anno 1584. Epitome criminibus Diuinae Scripturae in tertio lib. huius operis.

At postea è Latinis, qui propiores nostris fuere temporibus Richardus de S. Victore. Petrus Aureolus. Petrus Berthorius. Ioannes Castellensis Breuiariu quique Bibliorum scriplere: ne quid dicam de Guidone, seu Guido Ferrarienti Sacerdote, qui carmine facili Margaritam super vtrumque Testamētum inscriptam edidit. In omnes vero Testamēti veteris libros Historicos Sanctes Pagninus compendia per argumenta capitum Bibliis suis praefixit. Accessit Georgius Ederus, qui non tam compendium, quam vberem oeconomiam edidit vtriusque Testamenti per Tabulas distinctam. Sed è Gilberti Genebrardi, tum Chronographia, de qua non ita multo post agendum erit, tum libello cui titulus est Notae chronice, siue ad Chronologiam, & Historiam vniuersam Methodus, facile tota sacrae Historiae series (licet breuior) incurret in oculos.


Nos epitomen quidem veteris, ac noui Testamenti huic operi nostro adteximus, quam praelegisse attente non erit inutile, iis potissimum, qui ordine Diuinis, & humanas historias haud antea legerint. Eaque Epitome erit trimembris, vt prior pars veteris, secunda noui Testamenti, tertia doctrinae Apostolorum tam in Actis quam in Epistolis, & Apocalypsi summam comprehendat, vel vnde haec petenda sit, ostendat. Quam Epitomen in librum sequentem reieciimus: quo de Diuinae Historiae vsu cum Catholicis quibusque (quantum satis futurum sit pro eorum captu, & salute) dicendum erit.

RERUM GESTARUM, QUAS DIUINA REFERT

Historia difficiles nodi. Et vnde horum facilior petenda solutio. Ubi

de necessitate humanae Historiae. Caput XXIV.

Historia humana necessaria.



Quoniam difficiles rerum gestarum nodi in vetere, ac nouo Testamento occurrunt, ideo qui nam hi praecipui esse videantur, atque vnde petenda sit eorum solutio, dicam paucis: si prius illud Diuinae Historiam, etsi plena veritatis, atque auctoritatis est, admittere tamen historias (vti & disciplinas) alias, eateenus praesertim, quatenus qui in ea praenunciati sunt Regnorum euertus, aut reliquarum rerum status, aut etiam Synagogae interitus, hi deinceps ab Ethnicis quoque enarrati, fidem veritati astruunt; quemadmodum item res ipsae consecratae caelestis eloquii firmitatem maxime ostenderunt. Digniora fide (inquit Basilius) testimonia sunt, quae proficiuntur ab hostibus: & alibi. *ἡν πολλὰν ἡμῶν, καὶ ὡς τῶν ἀλλοθίων τῆς πίστεως ἐπινοήσαντα, ἐπεσλαμβάνειν εἰς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐργῶν ἐπίδειξιν.* hoc est: Plerumque (ait) nobis ab alienis petendus est quidam vigor ad bonorum operum demonstrationem, ac sicuti vites clauiculis sustentantur, sic fides externas disciplinas adhibet, vt in animos facilius influat.

Basilius homo de humana Christi generatione: et Hom. 5. exheremon.

Nodi historici in Diuina scriptura.

Ac nodi quidem sunt, quales de Terrestri Paradiso: de Gigantibus, atque eorum ortu: de Enoch, vti & de Heliae translatione: de Adami sepultura: de Melchisedech: de Assur, qui Genesis decimo capite Niniuen condidisse dicitur: de aedificatione Babylonis, cuius non vnus, & idem conditor memoratur: de Iacobi Patriarchae benedictionibus: de annis, quibus demoratus est Israelis populus in Aegypto: de Iudith, quae Holoferni caput amputauit: de Hester, quae nupsit Assuero Regi: de Iob: de Sybillarum numero, & oraculis: de captiuitate Babylonica: de instauratione Templi, atque Hebdomadibus Danielis, vnde nam inchoandae, ac quousque

quousque producendae sint: sicuti & de Regnis, quae Angelus ei futura praedixit: de Chaldaeis Regibus, nempe Sennacherib, Salmanassar, Nabuchodonosor, & reliquis, quorum opes immensae praedicantur in Bibliis: de edicto Caesaris Augusti sub diem Natalem Christi Domini; Exierit ne illud praeside Syriae Cirino, an Quinctilio Varo, vt quidam maluerunt: quoto anno vita Christus Dominus diem obiit: quinam fuerint ij, quorum mentio fit in Euangelio, erga quos ingentia contulit beneficia Dominus: federit ne Petrus Romae viginti quinque annos, vt nostri Patres tradidere; numve id sacris Bibliis, Consuluntq. chronologiae repugnet. Ac quae sunt huiusmodi alia.

Vnde autem peti istorum solutio possit, dicam. Praeter antiquos Patres, atque Chronographos, factum est, vt hoc saeculo humana, & Ecclesiastica mirifice reuiuisceret Historia. Quas enim vna cum Diuina haeretici enixe obscurauerant, reliqui vero superioribus proximis saeculis minus integras edi curauerant, has omnino catholici viri doctissimi (quae Deo sit laus) quasi rediuuias nouissime nobis tradidere. Et Hieronymus quidem, Ad intelligendum (inquit) Scripturas, praecipue extremas partes Danielis, multiplex Graecorum, & Latinorum Historiam est: Suetorii videlicet, Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybii, Postidoniae, Iosephi, nostriq. Liuii, & Pompeii Trogi, atque Iustini; qui omnes extremae Visionis, quae Danieli apparuit, narrant historiam: & post Alexandrum, vique ad Caesarem Augustum Syriae, & Aegypti, idest Seleuci, Antiochi, & Ptolemeorum bella describunt. Idem vero de Humana quoque Historia Augustinus inquit.

At nostro hoc saeculo Gilbertus Genebrardus, ea, cuius facta mentio est, Chronographia; deinde Melchior Canus vndecimi libri, praecipue tertio, & quinto capitibus; Ianfenius in Euangelicam Harmoniam; Franciscus Toletus Societatis nostrae Theologus in Ioannis Euangelium; Robertus Bellarminus, vbi de auctoritate canonicorum librorum agit; atque in primis Benedictus Pererius commentarijs in Genesim, & Daniele, magnam istorum nodorum partem solunt. Pererius enim, mirum est, quantam vniuersae Historiae lucem attulerit: quod quousque in Daniele scripta perlegerint, facile intelligent: Sed & quae ad Noui Testamenti historicos nodos attinent, Caesar Baronius suis Annalibus accurate expendit: priore praesertim Tomo, qui Romae secundus est editus: Secunda enim haec editio Romana priori praestat. Sed & ante Baronium, Martinus Martinus, is, a quo diximus fuisse libros Hypopyoseon conscriptos, libro primo, capite decimo tertio, cum de vtilitate Historiae ad Scripturas intelligendas ageret, pleraque ex ea promit, quae potissimum ad noui Testamenti gesta liquidius cognoscenda pertinent. Quale illud. Quis fuerit cui Dominus dixit: Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Qua aetate Lazarus fuerit exercitatus a mortuis: ac quandiu postea vixerit. Quoto anno Ioseph Beatissimae Virginis coniunx eam in uxorem duxerit: quamdiu fuerit Dominus in Aegypto. Vnde nam illud Tribuni ad Paulum in Actis Apostolorum. Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quattuor millia virorum sicariorum? Vnde. Quod Dominus regurgens primo apparuerit Matri. Ecquid Dominus digito scribebat in terra. Quanam descriptio facta fuerit Praeside Syriae Cirino. Quoto aetatis anno Christus diem suum obiit. Num Paulus profectus sit in Hispaniam, quod ille fore scripsit ad Romanos. In his autem Martinus Martinus inserferit quaestionem illam Num Samuel fuerit tantum Leuita, vt inquit Hieronymus, vel item Sacerdos, quod Nazianzeno placuit.

Porro de Regnis Sycioniorum, Argiuorum, Atheniensium, Aegyptiorum, Medorum; de Monarchia Perlarum, de Dynastijs Assyriorum, quas Georgius Mercator Diluio antiquiores facit, Pererius autem secundo Tomo in Genesim posteriores fuisse defendit, agendum alibi est, ac proinde inde series, notitiaeque ipsorum liquidior haurienda; Ea enim omnia ad Diuinam scripturam intelligendam plurimum pertinet. Quod & praeter Graecos Augustinus, & Orosius monstrarunt.

IOSEPHVS


Hierony. in pref. in comment. in Daniele. Aug. li. 2. de doct. Christi ca. 28. Pererius in Gen. & Daniele. Vide Cl. Alex. Strom. & Tertull. lib. de Baptismo. Ad Arb. 8. b. Epiphanius lib. 2. de haeres. Manich. lib. 3. de haere. Antidico maria norum. Hieron. aduersus Heliodorum. d. Euseb. li. 2. c. 21. Ioseph. lib. 20. de Antiq. c. 6. A. 21. c. 2. Nicoph. li. 1. hist. c. 32. & 33. Hieron. li. 2. cont. Pelag. g. Ioseph. lib. 18. Ant. c. 1. Luc. 2. c. 4. Ignatius in ep. ad Trall. Epiph. lib. 3. de haeres. Antidico maria. Orig. hum. diuerso vultu loc. Hieron. in Esa. c. 1. et in Amos. c. 5. Epiph. lib. 1. cont. her. in haeres. Arpocratis. Hieron. in ep. ad Principium & cetera. Vigilantium in Gregorio Naz. in Ap. loger. n. Lib. de hu. historia. o. Aug. in li. de Citu. Dei passim. p. Paulus Orosius.

IOSEPHI IUDAEI HISTORIA

multis nominibus commendari, ac tamen haud integram in quibusdam narrationibus fidem ei esse habendam: Et cur.

Caput XXV.

Hiero. in ca. tal. a in proem. antiqu. post mediu. Per. st. Quia vero. & lib. 10. ca. 12. in s. b in proem. Antiq. & li. 1. c. 19. c lib. 1. an. riq. c. 5. ent. mediu. vers. Et vsque ad hoc tempus. d. Egesippus lib. 3. c. 5. de excidio Hierosol. Lapsus aut qui Iosephi de temporib. e. Cas. Baro. To. 1. Anna. Eccl. Ioseph cot. Apionem. g lib. 2. An. riq. cap. 12. h lib. 3. An. riq. c. 6. i lib. 10. an. riq. cap. 14. versus finē. l lib. Antiq. 6. c. 9. m lib. 1. c. 5. n lib. 1. c. 8. in medio. & c. 15. versus. finem & lib. 10. c. 12. in fin. or 13. post principium. e Li. 1. antiq. c. 9. in finē.



DE Iosepho quidem Iudaeo dicendum est fuis in Bibliotheca nostra sacra, quandoquidem & à Hieronymo connumeratus est inter Scriptores Ecclesiasticos eas ob causas, quas ibi afferemus: Verumtamen cum Diuinæ historiæ eius lectio non minimum conferat, paucis scribam, quæ in eo obseruata sunt. Primo licet se nihil adiecturum Diuinis libris, prætermisurumve dicat in Proemio Antiquitatum (quas quidem constat post bellum Iudaicum scripsisse) multa tamen adijcit: quædam etiam videtur consulto omittit: Vt de Iuda ad Thamar. Gen. 38. De Aegypto, à Moysè, ca. Exod. 2. De adoratione Vituli Exod. 32. & alia pleraque: Quædam item frigidius narrat. Gen. 27. Tacet dolum filiorum Iacob Gen. 34. Parum item fidelis à nonnullis habetur, quod & ex eo conijciunt, quod supputatio, quam ab Adamo facit vsque ad Diluuij tempus, diuersa sit non solum à veritate Hebraica, Verum etiam ab Editione septuaginta Interpretum: neque admittunt, quod mendum in codicem irreperit, cum exemplaria omnia in hoc conueniant. Notatur item quod nouem Herodis annos prætermiserit; De Pilato secus quam Philo, & rei veritas postulet, scripserit: In temporibus descriptionis Quirini; Vari; Exilij Archelai; Coponii Procuratoris; Pontificatus Ananias; in Numero Legatorum ad Caium; Fastis Consularibus: in historia Herodiadis: in causa excidii Hierosolymitani, quam potius Iacobi neci, quam morti Christo Domino illatae tribuit, lapsus est, vt in nonnullis item aliis. Videat studiosus quæ Egesippus libro tertio capite quinto; Cæsar Baronius, tomo primo Ecclesiasticorum Annalium de eo scripsit.

Ad reliqua Iosephi quæ attinet, ea magnum habent momentum ad Diuinam Historiam planius percipiendam: ad genus errores cõfutando, ad pietatem hauriendam, siue cum de Dei nomine, de mandatis, etiam contra Epicureos, siue cū de Moysè populum, & de Samuele Saulé eloquentibus agit; ad veram item antiquitatem rerum gestarum vel prædictarum enarrandam, cum de Berofo, Megasthene, & aliis, ac de Sybilla scripsit.

CUM CHRONOGRAPHIA, SEU

Ratio temporum apprimè noscenda sit, ecqua inter tot quæ habentur extant, veritati sit propior.

Caput XXVI.



VOD ab Antiquis dictum est, apud quos temporum notatio non cohæret, apud hos nec veritatis, neque historicae fidei rationem vllam posse constare; Hoc cum verissimum sit in reliquis, certe multo verius est in Diuina Historia. Quippe tempus (quod ipsi quoque Stoici docebant) norma rerum est, atque custodia. Cum enim sit veritatis quasi pater, & index, sane rerum gestarum memoriam, ac diuturnitatem posteritati conseruat. Neque vero hæc tantum conseruat, verum etiam Mundi originem, & promissiones de Christo Domino, atque de æterna Beatitudine, ac deinceps cõsiliij ipsius constantiâ, quasi digito ostendens, facit vt ex temporum obseruatione, atque editarum rerum serie, perpetua Diuinæ sapientie, quæ tantum opus ante secula apparauerat, argumenta nobis innotescant, & stimulos addant ad credendum, sperandum, diligendum Deum.

Quæ

A Quæ qui non attendunt, aut ex alijs potius, quàm ex Diuina putant Historia posse cognosci, vix vquam quidquam solidum aut certum eliciunt; sitq. necessario, vt rerum haud cognita origine; ea, quæ ad finem spectant, & finis ipse ignorantur. Hoc autem ignorato, ecquò perget mens auida scientiæ, incerta itineris, fluctuans vbique, ac denique scopulis illidens, numquam portui appellens? Accedit, quod cognita ratione temporum, quibus Regna & Imperia steterunt, ac tandem conciderunt, cernimus simul nihil esse tandem in tota rerum natura, quod temporis vetustate non exedatur. Neque vero huic rei remedium ab humana prudentia vllum posse adhiberi: quandoquidem tota hæc Adami progenies fluxa est, & fragilis; nullaq. omnino in tempore est perpetua. Quocirca dolendum est, huc prius, quàm aliò ingenia initio non confugisse: neque enim olim in vniuerso Terre ambitu natio vlla fuit, excepta vna Israelitica, nempe Diuinis oraculis edocta, quæ veras antiquorum temporum rationes tenuerit, easq. in medium protulerit; præterquam quòd si quid ab Ethnicis auctoribus, rerum suarum texendis narrationibus, & demonstranda temporis ratione aliquid præstitum est (quod tamen non vsque adeo erat firmum ac certum,) iam vix quidquam superest: cum apud Græcos Thalli, Castoris, Flegontis, Heratosthenis canones euauerint; Apud Romanos autem hoc infeliciter cesserit, qui rationem hanc temporum ferius amplexi sunt; Inter hos vero, qui antiquam Chronologiam texuerunt, Eusebius (quàmuis è Græcorum ac præsertim Africani monumentis multa deprompserit, egregièq. nobis conseruauerit) siue ob temporum iniuriam, siue ob Amanensium errores, aut aliud, haud plene satisfaciatur: Ex recentioribus autem Chronologis, vix vquam è sexcentis, qui hac de rescripserint, alter consentiat cum altero: Qui autem fictitios Berosum, Metasthenem, Caronem, & Philonem, ac nescio quos alios secuti sunt, qui tantum octoginta ante annos, caput nescio è quibus sepulchris exeruerunt; toto errauerunt caelo in pluribus; cum duos Reges in Perside Assueros, & Priscos, & Longimanos, & Pios, ac duos Cyros, & nescio quæ alia somnia Viterbiensis Annij, vt supra ostendimus, produxerint in medium: Ipse denique Iosephus Scaliger, cum eo libro, quem De emendatione temporum non ita pridem Lutetia Parisiorum edidit, conatus sit omni contentione, ac vi ingenij, certam rationem Chronographiæ afferre, nequiuert tamen assequi cuncta, quin etiam in hac ipsa re errauerit haud leuiter, quod & in aliis fecit; quemadmodum in Refutatione aduersus Dauidem Chytraum ante quinquennium nos, postea vero Christophorus Clavius, Theologus, & Mathematicus Societatis nostræ, indicauit: Propterea satis fuerit nunc, recensere eos, qui propius ad veritatem accesserunt; si prius Benedicti Pererii, Philosophi ac Theologi è nostris, aliqua ex ipsius in Danielem Commentariis, mox è Panthagato, Onuphrio Panunio, Antonio Contio, Benedicto Aria Montano, Petro Garfia, Gilberto Genebrardo attulerimus: Nempe non vsquequaque verà esse Hebræorum Chronologiam eam, quam Rabbini ex Thalmudicis scriptis mendosissimam, suoq. ex arbitrio cõfictam in explanandis sacris litteris, quamq. nonnulli è Christianis (veluti Nicolaus Lyranus) amplexi sunt. Errori ansam præbuisse putant aliqui, non solum quod externorum historias, ad quas plerumque Diuina Historia respicit, verum etiam quod alia plurima ignorauerint; sicuti alibi dicendum est.

E Porro solent Hebræi putare tempora; vel vsque à creatione Mundi; vel ab egressione Hebræi populi ex Aegypto; vel ad ædificationem primi Templi Salomonis; vel à solutione captiuitatis Babylonicæ, & reditu in Patriam; vel ab instauratione secundi Templi, aut Urbis refectione; vel per annos Principum, quorum imperio subiecti erant (quò pertinent anni Regni Græcorum, sæpe in libris Maccabæorum usurpati) vel etiam per Iobylæos, quorum vnusquisque quinquaginta annos continebat: Ad quæ adici posset computatio per hebdomadas Danielis. Sed & in his pene omnibus erratum est: Principio (inquit Pererius) illud Hebræi pro vero, certumque.

In c. 1. lib. Esdrae, & lib. Esther; & sic per 9. c. Danielis.

toq. habent, nec plures Reges, neque plures singulorum Regum annos fuisse in Monarchia aliqua, vel Regno, quam qui in sacris litteris memorantur: Quo fit, ut Balthasarem ultimum Chaldaeorum Regem tribus tantum annis regnasse affirmant; quia in Scriptura, hoc est apud Daniele, de Regno eius non ultra tertium annum mentio fiat. Cyro quoque, primo Persarum Regi tres dumtaxat imperij annos assignant, quod Daniel tertium annum eius Regis nominet. Similiter Darium, cuius principatu Templum Hierosolymitanum restructum est, sex modo annis regnasse perhibent; quod eorum meminerit Esdras, nec ultra memoret Scriptura. Denique Monarchiam Persarum non nisi quattuor Reges usque ad Alexandrum Magnum tenuisse arbitrantur; hoc est Cyrum, Cambysem, Assuerum, & Darium: propterea quod scriptum est apud Daniele, tres Reges post Cyrum in Perside regnatos: quam opinionem etiam Hieronymus tetigit. Verumenimvero haec Hebraeorum sententia recedit à vero, nec sibi constat. Nec enim propterea negandum est,

Cap. 8.
Cap. 10.

Cap. 11.
Hier. in 7. et
11. ca. Dan.

Super cap.
11. Dan.

Hebraeorum
inconstantia
in chronographia.
Cap. 9.

plures fuisse Reges in Monarchia aliqua, vel Regno, aut eos pluribus annis regnasse, quod de pluribus Diuina Scriptura mentionem non faciat. Nam eadem sacra scriptura, profanam Historiam & Chronologiam, haud simpliciter & absolute tractat, sed quatenus ad Historias sacras pertinet. Sic igitur Hieronymus: Scripturæ (inquit) sanctæ propositum est, non externam absque Iudæis historiam texere; sed eam, quæ Israelis populo copulata est. Quo fit, ut historias Gentilium, nec plene, nec ordinate tradat. non enim curæ fuit spiritui prophetae, historiae ordinem sequi, sed præclara quæque perstringere. Hæc ille.

Mira quoque cernitur Hebraeorum inconstantia. Neque enim, si constarent sibi, tribuerent Dario Medo duos Imperij annos; cum Scriptura apud Daniele, vnus tantum anni meminerit; nec Regi Euilmedorach assignarent viginti tres annos, cum ex ipsa Scriptura, plures vno anno colligi nequeant; nec affirmarent, maritum Esther Regem Assuerum regnasse quatuordecim annis; cum liber Esther, anni dumtaxat duodecimi memoriam habeat. Quid plura? Darium, sub quo ædificatio Templi absoluta est, sex annis regnasse, dicunt Hebræi, eumque faciunt vltimū Regem Persarum: At vero Esdras & Nehemias Regē Persarum laudant Artaxerxem, eiusque, trigessimū secundum Regni annum memorant; quem post fabricam Templi consummatam regnasse, ex historiis Esdræ, & Nehemiæ manifestum est. Ceterum ut isti in hæc impegerunt, sic fecere in Theologia, & Philosophia. Ac dissimilis tamen istorum Iosephus fuit, vir eiusdem tamen gentis ac religionis. Is namque in omni Latinorum & Græcorum Scriptorum genere versatus, omnem Gentilium Historiam, & Chronologiam excussit, & perdidit: ideoque ab istorum Hebraeorum ineptis remotissimus fuit. Et illi ipsi quidem errores, tam de Persarum, quam de aliis antiquis Regibus ex parte cernuntur in eorum Seder Olam, hoc est Chronographia, quam Genebrardus ex Hebræa Latinam fecit.

Chronologia
secundum Regum
seriem non
omnino
certa.

Altera Chronographia, multis, bonisque Scriptoribus probata, ea est, quæ describit continuam seriem, atque ordinem recenset omnium Regum, atque cuiusque Monarchiæ, & Regni, singulorumque Regum annos, quibus Imperium tenuere. Ac tamen hæc non omnino certa est. Primum, quod ubi multitudo est, atque varietas, ibi sæpe confusio & error accidit. At quum in quauis Monarchia, multi fuerint Reges, & multos quisque eorum annos regnauerit, perdifficile est, omnes annos omnium Regum ita colligere, ut nihil desit, nihilve redundet. Hoc autem eo difficilius est in disputatione de Septuaginta hebdomadis, quod tempus hoc tres maximas Monarchias, Persicam, Græcam, & Romanam, & triginta circiter Regum annos complectitur. Deinde notatio temporum, quæ fit per annos Regum, non raro occasione errandi præbet. Nonnumquam enim Scriptores in Regibus enumerandis, non omnes percensent, sed, prætermisissis obscurioribus, insigniores tantum commemorant. Interdum Reges dumtaxat legitimos describunt, qui legitima vel successione, vel electione imperium tenuerunt; alii, qui Tyrannice in Regnum inuaserunt, præteritis. Vsu quoque venit, ut Regum tantummodo tempora describantur, tacitis In-

terre-

terrenis, quæ inter prioris Regis mortem, & posterioris creationem intercesserunt. Ad extremum primus & extremus cuiusque Regis in Imperio annus, si quidem ille completus non fuerit, à quibusdam memoratur, ab alijs reticetur. Atque hæc fuit causa, cur Tertullianus, & Clemens Alexandrinus, atque alij obscuriores Auctores, in tractatione septuaginta hebdomadam, longe à vero aberrauerint.

Potterem Chronologiam, omnium laudatissimam, certissimam atque optimis Auctoribus vsitatissimam Pererius esse eam inquit, quæ Olympiadum obseruatione constat. Nomen autem Olympias accepit ab Olympiacis Ludis, qui Ioui illi Olympio, maxima totius Græciæ celebritate, quinto quoque anno in Elide agebantur: ut spatium quattuor annorum inter Ludos Olympicos, & alteros proxime sequentes interiectum, Olympias à Chronologis appellata sit. Vfus autem Olympiadum induci cœpit in temporum putationem viginti quattuor annis ante Romam conditam, qui fuit octauus annus Regni Achaz Regis Iudæ. Ratio vero Olympiadum propterea in Chronologiam adscita est, quia cum spatium quattuor illorum annorum breue esset, atque inuariabile, & propter celebritatem Ludorum Olympicorum cunctis fere gentibus notum, ideoque nullius propemodum erroris capax, visum est fore notatu facillimum. Quamobrem diligentissimi quique Scriptores, tam Græci, quam Latini, limatissimam describere studentes rationem temporum hæc maxime Chronologia vsi sunt. Marcus quidem Varro apud Censorinum, tria totius æui distinxit tempora: Vnum ante Diluuium; quod quantum fuerit, neminem mortaliū scire existimauit: Alterum post Diluuium, usque ad primam Olympiadem, quod ipse *μυθικόν*, hoc est fabulosum, appellauit. Cum enim Scriptores, in digerendis, & declarandis illis temporibus, nullam sequerentur certam rationem Chronologiæ, innumerabiles fabulas miscendo, incertam reddiderunt eorum temporum historiam. Tertium tempus Varro deducit à prima Olympiade, ad suam usque ætatem, quod vocat *ιστορικόν*, quasi certum, & verum. Nam quia res eius temporis, propter vsum Olympiadum, testatis litterarum monumentis consignabantur; propterea veram esse eius temporis historiam, existimare conuenit. Iulius Africanus, apud Eusebium ita scripsit. Usque ad Olympiades nihil exploratum in Historia Græcorum inuenitur; sed omnia sunt confusis scripta temporibus: post Olympiades autem, quoniam quadriennio diligentissime omnia notabantur, nulla penitus confusio temporum apparet. Augustinus, obseruationem Olympiadum ad multas quæstiones sacras, & Ecclesiasticas explanandas conferre plurimum, censet.

Certissima
Chronologia,
quæ cõstat
obseruatione
Olympiadum.

lib. de Nat.
dierum Ro-
man.

Iul. Africa.
lib. 3. Ann.
apud Euseb.
in Chron. Ec-
cl. lib. 10. de
Præp. Euang.

Aug. lib. 2.
de doct.
Christ.

Hæc quidem magna ex parte Pererius & alij, cum quibus tamen non omnino sentimus in Iosephi Historici commendatione; quod hic in suorum temporum Chronologia errauerit; quemadmodum & dictum est, ac liquidius dicitur, ubi de Iosepho loquemur in Bibliotheca nostra Sacra Scriptorum Ecclesiasticorum. At præter Africanum, Eusebium, Sulpitium Seuerum, Orosium, & alios plurimos, cum quidam habeantur hac in re celebriores (licet inter sese dissenserint), expedit ut de ijs aliquid dicamus. Sic enim (spero) liquebit, cuius nam Chronologia veritati sit propior.

Primus fuit Octavius Panthagatus Pacatus Brixienfis, cognomento Pater, de quo viro à me olim cognito, Onuphrius Panuinius Epistola ad Metellum Sequanum Iuriconsultum missa, hæc inquit: Ille quoque Chronicon multis admodum ab hinc annis, eadem, qua postea fecit Mercator, ratione sibi conscripserat, tempora correxerat, & ingeniose, & erudite, incredibiliq. cum diligentia. Quam enim omnes historias tenuerit; haud ignoras. Ex eo Chronico, multa (cur enim hoc, vel negem ingratus, vel dissimulem?) hausi, primumque temporum restitutionem didici. Infinita alia prope ab eo viro accipi. Nam apud eum fui frequens. Hæc Onuphrius.

Alter fuit Gerardus Mercator; de quo idem ipsi Metello Onuphrius sic scripsit, ut eum non tam in Chronici ratione, quam in fide Catholica nobiscum sentire percuperet, à qua (quod dolendum est) fuit alienus. Nam & propterea eius Chronographia tamquam

hominis

hominis Martino Lutero nimium addicti, à sancta Sede Apostolica prohibita est. **A** Ceterum cum Onuphrius dixisset sibi pene omnia, quæ ad rationem temporum attinerent, esse expedita & certa, adiecit, à se quoque (antequam nosset Mercatorē) ad calculum annos ex Solis, Lunæq. motu, ac cursu reuocasse: Quorum Planetarum multa deliquia, ea præsertim, quæ ante Christum acciderunt, temporibus diligentius expendēdis collegerat. Quod cum item Mercator fecisset, qui & Onuphrium haud semel citat, putasset autem ex Ecclipsibus, & Astronomicis obseruationibus sese exactissimam temporum demonstrationem concinnasse, quibus verbis suā Chronologiam prænotauit; non tamen adeo cōmoda euadit signandis temporibus illa deliquiorum in cælestibus Astris obseruatio, ut existimabat: quandoquidem, quæ inter Ecclipses intercidunt tempora non sinunt iustissimam eorum summam subducere. **B** Id quod etiam dictum sit de Chronico, siue supputatione Temporū Martini Beroaldi, qui eandem Ecclipsim, quam Mercator instituit viam. Summam autem Annorum Beroaldus ab Orbe condito vsque ad Christi Domini Natalem diem facit 3928.

At vero cum Lutherum, & alios eiusdem furfuris potius quam farinae in sua Chronologia nominet, atque ex Carione, & Funccio, Ioanne Sleidano, & alijs huiusmodi, interdum Historias afferat, & in Nouo Testamento recitando potius hæreticorum, quam vulgata editione vtatur, intelligi potest, si permittenda sit eiusmodi Chronographiæ lectio, purgandam omnino esse, atque istam inde rubiginem esse detergendam.

C Tertius est Melchior Canus, qui vndecimo libro Locorum Communium, in nouo argumento excutiendo, multa de ratione temporum, siue ad Diuinam, siue ad Humanam historiam pertinentia tractat capite quinto, vsque ad finem. Qui quoniā vnicique extrat ad manus, longior vero fieret hæc narratio, si huc infereretur, eō remittimus lectorem.

Quartus est Benedictus Arias Montanus, codice, quem Daniele, siue de Sæculis inscriptum, adiungi curauit Biblijs Regijs: In cuius codicis fronte pollicetur magnum opus (quod nondum peruenit ad manus meas) in quo historiarum in specie, circa tempora repugnantiæ, apertissima (inquit) explicatione dirimantur. Eo igitur, post præfationem, ubi Mundi conditi initium fuisse Autumni tempore, ex obseruata sacrorum librorum sententia, Annumq. licet multiplicem, & alijs, atque alijs gentibus varium, eum tamen, qui rebus Mundi constituendis comparatus est, duodecim mensibus constituisse, ostēdit; rationes temporum sic explicat, ut ab Orbe condito, vsque ad septuagesimum huius sæculi annum non fluxerint plures, quam sex anni, & triginta, & trecenti supra quinquies mille. Ceterum, ait, in reliquis annis numerandis, vsque ad Templi secundi, & Hierosolymorum vastationem, non satis nostræ cum aliorum rationibus conuenit supputationi. Namque in iis temporibus adnotandis, quæ post transmigrationem Babylonicam ad Maccabæorum Regnum vsque fluxerunt, non nihil variant Auctores. Sunt qui per Sacerdotum, & Præfectorum tempora enumerantes, trecentos & septuaginta quattuor faciunt annos: Deinde addunt centum, Maccabæorum Regni: & centum & septem, Herodum, vsque ad Hierosolymitanum excidium: Qui superiori summe additi notant annos ter mille nōgentos octoginta, à Mūdi initio, vsq. ad illud excidiū. Auctor vero qui breuiora chronica Hebræis conscripsit aliam rationem sequutus, ter mille octingentos quadraginta vnum annos, à Mundi initio, vsque ad Templum à Tito vastatum, ponit, illis nominibus: A Mundi initio, vsque ad Babylonicam captiuitatem, annos nobiscum numerat ter mille trecentos, triginta octo: Exilii Babylonici, septuaginta: Regni Medorum, quinquaginta duos: Græcorum Regni, cētum septuaginta quinque. Maccabæis tribuit annos centum & tres: Herodibus totidem. Horum summa est, tria millia octingenti quadraginta vnum. Hæc Arias.

Quintus est Antonius Contius Iurisconsultus, qui professus Biturigis Iurisprudentiam, cum existimasset, sese Chronologiam inuenisse certissimam, quamve (inquit) ex

A quit) ex Eusebio Orosius, ex his vero Beda, & tota tandem Latina Ecclesia amplexa est, secundum quam (ait) Christus dicitur natus anno Mundi 5199. aliqui Codici Iustiniani, edito Antuerpiæ à Christophoro Plantino, anno huius sæculi septuagesimo quinto, adiecerunt: Quam quidem idem Contius vberius tractauit iis in scholiis, quæ scripsit in Tripartitam Chronographiam Nicephori: de quo vide in voce, Nicephorus, in nostra Bibliotheca sacra.

B Sextus est Garfias Galarza Episcopus Caurienfis, qui Euangelicarum Institutionum tertio, ac sequentibus libri septimi capitibus de Annorum mensura, initio, & varia supputandi ratione secundum Hebraicam veritatem, & secundum septuaginta Interpretes agens; deinceps chronologiam, ex Hebraica veritate deducit; quam sane expediet in eo Auctore perspicere, viro doctrina & pietate præstanti. Inter alia enim discrimen ostendit, quod inter Græcos, & Latinos enatum est de numero annorum ab Adamo, vsque ad Diluuium. Græci enim sequuti septuaginta Interpretes ab Adamo vsque ad ortum Abrahæ numerant bis mille ducentos quadraginta duos annos. At Hebræi mille sexcentos quinquaginta sex, ex cap. 5. & 7. Geneleos. quos quidē Hebræos sequuti sunt Latini Hieronymus, Augustinus Beda, Philo, Iosephus, Driedo, Io. Lucidus, Cælius Lustranus, Augustinus Eugubinus, & fere omnes Latini Patres. Quoniam vero septuaginta Interpretes rationem Aegyptiorum supputandi annos inieuerunt, non autem Hebræorum, factum est (inquit Galarza) ut ortum sit discrimen inter Græcos, qui Editionem septuaginta sequuti sunt, & Latinos, qui vulgatam ex Hebræis fuerant amplexi. ipse autem Galarza, fere quattuor mille annos à Mundi creatione ad Christi natiuitatem supputat in fine capituli octauo lib. 7.

C Septimus est Alexander Sculterus Prutenus, & olim Canonicus Varmienfis, qui Chronographiam, siue Annales omnium fere Regum, Principum & Potentatum ab Orbe condito vsque ad annum Domini 1541. confecit, Romæq. edidit; quæ quidem acce viri iudicium, atque diligentiam ostendit, neque in secundis habenda est. Is autem ab initio Mundi vsque ad natum Christum colligit annos 3959.

Postremus est omnium Gilbertus Genebrardus iam Archiepiscopus Auenfis, cuius nomine Chronographiæ libri quattuor auctiores emissi sunt, anno huius sæculi octogesimo quinto, hac inscriptione.

» Gilberti Genebrardi, Theologi Parisiensis, Diuinarum Hebraicarumq. litterarum Professoris Regij, Chronographiæ libri quattuor. Priores duo sunt de rebus veteris populi, & præcipuis quattuor millium annorum gestis: Posteriores è Domini Arnaldi Pontaci, Episcopi Vasatensis, Chronographia aucti, recentes historias reliquorum annorum complectuntur. Vniuersæ historiæ speculum, in Ecclesiæ præsertim sæculo, à mendacijs, maculis, imposturis Centuriatorū, aliorumq. hæreticorū deterfuit: In reliquis contra Iudeos, Paganos, Saracenos, Christianæ religionis antiquā veritatem, perennitatēq. repræsentans. Subiuncti sunt libri Hebræorum Chronologici, eodem Interprete.

» Chronologia Hebræorum maior, quæ Seder Olam Rabba inscribitur; & minor, quæ Seder Olam Zuta: De Mundi origine, & temporibus ab Orbe condito, vsque ad annum Domini M. C. XII. cum alijs opusculis, ad res Synagogæ pertinentibus: Interprete Gilberto Genebrardo Theologo Parisiensi, Diuinarum, Hebraicarumq. litterarum Professore Regio: Parisiis, apud Michaëlem Sonnum 1585.

E Is autem Genebrardus institutę suę Chronographię rationem reddit eam. Ne quis in tāta tēporum, annorum, rerum varietate decerraret, aut temere per incerta & incomperatā, in vastitate eiusmodi ferretur, breuitatis rationem se nequaquam deseruisse, viarumq. compendia captasse, quæ totius huius disciplinę difficultatē animis penitus infingerent. In Christum, tamquam in scopum, & cynosuram per itinera certa, atque interualla tetendisse, in quibus lector velut de via fessus conquefcat, & aliquantum respiret. Neque enim met hodum vllam esse apriorem ad annosam antiquitatem animo complectendā, quam si vniuersum Chronographiæ corpus

ratio Chronographiæ à Genebrardo instituta.

5336.
1570.
3766.

corpus in certas etates, ac secula distinguatur, quæ nec nimis sint contracta, nec nimis proluxa, atq. hic exerceatur, quod Rhetores præcipiunt; nimirum in perspicuitate tenendam esse partitione, quæ nec sit minor, nec amplior. Sic autem animus circumferibitur certis terminis, ne in immenso se conficiat, ne ve dum caret stationibus, & metis, in quibus se reficiat, & suam perfectionem dirigat, errore seductus, vltima nequeat cum primis componere. Porro cum multi multa de methodo, ad facilem historiarum cognitionem, eloquenter & docte disputauerint; breuissimam, & certissimam methodum esse hanc, qua antiquitas usque ad Christum, in sex ætates diuidatur, mox membratim summa singularum ætatum demonstratur, & quid quaque ætate contigerit, perstringatur. Deinde, quidquid à Christi ortu superest, in sexdecim partes, vel secula distribuatur, & illorum euenta modo iam incohato continuentur. Ergo, vt temporum optime distinguendorum, scitoq. ordine digerendorum ratio percipi facile possit, ab Orbe condito ad Christum, per sex ætates, quasi gradus, inæquales quidem, sed tamen certos, & à Scriptura designatos progrediendum est. Deinde à Christo nato ad hunc præsentem annum, per sexdecim æqualia interualla & stationes perueniendum; licet hoc seculum, quoniam non dum finitum est, inæquale sit.

Vide chronographiæ Periocham initio operis Genebrardi de chronographia edita anno 1585 Parisiis.

Mira antiquarum rerum caligine tribus primis ætatebus.

Ætas Aurea que quibus.

Ætas Argentea.

Ætas ferrea, que Domini aduentu facta est Aurea.

Falsa cetera historiæ ubi nam aperte ostensa.

Sed & alibi ostendit idem Genebrardus priore suæ chronographiæ parte veterem se Ecclesiæ cursum ab ipsius Mundi primordiis delibasse: deinde operam dedisse vt minimum à verbis, & sensu Scripturæ discederet, quemadmodum docent testimonia, quæ partim in eam rem, partim vt indicem, quo loco plenior historia contineatur, inter duas columellas affert. Mox vt salutarisq. concordia Cathedræ Mosaicæ cū doctrinâ Catholica innotesceret: successione Patrum, Principum, Põtificum, cum Prophetarum successione se coniunxisset, id quod & summo labore confecit, & inquit se nescire num aliquis alibi sit inuenturus. Immiscuit postremo res profanas, vt quos delectat humana cum Diuinis, extera cum domesticis coniungere; ac eodem obtutu, rerum pene omnium diuerfas facies perspicere, vel etiam singula separatim per se contemplari, eorū aliquod speculū habeant. Quamobrem ait, hinc fore, vt constet quæta, quamq. diuturna caligo & rerum antiquarū, atque adeo præstantissimarum ignorantia, exteris nationes obruerit, quando è sex ætatebus tres primas omnium potissimas, vtilissimas, prope necessarias, denique productissimas, vt quæ bis mille sexcētis annis expleantur, penitus nesciuerunt; Tres contra-ctiores, mille quingentorum annorum spatium conclusas, solummodo & quidem leuiter perceperunt. Quartam enim, quæ est Iudicum, ac recētissima, primam faciunt, Auream appellant, Deorum, Heroum, Semideorum parentem, alumnam, æculum inscribunt. Quintam, quam Regum in sacris litteris esse liquet, secundam itatunt, Argenteam nominant; varias Principatum, Dominatum, Rerum publicarū formas complecti aiunt, à Deorum filiis, nepotibusq. constitutas, in qua Olympiadū, aliarumq. Aerarum, siue supputationum indicationes contigerint, quasi retro numerare illis minime integrum fuerit, propter superiorum seculorum vel ignorantiam, vel certe obliuionem: Sextam, quam Hebræi à Babylonicâ captiuitate recte auspiciantur, tertiam putant, Aeream faciunt, Monarchiarum, ac ingentium Imperiorum, Babylonicæ, Persicæ, Græcæ, ad Romanam vsque conditricem profitentur. Septimam, aut potius sextæ vltimam partem, & septimæ primam, Quartæ ætati tribuunt, Ferreamq. vocant, Parthicam, Punicam, Romanam, quam suo in carnem aduentu Dominus illustrauit, & è ferrea auream credentibus reddidit. Posteriore chronographiæ parte mille sexcentorum annorum historiam perstrinxit eo consilio, vt rubiginem, ac maculas, quas è Centuriatoribus, & reliquis hæreticis historiæ Christianæ contraxerat, abstergeret; plagas & vulnera, quæ Chronologia ab istis acceperat, sanaret; viros sanctos, & numquam satis laudatos, ab istorum conuitiis, atque maledictis vindicaret; veram Christianorum temporum faciem atque formam ab istis contortam & personatam reponeret. Ideoq. etiam inter cetera successioni Cathedræ

A

B

C

D

E

A dræ Ecclesiasticæ, successionem doctrinæ singulis sæculis, siue centuriis, per modum Coronidis succenturiavit: vt Catholicos omni censu, præscriptione, auctoritate, tabulis, & instrumentis instructos esse doceret, cum ad nostra iuste possidenda, & defendenda, tum ad iniustos Ecclesiæ tituli & fundi captatores iure depellendos, atque profligandos. Quamuis enim tanta sit prærogatiua, tanta vis Cathedræ, vt iuxta Augustinum, cogat bona dicere non bona facientes; compellat prauæ sentientes, recte docere; nec sua, sed aliena prædicare permittat: hanc tamen summam eius cum doctrinæ perenni successione concordiam in exigua tabella speculari, non debet videri otiosum; Quin sperandum est adeo hoc hæreticos, in quibus aliquis conscientiæ igniculus superest, percussurum, vt vel victas manus dent, suscipiantq. cum omni auiditate Dei verbum; vel exemplo Thestalonicensium, scrutentur in sanctissimorum Maiorum scriptis, an hæc ita se habeat. Funiculus triplex difficile rumpitur. Vbi ergo Dei verbum, Christi Cathedra, perennis Maiorum doctrina consentiunt & colligantur; qui testes veritatis alibi quærit, vel potius corrogat, perinde facit, ac qui ad firmandam fragilem trabem, vinculum ferreum reiiciendum, simplicem, & putrem ligulam adhibendam putat. Hæc autem quæ Genebrardus attigisset, egit etiã, quid sentiat de Olympiadibus, aliarum ærarum, siue supputationum principiis haud satis cognitis: Ac deinde ad finem secundi libri memoratæ postremæ editionis suæ agit fustus de Chronologorum profanorum & sacrorum scrupulis; ac suam Chronographiam tutatus, errorū causas in aliis ostendit: Et sacrorum quidem Scriptorum ex variis opinionibus, vel fundamentis, quæ varia varij sibi iecerunt. Hebræi enim nimium addicti traditionibus, partim etiam quia indulgent odio, quo Christianos insequuntur, qui Hebdomadas Danielis ad IESVM Christum Dominum pertinere demonstrant, aliter numerum annorum notauerunt. Sic Græci & Latini veteres (inquit) ob corrupta septuaginta Interpretum exemplaria, excepto Hieronymo & Beda, qui, ob veritatis Hebraicæ peritiam, parum abunt à vero calculo. Itaque & respondet Antonio Concio, qui vulgatum totius Ecclesiæ Græcæ numerationem mordicus vsurpabat, eumq. erroris euincit. Præterea ostendit, veteres lapsos esse, quia annos Hebræorum supputarunt quasi Lunares. Addit causam controuersie, quæ inter Hebræos, seipsum, & recentiores Latinos cernitur pendere ex septuaginta annis captiuitatis Babylonicæ, & hebdomadis sexaginta nouem Danielis, dum alij aliunde illas accipere coguntur. Postea percurrit singulas ætates: Primam Mundi originarij, Secundam Diluuij, Tertiam Patriarcharum, Quartam Iudicij, Quintam Regum, Sextam captiuitatis: omnesq. scrupulos curat eximere sat docte & diligenter. Antea vero profanorum Scriptorum pluribus rationibus exemerat scrupulos. In primis, quod Liuiana supputatio, à Varroniana, Ciceroniana, Censorina, Gelliana, Pliniana, Capitolina, seu Verrij Flacci, non modo differt, sed & hæc inter sese, atque à vulgatis plurimum discrepant: siue quod (vt in suis Fastis Sigonius inquit) quos alij Consules, & sine Consulibus Dictatores sæpe interfecerunt, eos alij omnino prætereant: vel quia ante quingentesimum Urbis conditæ annum, multa illuc irrepererūt fabulosa & ficta, dum posteriores, noui præsertim homines, quadam ambitione; suam progeniem ad fictos antiquos Consules, & Magistratus referre studuerunt; quemadmodum Messala Augusti ad Iulium Aenæ. Sed nec Urbis historia repeti certo potest ex Scriptoribus Liuii ducentis annis antiquioribus: vt Cicero, & Velleius libro primo indicant: præterquam quod Onuphrius, cum inter Latinos ipsos tantam de anno Urbis conditæ esse quæstionem vidisset, ex omnibus sententiis duas probabiliores collegit, & vtramque suis Fastis adiunxit, vt quam quisque vellet sequeretur. Accedit, non facile conciliari enumerationem ab Vrbe condita cum Græcæ rationibus, siue Olympiadum, siue Regum, etiamsi illa liquido constaret: siquidem non bene conueniunt anni integri, quales fere sunt Consulium post exactos Reges, cum fractis, quales sunt Græci, aut anni emergentes (vt vocant) cum vsualibus. Item quia in vtraque numeran-

Vis Apostolica Cathedra.

De Olympiadibus, Aeris, & aliis supputationibus. Chronographorum errores à Genebrardo monstrati. Hebræi cur errauerint in Chronologia.

Græci, & Latini cur item errauerint. Hieronymus & Beda parum abunt à vero calculo.

Antonij Concij lapsus in Chronologia, vnde. Causa controuersie inter Hebræos, Genebrardum, & recentiores Latinos Liuiana.

Varroniana. Censorina. Gelliana. Pliniana. Capitolina seu Verrij Flacci supputationes inter sese, & à vulgatis plurimum discrepant: & cur. Onuphrius due probabiliores sententiæ. Anni integri. Fracti. Emergentes vsuales.

di ratione, maxima existit extremorum diuersitas, minime in principiis, & finibus consentiens, Adde, quod nec apud Romanos perpetuo annus Consulium fuit integer, vel dies certus. Accedit, Fastos saepius fuisse correctos, immutatos, auctos, diminutos, multis diebus, atque adeo mensibus consumptis, vel additis. Sunt item alij nodi è serie quattuor Monarchiarum exorientes, deinde ex Olympiadibus; denique ex Aera Nabunazaris Ptolomæani: Itaque neque ex istorum vilo confici recte potest Chronicon; Nam de iis incertius adhuc iudicium est, & fere in radice peccat, quoniã illorum anni fere sunt fracti, incompleti, & mutili; etiam illi Olympiadum, quos tamen putant esse certiores: Olympicum enim certamen in mensem Ianuarium incidebat, & medium fere annum dispersebat, atque ex vno anno duos quoddammodo faciebat, quorum alter ad præcedentia, alter ad sequentia Olympica pertineret: Quare etsi vulgo quattuor annis definirentur, quinquaaginta tamen Lunares menses conclusisse, ex Lycophronis interprete apparet; qui numerus quattuor annos Solares viginti ferme diebus superat. Quamobrem Dionysius Halicarnassensis, inter alia & hoc reprehendit in Thucydide, quod euenta belli Peloponnesiani, per initia, & extrema Olympiadum ita digesserit, vt externorum gestis, commode vix adaptari possint. Et Liuius libro secundo ab Vrbe condita, conqueritur tantos errores tempora implicare, aliter apud alios ordinatis Magistratibus, vt nec qui Consules secundum quosdam fuerint, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate, non rerum modo, verum etiam Auctorum, digerere possis. Deinde & Vrbs quingentis annis Scriptoris caruit vsque ad Catonem Maiorem, qui rerum totius illius spatij memoriam colerent, & litteris mandarent. Ita Monarchiæ, & Olympiades, vsque ad octogesimam, & Hecataei, Herodotiq. sæculum, certis historicis carentes, è densis tenebris non possunt explicari. Præterea (quod omnibus commune est) tanta difficultate inter se anni ex istis Aëris deducti coeunt, vt sex regulas à Funccio, & aliquot aliis confingi necesse fuerit, & ne sic quidem coeunt. De quibus nihil aliud (inquit Genebrardus) dicam, quam quod tanta facilitate reiciuntur, quanta istis in inanem phantasiã venerunt. Nam perpetuo primus scrupulus hærebit in inconstanti Auctorum ab Vrbe condita supputatione: Secundus in non minus disputabili Olympiadum ratione: Reliqui in ceteris populorum Epochis, & Aëris, non satis certo & constanter fixis. Cuiuslibet ergo Chronici regula, & mensura debet esse Scriptura; quæ tamen vt in se certa sit, non caret difficultatibus & nodis, de quibus deinceps agit Genebrardus breuiter, vt causa; cur Hebræi, Græci, Latini, in annorum enumeratione inter se dissideant, planius percipiantur.

Quamobrem, vt dicam quod sentio, quando & qui mecum sentiant, habeo viros optimos, Genebrardi Chronologiam ex iis, quæ hætenus prodierunt, integriorẽ putò, atque absolutiorem; licet viri aliqui pij desiderassent, minorem Rabbiorum Iudæorum in priore veteris Testamenti Chronologia, in secunda vero noui Testamenti, nullam quorundam hæreticorum fieri mentionem: Ac tamẽ Genebrardus hæc plerumque citat, non tam vt eis auctoritatem arogeret, quàm vt ex eorum testimonio conuincantur. Hoc verò liquet, si cui placeat legere, quæ de Ioannis Sleidani mendacijs commemorat. Certe nos mallems, Bonos omnes Auctores, ab istorum omnino citatione superfedere, nisi vbi suis seipsi telis confodiunt. Ceterum in iis, quæ de rebus huius sæculi postremis Genebrardus adiecit, ad Humanã historiam pertinentibus, non dubito, quin, si aliqua liquidius cognouisset, eadem vir veritatis studiosissimus, certius enarrasset: sed hæc aliò pertinent.

Ceterum idem Genebrardus libellum edidit valde vtilem, qui hanc inscriptionem præfert. Notæ Chronicę: sive ad Chronologiam, & vniuersam Historiam Methodus omnibus studiosis utilis, &c. Hanc igitur qui prælegerit, priusquam se Diuinę Historię interiori studio dedat, sciat se optime operam positurum.

Olympia-
dũ Anni nõ
omninocer-
ti.

Thucydides
à Dionysio
Halicarnas-
seo reprehen-
ditur.


Funccij Et
ror.

Scriptura
quomodo
debet esse
regula, &
mensura cu-
iuslibet
Chronici.

Vide com-
mentarios
Auctoris à
Moscouia.

Parisis in
8. apud P.
Huillier.
Eg. Gorbi-
ni, & Marti-
num Iuue-
nem 1584.

CONCORDIA, SIVE HARMONIA
veteris, & noui Testamenti, vii & Christi Nominum: atque Offi-
ciorum notitia à quibusnam recte sit tradita. Agitur
item aliquid de Sibyllarum oraculis de Balaam,
& Magis. Caput XXVII.



ONSENSVM veteris Testamenti constat plurimum vtilitatis af-
ferre ad solidam scripturæ sacrę cognitionem hauriendam: ad Ca-
tholicos in Fide ac pietate roborandos: ad Iudæos conuincendos,
atque ad discordes Philosophorum sectas in vnam Religionem ad-
ducendas. Quæ omnia vel designarunt, vel comprobant Rota in
Rota Ezechieli ostensa: Boni Scribæ, sive Theologi commendatio,
qui nouit proferre vetera, & noua de thesauro Diuinæ scripturæ: Pauli dictum de
veteri Testamento, quod in Christo euacuabatur, hoc est aperiebatur; & prodeba-
tur: Apostolorum omnium mos in tradenda Messia veritate: Patrum sedula diligẽ-
tia in hostibus Fidei hac ratione confutandis. Sic Iustinus Martyr cum Triphone
colloquens: Cyprianus scribens aduersus Iudæos: Eusebius decem libris de Euan-
gelica Demonstratione: Prosper Aquitanicus de Diuinis prædictionibus: Augusti-
nus de Ciuitate Dei decimo septimo, ac decimo octauo, & aduersus Faustum: Pa-
terius tribus libris testimoniorum in vtrumque Testamentum, quæ in Moralibus
Gregorij exponuntur: Et quicumque contra Iudæos, sive prisci, seu recentiores
aliquid edidere. Qui omnes Diuinam istam veteris vnã cum nouo Testamento
Harmoniam aduersus Fidei hostes admouet tamquam firmissimam machinam, cu-
ius in prophanis sectis, aut gentium superstitionibus nullum apparuit vmquam ve-
stigium, quo suam possent impietatem obrudere. Extant etiam apud nos, si non
antiquissimi, certe antiqui, Anastasius Abbas, & Theophanes Græci Auctores ma-
nuscripti, atque à Francisco Turriano Latinitate donati, sed nondum editi: quo-
rum vterque (fusus autem Theophanes) de Symphonia vtriusque Diuini Codi-
cis egerunt. At de Harmonia Euangelica, notum est, quid Augustinus scripserit
libris quattuor de consensu Euangelistarum; quidve de ea, quæ aliquibus videri
posset Diaphonia; deq. Euangelicis concordantijs Ioannes Gerson Tomo suorum
operum primo: ne quid dicam, quod Hammonius Alexandrinus, Isidorus, & antea
D Hieronymus (sed post Eusebium) de Canonibus Euangeliorum scripsere. Quam-
quam (quod huc attinet) Ianfenij Labor de Concordia Euangelica superat etiam è
veteribus multos.

Iam cui non fuerit otium versare omnes, quos hac de re diximus, is, si sequentiũ
alterutrum sumat in manibus, quem euoluat, voti erit sat compos. Alter est Anto-
nius Marinnus Cantapetrensis, qui tres libros inscripsit de colonatijs IESV, & Pro-
phetarum, vberes, eruditos, ac certe peritiles. Alter Iosephus Acosta, opere de
Christo Reuelato. In eo enim opere, & antiquorum in hac re vigilias collegit, &
quæ Patrum auctoritate expectabantur confirmanda, vir ille, Deo iuuante perfecit.
Quippe cũ duo generalia Saluatoris Encomia duobus libris digessisset, ad Christi
Dignitatem & Maiestatem, vel ad Beneficentiã, & Officiũ humanæ salutis spectantia:
Quæ prioris sunt generis, quarto attigit libro: nempe quod Christus sit Legisla-
tor, Propheta, Magister, Rex, Sacerdos, Messias, Filius Dei, ac denique verus
Deus: Quæ vero ad posterius pertinent, sequenti libro, qui est quintus, ab-
soluit: Nimirum quod sit Saluator, Redemptor, Auctor Gratia, Pastor,
Via, Vita æterna, & quæcumque eiusmodi sunt alia. Mystera vero, quæ il-
le vocat specialia sequentibus libris persequutus est agens in sexto de Concõ-
ptione, atque Infantia Saluatoris. In septimo de Conuersatione inter Homi-
nes, prædicatione, deq. reliquis eius temporis summatim. In octauo de Pas-
sione, Opprobrijs, Morte, fuffus. In nono de Glorificatione per Resurrectionem,

Ezech. 1.
Matth. 13.

1. Cor. 3.
Act. 17. et 18.
Pau. ad Tit. 6.
Iustin. Mar-
tyr. dialo.
adu. Tryph.
Cyp. conu.
Iudæos.
Eus. lib. 10.
de demonst.
Euang.
Pros. Aqu.
lib. de Diu.
predic.
August. de
Ciu. Dei.
Paterius.

Anastasius
Abbas.
Theophanes
de Sympho-
nia
Aug. tom. 4.
de consensu.
Io. Gersoni
de Euangel.
Concordantijs
Hammonius
Isidorus.
Hieronym.
Eusebius.
Ianfenius.
ANTONIUS
MARINUS.
IOSEPHVS
ACOSTA.

Nomina, &
Officia
CHRISTI.

Mystera
CHRISTI

Gradus reuelati Christi. In Lege. In Prophetis. In Psalmis. In Euangelio. Gen. 28. Ioan. COELVM APERITVM, Scriptura reuelata. ANGELI ascendentes, & descendentes. DE NOMINIBVS CHRISTI Dion. De Diu. nominib. Nomina Dei sydera oculis nostris accommodata.

Θεός ἀρχὴ ἀπαύσις ἰσχυρὸς παντοκράτωρ. Vide Francis. Ferrar. in B. Thomae lib. 1. cont. Gentes.

Martin. lib. 2. Hypotypos. c. 1. 2. 3. & 4.

Bellar. so. 1. controu. 2. lib. 1. 2. 3. 4. Benedictus Arias. Vide tertiam Ludouici Leonis editionem Salmaticense uulgatam an. 1587. apud Gulielmū Forguel. Vide Henr. Susonem de nom. lib. 4.

per Ascensionem ad Patrem, per Spiritus sancti Missionem, per Aduentum ad omnes homines iuuandos. Et quidem ille antea gradus reuelati Christi superioribus libris indicauerat, ut doceret in libris Moysi pleraque allegorice, & obscure dicta de Christo, extare tamen in lege nonnulla de eo testimonia clarissima. Prophetas autem plenius, atque apertius: At Psalmos super omnes scripturas veteres, Euangelistas vero, atque Apostolos apertissime Christum celebrasse. Quare huc refert illud Scalae Iacob visum, eaq. Domini verba dicentis. Amen Amen dico vobis: Videbitis Caelum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes super Filium Hominis: ut caelum apertum scriptura sit reuelata: Angeli autem sint Praedicatorum, qui praecessere, quive sunt sublequuti, Diuina Mundo annunciantes testimonia.

Porro quae ex consensu veteris, & noui Testamēti utilitas capitur, fructu adhuc yberiore cumulatur ex notitia nominum Diuinorum, de quibus agens Dionysius Areopagita, cum dixisset a Deo radium intelligentiae suae unicuique pro capitu cuiusque communicari, ostendit, debere nos, qui immensam Diuinam illam lucem comprehendere non possumus, ad sacras litteras, tamquam ad caelos, mentis aciem flectere: In quibus litteris nomina sunt, cognomentaq. Diuina tradita Diuinitus, veluti sydera oculis nostris accommodata; ex quibus multa de Deo cognoscimus, eumq. rite laudamus. His ergo (inquit) Diuinis laucibus, quae vniuersos super caelestium ordinum Sanctos gubernant exercitus, Secretum quidem illud Diuinitatis, intellectu, essentiaq. excelsius sanctis Intelligentiae nihil iam perscrutantis, venerationibus, Quae vero ineffabilia sunt modesto quodam silentio honorantes, ad illos dumtaxat, qui in sacris litteris nobis fulgent, splendores contendimus; atque ab eis ad Diuinos hymnos illuminamur, inde videlicet ultra mundanum modum illuminati; atque ad laudationes sacras inde formati: ad hoc ipsum videlicet, ut & Diuina lumina nobis inde pro modo nostro tradita, facile videamus: & Beneficium illud principium totius illuminationis rite laudemus, quemadmodum & ipsum de se in sacris eloquiis tradidit.

Haec igitur causa fuit, cur & veteres, & qui consequuti sunt Theologi eandem de Diuinis nominibus, & attributis tractationem sedulo persequuti sint. Nos quomodo attributa ipsa a Scholasticis, praecipue a Thoma diligentissime tractantur cum reliquis in locis, tum in Summa, & in primo libro contra Gentes, ea satis norunt eruditi inde esse petenda. At quoniam alij quoque hoc saeculo in ea res laborarunt, ut Nomina Diuina (Christi praesertim Domini) colligerent, ac, quatenus humanis mentibus licet, explicarent; ideo tres, quattuorve (summum) adscribam, qui leuare animos sollicitudine alia conquirendi poterunt.

Ac primo e Patribus, & vniuersa pene Graecorum, & Latinorum antiquitate Martinus Martinus complura huc attulit. Nam cum fuisse tradidisset, quid obseruatum fuerit in recta impositione propriorum Nominum, cum in Diuinis litteris alicui imponuntur; mox sequentibus capitibus egit de Deo, & Diuinis Nominibus fuisse: De Christi item Redemptoris nominibus, siue quae ad Diuinam, seu quae ad Humanam naturam assumptam pertinent. Denique quid significant nomina, quae de Deo dicuntur, cum ex humanis rebus, & ex affectionibus nostris sunt desumpta.

Robertus Bellarminus, cum secundam generalem Controuersiam in quinque partes distribuisset, Primam De Diuinitate Christi. Secundam de distinctione Personali a Patre, & Spiritu sancto. Tertiam de carne, siue Incarnatione Domini. Quartam de Anima eiusdem. Quintam de Officio Mediatoris; multa, quae faciunt ad id, de quo agimus, attulit.

Et Benedictus quidem Arias Montanus in suo Apparatu ad litterarum sacrarum Instructionem, aliqua eo in libro persequutus est, qui de Arcano sermone, siue Ioseph est inscriptus. Verumtamen quae ad ipsum Christum tamquam hominem attinent, Ludouicus Leo Augustinianus Theologus lingua Hispanica,

A & pereleganti, ut sensu erudito ac profundo, interpretatus est: Postrema tamen, quae ipsi legimus, editio auctior est, quippe cui tertius fuit liber adiectus ad Nominibus FILII, DILECTI, IESVS. Nam duobus superioribus libris de alijs nominibus egerat. GERMINE, FACIE, VIA, PASTORE, MONTE, PATRE, futuri saeculi: BRACHIO, REGE, PRINCIPE, Pacis, SPONSO. Quamquam & in Canticis Cantorum, quae quidem ipsemet Ludouicus Leo Latinis commentarijs explanauit, multa apposite in hanc rem dixit.

Et sane ad haec Nomina siue cognomina, pleraque alia referuntur, quae in Scripturis extant. Ac tamen adhuc pauca haec in gratiam studiosorum adijcimus: Videlicet, non Positiua solum, atque Scholastica, verum etiam Controuersa cum Iudaeis, & Haereticis Theologia profuturum, si haec omnia ad septem officia, quibus aut functus est, aut partem etiamnum fungitur Dominus, redigantur. Quibus enim, dum in Mundo vixit, est functus, ea fuere quinque, PROPHETAE, SACERDOTIS, REGIS, DOCTORIS, REDEMPTORIS. Iam vero in caelis praestat officium ADVOCATI, atque IUDICIS: praestiturus postea hoc iplum quod Iudicis est, in extremo Iudicii die plenissime.

At & praeter haec, quibus Christus praenunciatus est, Aliorum quoque, qui in Christum haud credere, fuere praedictiones hoc est, Balaami; Magorum: Caiaphae, siue similibus: quibus omnibus, vsus est ille, cuius sunt Caeli, & Terra, quiq. etiam per Balaami Asinam pronunciarie potuit veritatem.

Iam de Sibyllis egerunt Plato, Iamblicus, Porphyrius, & ceteri Academici, quorum hac de re doctrinam scripsit Petrus Crinitus. Egit Cicero, Plinius, & ante hos Varro in libris rerum Diuinarum ad Caesarem: deinde item Cornelius Tacitus, Solinus, Fenestella, Martianus Capella, Virgilius, Seruius, & alii. Graeci autem praeter Platonicos Diodorus Siculus, Strabo Suidas, Aelianus de varia Historia. At e Christianis, & praescis Patribus Graecis. Eusebius, Iustinus, Clemens Alexandrinus, Stratonicus Cumanus, Theophilus ad Autolycum: Ex Latinis autem Lactantius, Hieronymus, Augustinus: Nostro quoque tempore Sixtus Senensis, Petrus Messia, Petrus Garfias Galarza, aliiq. complures.

Has autem Sibyllas Dei afflatu vaticinatas fuisse bona pars eorumdem Patrum asseruit. Et earum Oracula Paulus Apostolus gentes hortabatur, ut legerent, sicuti Clemens Alexandrinus scriptum reliquit sexto Stromatum libro. Libros Graecos (aiebat Apostolus) sumite & Sibyllas agnoscite, quomodo vnum Deum significent, & ea quae futura, & inuenietis in eis Filium Dei clarius & apertius scriptum. Carmina vero ipsa Sibyllarum aliquot legi possunt in Sixti Senensis Bibliotheca sancta, & in alijs, tum Graeca, tum Latine facta. Sed & Petrus Garfias Galarza ita hanc rem totam tractauit, ut decem Sibyllarum carmina cum Prophetis sacrae Scripturae conferens, mirabilem earum cum istis harmoniam ostendat. Et faciunt haec plurimum (inquit Galarza) in nostrae Euangelicae doctrinae confirmationem, cum non solum Balaam, verum & Magi, & plures gentium Philosophi huiusmodi vaticiniis indubitatae fidei argumenta dederint. Quales sunt, praetermissis nostris, Plato in Alcibiade, Cicero de Diuinatione, Plinius in libris naturalis Historiae, Philostratus in vitam Apollonii. Sed praeter cetera apertius Chalcidius Platonius commentariis in Timaeum Platonis; cuius verba in nostrae fidei gratiam libenter subnectam. Est, inquit, sanctior, & venerabilior historia, quae perhibet ortu stellae cuiusdam, non morbos, mortesq. denuntiatae, sed descensum Dei venerabilis ad humanae conuersationis, rerumq. mortalium gratiam. Quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldaeorum perfecte sapientes viri, & consideratione rerum caelestium satis exercitati, quaesuisse dicuntur recentem ortum Dei, repertaq. illa Maestrate puerili, venerati esse, & vota Deo tanto conuenientia nuncupasse. Philo etiam Iudaeus in libro de specialibus legibus, & alii, quos plures referre longum esset, de Sibyllis locutus est.

a Zeph. 4. Hie rem. 33. Zac. 3. & 6. b Pf. 88. & 94. c Psal. 45. & 64. d Pf. 68. & 15. e Pf. 35. 104. f 14. g 10. 11. Heb. 13. h 1. Pet. 5. i Pf. 67. Ef. 2. Dan. 2. k Esai. 9. l Pf. 70. Esai. 52. & 53. m Luc. 3. n Pfal. 2. o Esai. 60. & 65. p Mich. 4. q Epha. 5. 10. r Rom. 13. s 1. Cor. 3. t Per. Crin. li. 2. de bona sua discipuli. cap. 1. u Cic. li. 1. et 2. de Diu.

o Hiero. li. 5. c. 1. iouin. Eufli. 5. bib. sto. Eccl. Lactan. li. 1. Diu. 10. ff. Aug. li. 18. de Ciu. Dei c. 23. Iust. martyr aduers. Gentes. p Pet. Garf. lib. 5. Euag. Infit.

q Cic. lib. 1. de Diu. Plin. lib. 6. 20. & 25. nat. hist. Chalcidius Platonius de stella Magorum.

DE PSALMIS UTILISSIMA, ET BREVIS tractatio. Qua agitur de methodo ad eos rectius intelligendos, & meditandos. Caput XXVIII.

POST veteris, & noui Testamenti Harmoniam, ipsa Dauidis Psal- morum tractatio mirifice ad vniuersam scripturæ sacrae notitiam facit. Qui quoniam non solum in Ecclesia publice, verum etiam à plurimis priuatim quotidie recitantur, curandum esset, vt quædam de iis pene ab omnibus generatim, ac breuiter prænoticerentur, quibus facilius ad eos intelligendos, ac meditandos insti- tuti possent.

Scripturæ autē in Psalteriū pleriq. Patres, amplexi vel vniuersū, vel partē ipsius: sequentibus etiam sæculis, mirum est, quàm Deus calciferit corda piorū Theolo- gorum, vt & ipsi canenti Dauidi quodammodo accinerent, se ipsos, & populum ad Diuinas laudes variis earum interpretationibus excitantes. At nostro hoc sæcu- lo inter alios prodire Commentarij Gilberti Genebrardi, qui litteralem sensum ex Diuino Psalte elicit. Deinde eodem pene tempore Paraphrasim potius, quā Commentarium Cornelius Ianfenius emisit. Accessere Gregorio XIII. Pontifice Maximo hortante, Ioannis Baptistæ Folengij Mantuani Monachi Cassinatis, recu- sa Romæ Commentaria diligentius emendata. Reliquos autem, quorum assequi notitiam potuimus, adnumerabimus suo postremi capituli loco. PARTITIONEM in- terim Psalmodum Folengius ita distribuit.

Io. Bapt. Fo- lengius Man- tuanus Ro- mæ editus e- mendator. 1585. Laudatio- nes.

In Psalmodum libro, aut laudatur Deus, aut ad eum laudandum fiunt adhorta- tiones, in quibus eius tum erga alios, tum potissimum erga Israelitas beneficia cō- memorantur, vt Psal. 8. 29. 33. 47. 48. 65. 66. 76. 81. 92. 93. 95. 97. 98. 100. 103. 105. 106. 107. 111. 113. 114. 115. 117. 119. 134. 135. 136. 138. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Aut oratur, vt in Psal. 16. 26. 43. 67. 84. 90. 126. In morbo 6. 38. 39. 88. Pro peccatorum autem venia, & expiatione. 19. 25. 57. 130. Auxilium petitur contra aduersarios, & improbos potissimum, in quo insunt querele, & imprecationes. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. 13. 17. 25. 27. 28. 31. 35. 36. 40. 42. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 64. 69. 70. 71. 74. 79. 80. 83. 85. 86. 89. 94. 102. 108. 109. 123. 140. 141. 142. 143. 144. Aut aguntur Deo gratiæ, in quo inest & laudatio. 18. 21. 30. 31. 34. 40. 66. 77. 116. 118. 124. Aut est fausta precatio, vel omen. 20. 72. 122. Aut sunt in improbos inue- stiones cum precibus coniunctæ. 5. 7. 10. 12. 35. 36. 40. 52. 53. 55. 58. 109. 120. 135. Aut docetur aliquid, & ad recte viuendum traduntur præcepta. 1. 2. 4. 11. 15. 19. 23. 24. 32. 34. 37. 41. 45. 46. 49. 50. 62. 63. 78. 82. 91. 95. 97. 99. 101. 112. 119. 121. 125. 127. 128. 129. 131. 133. 137. 139. 141. Insunt & de Christo oracula. 2. 14. 16. 17. 22. 24. 50. 53. 68. 75. 82. 85. 86. 94. 97. 98. 119. Et de Ecclesia 51. 87. Atque hæc plerumque inter se mixta sunt.

Gratiarum Actiones. Fausta Pre- cationes. Inuectio- nes. Præceptio- nes. Prædictio- nes.

Villauicen- us.

Hæc quidem Folengius. Sed & Villauicentius libro de recto Theologiæ stu- dio efformando, ad sex ordines ita Psalmos omnes redegit, vt quidam sint simpli- citer didactici, & parænetici, qui videlicet docent, quid iuxta Legem, ac volunta- tem Dei sit expetendum, vel fugiendum: cōmendant virtutes, damnant vitia, & de de finibus bonorum excellenter differunt. Cuius generis sunt. 1. 11. 14. 15. 32. 36. 49. 50. 51. 62. 73. 77. 78. 84. 90. 99. 101. 119. 127. 130. 131. 133. 134. Quidam contineant oracula, & prædictiones de Christo, de Ecclesia, de diuerso Ecclesiæ, & Sanctorum statu, de persecucionibus, & in his piorum liberatione, impiorum vero interitu. Huc pertinent Psalmi 2. 8. 9. 14. 16. 19. 21. 22. 24. 29. 40. 41. 45. 47. 53. 59. 67. 68. 72. 87. 89. 93. 95. 96. 97. 98. 100. 113. 117. 145. Quidam sint precato- rij, in quibus nimirum Propheta, vel sancti quicumque implorant Dei misericordiam, petunt remitti peccata, liberari à periculis, Ecclesiam conseruari. Eiusmodi sunt. 3. 5. 6. 7. 10. 12. 13. 17. 20. 25. 26. 28. 31. 35. 38. 39. 42. 43. 44. 54. 55. 56. 57. 61. 63. 64.

A 63. 64. 69. 70. 71. 74. 79. 80. 81. 83. 85. 86. 88. 94. 102. 119. 120. 123. 132. 133. 140. 141. 142. 143. Alii sint consolatorii, concionantes de poenitentia, de expectanda certa piorum liberatione, de promissionibus, bonitate, iustitia, iudicio Dei, de im- piorum secuturo excidio. Ad hunc ordinem referuntur Psalmi. 4. 31. 37. 39. 52. 58. 68. 75. 77. 82. 84. 91. 92. 112. 119. 121. 128. Nonnulli sunt & $\chi\rho\iota\sigma\tau\iota\kappa\alpha\iota$, quibus videlicet post liberationem piorum è variis periculis, post attritos hostes impios, post accepta beneficia, & auersa mala, aguntur Deo gratiæ. Hi sunt. 18. 23. 27. 30. 31. 33. 34. 46. 48. 60. 65. 66. 76. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 111. 114. 115. 116. 118. 119. 122. 124. 125. 126. 129. 135. 136. 138. 139. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Po- stremo aliqui sint mixti, quandoquidem constant partim precationibus, partim consolationibus, partim gratiarum actionibus, partim prædicationibus, partim de- nique doctrina, atque exhortationibus. Huiusmodi iudicatur plerique, vt pote quo- rum numeros videas ad diuersos ordines haberi adscriptos, vt materia in illis com- prehensa poscere videbatur. Hæc de Psalmodum argumentis.

Quoniam vero Hæretici pene omnes, Psalmis Dauidis tamquam cuneo ad fin- dendam Ecclesiæ vnitatem (vt & reliquis Scripturis) abusi sunt; Theodorus autem Beza magistrum suum Caluinum imitatus, carpit superiorum omnium Patrum Di- uinas interpretationes, vt ad sese vnum tanquam fidissimum omnium Interpretem, gloriam deriuat, (licet denique & Caluinum ipsum ea in re mordeat, & priorem suam versionem cum multis locis immutasset, tamquam initio male ab se factam, ri- deat eos, qui vt eam retinerent, flammis comburi in Ecclesia Catholica voluerunt) propterea & Genebrardus, & Sixtus Senensis, & Bellarminus legi vtilissime possunt, quibus locis istos oppugnant, veramq. vna in Ecclesia Catholica versionem ste- tisse demonstrant: Genebrardus quidem in suis Commentariis; Sixtus Octauo libro suæ Bibliothecæ; Bellarminus autem Tomi primi libro secundo, capite decimo tertio, quo defenduntur loca, quæ in Psalmis male reddita fuisse à Latino Inter- prete Caluinus contendebat.

Hæretici Psalmis Da- uidicis vsi ad finden- dam Eccle- siam.

Atqui & illud addendum, Theodorum Beza veritate coactum agnouisse, se se nihil Hebraice scire, dum scribit, neque se è fonte Hebrææ linguæ hausisse quæ verteret, atque Henrici Molleli versionem sectatum fuisse. Quare si quid Hebrai- ca lingua balbutit, id (vt Genebrardus inquit) mutuauit, à dictatis quorum- dam elurientium Grammaticulorum, qui Geneuæ docebant, egentes & ipsi doctoribus. Sed & ex his omnibus perspici potest, quanta laborarunt infania, qui ex versione Beza & ipsi versiones in maternas linguas fecerunt; Interea ve- ro homines stupidi noua quæque suspiciunt; verissima autem, & antiquissima deferunt; ignorantes, quanto supplicio plectendi sint, qui Diuino verbo quid- quam addunt, vel detrahunt: Id quod etiam dictum est ob Psalmos, quos hac ætate nostra, vel Marotus in Gallijs, vel Lutherus, Melanchthon, & cetera pestes in Germania; vel alij in alijs adhuc magis Septentrionalibus Prouin- cijs ediderunt: Cum si cui arrideat Latina metro leganti versio Psalmodum facta, hæc sane ex Benedicto Aria Montano, & Matthæo Toscano accipi possit. Et sane quando Psalmodum recitatio dies, noctesq. habetur in Ecclesia, & in- nocentes puerorum animi Diuinis laudibus maxime sunt idonei, connitendum esset peruigili studio, vt iidem Psalmi potius, quàm foedissima Ethnicorum poe- mata, sinceris vasis instillarentur. Hac enim eadem opera præmunirentur aduer- sus Psalmos, & Hymnos, quos fugarunt & falsarunt Hæresiarchæ, satanam imi- tati, qui cum ex quacumque re bona malū aucuperet, vbi vidit non solum in Ori- ente, verum etiam deinceps Iustinæ, & filij eius Valentiniiani tempore in reliquo Orbe Christiano, Hymnorum & Psalmodum cantum vbiq. vsurpatum, ne popu- lus (vt inquit Augustinus) mœroris tædio contabesceret; idem ipse (inquam) sa- tanas Psalmos, atque Hymnos, sed deprauatos quoquoersum inuexit: Et viderat antea quoque, perenni Psalterij lectione, antiquitus sublatum esse vsum Poetarū obscenorum, quos Christiana illa pietas exhorrescebat; hoc autem sæculo exper- tus erat

Psalmi Ca- tholice ver- si à quib.

Confes. lib. 1. cap. 7.

tus erat, sibi laudes in Indiis demi, quas antea ipso etiam sanguine suis Idolis cont- A signabant.

Summa reuerentia recitandos esse Psalmos.

Iam cum, quo quidque animo dicimus, ab iis spectetur, ad quos verba facimus, intelligit Christiana mens (quae ad Dei similitudinem facta tum vere perficitur, cum intimum habet cum Diuina Maiestate commercium) quo spiritu loquendum, psallendumve sit cum Deo, renum & cordium scrutatore; qui vt loqui solet ad cor Hierusalem, interioraq. animi nostri pulsatur; sic omnino vult, vt ad cor ipsius, atque ad intimam illam charitatis abyssum loquamur, ne quando dicat summa nostra pernicie, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.

Aug. li. 10. conf. ca. 33. Dionys. de Eccl. Hier. in contemph. de Synaxi. Aug. in Ps. 150. Hierony. in proem. ad Psal.

Nauarr. de horis Canon. nicis. Granata li. de oratione par. 2. s. 9.

Apocal. 2. a Conc. Carthag. 3. b Laod. c. vi. c. Conc. Rom. sub Gelasio I. d Conc. Floren. in ins. Armen.

c. Conc. Trid. sess. 4. f. Athanas. in synops.

g Hieron. in prol. Gal. ep. ad Paulinum de studio sac. ser. proem. pri. ep. 3. ad Exuperium. cap. 7.

h Aug. lib. 2. de doc. Chris. i. lib. 16. Etymol. Damasc. li. 4. c. 18. de s. de orthod.

m Cyril. ca. theob. 4. illu. minatorum. n Ruf. in ex. pos. symb. O. rig. apud Eu. seb. li. 7. hist. o. 1. par. 13. Nablum. p. Iosep. lib. 7. cap. 10. An. sig. Rupertus in prol. Psal.

Quod si Apostolo teste sumus barbari iis, qui sermonem nostrum haud intelligunt; B quanto barbariores erimus Deo, & Verbo ipsius increato, si verba, quae a Verbo illo Diuino non intelligantur, id est non approbentur, quonia ex spiritu non procedunt, effutiamus? Hae igitur causa fuit, cur sanctiores Ecclesiae Patres summo studio inuenerunt, vt praecipue hunc Psalmorum librum acutius inspicerent, profundius meditentur, eruditissime interpretarentur, reuerentissime recitarent, Christiana grauitate concinerent, quae nec lasciuia saperet, nec rusticitatem, nec leuitatem: contentus autem ipse sic mulceret aures, vt moueret corda, tristitiam leuaret, iram mitigaret; sensum autem littera non euacuaret, sed foecundaret. Hinc etiam factum est, vt qui Psalterium vniuersae Theologicae paginae consummationem esse, atque copendium agnouerant, f. Psalmi cuiusque numerum, & ordinem tamquam magni secreti sacramentum, Inscriptiones item, ac titulos, quae ab aliis dicebantur causa, C

per quas in eorum intelligentiam deducimur, attente perpendent; vnde & Medicinam morbis animi abigendis, & tristitiae excutiendae salutarem capiebant. Videat qui posthac cupit tanto vti dignius instrumento, quae Georgius Ederus ex Patribus, ac praesertim ex Basilio, Hilario, Euthymio; quae de Diuinis horis recitandis scripsere Nauarrus paucos ante annos, & Ludouicus Granata: Et Humfridus quidem Anglus Societatis nostrae Theologus in omnes Psalmos, breues, sed vberes scripsit siue Notas, siue Commentaria: quae quidem quoniam apud nos extant nondum euulgata; pauca, quae ille in eos ex Patribus perdocte praefatus est, praestat huic loco adtexere, futura Diuino vati interpretando & intelligendo percomoda. De Psalmis igitur an sint in Scripturis Canonice habendi, nullus restat ambigendi locus. Qui enim primo saeculo id negarunt fuere Nicolaitae, a Ioanne f. Apostolo D

damnati, & secundo saeculo non minus inhonesti Gnostici, vt Philastrius refert. Sed nihil clarius, quam quod isti negarunt. In toto enim Testamento nouo vbiq. a Christo, Apostolis, Euangelistis hinc citantur testimonia, ipsiq. adeo Hebraei in suum Canonem semper receperunt. Quotquot vero fuere Doctores Ecclesiae, his tamquam Diuinis scripturis vtuntur, praeterquam quod hoc definitur in Concilio Carthaginensi III. Concilio Laodicensi, Concilio Romano sub Gelasio I. Synodis Florentinae, & Tridentinae; denique omnes id asserunt qui catalogum sacrae scripturae composuerunt, Athanasius, Hieronymus, Augustinus, Isidorus, Damascenus, Cyrillus, & Rufinus.

Dicitur autem hic liber apud Hebraeos Liber Hymnorum, vel laudum, scilicet Diuinarum, vt inquit Beda; Liber vero Soliloquiorum cum Christo, vt Remigius. Sed apud nos liber Psalmorum, vel improprie, (ait Euthymius) Psalterium: Hoc enim significat musicum instrumentum. At Chrysostratus, Beda, & Septuaginta vertunt fere Psalterium, quod Saluatoris nostri corpori accommodant mystice Hilarius, Cassiodorus, Remigius. Est autem vt Iosephus ait, instrumentum musicum, quod duodecim sonos habet, sed digitis carpitur: alij volunt idem esse, quod vulgo dicitur Cornamusa, quod sit instar vtrius pleni folij aeris; Quare & a vacuitate Hebraice nomen habet; ac sonum (ait Augustinus, & Beda) mystice a superioribus accipitur. Vide Hilarium, & Rupertum.

Vnus

Vnus autem est liber Psalmorum, licet reperiat apud Hebraeos in quinque libris diuisus; illa enim potius est subdistinctio quaedam. Ceterum alii libri Scripturae non responderent numero litterarum Hebraicarum, quod est contra ipsorum Hebraeorum Canonem. Sed & id docent Doctores: atque in Actis dicitur. Scriprum est in libro Psalmorum. A

Continet autem hic liber centum quinquaginta, hoc est, ter quinquaginta Psalmos, ob mysticam huius numeri rationem, vt inquit Hieronymus, Remigius, Augustinus, Magister sententiarum; vt vero ait Chrysostratus, in honorem S. TRINITATIS. Rupertus autem: vt fidei, spei, & charitatis praedicet Iobilaum, ad quas virtutes reuocat omnes Psalmos. Thomas item ob triplicem statum populi fidelis, scilicet poenitentiae: & haec quinquagena terminatur Psalmo poenitentiali, Misere mei Deus, Iustitiae: & haec finitur Psalmo centesimo, Misericordiam, & iudicium Gloriae: quae definit in, Omnis spiritus laudet Dominum. B

Ordo Psalmorum secundum res gestas haud seruat, idq. omnes fatentur, & patet. Quare (quod sentit aliqui) quoniam perierat liber in captiuitate Babylonis, deinde non totus simul sed dispersus repertus est: eo ordine Psalmi sunt, vel ab Esdra, vel ab Ezechia dispositi, quo sunt antea, vel postea inuenti. Sic Chrysostratus, & Euthymius, qui scilicet Diuina institutione, & ratione mysteriorum id factum iudicat. At Hilarius existimauit propter mysterium vitae humanae. Beda vero inquit, Esdras de industria ordinem historiae non sequutum, vt in his mysterium potius spectandum sciremus. Augustinus hanc ordinis varietatem Sancto spiritui relinquendam censet. C

Materia huius libri est vniuersalis totius Theologiae, quemadmodum inquit Thomas Dionysium explicans, qui ait, Diuinarum odarum (id est Psalmorum) esse, sacra scripturam intendere, & sacras & Diuinas operationes vniuersas decantare: Et Athanasius. Complectitur (ait) per modum Cantici, & laudis Diuinae quicquid in tota reliqua Scriptura sparsum reperitur. Sic Augustinus & Chrysostratus.

Chrysostratus item dicit Psalmorum argumentum esse CHRISTVM Deum & hominem; & Hilarius, Christi mysteria, Cassiodorus Christum integrum, scilicet caput, & membra, vel Ecclesiam. Remigius ponit hominem defectum in miserias per peccatum, nec inde valentem refurgere, nisi per Dei Misericordiam. Euthymius ad decem capita reuocat. Ego quidem haec vniuersa in Psalmis tractari dico, & praecipue quae spectant ad Christum, & Ecclesiam. De singulis vero iidem D Auctores copiosius differunt.

Diuisionem Psalmorum non eadem ipsi tradunt, possunt enim diuidi ratione triplicis status, vt Thomas. Titulorum, Variorum animae affectuum, Effectuum, quos de tota Scriptura exponit Apostolus inquit, Omnis Scriptura Diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum: Vt Chrysostratus, & Augustinus inquit. Lege Athanasium.

Cum autem multi sint Psalmi, quibus res gestae commemorantur, plerique autem ad mores, & vitam pertineant; tamen (contra Hebraeos) hic liber attinet ad eam Scripturae partem, quae in prophetia ponitur, vt Cassiodorus, Rupertus, & alij testantur. Sic Thomas; qua de re vide Driedonem. Quin & ipsi Hebraei coguntur hoc sensu varios Psalmos interpretari, vt Psalmum secundum, vigesimum primum, & alios.

Scripti porro fuere metricae Psalmi, quod Hieronymus, Chrysostratus, Beda, alique fatentur. In primis (ait Athanasius) vt homines totis viribus Dominum adament, & ad vocis concentum rectum etiam concentum affectuum reddant. Deinde (inquit Augustinus) quoniam Spiritus sanctus videns oblectantem, ac resistentem ad virtutis viam hominem, & ad delectationes huius vitae magis esse procliuum, quam propensum ad rectum iter virtutis: delectabilibus modulibus cantilenae vim suae doctrinae permiscuit: vt dum suauitate carminis mulcetur auditus, diuini sermonis pariter utilitas inferatur. In hanc eandem sententiam veniunt Theodoretus, & Chrysostratus.

Iam

Iam de laudibus Psalmorum vide præter alios fufe Augustinum, Athanasium, A Casiodorum, & Euthymium. De variis autem translationibus Euthymius, Thomas, Augustinus Eugubinus, & Driedo agunt, præter illa, quæ ex varijs lectionibus posita sunt in postrema versione latina LXX. Interpretum, Romæ edita. Quæue Gulielmus Sirletus Cardinalis collegit & contulit cum antiquissimis codicibus, quæ quidem ad finem sacri Apparatus Benedicti Ariæ Montani excusa sunt.

Dried. lib. 2. cap. 1. de sacral. script.

Obscuritas vero Psalmorum ex iisdem oritur causis, è quibus Scripturæ universæ obscuritatem ortam diximus supra De profunditate Scripturæ capite 17. huius libri.

Restat dicendum de Auctore Psalmorum. Et quidem Hieronymus, Hilarius, ac recentiores Interpretes aiunt, non ipsum solum Dauidem Auctorem esse, sed eos,

quorum nomina gerunt ipsi tituli Psalmorum; Rectius tamen liber Psalmorum dicitur, quàm Psalmi Davidis, ut Hilarius sentit; Vel quoniam, si Psalmi Davidis dicantur, id fit à maiore parte, quòdque primus fuerit, ac præcipuus auctor, qui Psalmista diceretur, ut inquit Augustinus Eugubinus, & Lyranus. At solum Dauidem

Dried. lib. 1. ca. 3. de cal. scrip.

Auctorem fuisse putant Augustinus, Chrysostronus, Origenes, Ambrosius, Casiodorus, Remigius, Beda, Euthymius, Theodoretus, Driedo. Rationes hæc sunt, quòd Psalmi nomine Davidis citari inveniuntur, à quibus tamen Titulus Davidis abest, qualis est Psalmus centesimus quartus, & nonagesimus quintus, qui, cum careant titulo, in libro tamen primo Paralipomenon ipsi Dauidi tribuuntur. Psalmi item quidam in titulis habent nomina aliorum, ac tamen sunt Davidis; Psalmus etiam septuagesimus septimus inscribitur Intellectus Asaph, ac tamen apud Matthæum nomine Davidis citatur: vocat enim ibi Prophetam Euangelista.

1. Paralip. cap. 16.

Matth. 13.

Chryf. in psalm. 1.

Atqui (ait Chrysostronus) nullus dicere valet, ubi nam Dominus, vel Apostolus aliquis Psalmos alterius, quàm Davidis meminerit. Quare & Psalmista nomen obtinuit. Addit Euthymius; Quoniam qui seu Cantica, siue Psalmi inscribuntur Moyfi, & Salomonis, nusquam alibi de ijs fit mentio, quamvis alia eorum scripta commemorentur. Quoniam item, (ut Casiodorus inquit) Ecclesiæ usus habet, ut dicantur solum Davidis. Nos vero cum Theodoretò dicamus, non multam hæc de re litem esse faciendam; ecquid enim refert siue Davidis sint omnes, siue aliorum aliqui: cum constet Diuini Spiritus afflatu omnes fuisse conscriptos? Vincat plurimum sententia (ait) Plures enim Scriptores Davidis esse asserunt. Cum ergo reperiantur aliorum nominibus Tituli; id fit partim, vel propter mysterium, ut Remigius inquit, vel quia nomina illa intellectus rerum congruos indicare noscuntur, ut Casiodorus, Beda, Remigius dicunt, vel quod illi similem materiam tractarunt, qualis in Psalmo illo tractatur, ut de Moyse, Zacharia, & alijs: vel quoniam iis cura erat pulsandi, & concinendi illum Psalmum, ut Chrysostronus, Euthymius, Casiodorus, Iacobus de Valentia scribunt: canebant enim illi hymnos (aiunt) & carmina, quæ fecerat Dauid.

Beda in Ps. 49.

Iac. de Valent. 2. par. 7.

Placet item illorum sententia, quæ habet; Dauidem multos quidem ipsum composuisse, aliorum vero argumentum alijs tradidisse, quod Cantico exprimerent. de Hieronymo autem dicunt eum locutum fuisse secundum sententiam Hebræorum; Nam alibi ipse citat sæpe nomine Davidis Psalmos, qui aliorum Auctorum titulum præferunt.

Psalmi nomine, liquet latinum fuisse & usu tritum ex Græco, à verbo ψάλλω quod est canere; Hebraice enim dicitur Mizmor à radice Zamar.

Iam vero Psalmi siue carminis hoc genus, quod simul cum Psalterii instrumento suavi voce profertur, ut aiunt Chrysostronus, & Euthymius, antiquissimum est: nec iam constat qua ratione incedat; solum videtur liberum quoddam genus Carminis fuisse, quali in vernaculis linguis utimur, nempe numero quodam syllabarum cadentium contentum: Quapropter cum Hieronymus scribit Iob, & Psalmos dactylo, Ipondeòque decurrere, & cum Augustinus, aliq. similia dicunt; non sunt præcise intelligenda, sed quia simile quiddam imitatur carmen Hebræum. Canticum


A Canticum autem est vox musica, cum harmonia prolata, Psalmo antiquius, ait Euthymius. Hymnus vero est Diuinæ gloriæ extensior, atque amplior quædam laus, inquit idem ipse Euthymius: Remigius autem ait, esse laudem Dei metricè confectam, Confessio autem amplum est Testimonium, quo bona, quæ accepimus, aut mala, quæ commisimus, fatemur, ut habet Euthymius, ubi duplicem Confessionem complectitur. At Chrysostronus, Est, inquit, eius qui laudatur amplificatio. Sed Canticum Psalmi est, cum prius sonat instrumentum, & consequitur vox: Verum Psalmus Cantici contrario se habet modo; sic Chrysostronus, Hilarius, Euthymius, Denique Diapalma, quod Hebraice Sela dicitur: quod septuaginta tribus vicibus in Psalterio occurrit; significat, ut ait Euthymius, mutationem sententiæ, aut cantus, aut pausam pulsationis, aut illuminationem Diuini spiritus, quæ tamen canentibus apparebat; simili modo Hilarius, Augustinus, Chrysostronus, Hieronymus vero (& refert idem Casiodorus) dicit significare [semper,] vel est idem, quod [veritas] vel [fiat,] ut Augustinus in quarrum Psalmum notat.

Hierony. ep. ad Marcel. lum Dried. li. 3. c. 2. de reg. & dogm. scrip. in v. eusmi.

B De Titulis Psalmorum, qui plura mystice desiderat, ipsos Auctores legat, præsertim Athanasium, qui de industria hos explicat, Hieronymum, Augustinum, Bedam, Rupertum, Driedonem.

ELENCHUS INTERPRETUM; ATQUE EORUM

qui Glossas, vel Paraphrases, aut Concordantias in omnes Scripturæ sacre libros edidit: Quorum usus, & emendationes ab Auctore suis postea ostenditur in altera eius Bibliotheca, qua dicitur SACRA
Caput XXIX.



VAE fuit antiquis Patribus Gennadio, Hieronymo, & alijs cura in Catalogum redigendi eos, qui Diuinæ fuerunt Historiæ Interpretes: eadem stimulos addidit hoc sæculo viris eruditiss, ut idem eo magis efficerent, quo diligentius satanas per hæreticos satagebat, ut eorumdem Interpretum memoria extingueretur. Sixtus autem Senensis cum quartum suæ Bibliothecæ librum huic rei addidisset, adiunxit quasi Nomenclatorem eorum, quos ad suam usque ætatem viderat operam sacris eloquijs exponendis præstitisse. Sed cum viro illo hinc (ut sperandum est) ad cælum euocato non defuissent (quod initio in Idea huius Bibliothecæ diximus) qui vel Interpretes antiquiores eduxissent in lucem: qui vero ab Hæreticis, vel ab hominibus imperitis fuerant variis erroribus & maculis aspersi, hosce emaculassent: Alij suos ipsorum labores in hoc genus scribendi contulissent, quorum hoc præcipue secundo operis nostri libro mentionem aliquam fecimus, propterea visum est expedire, ut Sixti Catalogum huc adtexeremus aliquanto vberiore, quem suo quasi iure, tamquam necessariam Appendicem requirebat hic locus. Admonemus interim lectorem, ne cito cuiuslibet istorum Auctorum admoueat manum. Sed è Bibliothecis nostris, tum hac Selecta, tum Sacra (quæ Deo iuuante mox separatim edetur) dispiciat, qui nam expurgati sint; qui illustrati Scholijs, aut Notis: qui maiore solertia reculi: hæc enim quantum per ingentem negocij molem, viresq. exiguas nostras Dominus IESVS mihi concessit, curauit, ne quis desideraret: id quod vel in Selecta Index Auctorum vel in Sacra Bibliotheca Alphabeti series indicabunt.

FORVM, QVI IN VE-
tus Testamentum scripse-
runt, Catalogus.

Aquila.
Eusebius Caesariensis.
Franciscus Vatablus, fed
qui emendatus est in Hi-
spanijs.
Helychius Monachus.
Iosephus Hierosolymitanus.
Iustus Tyberinus.
Lucianus.
Matthæus Doringus.
Paulus Burgenfis.
Patrophilus.
Septuaginta duo Interpre-
tes.
Sophronius.
Simmachus.
Theodotion.

EOBVM QVI IN
vrumque Testamentum scri-
pserunt, Catalogus.

Albertus Magnus.
Alexander Hales.
Apollinaris Iunior.
Anselmus Laudunensis.
Augustinus Nebiensis.
Aurelius Augustinus.
Barptolemaeus Vrbinas.
Beda.
Dionysius Carthusianus.
Franciscus Georgius.
Franciscus Ximenius.
Godelbertus.
Godefridus Tilmannus.
Godefredus Viterbiensis.
Haymo.
Hieronymus.
Hugo Carensis.
Hugo Victorinus.
Iacobus Genuæ Archiepis-
copus.

Ioan. Chrysothomus.
Isidorus Iunior Cordubensis.
Isidorus Pelusiota.
Nicolans Gorran.
Nicolans Lyranus.
Nicolans Ziceniensis.
Origenes.
Paterius.
Petrus Brunaquellus.
Petrus Berchorius.
Petrus Cantor.
Petrus Comestor.
Petrus Paludanus.
Petrus Riga.
Pontius Carbonellus.
Rabanus.
Richardus Victorinus.
Rupertus Tuitiensis.
Sanctes Pagninus.

Seraphinus Cumiranus.
Strabo.

Thomas Caietanus.
IN OCTATEVCHVM,
idest, Octo Primos sãtã scri-
pturã libros, ab initio uideli-
cet Genesios usque ad Para-
lipomenon scripserunt.

Alfonfus Toftadus.
Claudius Monachus.
Gregorius Papa.
Iacobus Martinus.
Oecumenius.
Philo Iudæus.
Procopius Gazæus.
Stephanus Anglicus.
Theodoretus.

IN PENTATEVCHVM,
idest, in quinque libros Mo-
sis, scripserunt.

Alanus Insulensis.
Albertus Patauinus.
Aristobulus Antiquior.
Augustinus Steuchus.
Benedictus Stendal.
Bruno Archiep. Coloniensis.
Cyrillus.
Diodorus.
Erardus.
Eucherius.
Franciscus Vatablus.
Hieronimus ab Oleastro.
Hugo Victorinus.
Iacobus Lufanus.
Ioannes Zacharias.
Matthæus Ebroicensis.
Paulus Ricius.
Remigius.
Seraphinus Capponi à Por-
recta Dominicanus.

IN GENESIN
scripserunt.

Aegidius.
Albinus.
Aloysius Lippomanus.
Ambrosius Catharinus Cõ-
psæ Archiepiscopus.
Ambrosius Mediolanensis.
Anastafius Iunior Episco-
pus Antiochenus: Cuius
manuscrip. exëplar Græ-
cum extat in Academia
Veneta.

Andreas Bilius Mediol. Cu-
ius opera manuscripta
habentur Mediolani in
Bibliorbeca Marciana.
Anselmus Cantuariensis.
Antonius Honcala.
Apiõ, sed q. cësura indiget.
Augustinus Steuchus nõ lo-

lum in libro, qui de Cos-
mopgia inscriptus est, ve-
rum etiam in eo, in quo
agit de recognitione ue-
teris testamenti in He-
braicam ueritatem.

Auitus.
Aurelius Prudentius.
Benedictus Pererius duo-
bus Tomis iam editis in
Genesim, expectatur au-
tem Tertius Tomus.

Bruno Ruthenus.
Candidus.
Clemens Alexandrinus.
Dracontius.
Eccardus.
Eucherius.
Eutebius Caesariensis.

Franciscus Lucas, cuius ex-
tãt notationes in Biblia.
Franciscus Georgius, sed
debet emendari.
Gennadius Cõstãtinopol.
Gulielmus Hamerus.
Gulielmus Parisiensis.
Gregorius Niffæ.
Gulielmus Pepin.
Henricus Hafsius.
Hermanus Schildius.
Hieronimus Fracastorius.
Hieronimus Sauonarola.
Hieronimus ab Oleastro.
Hieronimus Vielmius Epi-
scop. Argolicensis.

Hilarius Arelatenfis.
Hippolytus.
Honorius Augustudunensis.
Ioannes Buteo.
Ioannes Duns.
Ioannes Ferus, sed qui fit
emendatus.

Ioãnes Picus Mirãdulanus.
Isota Nogarola.
Iunilius.
Ludonicus Iunior.
Melito.

Methodius.
Nicolans Cusanus.
Nicolans Triuet.
Nouatianus.
Paulinus Nolæ.
Petrus Aliacus.
Remigius.

Richardus Victorinus.
Robertus Roseus.
Rodon.
Rufinus.
Saluianus.

Seraphinus Capponi à Por-
recta Dominicanus.
Seuerianus.

Seuerianus.
Sixtus.
Strabo Cantabrigiensis.
Tertullianus.
Thomas Aquinas.
Thomas Sperman.
Thomas Valdensis.
Victorinus Pitabionensis.
Vincentius Bellouacensis.
Vmbertus Carnotensis.

IN EXODVM.
Aloysius Lippomanus.
Ambrosius Mediol.

Auitus.
Bonauentura.
Eccardus.
Gregorius Niffæ.
Gulielmus Pepin.
Gymnastus.

Henricus Consuelidius.
Henricus Hafsius.
Hieronimus Sauonarola.
Hippolytus.
Ioannes Ferus, sed qui fit
expurgatus.

Ioannes Gauuer.
Ioannes Rusbrochius.
Maximus Monachus.
Nicæas.

Nicolans Assentius.
Nicolans Dunkelispulus.
Robertus Roseus.
Seraphinus Capponi à Por-
recta Dominicanus.

Tertullianus.
Thomas Valden.

Victorinus Pitabionensis.
IN LEVITICVM.

Efychius Presbyter.
Ioannes Nider.
Nicolans Triuet.
Rodulfus Flauiacensis.

Robertus Roseus.
Seraphinus Capponi à Por-
recta Dominicanus.

Thomas Valden.
Triphon.

Victorinus Pitabionensis.
IN NUMEROS.

Ambrosius Mediolanensis.
Hippolytus.

Triphon.
IN IVDICVM LIBRVM.

Benedictus Arias Mótanus.
IN REGVM LIBROS.

Ambrosius Mediolanensis.
Andreas Gallus.

Angelomus Monachus.
Aurelius Augustinus.

Bernardus.
Cornelius Magnanus.

Diodorus.

Eucherius.
Gregorius Papa.
Hegeffippus.
Hippolytus.
Ioannes Agen.
Isidorus Corduben. Senior.
Methodius.
Nicolans Chenton.
Procopius.
Theodorus Ancyræ.

IN ESDRAM.
Ioannes Ferus.
Iunilius.

IN TOBIAM.
Ambrosius Mediolanensis.
Fridericus Nausea.
Ioannes Hofmeister.
Mathias Vindonice.
Richardus Lauinam.

IN IVDITH.
Cornelius Magnanus.

IN IOB,

Ambrosius Alexander.
Ambrosius Mediolanen.
Catena Græca: Quã Latinã
fecit, atq; edidit Io. Paulus
Comisfolus socie. I. E. S. V.

Conradus Halberstad.
Nicæas.

Franciscus Titelmannus.
Gregorius Papa.

Hieronimus Sauonarola.
Hilarius Pictauiensis.

Ioannes Francfortius.
Odo.

Olympiodorus.
Philippus Mosachus.

Polychronius.
Richardus Ampolus.

Simon Affligeniensis.
Thomas Aquinas.

IN PSALTERIUM,
Agathius.

Albinus.
Alexander Capgranc.

Alexander Cestrensis.
Alfonfus Castrensis.

Ambrosius Ambertus.
Ambrosius Mediolanensis.

Anastafius Antiochenus.
Angelus Sangrinus.

Anselmus Lucensis.
Anselmus Mantuæ.

Apollinarius.
Aribo.

Armandus.
Arnobius.

Asterius.
Athanafius.

Augustinus Steuchus.
Aurelius Calsiodorus.

Basilus.
Bernardus.
Bonauentura Cardinalis.
Bruno Carthusianus.
Bruno Herbipolensis.
Carolus Bouillus.
Catena in Psalms Græca.
Christianus Ichyrius.
Chrystophorus Marcellus.
Columbanus.

Cornelius Bitontinus.
Cosmus Indicoplefus.
Didymus.

Diodorus.
Eynardus.

Epiphanius Scholasticus.
Eusebius Caesariensis.

Eusebius Vercellensis.
Eustachius Antich.

Enthymius.
Felix.

Franciscus Miletus.
Franciscus Ortisius.

Franciscus Pantiscotius.
Franciscus Petrarcha.

Franciscus Puteanus.
Franciscus Titelmannus.

Franciscus Vidominus.
Franciscus Zamorensis.

Fridericus Nausea.
Gabriel Brebia.

Galterus Diffens.
Galterus Magolensis.

Georgius Vicelius.
Germanus Constantinop.

Gilbertus Genebrardus.
Gilbertus Porretanus.

Gregorius Papa.
Gregorius Niffæ.

Gulielmus Aluernas.
Gulielmus Gregorius.

Gulielmus Irsaugiensis.
Gulielmus Pepin.

Gulielmus Vellius.
Hadrianus Lametius.

Henricus Logen.
Hieronimus Sauonarola.

Hieronimus Varlenius.
Hilarius Pictauiensis.

Hippolytus.
Honorius.

Humfridus Anglus Soc. I. E. S. V.
sed nõdũ est editus.

Iacobus Furnius.
Iacobus Paniscorius.

Iacobus Perez Valen.
Iacobus Sadoletus.

Ianus Vitalis.
Innocentius Papa III.

Innocentius Papa V.
Ioannes Arundineus.

Io. Baptista Folengus.
X 2 Ioannes

Ioannes Dominici.
Ioannes Ferus.
Ioannes Franciscus.
Ioannes Gagneus.
Ioannes Gerion.
Ioannes Ludouicus.
Ioannes Meclinius.
Ioannes Neouillanus.
Ioannes Picus.
Ioannes Roffensis.
Ioannes Turrecremata.
Iouita Rapicius.
Lanfrancus.
Leander.
Lecbertus.
Ludolphus Carthusianus.
Ludouicus Pictorius.
Mapheus.
Matthæus Aulæ regie.
Matthæus Bredembachius
Michael Angrianus.
Nicolaus Dunkelpulus.
Nicolaus Gorraus.
Nicolaus Herbron.
Nicolaus Triuete.
Ninianus.
Nonius Marcellus.
Othofridus.
Othomarus.
Paulus Riccius.
Peregrinus.
Petrus Aliacus.
Petrus Edeffa.
Petrus Herentlafius.
Petrus Lombardus.
Petrus Perpinianus.
Petrus Rufus.
Philippus Cancellarius.
Placidus Parmensis.
Prosper.
Rainerius.
Remigius.
Richardus Excestrien.
Richardus Pampolitanus.
Robertus Linconienfis.
Rodolphus Agricola.
Serapion.
Sixtus.
Smaragdus.
Theodoricus Herxenlus.
Theodorus Antiochia.
Theodorus Heracleotes.
Theodoreus.
Thomas Aquinas.
Thomas Gualensis.
Vincentius Lirinefis.
IN PROVERBIA.
Alexander Necan.
Aluarus.
Ambrosius Mediol.
Basilus.
Euagrius.

Eustachius Antioch.
Gilbertus Parisienfis.
Gregorius Olympiades.
Gregorius Papa.
Gulielmus Aluernas.
Henricus Hafsius.
Hippolytus.
Ioannes Arboreus.
Petrus Brunaquellus.
Petrus Gottifredus.
Rodulphus Baynus.
Salonius.
Theophilus Antiochia.
Thomas Gualensis.
IN ECCLESIASTEN.
Acacius.
Albinus.
Alexander Necan.
Dionysius Alexandrinus.
Garicus Parisienfis.
Gerardus Moringus.
Gregorius Neoczfariensis.
Gulielmus Alconas.
Hippolytus.
Ioannes Arboreus.
Ioannes Dominici.
Ioannes Ferus.
Olympiodorus.
Petrus Brunaquellus.
Rupertus Holcoth.
Salonius.
Saluianus.
Sigiberrus.
Victorinus Pitabionensis.
IN CANTICA.
Abbas.
Aegidius.
Agathius.
Alanus Rupensis.
Alexander Excestrien.
Albinus.
Ambrosius Amsbertus.
Angelomus.
Anselmus Cantuariensis.
Aponius.
Apzigius.
Aurelius Casiodorus.
Bernardus.
Cyprianus Cisterciensis.
Eccardus.
Eulalius Cynopolitanus.
Gerardus Saonæ.
Gilbertus Monachus.
Giselbertus Anglus.
Gregorius Olympiades.
Gregorius Papa.
Gulielmus Abbas.
Gulielmus Aluernas.
Henricus Harphius.
Henricus Hafsius.
Hermanus Schildius.
Hilarius.

Hippolytus.
Honorius.
Iacobus Anglicus.
Iacobus Perez.
Innocentius apa V.
Ioannes Arboreus.
Ioannes Dominici.
Ioannes Gerfon.
Ioannes Halgrinus.
Ioannes Verdiacus.
Iulianus Celanenfis.
Iustus Orelitanus.
Leonardus Giphonenfis.
Lucas Abbas.
Ludouicus Leo Hispanus.
Marbadus.
Methodius.
Michael Picardus.
Orosius.
Paganus Bergomenfis.
Petrus Aliacus.
Petrus Brunaquellus.
Petrus Nannius.
Philippus Abbas.
Philippus Alberti.
Philo Carpathius.
Pfellus.
Remigius.
Rethicius.
Rupertus Holcoth.
Rupertus Limpurgen.
Simon Monachus.
Theodoreus.
Thomas Aquinas.
Thomas Cisterciensis.
Thomas Gualensis.
Triphyllius.
Victorinus Pitabionensis.
Villeramus.
IN SAPIENTIAM.
Salomonis.
Bellator.
Eccardus.
Ioannes Arundineus.
Petrus Nannius.
Rupertus Holcoth.
IN ECCLESIASTICVM.
Ioannes Alerius.
Nicolaus Gorran.
Rupertus Holcoth.
Rupertus Roseus.
Rupertus Valsingen.
IN ESAYAM.
Adam.
Adamus Sasbouth.
Alanus Insulenfis.
Alredus Rieuallis.
Ambrosius Mediolanen.
Basilus.
Cyrillus.
Didymus.
Eusebius Czfariensis.
Franciscus

Franciscus Forerius.
Gilbertus Anglus.
Heftor Pintus.
Henricus Vichingan.
Ioachim Abbas.
Leo Castrius.
Matthæus Ebroicenfis.
Michael Massanus.
Nicolaus Dunkelpulus.
Procopius.
Richardus Victorinus.
Theodoreus.
Thomas Aquinas.
Thomas Haffelbach.
Victorinus Pitabionenfis.
IN IEREMIAM.
Ioachim Abbas.
Theodoreus.
Thomas Aquinas.
IN THRENOS.
Anselmus Mantua.
Hugo Victorinus.
Ioannes Chiningen.
Ioannes Quinquarboreus.
Nicolaus Clenardus.
Paschasius.
Richardus Ampolus.
Richardus Pampolitanus.
Theodoreus.
Thomas Aquinas.
IN EZECHIELEM.
Alexander Syrus.
Catina Syrus.
Efychius.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Papa.
Hieronymus Saonarola.
Hieronymus à Prato : sed nondum est editus.
Hippolytus.
Hugo Victorinus.
Ioannes Chiningen.
Michael Cefenas.
Nicolaus Cabafilas.
Polychronius.
Proclus.
Richardus Victorinus.
Simon Affigenienfis.
Theodoreus.
Victorinus Pitabionenfis.
IN DANIELEM.
Apollinarius.
Benedictus Pererius.
Cyrillus.
Eusebius Czfariensis.
Gennadius.
Hippolytus.
Ioachim Abbas.
Ioannes Cappraius.
Ioannes Hagen.
Iudas.

Inlius Afer.
Michael Picardus.
Richardus Victorinus.
Theodoreus.
Zacharias.
IN OMNES DVODECIM
Prophetas minores.
Benedictus AriasMótanus.
Franciscus Ribera Socie-
tatis IESV.
Guido Carthusianus.
Gulielmus Melitonensis.
Remigius.
Stephanus Anglus.
Theodoreus.
IN OSEAM.
Cyrillus.
Didymus.
Leo Castrius.
Pierius.
Rufinus.
Theophilaetus.
IN IOEL.
Cyrillus.
Hugo Victorinus.
Rufinus.
IN AMOS.
Hieronymus Saonarola.
Rufinus.
IN ABDIAM.
Hugo Victorinus.
IN IONIAM.
Gulielmus Pepin.
Ioannes Chrysoftomus.
Ioannes Catardus.
Theophilaetus.
IN MICHAELAM.
Hieronymus Saonarola.
IN NAHVIM.
Cyprianus Monachus.
Theophylactus.
IN ABACVCH.
Cyrillus.
Leo-Castrius.
Theophylactus.
Victorinus Pitabionenfis.
IN AGGAEVM.
Callistus Placentinus.
Georgius Vicellius.
Ioannes EcKius.
IN ZACHARIAM.
Didymus.
Hieronymus Saonarola.
Hippolytus.
IN MACCABAEOS.
Bernardus.
Gregorius Nazianzenus.
Ioannes Chrysoftomus.
Iosephus.
Marius Victorinus.
Simon Anglus.

IN TOTVM NOVVM
Testamentum.
Augustinus Anconas.
Cornelius Iansenius, qui
Concordiam confecit.
Eduardus Læus.
Ioannes Bacco.
Ioannes Capgranius.
Ioannes Lopis.
Ioannes Maldonatus, sed
nondum editus.
Nicolaus Zigenus.
Oecumenius.
Simon Iatumæus.
Thomas Aquinas.
IN OMNES QVATTVOR
Euangelistas.
Agrippa.
Alexander de Ales. Ma-
nuscriptus apud Illustris-
simum Cardinalem Sar-
nanum.
Ammonius.
Antonius Bruich.
Apollinarius.
Arnobius.
Asterius.
Aurelius Augustinus.
Bruno Archiep. Colon.
Catena Græca.
Czfarius.
Conradus.
Diegus Deza.
Dominicus Nanus.
Diodorus.
Eusebius Czfariensis.
Euthymius.
Fortunatianus.
Gregorius Papa.
Guido Perpinianus.
Guttierus.
Henricus Arnoldi.
Hieronymus Vida.
Innocentius Papa.
Ioannes Abbatis.
Ioannes Arboreus.
Ioannes Balbus.
Ioannes Castellensis.
Ioannes Christophori.
Ioannes Gauuer.
Iuuenus.
Ludolphus Carthusianus.
Mariannus.
Michael Massensis.
Othofridus.
Petrus Iusquius.
Richardus Mediauillanus.
Rupertus Gouletus.
Simon Casianus.
Simon Cremonenfis.
Simon Corroyus.
Tatianus.
X 3 Theophi-

Theophilus Alexandrinus.
Theophylactus.
Titus.
Victor.
Zacharias.
IN MATHAEVM.
Alfonfus Toftadus.
Anselmus Cantuariensis.
Antipater Bostrenfis.
Antonius Puccius.
Arnoldus.
Athanasius.
Anrelins Auguftinus.
Bafilus.
Bonauentura.
Claudius Monachus.
Clemens Alexandrinus.
Christianus.
Chromatius.
Cyprianus Carthaginensis.
Cyprianus Monachus.
Didymus.
Dominicus Soto.
Eccardus.
Franciscus Titelmannus.
Fridericus Nausea.
Gregorius Antiochia.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Niffa.
Gulielmus Aluernas.
Guerricus.
Gulielmus Lud. Langion.
Gulielmus Pepin.
Iacobus frater Domini.
Ioannes Chryfoftomus.
Ioannes Docens.
Ioannes Dominici.
Ioannes Ferus, sed qui fit
emendate recufus, qualis
fuit Romæ.
Ioannes Hofmeister.
Ioannes Ludouicus.
Ioannes Mairroffius.
Ioannes Maria.
Ioannes Regno.
Ioannes Sanctafides.
Ioannes Scotus Mon.
Ioannes Soarezius.
Iodocus.
Iosephus Tyberinus.
Iulius Africanus.
Leo Papa.
Leontius.
Matthæus Aulæ Regiæ.
Matthæus Bredembachius.
Methodius.
Michael Angrianus.
Nicolaus Dunkelfpulus.
Pantaleon.
Pantheus.
Paulus à Palatio duplici o-
pere, Altero quo catenâ

è Patribus: Altero quo
commentaria propria
confecit.
Petrus Aliacus.
Remigius.
Rodulphus Langius.
Seuerianus.
Symmachus.
Theodorus Heracleotes.
Theodoricus Herxen.
Theodorus Ancyra.
Theogouftus.
Tilmannus Aquensis.
IN MARCV M.
Efreq.
Ioannes Ifidinius.
Petrus Aliacus.
IN LV CAM.
Adilredus.
Albinus.
Ambrosius Mediolanensis.
Amphilochius.
Andreas Hierofolymitanus
Anselmus Cantuariensis.
Antonius Florentinus.
Alterius Amafia.
Auguftinus Anconas.
Aurelius Auguftinus.
Barptolomæus Bonon.
Barptolomæus Paruus.
Bernardus.
Bonauentura.
Claudius Seifellus.
Didacus Stella.
Dominicus Leonus.
Ecbertus.
Epiphanius Salamin.
Franciscus Obfunna.
Galfridus Allieuant.
Gregorius Niffa.
Henricus Confueldius.
Henricus Langestein.
Henricus Caltifen.
Hubertus Leonardo.
Hugo Victorinus.
Iacobus Sanazarius.
Ioannes Beuerlacijs.
Ioannes Dominici.
Ioannes Ifidinius.
Ioannes Roffensis.
Ifidorus Theffalonicensis.
Iodocus.
Michael Angrianus.
Nicolaus Gallus.
Odo.
Petrus Aliacus.
Theodoricus Herxen.
IN IOANNEM
Albinus.
Ambrosius Mediolanensis.
Amphilochius.
Andreas Cretz.

Anselmus.
Auguftinus.
Bafilus.
Bernardus.
Bessarion.
Bonauentura.
Claudius Guillaudus.
Cornelius Mufæus.
Cyrillus.
Didymus.
Franciscus Titelmannus.
Georgius Trapezuntius.
Gilbertus Porretanus.
Gregorius Corinth.
Gulielmus Aquifgran.
Ioachim Abbas.
Ioannes Ferus, sed qui fit
emendate recufus, qualis
fuit Romæ.
Ioannes Sanctafides.
Iodocus.
Iosephus Tyberinus.
Ifaac.
Laurentius Iuftinianus.
Nonnus Panopolita.
Petrus Schala.
Stephanus Poloniacus.
Theodorus Heracleotes.
IN ACTVS
Apostolorum.
Alexander Dolensis.
Arator.
Aurelius Cafiodorus.
Diodorus Tarfenfis.
Eutalius.
Iosephus Tyberinus.
Nonatus.
Petrus Appianus.
Theodorus Ancyra.
Tertullianus.
Thomas Valdenfis.
IN OMNES PAULI
Epiftolas.
Adam.
Alanus Infulenfis.
Albertus Patavinus.
Albinus.
Ambrosius Compfa.
Ambrosius Mediolanensis.
Anselmus Cantuariensis.
Apollinarius.
Auguftinus Romanus.
Bruno Carthufianus.
Caius Marius Victorinus.
Catena Latina in Paulum.
Claudius Altiſtodorenfis.
Claudius Guillaudus.
Diodorus.
Franciscus Titelmannus.
Gilbertus Porretanus.
Gothfcal-

Gothfcalcus.
Gregorius Ariminensis.
Gregorius Primaticius.
Gutrierus.
Heraclius.
Innocentius Papa V.
Ioannes Arboreus.
Ioanes Christophori.
Ioannes Ifidinius.
Ioannes Milbach.
Ioannes Peffer.
Ioannes Vitlichius.
Ioannes Zacharias.
Lanfrancus.
Matthæus Aquasparta.
Paduanus.
Petrus Lombardus.
Petrus Senonenfis.
Petrus Tripolitanus.
Phochius.
Primafus.
Radulphus Flauiacensis.
Ramaldus.
Remigius.
Richardus Mediauilla.
Rupertus Regno.
Sedulius.
Simon Cremonensis.
Simon Spirenfis.
Stephanus Langion.
Theodorus Heracleotes.
Theodoretus.
Theophylactus.
Thomas de Aquino.
Verneus.
AD ROMANOS.
Aegidius.
Antonius Bruich.
Asterius.
Clemens Araneus.
Dominicus Soto.
Germanus Brixius.
Gulielmus Theodor.
Henricus Confueldius.
Hugo Victorinus.
Iacobus Naclantus.
Iacobus Sadoletus.
Ioannes Arundineus.
Ioannes Bacco.
Ioannes Cassianus.
Ioannes Dominici.
Ioannes Duns.
Matthæus Aquasparta.
Nicolaus Grandis.
Philibertus Arestches.
Sixtus Senenfis.
Sixtus Nouocomenfis.
Stephanus Postillator.
Theodolus.
Thomas Valden.
AD CORINTHIOS.
Ioannes Dominici.

Ioannes Haiton.
Ioannes Hofmeister.
Ioannes Victorinus.
Pierius.
AD GALATAS.
Acacius.
Alexander Cappadocia.
Apollinarius.
Didymus.
Eusebius Emefa.
Seuerianus.
Theodorus Heracleotes.
AD EPHESIOS.
Iacobus Naclantus.
AD PHILIPPENSES.
Ioannes Hofmeister.
Gregorius Nyffa.
AD TITVM.
Richardus Lauinam.
AD HEBRÆOS.
Cyrillus.
Constantinus.
Gennadius.
Gulielmus Melitonius.
Hefychius.
Hieronymus Verone.
Ioannes Huldarici.
Nicolaus Grandis.
Stephanus Postillator.
Thomas Sperman.
IN OMNES EPISTO
las Catholicas.
Ambrosius Compfa.
Auguftinus Anconas.
Aurelius Casiodorus.
Claudius Guillaudus.
Didymus.
Franciscus Titelmannus.
Gregorius Ariminensis.
Ioannes Baptista Folégus.
Ioannes Chiningan.
Ioannes Noblet.
Nicolaus Dunkelfpulus.
Thomas Sperman.
Thomas Valden.
IN CATHOLICAM
Ioannis.
Ioannes Ferus.
Hieronymus Sauonarola.
IN APOCALYPSIN.
Albinus.
Ambrosius Compfa.
Ambrosius Mediolanensis.
Andreas Cæfareæ.
Aprigius.
Arethas.
Ascensius.
Auguftinus Romanus.
Aurelius Auguftinus.
Aurelius Casiodorus.
Bernardinus Senenfis.
Bruno Senenfis.

Claudius Montemartyr.
Coelius Pannonius.
Dionysius Alexandrinus.
Fridericus Venetus.
Gaufredus.
Gennadius Mafsiliensis.
Henricus Haftius.
Helias.
Hippolytus.
Iacobus Stralen.
Ioachim Abbas.
Ioannes Annus.
Ioannes Galensis.
Ioannes Haiton.
Ioannes Hentennius.
Ioannes Tacesfalfus.
Ioannes Torphe.
Iordanus.
Irenæus.
Iuftinus.
Melito.
Methodius.
Nepos.
Nicolaus Alfentius.
Primafus.
Serafinus Firmanus.
Tichonius.
Thomas Suduolcas.
Vbertinus Cafalensis.
Victorinus Martyr.
Vitalis Cardinalis.
EO RVM, QVI SEPA
ratim scripserunt in Euange
lia, Epiftolas, atque alias Di
uinae ſcripturae Lectiones,
quæ ſue per Quadrageſimâ,
ſue per anni circulum in Miſ
ſis leguntur, Catalogus.
Albertus Patavinus.
Albinus.
Antonius Bitontinus.
Antonius Bruich.
Antonius Ghiflandus.
Aurelius Auguftinus.
Beda.
Calliſtus.
Cæſarius.
Cyrillus Hierofolym.
Dauid.
Ecbertus.
Ericius.
Eusebius Emefenus.
Flavianus.
Franciscus Obfunna.
Fridericus Nausea.
Fulgentius.
Galterus Diſſeus.
Georgius Vicelius.
Gerardus Stredam.
Gregorius Papa.
Gothfcalcus.
Guerricus.
Gulielmus

Gulielmus Pepin.
Haymo.
Henricus Caltifen.
Henricus Conueldius.
Henricus Harpius.
Henricus Helmesius.
Henricus Langestein.
Henricus Vrimarius.
Hermannus Petra
Hildegardis.
Honorius.
Iacobus Genuensis.
Iacobus Scoepperus.
Innocentius Papa III.
Ioannes Beethz.
Ioannes Castellenfis.
Ioannes Docens.
Ioannes Dominici.
Ioannes Ferus.
Ioannes Ganner.
Ioannes Hofmeister.
Ioannes Iustus.
Ioannes Maria.
Ioannes Nider.
Ioannes Niuecellensis.
Ioannes Pegno.
Ioannes Roiardus.
Ioannes Taulerus.
Ioannes Turrecremata.
Iodocus.
Mauritius Parisiensis.
Maximus Taurin.
Michael Cefenas.
Nicolaus Cufa.
Nicolaus Herbron.
Nicolaus Dunkelfpulus.
Petrus Chryfologus.
Petrus Spirenfis.
Petrus Verberius.
Sanctius.
Sixtus.
Smaragdus.
Stephanus Paris.
Syluefter.
Titus.
Thomas Haffelbachius.

EO RVM, QVI SCRIPSERUNT in Passionem CHRISTI iuxta quattuor Euangelistarum Historiam, Catalogus.

Antonius Gueuara.
Boninus.

Dominicus Mancinius.
Franciscus Zichenius.
Georgius Molitoris.
Gerardus Lorichius.
Gregorius Nazianzenus.
Gulielmus Aquisgran.
Henricus Arnaldi.
Henricus Gulpen.
Henricus Suso.
Hieronymus Patauinus.
Ioannes Benius.
Ioannes Caneman.
Ioannes Capistranus.
Ioannes Ferus.
Io. Franciscus Quintianus
Ioannes Taulerus.
Leo Papa.
Theodoricus Herxen.
Tullius Crispoldus.

CONCORDANTIAE per Alphabeti ordinem, in quibus singulae uoces, quae sunt, in Biblijs, indicantur ubi nam sint.

Arlotus Minorita.
Georgius Bullocus, qui economiam Methodicam suas concordantias inscripsit.
Henricus Regius Paderbonensis Guardianus Suerinensis, Prouinciae Saxonicae S. Crucis.
Ioannes Abbas Niucellensis Decretorum Doctor, qui concordantias Auctoritatum Sacrae scripturae edidit iuxta ordinem librorum in Biblijs, in quibus locis Iuris canonici reperiantur.
Ioannes de Segobia, qui concordantias collegit partium Orationis indeclinabilium in Biblijs, quae maioribus concordantijs adiungi solent.

Xyfti Betuleij Concordantiae Graecae in nouum Testamentum.

IN DECALOGUM.

Antiochus Monachus.

Arnoldus.
Bonauentura.
Fridericus Nausca.
Gerardus Stredam.
Gothscalcus.
Henricus Harpius.
Henricus Vrimarius.
Hermannus Colonienfis.
Ioanne Beethz.
Ioannes Gerson.
Ioannes Nider.
Michael Mediolanenfis.
Nicolaus Dunkelfpulus.
Thomas Aquinas.
Thomas Haffelbachius.

IN ORATIONEM Dominicam.

Aegidius.
Albertus Magnus.
Bernardus.
Bonauentura.
Carolus Bouillus.
Cyprianus Carthagenen.
Hermannus Colonienfis.
Hermannus Petra.
Hieronymus Sauonarola.
Ioannes Gerson.
Ioannes Ludouicus.
Ioannes Picus.
Iudocus.
Nicolaus Dunkelfpulus.
Petrus Aliacus.
Theodoricus Herxen.
Thomas Aquinas.
Thomas Haffelbach.

IN SALUTATIONEM Angelicam.

Aegidius.
Bernardus.
Henricus Langestein.
Ioannes Ildinius.
Petrus Aliacus.
Theodoricus Herxen.
Thomas Aquinas.

IN CANTICA Ferialia.

Euthymius.
Iacobus Perez Valentinus.
Ludolphus Carthusianus.
Theodoretus.

CATA-

CATALOGUS ALTER IN QUO SCRIPTURAE expostiores in varias distribuntur Classes, iuxta varietatem methodorum quibus sacri expostiores in exponendis Sanctis litteris vsi sunt.

ABBREVIATORES, QVI expostiorum proluxa Commentaria abbreviauerunt.

Aretas.
Beda.
Euthymius.
Hieronymus Stridonensis.
Petrus Ximenius.
Simon affigeniensis.
Theodoretus.
Theophylactus.

ANNOTATORES.

Apollinarius Iunior.
Anselmus Laudunensis.
Aurelius Augustinus.
Bernardus Gadolus.
Franciscus Maronius.
Franciscus Titelmannus.
Hieronymus Stridonensis.
Hugo Victorinus.
Ioannes Benedictus.
Nicolaus Zigenus.
Origenes.
Richardus Victorinus.

COACERVATORES.

Alfonfus Toftatus.
Gregorius Papa.
Henricus Langestein.
Sixtus Nouocomensis.
Thomas Affelbach.
Vincentius Belluacensis.

COLLECTORES

Rapsodij. Centonarij.

Alalphus.
Aloyius.
Aretas.
Augustinus Anconas.
Bartholomaeus Vrbinas.
Beda.

Catena in Iob Graeca.

Catena in Psalmos Graeca.

Catena Graeca in Euang.

Dominicus Nanus.

Epiphanius Scholasticus.

Eucherius.

Euthymius.

Eudocia.

Franciscus Puteanus.

Godefridus Tilmanus.

Guernerus Parisiensis.

Haymo.

Henricus Helmesius.

Paterius.

Patritius.

Petrus Tripolitanus.

Petrus Herentiasius.

Primafius.
Proba.
Rabanus.
Sanctes Pagninus.
Seclubius.
Theodolus.
Thomas Aquinas.

COMPENDIARI QVI diuinas Scripturas in Compendium contraxere.

Alanus Insulensis.
Aurelius Casiodorus.
Ioannes Monachus.
Petrus Bertorius.
Petrus Verberius.
Richardus Victorinus.

CHRONOGRAPHI.

Beda.
Eusebius.
Hermannus Contractus.
Ioannes Driedo.
Iulius Africanus.
Iosephus Hierosolymitanus
Philo Iudaeus.

Richardus Victorinus.

DIALOGISTAE.

Apollinarius Iunior.
Aurelius Augustinus.
Iacobus Sadoletus.
Ioannes Gerson.
Paduanus.
Salonius.
Zacharias.

DICTIONARI.

Andreas Placus.
Beda.
Epiphanius.
Eucherius.

Franciscus Ximenius.

Ioannes Pratus.

Isidorus Ispalensis.

Mammotretus.

Marcus Vimenis.

Origenes.

Philo.

Sanctes Pagninus.

DISPUTATORES

et Questionarij.

Aegidius.

Alfonfus Toftadus.

Albinus.

Apollinarius.

Antonius Ghislandus.

Aurelius Augustinus.

Beda.

Cyrillus.
Eucherius.
Eusebius Caesariensis.
Franciscus Georgius.
Hieronymus.
Hugo Victorinus.
Ioannes Arboreus.
Iustinus.

Matthaus Doringus.
Methodius.
Paulus Burgenfis.

Philippus Sida.
Philo Iudaeus.

Richardus Cluniacensis.

Seraphinus Cumiranus.

Tatianus.

Theodoretus.

Thomas Aquinas.

E C C L O G I S T A E.

Arlottus.

Aurelius Augustinus.

Cyprianus Carthagen.

Defensor.

Ioannes Mentolonius.

Ioannes Niuecellensis.

Melito.

Nicolaus Anapus.

Petrus Noua Ciuitatis Eps.

EPISTOLARI.

Ambrosius.

Aurelius Augustinus.

Hieronymus.

Isidorus Pelusota.

GEOGRAPHI.

Adamanus.

Albertus Patriarcha.

Beda.

Burchardus.

Callistus Placentinus.

Eusebius Caesariensis.

Gulielmus Aquisgranus.

Iudolphus Suchen.

Matthaus Anrogallus.

Orontius Fineus.

Petrus Apianus.

Rodolphus Langion.

Roggerus Bacco.

HARMONICI.

Ammonius Alexandrinus.

Antonius Bruichius.

Diegus Deza.

Dominicus Nanus.

Eusebius Caesariensis.

Gerardus Lorinchius.

Ioannes Gerson.

Robertus Gouletus.

Simon Corrois.

Sixtus

Sixtus Senensis.
Tatianus.
Theophilus Alexandriæ.
Victor.

**HOMILIASTÆ ET
Enarratores.**

Albinus.
Ambrosius Mediolanen.
Amphilochius.
Anastafius.
Anselmus Cantuariensis.
Antiochus.
Antonius Puccius.
Aurelius Augustinus.
Basilus.
Beda.
Bernardus.
Candidus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Didacus Stella.

Ericus.
Eusebius Emesenus.
Franciscus Virdominus.
Fridericus Naufæ.
Fulgentius.
Gilbertus Cisterciensis.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssæ.
Gregorius Papa.
Guerricus.
Haymo.
Hilarius.
Hippolytus.
Hugo Victorinus.
Iacobus Scæperus.
Ioannes Chryostomus.
Ioannes Ecchius.
Ioannes Ferus.
Ioannes Hofmeisterus.
Ioannes Iustus.
Ioannes Maria Verarus.
Iudocus.
Maximus Taurinensis.
Origenes.
Petrus Chryfologus.
Petrus Edessæ.
Philippus Cancellarius.
Seuerianus.
Thomas Trugillus.
Zeno.

ISAGOGICI.

Alanus Lymna.
Alardus Alsteradanus.
Ambrosius Compæ.
Aurelius Augustinus.
Aurelius Cassiodorus.
Beda.
Bonauentura.
Eucherius.
Franciscus Rinzius.
Georgius Vicellius.

Guernerus Parisiensis.
Guido Ebroicensis.
Gulielmus Gregorius.
Hermannus Schildius.
Hugo Victorinus.
Iacobus Goufchelius.
Iacobus Perez Valent.
Ioannes Bertramus.
Ioannes Driedo.
Ioannes Gerson.
Ioannes Hagen.
Martinus Martinus Cantaperrensis.
Melchior Canus.
Othomarus Luscinus.
Petrus Bertorius.
Petrus Garfia Galarza.
Rabanus.
Sanctes Pagninus.
Theodorus.
Iiconius.

INDICISTÆ.

Conradus Halberstadius.
Euthalius.
Gabriel Brunus.
Hugo Carensis.

MEDIATORES.

Bernardus.
Bonauentura.
Dionysius Carthusianus.
Henricus Harphius.
Hieronymus Saonarola.
Ioannes Gerson.
Ioannes Ludouicus Viues.
Ludolphus Carthusianus.
Ninianus.
Petrus Aliacus.
Pictorum Episcopus.
Franciscus Ischyrius.
Franciscus Titelmannus.
Franciscus Vatablus, sed qui est in Hispaniis emendatus.
Gregorius Neocæsariensis.
Hegesippus.
Ioannes Turrecremata.
Iosephus Hierosolymitanus.
Iustus Tyberinus.
Petrus Comestor.
Philo Iudæus.
Rainerius Snoygoudanus.

PARTITORES.

Alexander Dolensis.
Bonauentura.
Cyrus Prodrõmus.
Franciscus Gothus.
Ioannes Benedictus.
Nicephorus.
POETÆ.
Alexander Villadeus.
Aluarus Gomefius.
Angelus Sangrinus.

Apollinarius Antiquior.
Arator.
Auitus.
Aurelius Prudentius.
Bonauentura.
Boninus Mombrinus.
Cedmonus.
Cornelius Magnanus.
Dracontius.
Dominicus Mancinus.
Eudocia.
Eulalius.
Ezechiel.
Franciscus Bonadus.
Franciscus Gothi.
Franciscus Spinola.
Gerardus Bredensis.
Gregorius Nazianzenus.
Godefridus.
Godelbertus.
Guido Ferrariensis.
Hieronymus Fracastorius.
Hieronymus Parauinus.
Hieronymus Stridonensis.
Hieronymus Vida.
Hilarius Arclatenfis.
Iacobus Furnius.
Iacobus Sanazarus.
Ioannes Franciscus Quintianus.
Ioannes Gagnæus.
Ioannes Neouillanus.
Iouita Rapicius.
Iuencus.
Ludouicus Iunior.
Mapheus Veggius.
Marbadus.
Marius Victorinus.
Matthias Vindonicensis.
Nicephorus.
Patritius.
Petrus Emisenus.
Petrus Riga.
Petrus Roseneimensis.
Proba.
Saluianus.
Sedulius.
Sigibertus.
Theodolus.
Theodorus Abbas.
Tertullianus.

SCIOGRAPHICI.

Albertus Durrerius.
Aurelius Cassiodorus.
Beda.
Callistus Placentinus.
Damianus Marafus.
Eusebius Cæsariensis.
Hieronymus Stridonensis.
Ioannes Buteo.
Orontius Fineus.
Perrus Apianus.
Richardus Victorinus.

supple-

**SUPPLETORES. QVI
expositorum imperfecta Com-
mentaria compleuerunt.**

Gilbertus Monachus.
Gregorius Nissæ.
Iudocus.
Eudocia.
THEMATICI.
Ambrosius.
Gregorius Nissæ.
Philo Iudæus.
Vincentius Belluacensis.
TRANSLATORES.
Aquila Synopæus.
Augustinus Episc. Nebiëfis.
Eduardus Laus.
Eusebius Cæsariensis.
Felix Pratenfis.


Franciscus Ximenius.
Gulielmus Abbas Hirsau-
gientis.
Helychius Monachus.
Hieronymus Leopolitanus.
Hieronymus Stridonensis.
Iacobus Apostolus.
Iacobus Genuensis Archie-
piscopus.
Ioannes Aragonum Rex.
Ioannes Chryostomus.
Ioannes Dietenbergius.
Ioannes Ecchius.
Ioannes Lopis Stunica.
Ioannes Poccanus.
Ioannes Quinquarboreus.
Iosephus Tyberinus.
Italica Editio.

Lucianus Martyr.
Michael Adam.
Origenes.
Petrophilus.
Petrus Sutor.
Robertus Oliuetanus.
Rudolphus Agricola.
Sanctes Pagninus.
Septuaginta duo Interpre-
tes.
Simon Iatumæus.
Sophronius.
Symmachus.
Syræ Editio.
Theodotion.
Thomas Caietanus.
Vulphilas Gothorum Epi-
scopus.

Admonitio Breuis de ratione Diuina scriptura explicanda.

EX iis, quæ secundo hoc libro dicta sunt, si quis Rationem sacræ scripturæ explicandæ cupiat nosse breuissime, hæc habeat. In primis post sacræ scripturæ necessitatem, dignitatem, certitudinem, partitionem ostensam, verû, ac litteralem sensum esse inuestigandum & exponendum, adhibitis Codicibus Hebraicis, Græcis, & veterum Patrum monumentis vnâ cum vulgata editione. Deinde loca omnia notanda, è quibus præcipua fidei Catholicæ dogmata, robur, ac firmitatē accipiunt. Præterea, quæcumque aduersus hæreticos Catholici solent afferre, ad quam controuersiam pertinerent, indicanda; pro viribus item ostendendum ea loca vere pro Catholicis facere, nec ab Hæreticis eludi posse. Loca vero omnia, quæ contra Catholicos hæretici proferunt, monstranda, atque accurate docendū, nihil ea aduersus Catholicos facere. Breuitati autem studendum, locis perspicuis atque facilibus omisis. Rabbinos cautissime tractandos (si modo non sint prohibiti) cautius vero discipulis esse proponendos. Demum sensus morales, atque ea, quæ ad Conciones attinent, breuiter adnotanda, nimirum potius Auctorum loca, vbi tractantur, ostendenda, quàm in iis esse prolixè immorandum.

FINIS SECVNDI LIBRI.



ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI TERTII
QVI EST DE THEOLOGIA SCHOLASTICA
ET PRACTICA.

VPER sacrarum litterarum fundamentis Doctrina scholæ constituitur, quam Theologiam scholasticam dicimus. Hæc quoniam tutum sternit ad veritatē iter, atque imperterrito pectore hostiles impetus frangit, pietatemque rectissima methodo proponit: quanto magis odiosa reliquis, ac præsertim Fidei hostibus hæreticis est, tanto acceptior ac pretiosior debet esse Catholicis. Eius cum vtilissima pars sit, quæ propius accedit ad humanas actiones perpēdendas, quæ dicitur Practica, siue de officiis, & casibus Conscientiæ, vtriusque naturam, & Methodum pauciora, sed fecunda capita, quæ sequuntur, ostendent.

LIBRI TERTII CAPITA.

- | | | | |
|----|---|----|--|
| 1 | T HEOLOGIA scholastica quid. | 13 | Admonitio ad studiosos Theologie. |
| 2 | Theologia scholastica quotuplex. | 14 | Quanam restare videatur absolutior ratio scribendi integrora commentaria in Summam B. Thomæ. |
| 3 | Theologie scholasticæ necessitas. | 15 | Elenchus Scholasticorum, & eorum qui scripserunt in Magistrum sententiarum. |
| 4 | Origo, cremenium, & interdum decremenia Theologie ante Christum natum. | 16 | De Theologia Practica, siue de Casibus conscientie docendis. |
| 5 | Post Christum natum usque ad hæc tempora, Quanam ortus, vel progressus scholasticæ Theologie. | 17 | Regule Professoris Casuum conscientie. |
| 6 | Methodus, & ordo à Græcis, & à Latinis in Theologia tractanda seruitus. | 18 | Admonitio. |
| 7 | Theologie D. Thomæ compendium. | 19 | Materiam de variis hominum statibus prænos se permagni momenti esse, tum Professori, tum Auditoribus Casuum conscientie. |
| 8 | Summa Theologie capita ex Petro Lombardo Magistro sententiarum. | 20 | Tabula de variis statibus hominum. |
| 9 | Alia ab aliis Theologie in proprios locos partitiio. | 21 | Elenchus Autorum, qui scripserunt de statibus. |
| 10 | Professor Theologie scholasticæ qualis. | 22 | Elenchus eorum, qui Summas Casuum conscientie nobis reliquerunt. |
| 11 | Auditor Theologie scholasticæ qualis esse debeat. | 23 | De officio Confessarij ex diligentissima Caroli Boromæi pietate profecto. |
| 12 | Ratio interpretandi B. Thomæ Summæ Theologicam. | | |

ANTO



ANTONII POSSEVINI
SOCIETATIS IESV

Liber Tertius

BIBLIOTHECAE SELECTAE,

Qui est de Theologia Scholastica:
& Practica.

THEOLOGIA SCHOLASTICA
Quid. Caput. I.

DIVINAE Scripturæ necessitate, ortu, cremenio, serie, Methodo, apparatu, quantum ipsius tractatio requirit, ac denique variis Diuini Codicis interpretibus indicatis, de iisdem rebus in Theologia Scholastica agendum est, si prius attigerimus, quid Theologia, quidve Scholasticæ voces designent: ac quanam hæc, quæ Scholastica dicitur, ratione differat, ab aliis, quæ & ipsæ nomine Theologiæ censentur. Et primo quidem Græci, ipseque adeo Aristoteles Theologos vocarunt eos, qui in sublimibus, ac Diuinis rebus explicandis versabantur. At ubi CHRISTVS DOMINVS illuxit Mûdo, Græci Patres eam præcipue nominarunt Theologiã, quæ vel sermone, vel scriptis ad doctrinam de Diuinitate Christi pertinebat. quæ res fecit, vt licet alij Euangelium scripserint, vnus tamen ipse Ioannes Euangelista Theologus sit dictus. quod item nomine appellatus est Gregorius Nazianzenus, quod ceteris Græciæ Patribus sublimius materiam tractauerit eadem. Quin & ipse, quibus orationibus de Patre, Filio, Spiritu sancto egit, eas Theologiæ nomine inscripsit. At cum de CHRISTI humanitate, atque incarnatione agerent, versari dicebantur in œconomia: quam sane œconomiam, licet Eusebius, & Nazianzenus duplicem faciant; alteram, quæ ad prouidentiam refertur illam, qua Deus ante humanitatem assumptã nostræ salutis consuluit; alteram, quæ earum est rerum, quas nostra causa gessit, ac passus est in corpore; qui tamen in Græcia Patres floruerunt, œconomia nomine hanc potissimū de incarnatione atque humanitate Christi tractationem à se susceptã appellarunt. Ad vocem Scholasticæ, quod attinet, id in primis sciendum est, hominem de Schola à Cicerone dictum, qui eruditus, & doctus optime fuisset à Magistro. Scholas itē quinq; dierū vocatas ab eodē, quæ habitæ fuerant à præstantibus viris accuratas, & politas disputationes. Porro Scholasticū à Seneca dici eū, qui probe erat in declamationibus exercitatus. Bona (inquit) fide Scholasticus erat in illis declamationibus,

Ex pri. Ruf.
culan. 94.
Seneca lib.
10. conuul.
Beda de ar.
te metrica.
Gennadius
in vita Lu-
liani Ca-
puani.
Sidon. lib. 16
epist. ep. 17.
Hieron. in ep.
ad Titum.

tionibus, quæ bene illi successerunt, nulli post primū Tetradeū præferendus. Immo A
Beda Prudētium nobilissimū Hispanorum Scholasticum, & Gennadius Musæum,
Iulianum, Eucherium, ac plerisque alios inter Scholasticos, hoc est inter Schola-
sticæ eloquentiæ professores nominat. Idem in vita Prosperi, stylium (inquit) Pro-
speri esse Scholasticum, qui inter antiquos fere est disertissimus. Sidonius Apollina-
ris loquitur ad eundem modum, ac Hieronymus scribit se calentibus adhuc in
ipso Rhetorum studiis, multa de sacris rebus scholastico flore pinxisse, atque ait
Paulum Apostolum, cum in Areopago concionaretur, argumentum concionis ab
incriptione Aræ Atheniensium scholastica quadam elegantia traxisse. Denique
inde factum est, ut vir doctissimus, qui in Ecclesiis docendæ iuuetuti præficebatur
Scholasticus appellaretur. Et hæc quidem illi. At nos Theologiam Scholasticam
dicimus, quæ certiore methodo, & rationibus imprimis ex Diuina Scriptura, ac tra-
ditionibus, seu decretis Patrum in conciliis diffinitis veritatem eruit, ac discuten-
do comprobatur. Quod cum in Scholis præcipuè argumentando comparatur, id no-
men sortita est. Quamobrem differt à positua Theologia non res, sed modo: quem-
admodum item alia ratione non est eadem cum naturali Theologia, quo nomine
Philosophi Metaphysicam nominant. Positiua igitur non ita res disputandas pro-
ponit, sed penè sententiam ratam, & firmam ponit, præcipuè in pietatem incum-
bens. Verfatut autem & ipsa in explicatione Scripturæ Sacræ, traditionum, Conci-
liorum, & sanctorum Patrum. Naturalis porro Theologia Dei naturam per natu-
ræ argumenta & rationes inquirat, cum supernaturalis (quam Scholasticam dici-
mus) Dei eiusdem naturam, vim, proprietates, ceterasq. res Diuinas per ea princi-
pia vestiget, quæ sunt hominibus reuelata diuinitus. Ergo Theologia hæc, si vo-
cem ipsam Græcam attenderis, sermonem ac rationem de Deo designat, quæ sa-
cratum literarum nixa fundamentis, & Deum ipsum obiectum, subiectumque pro-
positum, ac quasi versandam materiam habens, ex principiis fidei à Deo reuelatis
conclusiones colligit, in principiis ipsis implicatas, adeo reliquis disciplinis præ-
stantior, quo Diuina lux, & auctoritas, auctoritate omni alia, & luce potior est at-
que eminentior. Quamobrem in Diuina Scriptura merito dicitur Intellectus, Erudi-
ditio, Sapientia & Prudentia, Sciētia, & Scientia Dei, Scientia veritatis, etiā
clara & euidens conclusionis notitia desit, quam in statuenda scientiæ ratione Diu-
ni huius luminis expers requirerebat Aristoteles. Ex quibus omnibus Theologiæ
Scholasticæ definitio hæc existit. Ut sit rerum Diuinarum scientia, quatenus à Deo
nobis reuelatur, non ex natura, sed ex fide collecta, gignens cognitionem non eui-
dentem, sed certam licet obscuram, qualis est fidei cognitio. Quod visus est in mail-
se Paulus, scribens iustitiam reuelari in Euāgelio ex fide in fidem, nimirum ex vna
re, quæ fide teneatur, accipi alteram quæ fide non tenebatur.

a Ps. 118.
b Psal. 93.
c Ps. 9. ps. 50.
1. Cor. 2.
Baruch. 3.
Prover. 5.
d Malac. 2.
e Sap. 2.
f Io. 3.
Definitio
Theologiæ
Scholasti-
cæ.
Rom. 1.

THEOLOGIA SCHOLASTICA Quotuplex. Caput 11.

T multiplex quoque Theologia est hæc, de qua agimus: quippe
que multis modis cognosci queat ratione nostri: quamquam vna
& simplicissima res sit Deus. Prima Dei. Secunda Beatorum. Tertia
nostra. Quarta malorum Dæmonum. Atqui etiam dici potest
Theologia nostra infusa, quo ad fidem, quæ illi deseruit loco ha-
bitus principiorum, sed habitus, qui circa conclusiones versatur
est acquisitus.

Neque verò Theologia tantummodo est Theorica, verum etiam Practica emi-
nenti quodā modo, quāuis Theorica magis. Id liquet, quod sub eius obiectum ple-
raque cadunt, quorū sciētia nequit haberi practica. Ea sunt Deus, Angeli, Animæ
immortales: Cæli: Reliquus mundus. Hæc. n. à nobis effici non possunt. Cadūt item
sub

A sub eiusdem Theologiæ obiectum alia, quæ quoniam à nobis fiunt, practicam
scientiam constituunt, cuiusmodi sunt præcepta Decalogi, ac Christianæ vitæ of-
ficia omnia. Accedit ratio materiæ, de qua tractat; quæ complectitur tum quæ
cognoscimus, & non agimus: tum quæ cognoscimus, & agimus. Quippe Deus
duo genera rerum nobis reuelauit ad salutem: alterum earum quæ credendæ: al-
terum earum, quæ agendæ sint: Præterea principia quædam sunt, quæ ad solam
veritatis cognitionem comparata sunt, qualia principia (hoc est capita Fidei)
sunt: In Trinitate vnā in tribus personis essentiam esse. Mundum à Deo condi-
tum in initio temporis. Quædam autem ad agendum iuuant, & practica ideo sunt;
Cum vero Theologia tres maximas scientias tradat, Philosophiam naturalem,
Metaphysicam, Moralem; duæ illæ prorsus ad speculationem pertinent; tertia
ad actionem. Cæterum etsi videri potest, principia, hoc est articulos Fidei referri
ad actionem, constat tamen natura sua esse ad rerum Diuinarum cognitionem in-
stitutos: sicuti altera ex parte præcepta Decalogi, quamuis coniunctam habeant
multarum rerum notitiam, natura tamen sua comparata sunt ad agendum.

THEOLOGIA SCHOLASTICAE Necessitas. Caput 111.

NEQVE vero vna necessitas fuit, cur Theologia Scholastica tra-
deretur: præcipua illa, quam Magister in proemio tradit ex Au-
gustino; qua scitur quemadmodum Fides Catholica piis opitule-
tur, & aduersus impios defendatur. Scitum enim est illud, Theo-
logi esse fidelis docere doctrinā sanam, & eos qui sanam non ha-
bēt redarguere. Altera est; Diuinarū scripturarū difficultates eno-
dare, quas Deus (ut inquit Augustinus, & nos superius attigimus,) tres ab causas po-
tissimū voluit esse signatas & clausas. Primo ad fastidiū declinandū, quæ. n. obuia,
apertaq. sunt contēnimus; at operata & recōdita cupimus, desiderata ardentius in-
quirimus, inuenta suauius gustamus. Sicut autem Deus pleraque in Diuinis litte-
ris in aperitissima luce posuit, vt inde pasceremur, & famem pelleremus, ita vti-
lissimis obscuritatibus plura inuoluit, vt in iis sine vlla satietate, ingenij soler-
tiam exerceremus. Deinde vt ad liquidiorē veritatis notitiam obscuritas ad-
duceret, dum sic verissime quod obscurum esset explicaret; atque occasione pro-
positam difficultatem inquirendi, aliarum quoque rerum quas non quærebat, ver-
ritatem assequeretur. Denique ad comprimendam humani ingenij temeritatem,
eiusq. superbiam labore domandam: vt dum tumens, ac turgens hominis animus
abstrusos diuinarum litterarum recessus penetrare se posse præsumit, demum de-
sperans cogatur vnā cum Aethiope illo Eunucho exclamare. Quomodo possem
hæc intelligere; nisi aliquis ostenderit mihi? Quæ cum ita sint, ij qui minus ne-
cessariam esse putant Theologiam Scholasticam, tum se denique errasse sentiunt,
cum eos aut disputatio cum hæreticis, aut perplexus aliquis conscientiæ ca-
sus exercet.

E Accedunt reliquæ necessitates, quæ licet cum positua Theologia sint commu-
nes, ad scholasticam tamen propius attinent. Nimirum vt Diuinæ res illæ penitus
agnoscerentur ac defenderentur, quæ magistra natura percipi numquam potuis-
sent cuiusmodi sunt mysteria Trinitatis, Incarnationis, Resurrectionis, & alia. Vt
item finis supernaturalis hominis intelligeretur, in quo vita beata hominum est
posita. Deinde vt via constaret, qua ad illā sit perueniendum. Deniq. vt quod as-
sequi aut intelligere homines Ethnicis, vel hæreticis quidam nequiverunt, nempe
vitiarū naturæ morbum, id iam pateret. Quod sane cum philosophos latuisset, fe-
cit, vt neque confugerent ad Diuinam opem quærendam; & vero nihil minus
quàm

quàm virtutem perfectam, & solidam adipiscerentur, qui humana industria hoc effici posse falso putarunt. Certe quod spectat ad Deum noscendum vt sine supernaturalem, nec illum noscere naturaliter, quantum oportet, nec naturaliter, ac efficaciter appetere (eatenus enim aliquid appetimus, quatenus cognoscimus) nec viribus naturæ nostræ consequi possumus: cum vero ista fide cognosci possint, at Theologia scholastica ea tuetur & dilucidat.

Lib. 8. locor. cōmuniū de auctoritate Doct. Scholasticorū. li. 1. 2. de locorū usu in Scholasticā disputatio- na.

Ex his autem omnibus, si paulo maturius perpendantur, liquet, quo spiritu acti sint qui Theologiam Scholasticam vel extenuare, vel explodere conati sunt: contra quos, vt alij antea, sic præcipue hoc sæculo scripsit Melchior Canus. Extat item in fine libri de sex diebus conditi orbis à Hieronymo Vielmio scripti, & Veneriis apud Iūtas editi oratio Apologetica aduersus obtrectatores Theologiæ Scholasticæ. Probat enim scholasticos recta methodo à Deo ad creaturas descendere; quippe cum incipiendum sit à prioribus nobis, & magis notis (nimirum vnde com modè & faciliè aliquis possit addiscere) Christiano ab ipsis incunabulis imbuto, nil melius, & prius esse debet, quàm Deus opt. Max. Sic in Symbolo Ecclesia (Cre do) inquit in Deum Patrem; Sic Moses historiam suam ab opifice Deo orditur: Sic Plato interdum, & Pythagoras, vt refert Simplicius, naturalia tractarūt, quate nus res Diuinas participabāt; Aristoteles autem nusquam vult à natura discedere, quin etiam, dum assurgit, mauult, quæ naturam excedunt speculari per habitum natura lem. Porro cum non tam creaturas, quàm Creatorem tãquam in speculo Theologus contempletur, non est reprehendendus, quod ista sedulo consideret. Minus item quod flores in dicendo non sectetur: Non enim doctis mundanæ sapientiæ vet bis, sed in ostensione spiritus & virtutis incedit, sicut inquit Apostolus; Et in iudicij contentione (ait Cyprianus) pro rostris opulenta facundia volubili ambitione iactetur; at cum de Domino, ac Deo, vox est, vocis pura sinceritas non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumentum, sed rebus. Et est (ait Hieronymus) in Verbis sicut licibus semper sensus augustior. Loquitur autem de D. scripturis.

Ac sane fieri nequit ob Theologici subiecti amplitudinem, atq; præstantiam, cū aliquis ad mentis verticem cum Mose conscēderit, quin adhuc caligine perfundatur, vt semper hic verum sit, quod Dionysius, ait. Cum Deo tanquam ignoto nos cōiungi. Vt potius imbecillitas nostra, quàm artis industria culpanda sit. Sed & licet hoc ita sit, tot tamen gradus ascensionis ad se multiformis illa Dei sapientia humanis mentibus excirauit, totque sui ipsius vestigia in Vniuerso, ac in nobis ipsis impressit, vt semper habeant quibus cibis pascantur ingenia præsertim scholasticorū Theologorum. Legat pius vir cœlestes libellos Bonauenturæ, alterum de Itinerario mentis in Deum, cuius opusculi, immo (inquit Gerſo) operis immensū laus superior est ore mortalium: Alterum autem quod breuiloquium inscripsit Theologiæ, processum, proprie Theologicum retinens, & quasi conuersum ad priorem, quoniam à principio primo descendit ad alias veritates, vt idem inquit Gerſo.

Quod autem ad disputationes, & vt vocant, circulos artinet; ea non lis, non Sophistarum congressus, sed exercitatio saluberrima est ad firmanda ingenia, vt ad corpus roborandum exercitatio valet. Hæretici fanè antiquitus, & recentes hunc modum ægrè ferunt, quoniam cominus isto genere pugnæ robusto, acuto, breui confodiuntur. Quorum etiam improbitas, inquit Athanasius contra insolentes illorum nouitates rebus immutabiliter permanentibus nominum vocabula mutare, & significantius rerum naturas exprimere nos adegit.

Neque item classes, aut sectæ inter Theologos sunt: Pura enim hæc eorum calumnia est, qui de Christianæ pietatis sanctis dogmatibus mentiuntur, quæ iam decreta aut decisa sunt. Aliquorum autem præstantium in iis, quæ fides non definiuit, non tam auctoritati, quàm rationibus, non tam nomini, quàm probè expositæ veritati, quod rectè consulit Aristoteles, assentiendum putamus.

At

A At ij, qui damnāt philosophiæ cum Theologis Scholasticis affinitatem facile refutantur ijs rationibus, quas in tractatione de philosophia attulimus. Illud quidem quod veritas patefacit (ait Augustinus) libris sanctis, seu Veteris, seu Novi Testamenti, nullomodo potest esse aduersum: Et verò quantam supellectilem ad arcem Diuinæ sapientiæ contulerint S. Thomas & alij viri doctissimi; qui seridè sapientissimos illos Auctores quotidie versant, intellexerunt. Porro In tractatione de philosophia in genere ostendimus eam mirifice à Fide, atq; à Theologia fuisse adiutam.

Ceterum turpe est ingenuo viro, qui in baptisate CHRISTO Domino nomen de derit, bonarumq; disciplinarum studijs sese addixerit, non posse de Deo, de Trinitate, de Christo, de Sacramentis, de Vniuerso, de Angelis, de homine, deq. alijs lublimibus, ac præclarissimis rebus rectè ac prudenter tum sentire, tū in Ecclesia, præsertim in summis Reip. Christianæ istis concertationibus, differere.

ORICO, CREMENTUM, ET INTERDUM
decrementa Theologiæ ante Christum natum.
Caput. IIII.

C TSI vero Patres plerique omnes, ac præcipue Theodoretus ostēdunt Theologiam vnā cum primis ortam fuisse parentibus, indeq. ad posteros deductam, & nouis ritibus ac quasi luminibus illustratam, Gilbertus tamen Genebrardus, eiusdē originem ac progressum per singulas ætates planissimè monstrat. Inerat videlicet ijs rerum Diuinarum (quatenus humana conditio patiebatur) perfecta cognitio, quæ durauit quādiu homines haud peccarūt: vt ea quasi infantia fuerit & innocentia Theologiæ. Sed inde vsque ad confusionem linguarum annis bis mille licet ob ignorantiam valde obscuraretur, falsis tamē de Deo opinionibus deprauata non est; Dum enim vna fuit omnium hominum lingua, nulla fuit Idololatria: At deinceps vsque ad exitum Abrahami ex Melopotamia (quamuis breuissimo spatio nempe annorum triginta uel quadraginta) ualde excreuit Idololatria. Quare Theologia delituit vsque ad Mosem, per quem iterum cœpit religio, & rerum Diuinarum scientia reuiuiscere. Ac tamen à magistro ipso Abrahamo orbis terræ pars maior, si non omnino, aliquam tamen Theologiæ & religionis Iudicæ partem susceperat. Hinc enim factum est vt tam multæ gentes amplexæ sint circumcisionem. Quæ res verustissimis Auctoribus dedit occasionem disputandi contra Græcos de Religione, sumpto hinc argumento ad probandum Theologiam Iudæorum esse omnium antiquissimam. Quæ item causa fuit cur Aegyptii, & Chaldæi inter omnes gentes, quoniam edocti fuerant ab Abrahamo, maximi Theologi habiti fuerint, eorumq. Theologica scripta ad nos peruenerint, nempe Trimegisti, Iamblici, & Berosi, quamquam quid de his sentiendum sit, & diximus iam, & dicendum est postea, vbi de Platonicis loquemur.

D A Mose igitur vsque ad Roboamum, & Ieroamum annis sexcentis Iudæorum Theologia maximè floruit: quippe quæ tum primo litteris fuit consignata (quamuis antea, vt scribit Iosephus, Seth duas illas erexerit columnas, in quibus sapientiam, quæ circa corpora cœlestia uersaretur, incidit) tumque constituti sunt sacerdotes, scribæ, ac legisperiti, qui Theologiam omnes profiterentur. Sanè eo ipso tempore ingens fuit celebrium Prophetarum numerus, sacramentaq., & ceremoniæ sunt institutæ, quibus religio & diuina ipsa scientia usque ad præfinitum tempus conseruabantur. Secuta est ætas à Roboamo usque ad finem exilii Babilonici annorum 550. quo tempore vera religio iacuit pene intermorta, tum ob Regni Dauidici diuisionem, quam diuisio quoque religionis sequuta est, tum quia Ieroamum conflatis duobus vitulis aureis, decem Tribus in Idololatriam compulit, pretioq. sacerdotes, & prophetas

Y 3 consti-

Theo. lib. 3. de curatio aff. cionum Græcorum.

Genebrar. Cronographia excusa 1585. Parisijs.

Lib. de Antiqu. cap. 2.

constituit. Erant item continenter bella inter duos Reges Iudæ, & Israelis, quæ faciebant, ut litterarum studia fiescerent: res nimirum eò deueniant, ut aliquando vnus insignis, ac celebris esset Elias Propheta, qui veram Theologiam tenuerit, cum quadringenti falsam profiterentur. Micheas non ita multo post inuentus est qui verax, complures autem qui Pseudoprophetae essent. Ac in ipsa Iudæ Ecclesia, vbi tum Religio vera colebatur, ne vnus quidem aliquando extitit liber Legis. Nam & Iofias singulari Diuino beneficio tribuit, quod quemdam librum Legis Helchias sacerdos nescio quo in Templi angulo compererit. Et vero ad finem exilij Babylonici Iudæi non tantum religionis, uerum etiam linguæ Hebrææ oblitæ erant, uti Esdras scriptum reliquit. Exilio autem Babylonico finito usque ad Christum, cepit doctrina Diuina paululum iterum reuiuiscere. Sed B progrediente tempore, atque quodammodo aduentante Christo cepit rursus Theologia Iudæorum obscurari, multas ob Sectas, quæ tunc ortæ sunt Samaritanorum, & Iudæorum, de quibus agit Epiphanius initio Panarij.

Vt author est Hieronymus in prologo Galat. 10.

POST CHRISTUM NATUM USQUE AD HAEC tempora, Qui nam ortus, uel progressus Scholasticae Theologiae. Caput. V.



T VBI venit plenitudo temporis, plenitudo etiam Theologiae C aduenit, quæ non tam aucta, quam facta est. Cum enim Christus Dominus, quæ obscure fuerant Iudæis tradita, explicuisset, reque ipsa exhibita interpretatus Prophetas, noua priscis abolitis instituisset Sacramenta, mandataque renouasset; quibus & consilia adiecit, plenissimam sane lucem attulit, quæ non solum à Iudæa, uerum etiam à Gentibus errorum tenebras dispelleret.

Ac tamen satanas copias tunc suas instruxit ardentius, quibus Ecclesiam Theologiamque oppugnaret, excitatis Cerintho, Ebione, Basilide, Carpocrate, Valentino, Marcione, atque aliis: Verum enim uero Dei sapientia post Apostolos misit alios, qui eo magis subtiliter, ac simul eminenter res Diuinas exponerent: D quod primum legimus fecisse Hierotheum, & Dionysium Areopagitam, deinde Pantænum, qui scholam Theologiae aperuit Alexandriae, ubi & Clementem Alexandrinum Theologiae locos ad dialecticorum artem disputationibus distincte pertractasse, ex Ecclesiastica historia à Hieronymo accepimus.

Vt uero ipsa Christi Ecclesia imitata in hac palæstra caput suum, ætate, sapientia, pugnandi arte, progressus faciebat ingentes, sic post priora illa sæcula usque ad annum à nato Domino sexcentissimum, cum Arianorum funesta pestis in Orbe Christiano grassaretur, excitati sunt diuinitus uiri Theologi præstantissimi, qui Theologiam in aciem adhuc apertiore educerent Athanasius, Hosius, Pacianus, Basilus, Epiphanius, Cyrilli Hierosolymitanus, & Alexandrinus, Theodoretus, Gregorii Nazianzenus, & Nyssenus, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Hilarius, Augustinus in Dialecticis uersatus egregie, Gregorius Magnus, Leo, Leander, Isidorus, Prosper, Fulgentius, Cassiodorus, & alii: Atqui etsi usque ad septimi sæculi finem post Christum, ob uariam rerum turbationem, Theologia minus se se exercuit, hæc tamen ab Isidori discipulis sub annum septingentesimum conseruata est ad usum; floruitque Beda in Anglia, in qua idem præstitit, quod Isidorus in Hispania. Itaque, e Bedæ Schola plerique docti uiri prodierunt, inter quos fuit Albinus, siue (ut alii uocant) Alcuinus, qui à Carolo Magno adhibitus ad instituendam Parisiensem Academiam mirum est, quot illa peperit Theologos insignes, ut quadringentos totos annos, uix alicuius nominis Theologus extaret alibi, quam in Gallia. Videlicet florere tum etiam Angelomus, Rabanus, Haimo, Strabus, quem ferunt Glossam scripsisse ordinariam, Remigius Antistiodorensis,

A dorensis, Pascasius Cordiensis, Amalarius:

Nonum sæculum insecutum est, quo, cum minus exercitatio Scholasticae Theologiae tractaretur, factum est ex hæresi Berengarii, ut complures apparuerint, qui eam tutanda religioni sub signa reuocarent, Inhebertus cum maximis, & antiquissimis Auctoribus conferendus, Guidmundus item, & Algerus, & Lanfrancus, & Hildebertus, & Leo Nonus, & Bernardus, & Iuo, & Anselmus, & Honorius Augustudunensis, & Sigibertus, & Burcardus, & Rupertus, & Hugo à Sancto Victore, & Petrus Lombardus, & Gratianus, & Richardus à Sancto Victore. At Petrus quidem Lombardus, cum uidisset Theologiam Græcorum Patrum libris uarie sparsam, fuseque tractatam; in unum autem Damasceno quasi collectam, & certis fuisse locis distinctam, eius imitatione collectis Latinorum Patrum (præsertim Augustini) sententiis idem fecit usque adeo præclare, ut Magister sententiarum diceretur.

At uero, cum ad exiens duodecimum sæculum ita res Theologica processisset, incepit liberali pietate Ludouici Regis sancti uiuidiores resumere vires. Quare tum extitere Alexander Aletis, Thomas, & Bonauentura, Albertus Magnus, & ceteri, qui usque ad tempora Florentinae Synodi peruenerunt, qua finita mirum est, quanta præstantium Theologorum seges in Ecclesia Dei ad frugem maturuit, cum & aduersus schismata, hæresesque, & sexcentas alias pestes doctissimi libri, & commentaria emitterentur in lucem, quemadmodum in Sacra nostra Bibliotheca constabit, præter illa quæ in hac Selecta attigimus.

C METHODUS ET ORDO A GRÆCIS, ET A Latinis in Theologia tractanda seruatus. Caput. VI.



R DINEM autem non eundem seruauerunt in tradenda Theologia Græci & Latini; Damascenus enim temporis, loci uero seriem persecutus est Dionysius Areopagita, quippe qui egit de cælesti, subcælesti, supercælesti hierarchia: Ioannes autem Sapiens cognomèto Cyparissiotus, qui scripsit ab hinc circiter quingentis annis ἐκ θεοῦ

συντάξις ἐπὶ τῶν θεολογικῶν, hoc est, expositionem materiariam, siue elementarem eorum, quæ de Deo à Theologis dicuntur, eam in decem Decades partitus est, Priorem de Theologia Symbolica, Secundam de Theologia demonstratiua, Tertiam de Diuinis emanationibus, Quartam de informatione Diuini nominis, Quintam de proprietatibus Diuinorum nominum, Sextam de apparitionibus Diuini luminis; Septimam de Diuina participatione, Octauam de infinitate Dei in Creaturis, Nonam de infinitate in Deo, Decimam de Diuina simplicitate. Augustinus uero inter Latinos egit de amandis, credendis, sperandis. Magister Sententiarum de signis & de rebus. Res autem duplices sunt, quibus fruimur, quibus utimur: Thomas De Deo in se (hoc est de ipsa essentia; & de personis) comparando ad personas ut principio, & ut fine. De Via qua ascendimus. De ascensu quo ascendimus, qui est Dominus IESVS. Et quidem Thomæ ordo integerrimus, & absolutissimus fuit, qui ex adiuncto Compendio, vno penè intuitu perspici potest: Nam fusius postea de eius Vita, Scriptis omnibus, & ratione eius Theologiae addiscendæ agendum erit omnino, partim hoc libro, partim in Bibliotheca Sacra.

THEOLOGIAE S. THOMAE COMPENDIVM. Caput VII.

PRIMA PARS. PRIMA SECVNDE. SECVNDA SECVN- TERTIA PARS.

Post questionē 1. in qua agitur de sacra doctrina, est.

DE DEO IN SE. hoc est De unitate Essentiae Diuinae à q. 2. ad 26. An sit Quomodo sit, vel non sit. Quomodo nominetur. De operationib. immanentib. & transeuntib. potentia. De Beatitudine.

De tribus PERSONIS PATRE. FILIO. SPIRITVS SANCTO à qu. 27. ad 43.

SVBIECTVM Sacra Theologia est Deus, non tantum ut in se est, sed ut est Principiū & finis Creaturarū, ac praeferim Rationalis.

VBI DE Processione. Relationib. propriis Personis absolute. Personis relatis ad cōsuetudinem. Relationibus communibus.

DE DEO in relatione ad creaturas in genere causae efficientis creaturarum, id est, de Productione.

Quae sit causa prima Entium Modo producendi à prima causa. Principio durationis à 44. ad 46.

Distinctione in Communi. & in Particulari. creaturarum pure spiritualium: pure corporalium, spiritualium, & corporalium simul à 47. ad 102.

Gubernatione in communi. in speciali: In qua de Conseruatione. Mutatione. & Quomodo vna creatura moneat alteram. a 103. ad 119.

DE MOTV RATIONIS creaturę in Deo. De ultimo fine huius motus in communi, & in speciali, In quib. sit. Quid sit. Quae ad eum exigatur a q. 1. vsq; ad 5. De ijs, quib. ad hunc finem peruenire, vel ab eo desistere quis possit.

IN VNIVERSALI.

DE AGIBVS propriis homini, vbi de Voluntario. Inuoluntario. circumstantiis Actuum. Actib. Voluntatis, elicictis, Imperatis. Bonitate, & Malitia Actiua. à 6 ad 21. De Actib. communibus in generali à 22. ad 25. In speciali concupiscibilis à 26. ad 39. Irascibilis à 40 ad 48.

DE PRINCIPIS Actuum.

Intrinsicis, id est habitibus à 49. ad 89. vbi in generali de Substantia. Subiecto, Causa generationis, augmenti, corruptionis, diminutionis. Distinctione. In speciali autem de Virtutib. Donis. Beatitudinib. Fructibus, & de Malis. hoc est Vitiis & Peccatis.

Extrinsicis, id est de eius Essentia, Differentia, Effectibus. In speciali vero de Aeterna. Naturali. Humana. Diuina Veteri: Nova. a 90. ad 108.

GRATIA, vbi de eius Necessitate. Essentia. Diuisione. Causa. Effectibus, id est Iustificatione, & Merito. a qu. 109. ad 114.

DE IIS, QUIBUS ad finem hunc peruenire, vel ab eo desistere quis possit.

IN PARTICVLARI.

Quoad specialem materiam Virtutū: sub quibus. item agitur de donis, Vitiis oppositis, ac praeceptis, ne fiat inanis repetitio.

DE VIRTVTIBVS THEOLOGALIBVS.

DE FIDE in se a 1 ad 7.

Donis, Intellectus, & Scientiae. 8. 9. Vitiis oppositis a qu. 11. ad 15. Praeceptis. 16.

SPES, & ad eam spectantib. a 17. ad 22.

CHARITATE. a 27. ad 46. vbi de eius effectibus interioribus, & exterioribus, de vitiis oppositis, de praeceptis

DE VIRTVTIBVS MORALIBVS.

In Intellectu, vbi de PRVDENTIA à 47. ad 56.

In Voluntate, Vbi de IUSTITIA à 57. ad 123.

FORITVDINE a 124. ad 141.

TEMPERANTIA a 141. ad 170.

Quoad specialem hominum statum: tum quoad Gratias Gratis datas, id est Prophetiam, Raptum, Dona linguarum, sermonis, Miraculorū. a q. 171. ad 178.

Tum quoad studia Actiua. i. Vitae contemplatiuae, & Actiuae: a 179. ad 182.

Quoad officia, & status in communi, & in speciali a 184. vsq; ad 189.

DE CHRISTO Domino, qui est Via tendendi in Deum.

VBI

DE SALVATORIS incarnationis Conuenientia, Modo Unionis, Ordine à 1. ad 6. de Coassumptis, quae pertinent ad Perfectionem, & Imperfectionem. à 7. ad 15. De Unionem consequentibus à 16. ad 26.

DE SALVATORIS gestis à 27. ad 59.

DE SACRAMENTIS, quae à CHRISTO vim habent.


In communi à 60. ad 65.

In speciali, de septem Sacramentis à 66. vsq; ad 90. & inde à qu. 1. ex additione vsque ad 68.

DE FINE IMMORTALIS VITAE, id est Iis, Quae Resurrectionem praecedunt: hoc est Receptaculis Animarum. Poenis Animarum. Suffragiis pro defunctis. Oratione Sanctorum. Signis praecedentibus iudicium à 69. ad 74.

Quae comitantur Resurrectionem à 75. ad 85.

Quae sequuntur Resurrectionem à 87. ad 97.



E

SUMMA THEOLOGICAE CAPITA EX PETRO Lombardo Magistro Sententiarum. Caput VIII.

LIBER PRIMVS.

De rebus & signis. dist. 1. De rebus, quibus fruendum est, vel vtendū. 2. De mysterio Trinitatis, & Unitatis. 3.

De cognitione Creatoris per creaturas, vbi & de summa Trinitatis unitate. 4.

An Deus se generit. 5. An alium Deum. 6.

An Pater genuit diuinā essentiam, vel ipsa Filium, vel ipsa nec genuit, nec genita est. 7.

Nūm Pater voluntate genuit Filium, an necessitate, an potuerit, vel voluerit gignere xilium 8.

De proprietatibus essentialibus Trinitatis, & Unitatis. 9.

De distinctione triū personarum. De Spiritu sancto. à dist. 10. vsque ad 18.

De aequalitate triū personarū. dist. 19. & 20. Quomodo possit dici solus Pater, vel solus Filius, vel solus Spiritus Sanctus. dist. 21.

De Nominum diuersitate, quibus vtitur loquentes de Trinitate, & unitate. 22.

De hoc nomine, Persona. 23.

Quid significetur his Nominibus, Vnus, vel Vna, duo, vel duae, Tres, vel Triā, Trinus, vel Trinitas &c. dist. 24.

Quid, cum dicitur pluraliter. Tres, vel duae personae, dist. 25.

De proprietatibus personarum. à 26. vsq; 33. Vtrum proprietates personarum sint ipsae per-

sonae, & sint deus, id est diuina essentia. 33. & 34.

De Scientia, praescientia, praedestinatione, prouidentia, dispositione, omnipotentia, voluntate dei. à 35. vsque ad 48.

LIBER SECVNDVS.

De vno omnium principio, & de creatione, & cur facta sit rationalis creatura. dist. 1.

De Angelis bonis, & malis à 2. vsque ad finem 11.

De creatione aliarum rerum, & operū sex dierum distinctione à 12. dist. vsque ad 19.

De situ primi hominis ante peccatum. 19.

De modo procreationis filiorum, si non peccasset primi parentes, & quales filij nascerentur. dist. 20.

De invidia diaboli tentantis primos parētes. 21.

De hominis primi transgressione, & primi peccati origine. 22.

Cur deus permisit hominem tentari sciens eū esse casurum. 23.

De gratia hominis, & potentia ante casum. 24.

De libero arbitrio. 25.

De gratia cooperante. 26.

De Virtute, & actu eius, & contra Pelagianos. 27. & 28.

Vtrum homo ante peccatum egerit gratia operante, & cooperante. 29.

Quod per Adam peccatum & poena transit in posteros. Et de peccato originali, & eius

pena. à 30. vsq; ad 33. inclusue.

De peccato aequali secundum eius casualitatem, & quiditatem. 34. & 35.

Vtrum peccata sint causa, vel poena peccati. 36.

Vtrum secundum aliquam rationem peccata dici possint esse ex deo. 37.

De voluntate, & eius fine à 38. ad 42. inclusue.

De peccato in Spiritum sanctum. 43.

De potentia peccandi. 44.

LIBER TERTIVS.

De incarnatione Verbi. dist. 1.

Quare totam humanam naturā assumpsit, quid que nomine humanae naturae intelligendum sit. 2.

Caro, quam Verbum assumpsit, qualis fuerit. 3.

Quare Spiritui sancto opus hoc Trinitatis tribuitur. 4.

De persona nō assūpta. Quomodo Deus homo. 6. & 7.

An Diuina natura debeat dici nata de Virgine. 8.

De adoratione humanitatis Christi. 9.

An Christus quatenus homo, sit persona, vel aliquid. 10.

An Christus sit creatura, vel creatus, vel factus. 11.

An homo ille sepe fuerit, vel ceperit esse. 12.

De Sapientia, & gratia Christi, secundum naturam hominis. dist. 13. & 14.

De assumptis defectibus corporis, fame, siti, & aliis. Et animae, tristitia, timore, dolore, & huiusmodi. 15. & 16.

De voluntatibus Christi secundum duas naturas. 17.

De merito Christi sibi, & nobis. 18. & 19.

De morte Christi pro nobis. 20.

De separatione animae à corpore in morte. 21.

An Christi in triduo mortis fuerit homo. 22.

An Christus Fidē, & Spē habuerit, vt Charitatem. 23.

Quo intelligitur, quod scriptum est, vt cū factū fuerit creditus. 24.

De Fide antiquorum. 25.

De Spe, ac de Charitate hominis, & dei à 26. ad 32.

De quattuor Virtutibus Cardinalibus. 33.

De Septem donis Spiritus sancti. 34. & 35.

De connexione Virtutum. 36.

De decem Praeceptis. à 37. ad 40.

LIBER QVARTVS.

De Sacramentis in generali, & in particulari. à dist. 1. vsque ad 42.

De Resurrectionis conditione, & modo resurgentium. 43. & 44.

De diuersis animarum receptaculis. 45.

An valde malis detur mediacio poenae. 46.

De sententia Iudicij. 47.

De Forma, & potestate Iudicis. 48.

De differentiā mansionū in Cēlo, & in Inferno. 49.

ALIA AB ALIIS THEOLOGIAE IN PROPRIOS locos Partitio. Caput IX.



ETERVM quoniam hi fere quattuor Theologi Scholastici in Scholis à professoribus exponuntur, Magister sententiarum: Thomas; Scotus; & Bonauentura: ideo qui nam, quāti ue fuerint: quare ratio breuior, ac tutior eos tractandi: Quibus ex officinis emendatiores hoc seculo prodierunt in lucem: Qui nam eruditissimi in eos commentaria emisere: dicendum erit suis in locis Bibliothecae sacrae, in qua tum hi, tum reliqui proponuntur à nobis.

Quin-

Quinetiâ cum Sixtus Senensis tertium suæ Bibliothecæ sacræ librum de arte, ratione, ordine scripserit, quibus in Diuinarum scripturarum expositione varij sunt vsi: Methodum autem, quæ est numero vigesima, de Scholastica Theologia interferuerit; non oberit eâdem percurrere. Vir enim doctus & solers, quidquid potuit, Deo iuuante præstitit, pro earum rerum genere, quas tractandas susceperat.

Extat etiam breue totius Theologiæ compendium in septem libros digestum, quod cum Petro Tarantasio ordinis Dominicani, qui postea Innocentius Quintus Pont. Max. fuit, vel Aegidio Romano, vel Hugoni de Argentina tribueretur, eundem agnitum est esse scerum Alberti Magni Ratisponen. Episcopi.

Primo libro agitur de natura Diuinitatis. Secundo de operibus conditoris. Tertio de corruptela peccati. Quarto de Humanitate Christi. Quinto de Sanctificatione gratiarum. Sexto de virtute Sacramentorum. Septimo de vltimis temporibus, & de pœnis malorum, ac præmiis honorum.

Hoc autem opus, cum Frater Seraphynus Caponi è Porrecta Dominicane familiæ Theologus contulisset cum centenario codice, Alberti nomine, sub Serenissimo Duce Venetiârû insignito, atque expurgasset, adiecit scholia (vt ille inquit) vtilissima: Venetijsq. edi in lucem curauit anno 1584. apud Ioannem Baptistam Somaschum.

Præter hos non defuere, qui aliam Theologiæ partitione fecerunt, sed vt diximus, ea quæ à S. Thoma tradita est, absolutissima fuit omnium. Si quis tamen animi causa nosse aliam velit, legat libri tertij caput tertium ex opere de recto formando Theologiæ studio, quod opus restitutum à Fratre Laurentio à Villalincencio Xerezano Theologo Augustiniano prodiit in lucem anno 1565. Ex Officina Antuerpiensi Viduæ & heredum Ioannis Steelsij. Et verò summam vniuersæ doctrinæ Religionis vestræ ad sex generalissima capita, eo capite refert. Vt primum (inquit) sit Deus; Huic autem connexi sunt & hi loci, Trinitas personarum, Pater, Filius, Spiritus sanctus: Attributa Dei, vt Aeternitas, Omnipotètia, Bonitas, Iustitia, Prædestinatio, Prædefinitio, Electio, Dilectio, Creatio, Prouidentia, & Gubernatio omnium rerum creatarum. Ab iis vero actionibus Dei, creatione, videlicet, & prouidentia, seu administratione rerum creatarum, recte ad ipsas res creatas descenditur, ac maximè quia notum est, cum creatore creaturas, tam relatione, quam analogia, id est proportionatione confociari. 2. Creatura, creatura inuisibilis, Angelus, Angelus bonus & perstans; Angelus malus & labens: Creatura visibilis, Vniuersum siue Mundus, Homo, Homo ante lapsum, Homo post lapsum, Arbitrium & voluntas hominis. Quando autem constat mundum, & in eo homines idcirco esse conditos, vt ex iis instrueretur Ecclesia, in qua Deus ritè coleretur, ac sine fine prædicaretur (Ephes. 1.) permouet (ait) nos hæc ratio, vt loco de creatura, proxime attextamus locum de Ecclesia; quæ statim ab initio est à Deo instituta, nec non ad finem vsque mundi perstabit, tandemq. in celo perficietur, & erit triumphans Ecclesia. Tertio Ecclesia, Ecclesia ante hominis lapsum, Ecclesia post hominis lapsum. In Ecclesia autem ab initio inde mundi ad finem vsque, duæ quædam res, Deo ipso sic ordinatè, proponuntur, quibus Ecclesia alitur, augetur, exercetur, & conseruatur, quibus humanum genus ad salutem perducitur. Eæ sunt, doctrina Fidei, & Sacramenta. Quare his quoque sunt sui loci separatim tribuendi. Quarto Doctrina. Doctrina ante lapsum hominis, Doctrina post lapsum hominis. Distinguit autem hunc in modum, tum Ecclesiam, tum doctrinam, ac denique Sacramenta; partim, quod reuera ante hominis lapsum hæc fuerint sic Diuinitus constituta: partim quo hinc euidens fiat, locos, vti hic digeruntur, omnibus conuenire ætatis, eademq. opera declaretur communis, & perpetuus in Ecclesia Dei de præcipuis capitibus vniuersæ Theologiæ consensus. Qui profectò consensus merito omnes permouere debet, vt Ecclesiam, atque in ea doctrinam semper eandem, & immutabilem, præterea Sacramenta (quamuis hæc sint pro tempore mutata) suspiciant, ac venerentur: denique constanter eidem adhærant. Omnis porro doctrina

à prima

A à prima Mundi conditione consonans in Ecclesia, in tribus capitibus, Fide, Spe, & Charitate versatur. Non abs re igitur doctrinæ totidem partes statuentur. Prima, Doctrina Fidei, fides non habet locum, neque concipitur in hominum animis, nisi annuncietur Verbum Dei. Fides est ex auditu Rom. 10. Secunda. Fides est donum Dei, non naturæ inuentio Ephes. 2. Philip. 1. Tertia. Fides excitat inuocationem Psal. 115. Quarta. Fides docet pœnitentiam esse necessariam peccatori. Quinta. Fides postulat charitatem, quæ efficit iustificationem. Sexta. Fides ostendit nobis cælestia 1. Cor. 13. Charitate ea consequimur. Septima. Fides sine charitate est mortua Iaco. 2. Lex. lex ante lapsum hominis. lex post lapsum. Decalogus huc pertinet. Eò nos deducit lex sine gratia, vt agnoscamus nos esse peccatores, adeoq. propter peccatum æternæ mortis, atque damnationis esse reos. Per legem (inquit Apostolus Rom. 5. & 7.) agnitio peccati, & per peccatum mors. Itaque post legem ponentur hi loci. Peccatum, Damnatio, seu Mors. Atqui quando officia legis, quæ admodum lege præcipiuntur, homo non potest suis tantum viribus plene præstare sine charitate, per doctrinam legis ad salutem peruenire, necessum est ultra progredi ad doctrinam charitatis, in qua salutis consequendæ ratio affatim monstratur. Subiiciatur igitur nouus locus. Secunda Doctrina Fidei. Fides non habet locum, neque concipitur in hominum animis, nisi annuncietur, quod est credendum. Fides est ex auditu Rom. 10. Euangelium autè proponit, ac prædicat IESVM CHRISTVM, quippe per quem & propter quem gratia, ac veritas contingit. Exigit interea ante actorum criminum pœnitentiam, ac deinde fidem, & illum ipsum CHRISTVM, vt per Sacramentum renouationis aut reconciliationis accipiamus remissionem peccatorum, iustitiam, & virtutem Spiritus sancti, qua æternam vitam bonorum operum meritis, mereri possimus. Cuius æternæ vitæ in baptismo promissionem accipimus. Sic namque Ioannem Baptistam, & Apostolos audire licet concionantes: Pœnitentiam agite, Baptizetur vnusquisque vestrum, credite (sunt namque hæc tria quædam veluti cognatione coniuncta) & accipietis remissionem peccatorum. Matth. 3. Luc. Act. 3. His de causis consequuntur hi loci. Euangelium seu gratia: Nam Euangelium etiam gratia appellatur. Ioan. 1. Euangelium post lapsum. CHRISTVS homo factus & mediator. Pœnitentia: Fides autem sine hac pœnitentia otiosa est: Sacramenta; Charitas, Iustificatio, seu vita. Hæc locorum series passim in Paulinis Epistolis, aliisque sacris demonstratur. Restat tertia doctrinæ Ecclesiasticæ pars. Tertia doctrina spei. Spes præcipue in apprehendis fidei, ac iustificationis fructibus, & reliquis quæ Diuina bonitas hominibus proposuit, occupata est: sed horum fructuum, cum alij in hac vita, alij non nisi post hanc vitam percipiantur, apposite de his ipsis fructibus constituentur tales loci. Remissio peccatorum ad finem vitæ vsque: Resurrectio à morte: Expectatio vitæ æternæ: Quemadmodum autem ad partem de Doctrina charitatis referri debet vniuersus Decalogus: ita sub partibus de doctrina fidei & spei continetur quidquid spectat ad Symbolum vocatum Apostolorum. Hæc igitur sunt partes doctrinæ, quam Deus statim ab initio in prima Ecclesiæ institutione extare, & prædicari voluit, quamq. æternam & immutabilem vult conseruari, quomodo & auctor eius Spiritus sanctus (qui Prophetas & Apostolos suo afflatu imbuit) æternus & immutabilis existit. Potuit quidem aliquibus sæculis obrepere mutatio quædam in ratione tradendi eam; potuit insuper aliàs magis, aliàs minus excoli: in substantia vero eius mutatio fieri nullo modo potest. Vnde candidatus Theologiæ deprehendet facillè, semper ab exordio religionis Christianorum, doctrinam charitatis, & Sacramentorum ad salutem necessariam prædicatam fuisse.

Instituit porro Deus etiam Sacramenta in sua Ecclesia quorum vsu homines in charitate, Fide, ac Spe, renouati confirmarentur, ac veluti pascerentur, & roborarentur, ac vitam promererentur æternam. Ergo nunc succedat locus de Sacramentis. Et quia Sacramenta non semper eadem permanere, sed certis de causis sunt Diuina ordinatione aliquoties mutata, ideo operæpretium est, vt ea prudenter distinguamus.

stinguamus. Quinta. Sacramenta. Sacramenta ante lapsum hominis large loquendo de Sacramentis, & ex signis post lapsum. Sacramenta ante legem, Sacramenta sub lege, Sacramenta post legem, seu sub Euangelio. Sunt vero omnia in hoc Mūdo, & in hac vita imperfecta. Nam neque Ecclesia hic vnquam sine macula profusus existit, neque doctrina hic absoluitur, neque supremi Sacramentorum effectus hic plene accipiuntur. Sed post hanc vitam primum perfici, consummariq. continget omnia, vbi videlicet Ecclesia rugis depositis, specie & corona ornabitur immarcescibili, vbi DEVM, resq. diuinas cognoscemus, & videbimus sicuti sunt, vbi denique vitam, & regnum cum CHRISTO æternum accipiemus. Rom. 8. Cor. 15. Superest igitur locus de consummatione, siue rerum omnium perfectione. Sexta. Consummatio, siue finis. Quemadmodum autem hominum alij in hac vita Ecclesiam venerati sunt, atque in ea constantes perstiterunt, sanam doctrinam sunt alacriter, amplexi præterea Sacramentis religiose vsi, Vicariis CHRISTI Pontificibus Romanis obsecuti sunt tanquam vero Ecclesie capiti: Alij vero diuersa ab iis fecerunt omnia, ita in consummatione duo diuersi fines, siue exitus hominibus propositi debent considerari: Matth. 25. Rom. 2. Ex quibus duo illustres loci deriuantur; videlicet vita æterna, quam meritis bonis promerebuntur pij; Mors æterna, quæ meritis malis patientur mali. Et hæc quidem ex Methodo illa edita à Xerezano. Cum verò hæresum torrens inundaret hoc sæculo Germaniam & Gallias, nec pressior illa Scholasticorum docendi ratio ab omnibus probaretur, aut percipi posset, Ioannes Maldonatus Societatis nostræ Theologus Parisijs vtilissima quidem tempore & Regno illi rationem Theologiae Scholasticæ addiscendæ docuit, quæ fuit hæc. Quid & quotuplex esset Theologia: deinde eius partes, ac quomodo inter se se aptæ essent & nexæ. quas & quinque faciebat, in quarum prima disputaretur de Deo ipso per se: In secunda de illius effectis per se: In tertia de Deo & rebus effectis comparate, vt quomodo Deus conseruet, quæ fecit: An habeat prouidentiam, & prædestinationem: In quarta de iis rebus, quibus Deus hominem, propter quem de Deo disputamus, ad beatam vitam ducit generaliter, hoc est de virtutibus, atque officiis eorum, & effectis: In quinta de rebus, quibus Deus Christianos præcipue decreuit ad vltimum finem adducere, vbi de CHRISTO DOMINO agitur, & de Sacramentis. Neque. n. Theologo satis esse ait Canus, quæ Deo absolute conueniunt, ea facultatis suæ viribus, viribusq. tribuere, nisi etiã illa vèdicet, quæ Deo quasi accidunt in ordine ad creaturas; Dei enim notionem ex omni parte rimatur. De iis, inquam, cum egisset Maldonatus adiecit tractationes iis de rebus, quibus Theologia percipi planius posset, nimirum ex re subiecta, ex principiis: Ex argumentis: Ex definitione scientiæ: Ex ratione, qua agit de re subiecta: deinceps autem in ipsam Theologiam ingressus, Patres, ac Synodos adhibuit ad confutandas hæreses, quæ tum potissimum vigeabant.

Iam verò quid eodem penè tempore Melchior Canus molitus erat, abs se editis libris de locis communibus Theologo formando apprimè vtilibus: Quidve Hieronymus Torræsis Societatis nostræ Theologus egerit, Augustinum in proprios locos, & Methodū redigens: quæ item postea sunt imitati, qui in Hieronymū, Ambrosium, Gregorium idem præstitere, liquet plurimis, sed & liquidius constabit iis, qui in Bibliotheca nostra sacra suis quemq. locis inspicere voluerit. Maximo certè adiumento Theologiae Scholasticæ percipiendæ, ac docendæ sine iactura temporis esse ij libri queunt.

P R O-

PROFESSOR THEOLOGIAE SCHOLASTICAE

Qualis. Caput X.

SI quo tempore necessarium fuit, vt qui Theologiam profitebatur, is maximis præfidiis esset munitus, hoc sane ipsum est, quo multiplex, ac pertinax Fidei hostium sensus haud leues requirit velitationes. Quæ res fecit, vt & antiquitus cum hæc se daret occasio, & hoc sæculo in Professore Theologiae formædo pleriq. viri optimi laborauerint. Nos igitur ex iis meliora delibantes, vsuq. aliquo in regnis errorū labæ cadentibus edocti, hæc ad Dei gloriam de eodè Professore, quæ dicamus, habemus. Nepè vt natura sit ingenio acuto, acri perspicuo: iudicio autem firmo, & intelligenti: iuraret etiam si non Latinæ tantum, sed & Græcæ, & Hebraicæ linguæ, quoad eius fieri possit, non sit ignarus, ne quando in voces minimas cum dedecore impingat, aut linguarum ignoratione minus fortiter aduersus hæreticos plerūque linguis armatos pugnet. In omnibus vero philosophiæ partibus versatus sit, vt vel philosophiam docuerit aliquando (quod oprandum est) vel certe cum laudè docere possit. Multo vero magis in omnibus Theologiae partibus exercitatus. In primis quidem in literis sacris, qui omnis (vt diximus) Theologiae fons est, vt possit hæreticos euincere: Deinde eandem ob causam in Conciliorum Decretis, & Patrum antiquorum libris, in dogmatibus Ecclesiasticis, in sacris Historiis, vnde sunt petenda sæpe argumenta. Ad extremum in Scholasticis Auctoribus, adeo diligenter vt horum sententias cognitās habeat. In S. Thoma diligentissime, sic prout vt hunc perdidicerit. Quod si Sanctorum Patrum voces in asserendis dogmatibus, vel in heresibus refellendis ita obseruauerit, ut eas cum recentiorum Scholasticorum vocibus, siue (vt vocant) terminis contulerit, tutam sibi, & facilem viam ad docendum complanabit, cum plerūque eæ, quæ de rebus videntur quæstiones existere, de nominibus ipsis sint, quæ initio rectè intellecta longam temporis iacturam breui momèto exhaurient. Vt vero ab inutilibus, aut item ab iis quæ minus huius temporis necessariæ sunt quæstiones, sibi temperet, ac si quid absolute ac docte tractatum est ab alijs, ad eas amandet potius auditores, quam vt hosce distando, quæ cuique iam obuia sunt, scriptionis labore conficiat: denique vt sedulo operam det, siue refecandis longis illis prolegomenis, quæ fatigant ingenia; siue multiplicis illius eruditionis speciei abijciendæ, ob quam nimia Farrago Auctorum, & locorum qui citantur, importune congeritur; certe sapiētis erit Professoris breuitatem huius vitæ agnoscētis, quæ frustra prodigenda non est, atque vtilitati auditorum, & Christianæ Reipub. seruo consulētis.

Interea vero summa hæc esto, vt docendi ratio sit optima quæ ad consequendum finem Theologiae maxime sit accommodata. Cum autem finis Theologiae Scholasticæ sit Religionem defendere, hæreses refutare, bonos mores formare, prauos corrigere. De Diuino, deq. Ecclesiastico iure consulētibus dare responsa, concionari, confessiones audire, Professor apposite docebit, si earum rerum, quæ ad conseruandam Religionem, hæreses vero refutandas necessariæ sunt, primam curam habeat, easq. sic diligenter tractet, vt tamen si sit in Academijs, vel Collegijs, qui controuersias exponat, hoc ipsi officium vberius præstandum esse intelligat. Secunda vero illi cura morum sit. Tertia, vt auditores ad concionantes efficiat. Quarta earum quæstionum esse debet, quæ etsi parum admodum ad hunc finem iuuare videantur, tamen & habent aliquid doctrinæ, & ingenium vtiliter exercent. Denique tantū in vnaquaque re operæ, studij, laboris ponat, quantum eius rei dignitas, vtilitasq. postulat. Habito rerū delectu magnopere curet, ne in quæstionibus de quibus ager, vel argumentorū multitudine, vel cōfusa opinionū

Vide in primo lib. huius Bibliothecæ, cap. de cultura ingeniorū.

Z

varie-

varietate dubios relinquat auditorum animos, sed in rebus omnibus iudicium adhibeat certum, firmum, deliberatum, quod auditores sequi possint. Et quidem ita adhibeat, ut quasi libra suam cuique iustum pondus attribuat, expensiq. momenti argumentorum sententiam ferat de sententiis. Quae sit fides, quae opinio, quae ad fidem, quae ad opinionem propius accedant, quae haeretica propositio; quae haeresim sapiens, quae male sonans, quae temeraria, quae periculosa, quae noua, quae probabilis, quae vera. Hoc enim est illud iudicium in quo qui excellit verus praeceptor est. In rebus difficilioribus varias opiniones, earumq. argumeta recitet; (pars enim eruditionis est scire, quid quisque de quaque re senserit.) Deinde quam probabilissimam esse iudicauerit, confirmet ceteris refutatis. Sed id faciat cum delectu, & quatenus ad propositum finem satis sit. Res difficiles non refugiat, quin etiam magis sedulo facilius, perspicue, pluribusq. adeo exemplis enucleet. Partietur autem distributè res, eaque ratione, ac via tractabit, ut auditores totam Theologiae effugiem, singulaque membra vsque ad minimas partes animo comprehendant. Omnibus sane rebus explicandis, quantum poterit maximam facilitatem, perspicuitatem, & acrimoniam adhibebit; quibus rebus maxime auditores allici teneriq. solent. Caucat autem ne lentus, nec tristis in docendo, ne nauis auditoribus forte moueat, sed citatus, hilarius, ac vehemens, ut semper Auditorum animos attentos, & erectos habeat. Animaduertet ex auditorum vultu, num ij, qui aliquid habent ingenij, intellexisse quod dicit videantur, neque ante progrediatur, quam recte intelligant. Afficiet auditores ad pietatem, & addat opiniones, quae magis erunt cum pietate coniunctae. Deinde item afficiet eosdem erga S. Thomam, quem illis interpretabitur. Denique formabit in auditorum animis iudicium illud, quod in Professore ipso necessarium esse diximus. Hic enim maximus est auditionis fructus, ut auditor praeceptor esse possit, quod tunc consequetur, cum iudicium habebit efformatum, atque maturum. Hac enim re maxime praeceptor à discipulo distinguitur.

AUDITOR QUALIS ESSE DEBEAT.

Capit. XI.



AUDITOR Theologiae primum quidem necesse est, ut ingenio ac iudicio valeat: Deinde philosophiae (minimum) triennio dederit operam, aliis vero negotiis, aut curis ne distrahatur praeterea sit assiduus & constans, ut quadriennium saltem in ipso Theologiae studio ponat integrum, si eius ingenij ac iudicij videatur, ut futurus sit tanta facultati exercendae idoneus, postremo diligenter audiat: & illa, de quibus dictum est, exercitationum genera praestet. In id vero incumbat in primis, ut res potius concipiat animo, quam scribat in chartis. Plurisque enim videtur esse satis, si dictatas à praeceptoribus lectiones descriperint, quibus non semel illud accidit, ut aut sine chartis parum intelligant, nec solidè loqui sciant, aut (quod priore libro dictitari trito, sed vero carmine diximus.) si charta cadat secum sapientia vadat.

Verum tamen quoniam nobilia quaedam ingenia sunt, quae cum Iurisprudentiae, aut aliis disciplinis operam nauauerint, iam vero grandiores natu vix philosophiae, aut Scholasticae Theologiae isti accurato studio incumbere nequeunt, notitiam tamen aliquam Theologicalium disputationum assequi cupiunt, atque adeo aliqui sunt assequi magna cum laude, ac populorum utilitate, inter quos Catholicam fidem fortissime propugnarunt, propterea de his agendum est modo. Ac primo id certum est, si quis iudicio, & pietate sit praeditus, velit

A velit autem aliquid temporis quotidie huic negotio impendere, non mediocriter eum profecturum. Itaque hic leget primo summam Doctrinae Christianae, hoc est, maiorem Petri Canisij Catechismum: Mox Romanum attentiùs percurrat: Inde Vi-guerium versabit, cui percipiendo comitem aliquem naetus, res ipsas, aut voces subobscuras ab eo intelligat, Denique Synodos legitimas, & generales (praesertim quae prodierunt emendatiores) perlegat. Synodum item Tridentinam potissimum voluens, ac terens tanquam compendium eius doctrinae quae potissimum his temporibus, cum haeresibus extinguendis, tum reuocandae pietati est salutaris. Patres autem, qui columnae fuere Ecclesiae Catholicae si tractauerit, ac legerit ea ratione, qua suo loco dicemus, hoc est vna cum confessionibus, quae ex iis, pro ratione methodi cuiusdam Theologiae contextae sunt, haud abibit longius; cum plurimum commodi sibi comparauerit, fructuosior aliquando futurus, quam nonnulli, qui studio disceptandi nimio plus abrepti, multum sane cogitationi dant, charitati non item. Quod si istiusmodi studij Director aliquis fuerit, qui repetitiones interdum aliquas, & colloquia, de iisdem rebus haberet; atque vna coniungeret suo tempore, ac loco, casum Conscientiae, & controuersiarum haereticarum discussiones, haud dubium est; quin maiores adhuc progressus fierent; Sic certe, ut quae solet esse in Thoma, & Bonauentura perspicuitas, & pietas, etiam non difficillime in pluribus intelligerentur. Quisquis tamen fuerit, qui vel priore accuratius, vel postremo hoc modo Theologicis studiis operam dederit, meminerit praclarae sententiae, quam Ferdinandus Castillus suis scriptis inseruit. Ea vero haec est. Expedi in primis, ut qui sapientiae huius studiis sese dat, eo cogitationem intendat, ut non tam discat, ut sciat, quam ut operetur. Cum enim studia haec suauiusimè manna pluant, ac stillent, quo mentes saturantur, & ad virtutes solidas alliciuntur, excitant semper novos (ut ita dicam) gustus de Deo, quibus sic pascuntur, ut numquam fatigetur. Neque enim (inquit) fieri potest, ut Deus fatiget aliquem, cui in corde is ipse sit Deus. Cum autem ipsa haec Theologica studia sint rerum, & scientiarum plusquam humanarum, media item quibus ea consequi debemus, plusquam humanae sunt necesse est, nisi forte in intellectu tantum easdem haerere velimus, neque ut ad finem vsque perueniant, ad quem directae sunt, hoc est ad voluntatem, circa quam semper reflectere debent operationes suas. Alioquin enim satis arida esset, ac sterilis tantarum rerum notitia, ei, qui illa vna dumtaxat ratione eam comprehenderet. Et Sancti quidem Theologi (ait) orationibus, laboribus, ieiuniis lacrimis, solitudine curarunt, ut quidquid addiscebant, suis mentibus restaret infixum, cumque animas suas magis diligenter, quam scientias, docti simul & sancti euadebant: prudentes, & probi: Literati, & humiles: Sapientia enim supernaturalis, quae non ita tractetur, gignit in animis vanitatem, nec aliud quidquam parit, quam ut malae conscientiae sit accusatrix & testis. Scriptum est autem. Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit multis. Cum è contrario studia mirificè conducant homini ad salutem; Deusq. ipse faciat sapientiam affluere, cui nec possint, nec audeant resistere omnes Mundi sapientes. Haec Castillus.

D Optime itè Ludouicus Granata hac de tota re differit, eo loco quo agit de oratione, & meditatione parte secunda, paragrapho secundo, qui omnino ab omnibus Theologiae studiosis saepe esset perlegendus.

E Ac sane optandum esset, ut quisque eam suis studiis rationem adhiberet, quam ab Ordinis Dominicanorum Bartholomeo Pavia Valentino Hispano, Theologiam publice profitebatur, adhibitam fuisse, legimus in vita B. Ludouici Beltrami, quam Vincentius Iustinianus cognomine Antistius eiusdem Ordinis Theologus edidit. Sic enim ille cum veritatis speculatione meditationem coelestium coniungebat, ut nec scientia posset inflari, nec Diuinæ lucis pietate destitui. Quod quidem è chartulis, quae apud eum compertae sunt, constat. Si enim quaestio erat examinanda de Tempore, Aeuo, Aeternitate, ad hanc se ita

DE ALIQUIS
BVS, qui
Theologiae
Scholasticae
integram
operam da-
re nequeunt

Vide tum
hoc eodem
librum se-
quentibus,
vbi de Ra-
tione studij
di Castillus
conscientiae,
ac Ratione
conscientiae
rum haereti-
corum agi-
tur.

Ferdinandus
Castillus, cè
rutia pri-
ma de Hi-
storia Do-
minicano-
rum.

NOTA

NOTA

prius comparauerat, vt conuersus ad Deum diceret. Amor mi & Domine IESV CHRISTE seruus tuus S. Thomas hoc in articulo quaerit, num differant. Tempus, Aeuum, Aeternitas. Concludit autem ipse sic &c. Obscuro igitur Domine IESV, vt me a tempore liberet, perducas autem ad Aeternitatem, qua Tu ipse es. Amen, Amen.

Obiiciebat deinceps his verbis. In conclusione tui serui S. Thomae, cui tantam infudisti lucem, oboritur mihi dubitatio, cui nescio quid respondeam, o Magister Animae meae: Quare peto a te per merita Benedictissimae Matris tuae, vt aliquid mihi spiritus tui impertias, quo id assequi incipiam, quod te miserante spero me aliquando conspexurum. Amen, Amen.

Responsionem postea a Caietano suae dubitationi sibi proponebat. Qua expensa dicebat. Domine, Esto tu benedictus, qui hoc ingenij acumē illi praebuisti. Equidem credo eum apud te esse in Paradiso. At si forte adhuc est in Purgatorio, quaeso libera eum in laborum suorum praemium, vt veniat ad fruendū Aeternitate tua: de qua a deo docte scripsit. Amen, Amen.

Deniq. quod ipse expenderat, in hunc modum pronuntiabat: Responderem ipse ita, vel tali ratione, seu distinctione &c. Tum vero subdebat. At quid est hoc, quod ego inuitis tua creatura cogito, praeter illo, quod tuos seruos Ecclesiae Doctores edocuiisti? Ignosce arrogantiae meae, Gloria Angelorum propter ipsorum Angelorum amorem, qui ex natura sua cum aeo commensurantur, ex tuaq. gratia aeternitate perfruuntur, qua item ipse ex eadem tua gratia, licet sim peccator, perfruar. Amen Amen.

Hae vero (idem inquit Vincentius Iustinianus) hoc loco adieci, vt studiosi intellegant, seruos DEI solere deuotionis pinguedinem e doctrinis valde speculatiuis elicere, quamuis (ait) scio, non defuturos, qui dicant, quod scripsit Erasmus de S. Augustini libris Confessionum, a quo vt oroso, atque in gratiam talium, eas fuisse scriptas dicebat. Veruntamen Deo potissimum sapit, quod minime deuotis desipit.

Sed & Rogerius opusculo Romae edito scribit de auditore Theologiae, haec docte ac prudenter monstrans: Quemlibet haud esse idoneum Theologiae auditorem. Solertem autem eum esse oportere fidelem, ac temperatis moribus, externis etiam disciplinis excultū, denique humilitate, ac charitate praeditum, simulq. precationibus pulsanter ad Dei ostium, vnde Spiritus sancti dona impetret: Quae omnia ille octo capitibus persequitur copiosius. Vide item THEOLOGICA THEOREMATA Eua gelistae Bossij Augustiniani. Quibus differendi ratio, regulae, modusq. assequendi eas explicantur.

Roma 1582 impressa sicut in Vaticana Typographia.

RATIO INTERPRETANDI S. THOMAE Summam Theologicam, atque vtendi. Caput XII.

QVOD alibi de praeis Patribus diximus, valde ad eorum opera percipienda expedire, si tempora, quibus vixerint, & vita, quam egerint probe noscantur, id praecipue de Beato Thoma dici debet. Ac tempora quidem, quae hoc viro superstitae fluxerunt, eiusmodi fuere, vt quantus, & qualis ipse esset, intelligi queat: Nam Gallia intima habuerat Albigenium flammam: Graecia, & Oriens permanebat in iuo Schismate: orbis ipse Christianus is erat, vt variis oneribus premeretur. Nec deerant, quorum assultus facefferet negotium sanctis viris, potissimum Dominicanis, & Franciscanis Ordinis. Quamobrem exere se potuit diuinus vir aduersus satanam, carnem, mundum, haereticos, schismaticos, vt omnium fecit praestantissime ac modestissime. Vita porro & integritas, atque omnium virtutum, praesertim orationis, studium tale, ac tantum fuit, vt haec esse possint ad solidam philosophiam, & Theologiam percipiendam Methodus ipsissima.

Quae

Quae cum ita sint, Summa vero Theologiae, quam Beatus Thomas scripsit, quasi quintam (vt ita dicam) essentiam laborum omnium suorum expresserit, propterea ostendit planissime seriem, quae cuique in hoc studiorum genere adhibenda est. Ac tamen cordati erit Theologi, qui tanti viri scripta interpretetur, vt quae edifferenda sunt a Theologo, pluribus locis ne repetat, licet eorum mentio, & opportunitas saepius occurrat. Quod enim optime aliqui monent, id verissimum est: Eiusmodi repetitionibus, & tempus deuorari rebus aliis assignatum: & inuitari ad disensionem professores, si sint plures. Praeterea nec pro arbitrato de loco ad locum quaestiones transponenda sunt: tum quoniam licet nonnullae multis conueniant locis, ad vnum tamen potissimum pertinent: tum quia cauendum est, ne hac transportatione permessa Professor vnus in alterius inuadat tamquam segetem, & agrum: praeterquam quod, quamuis ea loca, ad quae transferri posset aliqua vna quaestio, ad eundem pertineant Professore; non tamen pertinēt semper ad eundem eius annum. Quod si liceret Professori suas quaestiones de anno in annum reuicere, accideret non raro, eos auditores, qui ad sequentem annum peruenturi non sunt, dilatis quaestionibus fraudari. Itaque quid quoque anno tractandum sit vnicuique, certum esse oportet. Quae causa est, cur quid de hac tota re ex aliis didicerim, huc adiciam, non dubitans fore eximios Theologos, qui Sancti Doctoris mentem melius assequentes, commodius forte eius Doctrinam sint distributuri, ac declaraturi.

EX PRIMA PARTE S. THOMAE.

Quaest. 1. Non videtur disputandum hic de S. Thomae solutione ad secundum, quia philosophica est, sicut & quaestio de potentia neutra. Vtrum insit homini naturalis appetitus ad claram Dei visionem. Quare differri posset in primam Secundae. Quaestio item de necessitate Doctrinae reuelatae remitti ad secundam secundae, vbi agitur de necessitate Fidei: Tametsi nihil prohibet hic breuiter disputari de necessitate Theologiae tantum.

Art. 2. Quae pertinent ad naturam scientiae, & ad subalternationem scientiarum, videntur hic esse supponenda ex Logica, non autem disputanda.

Art. 3. Non tractandum hic de rationibus formalibus obiectorum scibilium: neque an scientia sit vnus simplex habitus, & qualitas in genere: haec enim sunt philosophorum. Sed his suppositis, sat esset quaerere, an Theologia ex aliqua ratione peculiari sit vnus habitus, & vna simplex qualitas.

Art. 4. Non disputanda, sed supponenda quae dici solent de speculatiuo, & practico, vt sunt differentiae scientiarum.

Art. 5. Non tractandum quid sit certitudo assensus, quid veritas, quid euidencia, & quotuplex, sunt enim logicorum.

Art. 8. Vtrum Theologus possit euidenter aut articulos fidei probare, aut diluere aduersariorum argumenta, non videtur hic esse tractandum, sed in secunda secundae. Id tamen licebit hic disputare

de conclusionibus tantum, quas ex Fidei principiis Theologus deducit.

Art. 9. An decuerit Scripturam abundare metaphoris, & parabolis, & an Sacra littera aperta, & clara sint, diffuse tractare spectat ad Professores sacrae scripturae, & controuersiarum, sicut etiam tractatus de sensibus scripturae: vbi videlicet Professores idonei istis pralectionibus assignati sunt, contenti sint lectores iis, quae S. Thomas dicit.

Q. 2. Non explicandum, sed ex Logica supponendum videtur, quid, & quotuplex sit propositio per se nota, & immediata; nec rationes S. Thomae, quibus demonstrat Deum esse, confutandae sunt, sed potius corroborandae.

Q. 3. ar. 1. An aliquod corpus moueat immotum, & an viuens nobilior sit non viuente, & an Aristoteles recte probauerit DEVM esse incorporeum, relinquendum philosophis.

Art. 2. Nihil hic de principio indiuiduationis videretur agendum.

Art. 3. Nec tractandum de distinctione suppositi, & naturae, cum pertineat ad 3. partis quaest. 3. ar. 3. Quomodo distinguantur in Creaturis esse, & essentia, relinquendum est Metaphysico.

Art. 4. In quaestione; An Deus sit in praedicamento, rescindenda quae sunt propria Logicorum. Quaestio vero, an Angeli, & caeli sint in praedicamento, tota Logico relinquenda.

Art. 7. An simplicitati Diuinae repugnet

- personarum, & relationum pluralitas, commodius tractari posset infra Quæst. 28. Art. 2.
- Q. 4. ar. 1. An aliqua perfectio, quæ formaliter fit in Deo, libere ei conueniat, differri debet in quæst. 19. ar. 2. An autem relatio Diuina secundum se, sit aliqua perfectio, remitti ad materiam de Trinitate.
- Quæst. 5. Ex Metaphysica supponendum, quid sit Bonum.
- Q. 7. ar. 1. Quid Aristoteles senserit de Dei infinitate, relinquendum philosopho.
- Ar. 2. 3. 4. An creari possit aliquid infinitum in quantitate, vel in qualitatibus naturalibus, philosophi etiam disputant, sicut & de infinito in genere substantiæ, cum tam hoc, quam illud infinitum esse creabile, iisdem fere argumentis probari soleat, aut oppugnari. An autem possibile sit infinitum in qualitatibus supernaturalibus, à Theologo differendum est, sed in secunda secundæ quæst. 2. 4. art. 7. tantummodo.
- Q. 8. De vbiuitate humanitatis Christi non tractandum hic, sed in 3. parte qu. 2.
- Q. 9. An Angeli, & cæli sint entia necessaria, & immutabilia, non est quæstio Theologi, sed Metaphysici.
- Q. 10. Tempus discretum pertinet ad hunc locum.
- Q. 11. De vno, ut est passio entis, Theologus non late disputet, cum sit Metaphysica res.
- Q. 12. ar. 1. Non hic agendum videtur de naturali appetitu visionis Dei, sed in prima 2.
- Ar. 3. An repugnet in subiecto quanto inherere accidens spirituale, ut in subiecto immateriali accidens corporale, differri potest in materiam de Eucharistia.
- Ar. 6. Tractare de inæqualitate præmiorum, sicut & meritum pertinet etiam ad primam sec. quæst. 4. art. 2.
- Ar. 8. De cognitione beatifica animæ Christi non est disputandum hic, sed in tertia parte.
- Ar. 12. An puro viatori possit communicari euidentis notitia abstractiua articulorum Fidei, non hic disputandum est, sed supra quæst. 1. Ar. 1.
- Q. 13. ar. 3. 4. De distinctione attributorum, & essentiæ, nihil hic repetendum, si de ea supra disputatum est qu. 3.
- Ar. 5. Nec de analogia entis hic disputandum est, cum spectet ad Metaphysicum.
- Ar. 7. Nihil hic de relationibus in genere, cum id Metaphysicæ speculationis sit.
- Ar. 8. 9. 10. 11. 12. Modi, quibus sumitur nomen Dei, & ea, quæ dici solent de nomine Tetragrammaton relinquere possent

- interpretari Scripturæ.
- Q. 16. & 17. Disputatio de vero, & falso, breuiter possent attingi, cum etiam Metaphysicus de illis tractet.
- Q. 19. ar. 9 & 12. An DEVS sit causa peccati, & an teneamur voluntatem nostram Diuinæ conformare, pertinent ad primam 2.
- Q. 22. Non immorandum hic Theologo in explicanda Peripateticorum, aliorumque philosophorum sententia de prouidentia Dei.
- Q. 23. ar. 1. Ad quem finem ordinaretur homo, si non esset finis supernaturalis, non hic sed in prima secundæ.
- Ar. 3. Quid agendum sit ei, cui sua damnatio reuelaretur, non hic agatur, sed in materia de spe.
- Ar. 5. De prædestinatione Christi, & quomodo Christus sit causa nostræ prædestinationis, relinquendum 3. parti.
- Q. 24. Exactior disputatio de libro vitæ pertinebit ad interpretem Scripturæ.
- Q. 25. ar. 1. An actio sit in agente ut in subiecto, quæstio physicorum est, non Theologorum.
- Ar. 6. An DEVS per se solum possit efficere rem, quæ est peccatum, pertinet ad primam 2. sicut ad 2. secundæ, An possit per se, vel per alium dicere falsum.
- Q. 26. Nihil hic de Beatitudine in genere, vel de nostra.
- Q. 27. ar. 1. De verbo mentis tractandum est hic, An producat ab intellectu nostro ut terminus actionis, & quomodo ab ea distinguatur: nec fiat longa tractatio de Trinitate probata ex Scripturis.
- Ar. 2. An pili & capilli in animalibus uiuant, relinquendum est philosopho.
- Ar. 3. Non disputandum, an amatum sit in amate, neque an notitia concurrat actiue ad actum voluntatis, prius enim ad philosophiam, posterior ad primam 2. pertinet.
- Q. 29. Quid suppositum addat supra naturam singularem late discutere pertinet ad 3. partem.
- Q. 32. An euidenter dilui possint argumenta contra mysterium Trinitatis, pertinet ad credibilitatem articulorum Fidei, de qua agitur in secunda secundæ quæst. 1. ar. 4.
- Ar. 4. De varia censura, & qualitate propositionum disputandum videtur in materia de Fide.
- Q. 39. Neque disputandum est hic quomodo persona diuina distinguatur ab essentiâ, si quæst. 28. tractatum fuerit de distinctione relationum & essentiæ.
- Q. 43. De visibilibus signis in quibus apparuit Spiritus Sanctus fuscè disputare potest interpres scripturæ. An autem illa hypo-

- hypostaticæ vnita fuerint Spiritui Sancto, pertinet ad 3. partem.
- Item an apparitiones visibiles, quæ in veteri seu nouo Testamento tribuuntur Deo, fuerint factæ immediate per Deum, an per Angelos, non videntur hic esse fuscè tractandæ, sed a scripturæ sacre professore.

EX PRIMA SECUNDÆ.

- Q. 1. ar. 1. Hic nihil, aut breuissime differendum de deliberata voluntate, de consensu perfecto & imperfecto, & quid sit, hominem esse dominum suarum actionum: hæc enim locum suum habent inferius. Item nihil hic dicendum videtur de causalitate finis, cum sit quæstio physica.
- Ar. 2. An Deus agat propter finem, pertinet ad primam partem in materia de voluntate Dei, Item vtrum natura agat propter finem, quæstio philosophica est. Igitur de his parte hoc loco dicendum videretur.
- C Ar. 3. Cauendum item ne hic, & inferius eadem quæstio disputetur, nempe, Vtrum actus hominis recipiant speciem à fine. Leuiter igitur hic attingendam, & plene differendam esse inferius, indicatur.
- Ar. 4. Quomodo bonum sit sui diffusiuum, non disputandum hoc loco.
- Q. 3. ar. 1. An Deus videatur à Beatis visione Dei increata, hic explicandum, non in 1. parte.
- Ar. 2. An habitus sit melior suo actu, non videtur hic explicandum, cum sit quæstio philosophica, & inferius habeat suum locum.
- D Ar. 3. De perfectione sensuum in corpore glorioso, eiusque dotibus, hic, & quæst. 4. ar. 6. aliquid dici posset, si vacat, cum ad materiam de nouissimis non perueniatur. Item an Deus videri possit per aliquem sensum, seu sensitiuam notitiam, non hic, sed in prima parte differendum videretur.
- Ar. 4. In quo consistat summa miseria damnatorum, non explicandum hoc loco, sed inferius, vbi de pœna peccati agitur.
- E Ar. 5. Nihil dicatur de intellectu practico, & speculatiuo, nec de praxi & speculatione.
- Ar. 7. De obiecto intellectus, & vtrum anima naturaliter possit cognoscere substantias separatas, non diffuse disputandum hoc loco, sed relinquendum philosophis.
- Q. 4. ar. 1. Quidquid hic differi solet de differentia delectationis, amoris, & frui-

- tionis, differri posset in quæst. de frui & vti. Item an cum visione Dei possit aliquo modo stare tristitia, reiciendum est in 3. partem, vbi quæritur, an CHRISTVS secundum rationem superiorem passus sit.
- Ar. 2. An delectatio quærat propter operationem: an contra, tractatur in Ethicis: hic vero nihil vel breuissime.
- Ar. 5. An Sanctorum animæ à corporibus separatæ statim Deum videant, hic tractandum, non in prima parte.
- Q. 5. ar. 2. Quæ sunt propria visioni beatificæ, relinquenda primæ parti, & solum hic disputandum contra hæreticos de inæqualitate præmiorum, in genere. Item an hæc inæqualitas tollat quominus habeat satiaturum appetitum, qui minus beatus est.
- Ar. 5. Nihil dicendum hic de merito, aut de necessitate luminis gloriæ.
- Ar. 8. An vero appetitu ordinato magis appetat damnatus non esse, quam sic esse, pertinet ad quæstionem de pœna peccati.
- Q. 6. ar. 1. Differere de libero arbitrio posset remitti ad materiam de gratia.
- Ar. 2. Vnde proueniat quod homo sui compos sit proprie liber, & dominus suorum actuum, tractari potest infra in quæstione de electione.
- Ar. 3. Quæstio de pura omissione posset dimitti.
- Ar. 4. Disputari hic potest, an voluntas possit cogi, non autem an possit necessitari, de hoc enim tractandum est infra.
- Ar. 6. Quomodo metus irriter matrimonium, votum, iuramentum, & contractus, referuandum videtur ad secundam secundæ, & ad tertiam partem.
- Ar. 8. Difficultates de ignorantia referuari possent ad qu. 76.
- Q. 7. Plenior consideratio circumstantiarum non est huius loci præcise, cum de illis sæpe inferius differendum sit.
- Q. 9. ar. 4. De concursu Dei cum nostra voluntate non hic, si iam in prima parte lector disputauit. Nihil etiam dicendum de fortuna.
- Ar. 4. Nihil hic agendum de præscientia, seu prædefinitione actuum liberorum, neque de gratuita motione, qua Deus mouet voluntatem humanam.
- Q. 11. Non videtur hic quidquam differendum vel de obiecto spei, neque an possit beatus frui Diuina essentia, non fruendo personis, vel vna persona, & non aliis, hoc enim pertinet ad primam partem.
- Q. 12. ar. 3. Non tractandum hic vtrum intellectus possit simul multa intelligere.
- Q. 14. Non differendum hic vtrum aliquando li-

- do liceat consilium minus malum.
- Q. 17.** Quomodo ratio imperet membris externis, nempe despotice, an politice, disputare, est etiam philosophi moralis: breuiter igitur hoc loco expediri potest.
- Q. 18. ar. 1.** Variæ acceptiones boni, & mali differri debent in materiam de peccatis: ubi etiam tractari potest de entitate illa morali. Item controuersia cum hæreticis, an omnis actio humana sit mala, differenda est in materiam de gratiâ.
- Ar. 9.** Vtrum in homine existente in gratia detur aliquis actus indifferens ad meritum, & demeritum, disputari debet in materia de merito.
- Ar. 11.** Præteriri hic possent ea, quæ pertinent ad confessionem circumstantiarum.
- Q. 20. ar. 5.** Hæc difficultas repetitur in materia de peccatis: quare in eum locum reseruanda est, exposito hic solo textu S. Thomæ.
- Q. 21. ar. 4.** Difficultates huius articuli differendæ sunt in materiam de merito.
- Q. 71. ar. 4.** Quomodo peccatum virtutes præfertim infusas expellat, non hic explicetur, sed in secunda secunda in materia de Charitate.
- Q. 72. ar. 2.** Relinquenda Interpreti scripturæ illa quæstio, vtrum Dæmones possint coire cum feminis: quamuis in materia de Angelis aliquid ea de re posset attingi.
- Ar. 9.** Non repetenda quæ supra de circumstantijs dicta sunt.
- Q. 73. ar. 8.** Non descendendum ad casus particulares de scandalo, vel restitutione: neque hic tractandum vtrum is, qui alium ad peccatum inducit, grauius peccet, quam qui occidit, pertinet enim ad materiam de scandalo.
- Ar. 9.** De infinita malitia peccati aduersus Deum commodius tractatur in principio tertiæ partis.
- Q. 76. ar. 1.** Non tractandum hic quæ nam fides requiratur ad salutem.
- Q. 79.** Nihil dicendum de immediato Dei concursu cum secundis causis.
- Ar. 3.** Vtrum DEVS aliquem necessariis auxiliis ad salutem destituat, non videtur tractandum hoc loco, sed in materia de prædestinatione & reprobatione.
- Q. 81. ar. 3.** Immaculata conceptio Beatissimæ Virginis Mariæ non est huius loci, sed tertiæ partis, ubi etiam dum de eiusdem sanctificatione agitur, tractetur quoque de fomite, & quomodo ligetur, aut tollatur.
- Q. 85.** Quomodo natura lapsa differat à puris naturalibus tractandum videtur in materia de gratia.
- Q. 87. ar. 6.** Vtrum dimissa culpa, maneat

- reatus pœnæ, etiam in materia de Pœnitentia.
- Ar. 8.** Quomodo Deus peccata patrum puniat in filiis, copiose disputet interpres scripturæ.
- Q. 89. ar. 2.** Expositio Pauli pro Lectore scripturæ.
- Ar. 5.** Vtrum omnia opera infidelium sint peccata mortalia, differri debet in 2. secunda quæ. 10. art. 4.
- Q. 92.** Non disputandum hic vtrum peccent, qui pœnæ metu legem seruant, nec vtrum Deus peccata permittat, an velit.
- Q. 109. ar. 4.** Disputatio de cessatione legalium pertinet ad materiam de legibus. At, si quo quadriennio non vacaret agere de legibus, differenda est in materiam de Baptismo.
- Quæstiones autem. 101. 102. 104. 105. & expositio S. Pauli 89. art. 2. Interpretum scripturæ iuuant.
- Q. 109. ar. 4.** Quid intersit inter modum præcepti, & eius substantiam; & vtrum modus charitatis sit in præcepto, in materia de legibus posset disputari.
- Ar. 5.** De materia huius articuli posset etiam agi in quæst. 114. ar. 7.
- Ar. 7.** Non disputandum hic de macula peccati, nec de reatu pœnæ, nec de corruptione boni naturalis, nec de aliis huiusmodi, quæ in materia de peccatis explicata sunt.
- Q. 110.** An gratia ponat aliquid in anima; vel hic tractandum est, vel in quæst. 113. de Iustificatione ar. 2.
- Q. 111. ar. 1. & 4.** Gratia gratis datæ, earumque explicatio plenior relinquenda est Interpreti scripturæ.
- Ar. 3.** Vtrum Deus insignes aliquos peccatores necessariis auxiliis destituat, non hic explicandum est, sed in materia de prædestinatione.
- Q. 112. ar. 1.** Nihil hic dicendum de causalitate Sacramentorum circa gratiam.
- Ar. 2.** Vtrum gratia primi hominis & Angelorum in eorum creatione data fuerit, supposita ipsorum dispositione, non hic tractandum, sed in prima parte.
- Ar. 3.** Non videtur hic agendum de contritione continuata, Caietani, vel de intentione Scoti, pertinet enim ad materiam de pœnitentia.
- Q. 113. ar. 4.** De necessitate Fidei in Christum, ante vel post Euangelium promulgatum non hic disputandum late, sed in secunda secunda.
- Ar. 7.** Vtrum augmentum gratiæ detur in principio, an in fine actionis meritoria, & vtrum si operatio meritoria successiua sit, ipsa etiam gratia successiue augeatur, melius referantur in quæst. de augmento

- A** gmento charitatis in 2. secunda.
- Ar. 8.** De numero, & ordine, & necessitate omnium actuum, qui concurrunt ad iustificationem, hic disputandum potius est, quam in materia de pœnitentia.
- Ar. 10.** Vtrum in homine detur naturalis potentia ad gratiam, nõ multum differt ab illa quæstione, qua queritur de naturali appetitu, & capacitate beatitudinis, circa princ. primæ secunda.
- Q. 114. ar. 6.** Nihil hic de merito Christi dicendum, cum pertineat ad tertiam partem.
- B** **Ar. 8.** Vtrum per quælibet opera augeatur gratia, & charitas, reseruandum est in materia de charitate, in secunda secunda.

EX SECUNDA SECUNDAE.

- Q. 1.** Hic disputandum est de Ecclesia, de Scriptura, de Papa, de Traditionibus, & si qua alia sunt huius generis.
- Q. 4. ar. 3.** Non tractandum hic, sed infra in materia de charitate, an charitas sit forma omnium virtutum in genere.
- C** **Ar. 6.** Disputandum hic an Fides sit vnus habitus, non tamen an sit simplex qualitas.
- Q. 5. ar. 1.** Nihil de Fide Angelorum, in genere, de hac enim agitur in materia de Angelis, sed hic tantum est agendum, an fuerit fides in primo Angelo, si erat ei euident DEVM esse, qui loquebatur, & reuelabat ei mysteria.
- Q. 6.** Non nisi breuissime, quia difficultas hæc tractatur in materia de gratia.
- Q. 10. ar. 2.** Quæstio de baptizandis pueris infidelium breuiter hic, sed fusius in materia de Baptismo discutienda est.
- Q. 26.** Nihil hic de contritione, sed tantum an DEVS sit summe diligendus intensiue, seu solum æstimatiue; quod in materia de pœnitentia non repetatur.
- Q. 61.** In materia de merito, non autem hic disputandum est, vtrum retributio meritorum apud DEVM sit secundum iustitiam commutatiuam, an distributiua.

EX TERTIA PARTE.

- E** **Q. 1. ar. 1.** Nec de potetia obedientiali videtur hic agendum, nisi obiter, cum pertineat ad primam partem in quæst. de Omnipotentia Dei: nec de incarnationis possibilitate, de qua tamen si quid hic agendum videretur, non esset repetendum in 2. quæst. nec de distinctione suppositi, & naturæ, sed referendum ad quæst. 3. ar. 2. Tandem an sit de ratione boni se actu communicare, pertinet po-

tius ad primam partem in quæst. de bonitate Dei, vel in qu. de libero arbitrio Dei.

- Ar. 2.** Quomodo nos satisfaciamus pro peccatis, & quomodo satisfactio nostra nitatur satisfactioni CHRISTI, differendum videtur in materiam de pœna.
- Ar. 6.** De aduentu Messia contra Iudæos Scholastici non est disputare, sed interpretis scripturæ, cum ea res nitatur scripturis, quæ si diligenter examinentur, occupant multum temporis; si breuiter, non potest res tanta firmiter probari, propter multa Iudæorum subterfugia & cauillationes.
- Q. 3.** An in Deo sint tres substantiæ, & an essentia secundum se subsistat, an per relationes, non hic disputandum, sed supponendum ex prima parte in materia de Trinitate; vtrum autem possit vnus essentialiter dependere à multis dependentia causali, supponendam est ex philosophia.
- Q. 4. ar. 4.** Non disputandum de esse obiectiuo contra Scotum, sed supponatur ex 1. parte in quæst. de scientia Dei.
- Q. 6. ar. 3.** Non videtur huc pertinere quæstio Caietani, an anima reuerfa ad corpus, retineat suam propriam terminationem.
- Ar. 4.** An matetia iam proxime disposita sit propriæ formæ, ante aduentum formæ, relinquere debet philosopho; sicut & illud, an realiter totum distinguatur à partibus.
- Q. 7.** An virtus heroica differat specie à virtute communiter dicta, supponendum est ex philosophia morali, vel ex prima secunda.
- Q. 8. ar. 1.** An humanitas Christi actiue concurrat ad infusionem gratiæ, & ad opera miraculorum, cum habeat eandem difficultatem cum sacramentorum causalitate, ideo ne sæpe repetatur idem, possunt ista coniungi, & simul tractari in materia de sacramentis in genere. Ex iis tamen si quis voluerit non nihil in hac octaua quæstione attingere ad explicandum instrumentarium humanitatis concursum, hoc quidquid attigerit non erit repetendum in materia de sacramentis.
- Ar. 2. & 3.** Non videtur disputandum qui sint, aut non sint membra Ecclesiæ, cum id pertineat ad materiam de Ecclesia.
- Q. 9. ar. 1.** An intelligere Diuinum possit communicari animæ Christi, pertinet ad primam secunda quæst. 3. ar. 1.
- Q. 10. ar. 2.** Ea, quæ ad cuiusque beati statum pertinent, quando, & quomodo videantur, non tractanda sunt hic, sed in prima parte, sicut & reliqua, quæ pertinent

- nent ad visionem Dei in communi.
- Q. 11. ar. 1. An viator possit habere notitiam evidentem abstractivam Trinitatis pertinet ad primam partem.
- Ar. 5. Quidquid de habitu hic disputari solet in communi, supponi potest ex philosophia, vel ex prima secundae.
- Q. 18. ar. 4. Quae actiones dicuntur humanae, quaestio est ex prima secundae.
- Q. 22. De Christi sacrificio incruento in coena, & de ratione sacrificii & hostiae in communi, disputatur in materia de Eucharistia, & Missa, Item de Sacerdotio Melchisedech, & ut fuit figura Christi, melius videtur, ut disputet scripturae interpretres.
- Q. 24. Non repetenda sunt hic, quae pertinent ad praedestinationem Hominum, & Angelorum.
- Q. 25. Omittenda videntur, quae hic nonnulli tractant de phantasticis imaginibus, & variis Daemonum illusionibus.

DE SACRAMENTIS in genere.

- Q. 60. Quaestio an Sacramentum sit in aliquo praedicamento, non videtur admodum dignae Theologo.
- Q. 61. Vtrum semper etiam in lege Naturae fuerit necessaria Fides, non huic pertinet, sed ad secundam secundae.
- Q. 62. Vtrum Deus possit uti creatura tamquam instrumento ad creandum, videtur potius esse primae partis in materia de creatione.

DE BAPTISMO.

- Omittenda quaestiones quaedam absurdiores, qualis est illa, vtrum a finis possit bibere baptismum.
- De solemnitatibus, & caeremoniis Baptismi, breuiter.
- Nihil dicendum de cognatione spirituali in Baptismo contrahi solita, sed ad matrimonium transmittatur.
- De poena paruulorum sine Baptismo decedentium, tractandum in materia de peccato originali in prima secundae.
- Sacramenta Confirmationis, Ordinis, extremae Vnctionis, tractentur prout vacauerit, plene, vel breuiter; Quod si quis, quoniam faciliora sunt, & habentur in promptu, vellet praeterire, cauendum ne id fiat, vbi cumque propter haereticos ea

tractatio videtur necessaria, nequaquam enim est omittenda.

DE EUCHARISTIA

- An quantitas distinguatur a substantia philosophis relinquendum est, sicut & illud, de quo Scorus hic disputat, an accidens possit producere substantiam.
- De figuris Eucharistiae multiplicibus, earumque comparationibus breuiter.

DE POENITENTIA

- An repugnet sine vlla infusione qualitatum supernaturalium, vel sine vilo poenitentis actu iustificari peccatorem, & an poenitere sicut oportet, indigeat Dei auxilio gratuito, pertinent ad primam secundae de Iustificatione. Illic etiam agendum esset, non hic, de ordine inter dispositionem, & infusionem gratiae.

An in peccatore post peccatum transactum aliquid aliud remaneat praeter obligationem ad poenam, supponendum est ex prima secundae in materia de peccato.

An aliqui destituantur auxilio necessario ad poenitendum, pertinet ad materiam de gratia, prima secundae q. 11. ar. 3.

Vtrum poena damni sit eadem in omnibus damnatis, pertinet potius ad materiam de peccatis, & eorum effectibus.

Quaestiones de Restitutione, de Eleemosyna, de Ieiunio, de Oratione, de Correctione fraterna remittantur ad secundam secundae.

Multa etiam, quae ad casus conscientiae spectant, relinquere possent eorundem casuum Professori.

DE MATRIMONIO.

Omittendum videretur, quod a quibusdam hic tractatur, an virginitas sit virtus, & qualis virtus.

An maleficium maleficio possit dissolui, pertinet sane ad secundam secundae, sed quoniam ad eum locum raro peruenitur, & maleficium inter matrimonii impedimenta numeratur, commodius hic videtur collocandum.

Matrem ne, an uxorem occidere sit grauius, non est huius loci.

De substantia voti tam simplicis, quam solemnis, tractandum potius videtur in secunda secundae, quam hic.

ADMO.

AD MONITIO AD STUDIOSES Theologiae. Caput XIII.



M autem si S. Thomas adhuc esset in hac vita superstes, nemo sit, quin libentius eum, quam alios quosuis consuleret, in eius Summa Theologiae percipienda, certe in primis ex alijs ipsius scriptis, quae ad eandem materias spectant, petenda erit & facilius, & securius sententia sancti viri, quam e quouis alio interprete. Itaque si loca ipsius cum locis eiusdem alijs collata fuerint, intelligatur breui, quanto interius S. Thomae sensus haurietur. Quo facto licebit sane postea & Caietanum, & Medinam, & alios viros excellentes inspicere, praesertim vbi hi docte vindicarunt a confutatoribus, aut propugnarunt, quae Angelico Doctori aliquando audentius alii obiecerunt.

Atqui quoniam perdifficile esset interdum libros S. Thomae sic versare, ut vndique, quinam fuerit eius sensus; ac locorum inter sese collatorum expositio nosceretur: idcirco tyronibus in Theologia sciendum est, hoc a Fratre Ioanne Capreolo Tolosano praestitum fuisse diligenter. Cum enim hic in quattuor libros Magistri sententiarum Commentaria edidisset: quibus vbi que Theologiam S. Thomae tueretur, obiectiones quidem Aureoli, Scoti, Durandi, Ioannis de Ripa, Henrici Guionis de Carmelo, Garronis, Adami, & aliorum Angelicum Doctorem oppugnantium, suis qualique locis proponens soluit per eiusdem S. Thomae dicta, quae adfert integra. Sed & Capreoli ipsius labores Frater Paulus Soncinas redegit in opus, quod inscripsit; Epitomen quaestionum, in quattuor libros Sententiarum a principe Thomistarum Ioanne Capreolo Tolosano disputatarum: Quamquidem Epitomen, quoniam superueniente morte Paulus Soncinas nequiuit absoluere, Isidorus Isolanus Mediolanensis perfecit.

QUAE NAM RESTARE VIDEATUR absolutior ratio scribendi integriora commentaria in Summam B. Thomae. Caput XIII.



A quoniam etiam verendum est, ne plus nimio excrescat eorum numerus, qui B. Thomae Summam interpretantur; sicq. pluribus huiusmodi euulgatis ingenia confundantur, vel tot Auctoribus volutandis iactura temporis fiat, idcirco summum esset operae pretium, si quis abunde Theologia, & reliqua sacra eruditione instructus, hanc rationem commentariorum in eiusdem B. Thomae Summam iniret. Nempe singulorum Articulorum conclusiones Theologiae probaret: ad eas vero probandas afferret, primo testimonia Scripturae Sacrae, haecq. non perfunctorie, sed diligenter explicata: Deinde, si qua extarent, sacrorum Conciliorum: Praeterea Patrum Graecorum, & Latinorum: Deinceps rationes ex principiis Fidei deduceret, ut ex aliquo Dogmate, Traditione, Ritu, Consuetudine, aut Cerimonia ab Ecclesia approbata: Denique refutaret quae ex Scripturis, Conciliis, Patribus, aut Traditionibus, ritibusq. Ecclesiae contra adduci possent: Videlicet Scholasticis nil relinqueretur, praeter Metaphysicam. Qua cum Thomas Caietanus eximie plerisque in rationibus S. Doctoris roborandis sit usus; ea, quae vel in ipso Caietano optantur dilucidiora, auctiora, & firmitiora, haec supplerentur: primo quidem ex alijs locis B. Thomae, atque ex iis, quos diximus, Capreolo, & alijs, ac Ferrariensi potissimum, vbi hic optimum S. Thomae opus aduersus Gentes illustrauit; deinde item ex iis, quae ex propria peruestigatione sibi Diuina lux suppeditasset. Quod si quis eorum, quos iam habemus praemanibus, acure, docte,

Ratio Interpretandi S. Thomae summam quae nam videretur absolutior.

etc, ac solide nouum aliquid attulisset, eius nomen, locusq. siue in Commentarii contextu, siue in margine adscriberentur...

Quo autem tota res conficeretur, dicā in Domino quod mihi per sepe cogitanti venit in mentem. Ego cum Ioannis Maldonati in Gallijs; deinde postea Melchioris Cani, & Thomae Stapletoni labores...

ELENCHUS SCHOLASTICORUM, & eorum, qui scripserunt in Catalogum Sententiarum, Prater illos, quos in S. Thomae Commentariis edidisse, iam supra ostensum est. Caput XV.

- Aegidius Faber in Magistr. sent. Aegidius de Roma Augustiniana in Magistr. sentent. Aegidius Viterbiensis...

- A Godofcalei Grefemundi de meschede quest. in Magistr. sent. Guernerus Parisiensis Guido Ebroidensis...

DE THEOLOGIA PRACTICA,
sive de Casibus Conscientiæ docendis.
Caput XVI.

IN practica Theologia, ab iis tractanda, qui sequi aliquam re-
ctiorem methodum volunt, qua auditoribus etiam qui scholasti-
cam non didicere fructuosius consulant, hæc dici posse visa
sunt.

Primò non expedire, ut statim inchoetur a capite alicuius Au-
ditoris, qui per alphabeti ordinem de casibus conscientiæ scripse-
rit: id enim nec scientiam ullam pareret solidam, & in varias partes distraheret
animos, ac longior res fieret quam plerisque necesse sit, quibus ad excolendas vi-
neas Domini citius prodeundum est ob penuriam operariorum.

Deinde nec statim ab ipsis aliquibus materijs incipiendum esse, nisi antecesserit
informata notitia, qua Auditor ad hanc facultatem perdiscendam optime afficia-
tur, & noleat, quæ fundamenta iacienda sint, super quibus reliquum opus extrui
possit.

Ea notitia prior esto, quæ tum ad breuem aliquam rerum Theologicarum par-
titionem, ac dignitatem, tum propius ad utilitatem Theologiæ practicæ attinent,
ex qua vberes fructus rectissimæ cuiq. administrationi, non solum spirituali, verum
etiam Politicæ, atque inferendis in coelum animabus percipiuntur.

Proximè sequatur tractatio de ipso nomine Practicæ Theologiæ, siue de vitæ
Christianæ officiis, ac deinceps de conscientia significatione, actu, effectu, de qua
re cum alijs, tum B. Antoninus egit idque vna prælectione absolui poterit.

B. Antoni-
nus prima
Summæ p.
c. 10. tit. 3.

Cumq. practica Theologia respiciat Bonum, atque actionum humanarum qua-
litates, hæc ostendat subiectum esse huius facultatis, quatenus ad Deum refe-
runtur, & ex iis elicimus quid sequi, quid fugere debeamus; patere autem hinc sub-
iecti amplitudinem (scientia enim hæc Casuum fert iudiciû de omnibus, etiam iis,
quæ repente accidunt) atque item definitionem quandam, nimirum vt boni, re-
ctique, ac proinde etiam mali prauique scientia sit.

Definitio
Practicæ
Theologiæ.

Qualitates vero istarum actionum, quas quidem huius subiecti passiones aliquis
recte vocauerit, exponat esse nouem, Bonum, Rectum, Laudabile, Meritorium.
Malum; Obliquum, siue Peccatum; Culpabile; Demeritorium; Indifferens. Qua-
rum priores quattuor respondent quattuor causis. Bonum, materiali: Rectum fi-
nali: Laudabile efficienti; (homo enim vt habet liberum arbitrium, ac gratia, pec-
catove assentitur, rem efficit laudabilem, aut vituperabilem.) Meritorium autem
formali; Gratia siquidem & charitas Dei forma est, qua fit, vt opus eiusmodi me-
ritorium sit. Ac de his quidem vix vllus ignorat S. Thomam prima secundæ
accuratissimè; Martinum autem Nauarrum (vt taceam alios) à quarto vsque ad
finem noni præludij copiosè egisse. Diuturna enim tot annorum cogitatione, &
vsu perspexerat necessariam iis, qui ad hæc studia accederent fore istarum rerum
cognitionem; quare & illa sapienter Manuali suo denique præposuit. Ac ta-
men cum vel S. Thomas, vel Nauarrus altius, & fusius quam pro omnium ca-
ptu de his scripserint, prudentis erit professoris, vt inde (siue aliunde) ea tan-
tum delibet, quæ Auditoribus conducere existimabit. Nempe doceat quid
sit Bonum, & quotuplex (vt hic de morali non de naturali, aut alio agi cogno-
scant) ac quamuis in voluntate primo consistat, hoc tamen ostendat origi-
nem ducere, & ab intellectu, & ab operibus ipsis, quæ extrinsecus fiunt, cum
ex frequentibus istis operibus gignantur habitus. Porro item doceat, Quid
sit Rectum, videlicet quod rectam sequitur regulam, secundum quam quis-
que

Qu. 60. &
sequentibus

A que breuissimè tendit ad finem. Regulam verò hanc legem esse æternam, &
charitatem, finem autem Deum. Quod si quid huc de recta intentione, ac de qua-
druplici iustitia, siue rectitudine facere posse Professor intellexerit, ea cum ex
alijs, tum præsertim ex Bernardo peti poterunt, ac paucis enunciari; scio autem
rem quibus in regionibus grassatur hæresis, rectitudinem, atque iustitiam negari
esse Christianis inhærentem: Quàmobrem initio docendi erunt omnino Audi-
tores, quid hæc tota res sit: At paucis, ac firmis, sed & perspicuis rationi-
bus præstabit hoc effici, siue ista sumantur ex Tridentina Synodo, siue item ex
Stapletono & Bellarmino.

Serm. 4. in
Cantica.
Serm. 5. in
Cantica.

Staplet. lib.
de Iustific.
Bellarm. 5.
tomo con-
tra.

Iam de obliquo sine peccato optandum est, vt Professor interpretetur non solum
quid hoc sit, ac quotuplex, ac doceat non esse paria omnia peccata, quandoquidem
B Hæretici hoc astruunt; Verum etiam vna, vel altera lectione grauissimè exponat
quanta peccati grauitas sit. Quæquidem vt penes obiectum, aut causam atque alias
circumstantias penditur, sic sanè ex Sebundo, atque ex Paulo à Palatio in Ma-
thæum cerni potest, quo loco peccatoris typum ex Dæmoniaco expressit aptissi-
mè. Accederent remedia quædam generatim pertractanda aduersus peccatum;
sed cum hæc vnicuique casui aptanda sint, non nihil hic tantum percurri sic pote-
rit, vt Auditores peccati horrore concepto libentius discant, quibus armis id in
se, mox in alijs, quibus curandis adhibebuntur, expugnent alacrius.

Sebundus
tit. 229. &
230.
In cap. 8. in
Matthæum.

Ad laudabile quod attinet, quando hic aliquid de voluntario, & libero arbitrio
arbitrio agendum est, certe Thomas (vt reliqua omnia absolute) atque alij,
sic Bernardus legendus est, & quod satis sit, Auditoribus inde proponen-
dum.

Bernard.
de libero
arbitr.

C De Meritorio autem, cum hinc vis Christianarum actionum potissimum pen-
deat, mox erit vtilissime, ac breuiter differendum, sed planissime; Quale primo
illud est, quod ad condiciones actionum meritoriarum spectat; nempe, vt liberè
fiant: Vt ex seipsis bonæ sint, atque honestæ: Vt ad bonum, ac iustum finem referan-
tur: Vt præter hæc omnia in fide Christo simus, ac Deo reconciliati, spiritumque
adoptionis acceperimus. Huc vero etiam pertinent quæ de vita Christiana (quæ-
nam videlicet hæc sit) dici quadantenus possent, Quam & Petrus scripsit ex iis
donis, gratiisq. proficisci, quibus Diuinæ naturæ consortes efficimur, & Paulus
indicauit, cum dixit, Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu, si tamen Spi-
ritus Dei habitat in vobis; Si quis autem Christi spiritum non habet, hic non est
eius: Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter pecca-
tum, Spiritus vero viuunt propter iustificationem.

Cõditiones
Actionum
Meritoria-
rum.

Vide p. par-
tæ q. 140.
B. Tho.
2. Petr. 1.

”
”
”
”
”
Rom. 8.

Tradita horum notitia, ex qua contrariæ quæque passiones humanarum actio-
num intelligentur, suadendum Auditoribus erit, vt persepsi sæpe initio versent
Ioannis Polanci Directorium, ac Ioannis Molani practicam Theologiam
non ita pridem emissam in lucem. Ceterum cum suas Professor auspicabitur le-
ctiones ab iis, quæ communiora sunt, intelligat sibi certo quodam, hoc est, non im-
mense temporis spatio exponenda esse quæ ad sacramenta: censuras: status homi-
num: præcepta Decalogi, & Ecclesiæ spectant: Sic difficiliore materias reseret
necesse est, atque adeo illa, quorum infrequens vsus sit in Confessionibus: vt
paulo post dicetur.

Anno 1585.
apud Arool-
dum mili-
Coloniz.

E Quod si Auditores hæc ordinatius, & altius nosse cuperent, extrat quidem apud
Religiosos alios Ordines Ratio hæc omnia rectè tractandi, sed & quæ Societas no-
stra, in hanc rem ex attenta disquisitione, ac diuturno vsu contulit, ac præscrip-
sit in toto Conscientiæ Casuum curriculo biennij tempore à nostris absoluendo;
hæc pauca in commune bonum liceat huc adiicere, quæ ita habent.

REGULAE PROFESSORIS
Casuum Conscientia. Caput XVI.



O suam omnem operam atque industriam conferre studeat Casuum Conscientia Professor, ut peritos ac strenuos Parochos seu sacramentorum administratores instituat.

Si duo fuerint, ut esse decet in primariis Collegijs, Casuum Professores, eorum vnus explicet contractus, censuras, impedimenta matrimonij, eaque absoluat biennio.

Professor alter item biennio explicet septem sacramenta, & praecepta tam Dei, quam Ecclesiae, & hominum status atque officia: perstringat etiam breuissimis definitionibus Theologica quaedam, sine quibus Casuum doctrina non parum vacillat: ut quid character, & quotuplex sit; Quid peccatum veniale, aut mortale; quid consensus; Quid lex, & quando obliget, & similia. A Theologicis vero rebus, quae vix vllam habent cum Casibus necessariam connexionem, abstineant ambo Professores.

Ab iisdem Professoribus pauca tantum, eaque vtiliora Confessariis attingenda sunt, de Interdicto, de Suspensione, de Depositione, de Degradatione, de Sacramentis Confirmationis, Ordinis, Extremae Vnctionis, & Eucharistiae, de Emphiteusi, de Hæresi, & Schismate, de statu Regum & Principum, de Bello, de Processu Inquisitorum, & aliis id genus, quae carptim percurrenda sunt, nisi schismatis bellive tempus, alijsve casus horum omnium, vel aliquorum pleniorum exigat explanationem.

In referendis opinionibus habeatur delectus, ut non obsoletæ, aut manifestò falsæ, sed paucae ac probabiles recitentur. Quin etiam citra scholasticum apparatus vnaquæque difficultas euoluatur per dubia & conclusiones, in quibus confirmandis seligantur ad summum duæ tresve rationes optimæ; nec coaceruentur (ut vocant) allegationes.

Vnicuique generali praecepto seu regulæ subnectat praeceptor, exempli gratia, tres circiter particulares casus; atque ita suas constabiliat opiniones, ut si qua alia fuerit probabilis, & bonis Auctoris munita, eam etiam probabilem esse significet.

Quamlibet lectionem repetendam curet quotidie, non modo in scholis per dimidiam horam, sed domi etiam per horam, tribus, qui totam repetant, praeuocatis, à quibus postea exigat partem, quam maluerit: ipse enim vtriusque repetitionibus interesse debet ad explicanda tam ea, quae breuiter docuerat in scholis, quam dubia, quae post repetitionem proponuntur.

Huic repetitioni non solum Casistæ intersint, sed alii quoque sacerdotes bis, aut semel saltem in Hebdomada, licet hæc aliàs audierint; si & confessiones audiunt externorum, & aliam domi non habent de Casibus collationem. Audiant itaque illos repetentes: interrogent de quibus dubitant; interrogentur & ipsi, quid ad hunc, vel illum casum responderent; parati igitur accedant.

Quolibet Sabbato, prætermissa lectione, per duas horas de propositis conclusionibus disputetur in schola coram Magistro: ea vero disputatio non tam instituat argumentationis filo, quam interrogationis: ita ut vel exigatur explanatio alicuius difficultatis, vel nouus casus mutata circumstantia aliqua proponatur, dummodo non sit extra materiam conclusionum; vel peratur quomodo hæc cohæreant cum antecedentibus, cum quibus parum consentire videntur, vel alicui conclusioni opponatur Canon seu doctor ex primariis; seu nonnulla breuis argumentatio, quò plus habeat dignitatis, temperatè tamè, & longè infra philosophicam consuetudinem.

A In quibus collegijs duo Casuum Lectores non sunt, sed vnus si potest, ipse binas quotidie lectiones sustineat matutinam, & vespertinam, materijs, quomodo superius dictum est, distributis, ut biennio vniuersas emetiatur.

Si vnus vni tantum habendæ lectioni par fuerit, is explicandis omnibus, quæ ad Casuum doctrinam pertinent, totum triennium consumat. Si graues ob causas hoc omne studium intra duos annos redigendum fuerit, oportet Lectorem duplo fere breuiorem esse, quam vbi binæ quotidie sunt lectiones. Itaque facilioribus omissis seligat paulo grauiores quæstiones, & in ijs vnam, aut alteram opinionem referat. Quamlibet vero conclusionem vno fere probet argumento; nec diluat obiectiones, nisi forte aliquam molestiorem: quin & in conclusionibus seruet, quam potest maximam paucitatem, & constitutis primarijs quibusdam regulis, ad

B minutiora non delabatur.

In Collegijs autem in quibus Theologi scientiam Casuum non audiunt ab ordinarijs Scholasticæ Professoribus, ad illos erudiendos extraordinarius constituendus est, qui in his potissimum exponendis, biennioq. absoluendis laboret, quæ à Scholasticæ Theologiæ Professoribus omittuntur; qualia sunt Contractus, Impedimenta matrimonij, Censuræ Ecclesiasticæ, Confessionis & Confessarii conditiones, varij hominum status & officia, denique minutiora omnia, quæ per vniuersas Casuum materias sparsa sunt.

Sicubi nec ab ordinarijs Scholasticæ Professoribus, nec ab extraordinarijs Theologi poterunt in conscientia Casibus erudiri, primo & secundo anno (nam tertio & quarto Scripturis vacaturi sunt) vnam audiant Casuum lectionem, si duæ quotidie solent haberi siue ab vno, siue à diuersis Professoribus.

Verum si vna tantum sit Casuum lectio, quam Theologis, & Casistis oportet esse communem, in his Collegijs Casus & Scriptura alternis diebus prælegantur: easque lectiones sic vicissim toto quadriennio frequentent Theologi, ut quo die ex Scripturis nihil exponitur, Casuum Professor explicet eas materias, quæ à Theologis audiendæ sunt.

AD MONITIONE.
Caput XVII.

D **H**AE C cum ita sint, si cuius Auctoris liber de Casibus exponendus sit, quasi proprius facultatis huius contextus; Thomas certe Caietanus videtur esse aptissimus. Summā enim confecit breuē, & lucidā plenam. Quare & ea sapienter vti est in Academia Eborenfi Paulus à Palatio cum lectionem hanc Casuum iam ante quadraginta annos vtilissime curauit institui Henricus Cardinalis & Archiepiscopus Eborenfis, qui postea Rex Lusitaniæ fuit.

Extat eadem Caietani Summa Hispanice versa, Vlyssipone apud Ioannem Blauium edita anno 1587. adiectis adnotationibus quæ plures nodos solunt, & casus explicant; præfixit autem epistolam Ludouicus Granatenfis operi, qua rationem eius versionis, atque vtilitatem demonstrat: Sane qui Hispanice norit, vberem inde percipiet fructum, ac qui eadem omnia Italica, vel alijs linguis loquentia faceret, perutilem Ecclesiae Sacerdotibus operam præstaret. Plures enim, qui Scholasticam Caietani dictionem, aut concisum scribendi genus haud facile assequuntur, facilius intelligerent, atque ex Pauli à Palatio adnotationibus lucem ad omnia haurirent ingentem.

Scio autem non defuisse, qui cum hac de tota re agere debuissent, à Sacerdotis institutione, & quasi forma inchoauerint, nimirum ut docerent, quid primo in se, mox quid erga alios Sacerdoti faciendum sit. Quod etiam Petrus à Soto effecit. Sed siue initio, siue deinceps hoc agendum fuerit, quandoquidem de Ordine Sacro patebit

De sacerdotio quae praeoscenda ab eo, qui accedit ad studia casuum conscientiae. De BONITATE, & SCIENTIA, quae requiruntur ad sacros ordines.

3. part. sum. m. s. Tho. qu. 39. per. 6. articulos.

Soto. dist. 25. q. 1. art. 1. & sequens.

Nau. ca. 25. num. 60. & reliquis.

Ioan. Pol. in fin. Dire. etorii.

Syn. Trid. sess. 23. c. 4.

2. Opus. de sacerdotis officio. & 3. par. sum. qu. 36.

b. proprio opusculo.

c. de instit. sacerdotis.

d. De vita & moribus sacerdotum.

e. Gratian. 25. usque ad 50. & 81. ubi de vita & honestate Clericorum.

STATUS Quid sit.

campus, in quo casuum professor spatium poterit, certe non nihil agere de eius sacramenti dignitate tum cum auditores erga hanc practicam Theologicam erunt efficiendi, animos eorum vehementius accedent. Ea vero dignitas intelligitur ex antiquitate, ex vniuersitate, ex auctore, ex materia circa quam versatur, ex officii nobilitate, ex effectibus, & commodis, quae inde consequuntur innumeris. Quae omnia si quis scire cupiat, vnde haec facilius, & quonam ordine propona, paucis referam. Extat sanctae Tridentinae synodi vigesimatertia sessio, qua summam attingit, quae nam a promouendis ad sacros ordines depolcat Spiritus sanctus. Quam sessionem rursus ponit ob oculos apertius, quidquid in Romano Catechismo Pii Quinti Pontificis Maximi opera edito de ordine sacro scriptum est. Nobilitatem autem sacerdotii cum plurimi alij tum Chrysostomus de comparatione Regis, & Monachi: tum Chlichtoueus de vita, & moribus sacerdotum capite secundo monstrarunt. Et haec quidem praecipue ad dignitatem sacerdotii pertinent. Iam quae impediunt sacri ordinis susceptionem Tertia pars summae S. Thomae. Dominicus soto in Magistrum sententiarum; Nauarrus; Ioannes Polancus; & eadem Tridentina synodus. Cum vero duo necessaria sint ad sacri ordinis susceptionem BONITAS vitae, atque SCIENTIA. de vtraque Synodus Tridentina. B. Thomas opusculo de sacerdotis officio, & tertia parte summae. Bonauentura. Petrus a Soto. Chlichtoueus. Gratianus: plurimi deinde alij eadem attigerunt, qui vel summas casuum conscientiae; vel in Magistrum sententiarum commentaria edidit, quales tractationi Theologiae Scholasticae adiecit: vel Synodus coegerunt, inter quas Prouinciales aliquae Caroli Borromaei Cardinalis copiosam huiusce rebus materiam suggerunt.

MATERIAM DE VARIIS HOMINUM statibus praenotasse permagni momenti esse tum Professori, tum Auditoribus Casuum Conscientiae. Cap. XIX.




D vero permagni esse momenti Professor casuum intelligat, non tam vt ipse Auditoribus praefat, quam curet vt Auditores ipsi priuato studio perlegant, quae ad varios hominum status dignoscendos attinent. Cum enim quod ignorat medicina non sanet, dici non potest, quantum Confessario, vel demat, vel addat auctoritatis scientia, vel ignoratio statuum & munerum hominum. certe cum summum bonum homo naturaliter appetat nil ei deest aliud, quam recte eligendi ratio: Electio autem de praecognitis recte fit: praenoscenda igitur sunt, commoda, incommoda, qualitates ac leges quasi propriae omnium viuendi generum. Quod sane ad sacerdotes potissimum pertinet, qui de vnius cuiusq. actionibus, atque electionibus iudicare debent in foro spirituali. Ideo praeter illa, quae variis in locis, ac praecipue in Tractatione de Iurisprudencia egimus, dicendum hoc loco videtur. Quot nam fere hominum status sint. deinde quinam Auctores potissimum de iis egerint. In primis autem illud sciendum est, statum a nobis intelligi, qui certam hominis qualitatem, ac conditionem designat, per quam (vt cum scholasticis loquar) obligatur ad aliquid singulariter, ac proprie. Duplex autem obligatio est quae petitur ex ratione finis tum Diuini, tum Humani.

TABVLA

TABULA DE VARIIS STATIBUS Hominum. Caput XX.

DE CHRISTIANO IN GENERE. Vide Institutionem Clem. Alexandrini: quam Paedagogum inscripsit.



ELENCHUS AUCTORUM, QUI scripserunt de Statibus. Caput XXI.

- B. Antoninus Archiepiscopus Florentinus.
Antonius Natta Astenis
Antonius Possennus de Milite Christiano
Augustinus Valerius de Cardinali, & Episcopo.
Basilus Imperator Constantinopolitanus ad Leonem filium de boni, ac pij Principis officio.
Bernardi libellus de Cura rei familiaris.
Bernardus ad Eugenium, de officio Pontificis Maximi agit. Vide item Epistolas eius.
Chrysostomus Iuanelus Secundo Tomo operum suorum agit de Theologia Christiana.
na, Platonica, Peripatetica, praesertim ubi tractat Ethica, Politica, Oeconomica.
Clementis Alexandrini Pedagogus de Christiano in genere.
Dionysius Carthusianus, qui alterum quoque refert Auctorem.
Edmundus Augerius, qui libellum Gallicum inscripsit Pedagogum ad arma.
Franciscus Valefius de officio Medici.
S. Gregorius in Pastoralis.
Hieronymus Platus De bono Status Religiosi.
Horologium Principum, quod fit ex emendatis.

Hugo

- Hugo in Didascalico de opificiis Mechanicis.
- Humbertus, qui Dominicanus Ordinis quintus fuit Generalis, ubi & librum de Concionatoris officio scripsit.
- Ioannes Polancus summam suam Directorio.
- Ioannis de Friburgo Summa.
- Ioannes Talpinus, qui Gallice librum edidit de omnibus hominum statibus.
- Iulius Pollux Commodus Imp. designat Imperatoris, & Regis condiciones, ac doctores, quibus prae datus sit necesse est. Vide etiam in dictione βασιλεύς. Rex, quem inde putat deductum, quasi sit βασις λαού. basis populi.
- Mambrini Rosci Christianus Princeps.
- Martini Nauarri ab Alpizcueta in suo Manuali, & aliis operibus.
- Summa, quae anno huius saeculi octogesimo prodijt Venetiis, e, Typographia Ioannis Baptistae Somaschi, cui Summa inscriptio haec est. Summa Pacifica Pacifici Nouariensis Franciscani Ordinis versa in linguam Italicam à Francisco Taruisino Carmelitano cum interrogationibus ad omnem personarum statum.
- Paleottus Cardinalis de Consultationibus Consistorij.
- Petrus Aluarus de Thesauro Christianae Religionis.
- Petrus Bellus de re militari.
- Petrus Soto Epistola liminari, siue praefatione libri de Institutione Sacerdotum. Ibi enim agit de Pastoribus bonis, & malis.
- Robertus Bellarminus, ubi de potestate Pontificis.
- Robertus Bellarminus libro de Electoribus Imperij.
- Robertus Episcopus Zamorensis libro de Monarchia, & de origine, ac differentia principatus, & libro defensorij status Ecclesiastici, quarto autem tractatu agit de Imperatoris, hoc est Caesaris officio.
- Rodericus Episcopus Zamorensis in speculo vitae humanae.
- Summa pene omnes Casuum Conscientiae.
- Summa Tabiena de potestate Pontificis in voce Dispensatio, ubi pulchra.
- Sylvius Antonianus de Christiana educatione filiorum.
- S. Thomas generatim, & in opusculis, ubi de Regimine Principum, & aliis.
- S. Thomas opusculo contra Graecorum errores.
- Thomas Caietanus, ubi de potestate Pontificis.
- Thomas Sallius libellum Gallice in Belgio, de milite Christiano edidit anno huius saeculi nonagesimo primo.
- De Aulicis, vide Gueuaram libro Hispano qui inscribitur. Admonitio gratiosorum: Italice autem. Auiso, & Dottrina de fauoriti.
- Ex constitutionibus, & iis, quae vocant statuta variarum ciuitatum: ex iureiurando item, quod praestant varij, qui vocantur officiales, plura peti possunt, quae ad conscientiae vniuersiusque rationem attinent.
- Iam quae scripsere de officiis Ethnici, siue in Politicis, & Oeconomicis, vt Plato, Aristoteles, Isocrates, Xenophon, Plutarchus, & eiusmodi alij huc facere quadantenus possunt. Item quae de Agricultura, Plinius, Cato, Columella, Varro, Virgilius. Sed non tanti haec sunt; vt conscientiam curare, quam persequere possint ad id consequendum, quod nos praecipue quaerimus.
- Hieronymus Mercurianus, & alij, vt et qui sub nomine Hippocratis libellus de Medicina circumferebatur: Sed hi potius artis medendi rationem, quam id quod quaerimus spectarunt: quamuis prudens Sacerdos ex ijs elicere possit, quae ad animi salutem pertineant. Id quod ubi scriptum de Medicina, non pretermisum est. Baptista ite Codronchius hoc praeter alios praestitit libris duobus de Christiana, & tuta medendi ratione.
- Benuentus Straccus Anconitanus Tractatum edidit de Mercatura: in quo etiam agit de Nautis, Nauibus, & Navigatione. is liber Lugduni editus est, apud haeredes Iacobi Iunte.
- De Mercatoribus, deq. vsura praeter Summas, plures alij scripserunt. At vide Sarauam de institutione Mercatoris. Ioannem Gersonem Tractatu de Contractibus: Conradum simili tractatu, & Bonaventuram, Rodolphum tractatu de vsuris, Plutarchum opusculo περί τῶν μισθῶν καὶ δανείων. Quod facerari non oporteat.
- Vegetius, quive alij de re Militari scripserunt, quemadmodum ite Robertus Valurius fecit, & B. Augustinus ad Bonifacium, & Alphonsus de Castro libro 3. capite 14. ubi de causis belli iustis.
- Baifius quidem agit de re Nauali, sed aliu in finem.
- De Nobilibus, vide Osorium de vera gloria, & librum Episcopi Aquinatis Italicum de Nobilitate, & Ioannem Baptistam Possuinum Fratrem meum Dialogis de honore, ex quibus expungendus est quintus liber de singulari certamine, qui ante Synodum Tridentinam editus fuerat, licet, eo frater tenderet, vt singulare certamen exterminaret.
- Quod vero ad Religiosos attinet, vide diuersas

diuersas Regulas sanctorum Basilij, Augustini, Benedicti, quiq. in eas scripsere, Smaragdus, Humbertus, & alij. Vide ite quae de tribus vocationibus in collationibus Casiani, Collatione tertia Abbatij Paphnutij. Quae ve nos ubi agimus De religiosorum ordinum defensione.

Quae denique ad Theologiae, aliarumq. praecipuarum disciplinarum, facultatum item inferiorum, quales sunt Rhetorica, Poetica, &c. Professores pertinent, Nos

cum vniuersa hac selecta Bibliotheca (vt saepe dicemus) spectauerimus, vt methodum ad eruditionem, atque pietate, in omnibus facultatibus traderemus, sperare de Dei bonitate audemus (si Professores Casuum Conscientiae, ac reliqui Sacerdotes tum ipsi hanc ipsam Bibliothecam percurrerint, tum vt quisque pro ratione suae facultatis percurrat, hortati fuerint) vt fructus hinc ad Dei gloriam vtilissimus capiatur.

ELENCHUS AUCTORUM QUI SUMMAS CASUUM CONSCIENTIAE nobis reliquerunt. Caput XXII.

- IN primis legendi videntur Canones Penitentiales: qui quoniam paucos ante annos recusi sunt, aliis, quae ad hanc materiam attinent, Tractatibus aucti, ideo ij simul procurandi sunt, ac percurrendi.
- Ij vero sunt.
- Penitentiale Romanum.
- De Remedijs Peccatorum Venerabilis Beatae Presbyteri.
- Penitentium Liber Rabani Mauri, Moguntini Archiepiscopi.
- Epistola S. Gregorij Nissenii Episcopi ad S. Letoium Melitenens Episcopum.
- Epistola Canonica S. Gregorij Thaumaturgi Episcopi Naocæsariensis Canon vltimus.
- Canones Penitentiales Astensis, cum Notis Antonij Augustini.
- Alberti de Brixia Ordinis Praedicatorum Summa.
- Summa Angelica.
- Angeli de Clauasio cum additionibus Iacobi Vngerelli Anno 1560.
- Summa Casuum Conscientiae Antonij de Corduba.
- S. Antonini Archiepiscopi Florentini Summa impressa Lugduni Anno 1542.
- S. Antonini Defecerunt.
- Summa Armilla.
- Astensis Summa, quae vulgo Astesana dicitur, de Casibus Conscientiae.
- Augustini de Ancona Summa.
- Summa Aurea Rosa.
- Baptistiniana Summa Ioannis Baptistae de Salis.
- Bartholomaei Albornocij Ars contractuum Hispanica lingua, Valentiae edita apud Petrum Stucte Anno 1573. in folio.
- Bartholomaei Medinae Instructio Confessorij.
- Bartholomaei pisani Summa, alias Pisanelia, Candelabrum Aureum,
- Claudij Altifiodorensis Summa.
- Conradi Summerhart Summa.
- Conradus de Contractibus.
- Didaci Couarruuiae solutiones variae.
- Dominicus Sotus de Iustitia, & Iure.
- Elucidationes quorundam Casuum Concilij Tridentini ab Illustrissimis Cardinalibus Congregationis eiusdem Concilij, nondum impressae.
- Enchiridion sacerdotum per modum examinis.
- Francisci Alcoceri Tractatus de Ludo, Salmanticae lingua Hispanica. Editus anno 1559. Apud Andream de Portonariis.
- Francisci Victoriae Summa de septem Sacramentis.
- Gaufredi de Trano Summa.
- Guidonis de Monte Rochen Manipulus Curatorum.
- Gulielmi de Monte Lauduno Summa de Casibus.
- Henrici de Erfordia Summa Casuum Conscientiae.
- Hieronymi Saonarolae Confessionale.
- Summa Hostiensis.
- Hugonis Barchinonensis Summa.
- Ioannis Baptistae Lupi Geminiani de vsuris, & Commercijs illicitis in quarto. Venetijs apud Iuntas Anno 1582.
- Pupilla oculi, quae est de Sacramentis, & Praeceptis Decalogi Ioannis de Burgo.
- Ioannis Episcopi Valorientis Summa.
- Ioannis de Friburgo Summa Confessorum.
- Ioannis Medinae de Penitentia, Restitutione, & Contractibus. Ingolstadt apud Dauidem Sartorium. Anno 1581. in folio.
- Ioannis Polanci e Societate IESV, Directorium.
- Ioannis de Saxonia Summa Casuum Conscientiae.
- Ioannis Tabienae Summa.
- Laica Summa Antonini Archiepiscopi Florentini.

Martini Nauarri Manuale, Manipulus Curatorum, Margarita Confessorum Guidonis de Mon- te Rochen. Monaldi Summa. Pifanella cum supplemento Nicolai de Au- ximo. Nicolai de Ploue de Officio Sacerdo- tum. Directorium Curatorum Petri Martyris Episcopi Elnensis Hispanice.	Raymundi Barchinonensis. Raynerij summa. Rolandina cum additionibus Petri Aldo- brandini, & de Vinzola. Rosella Baptista Trbuamala Summa. Summa Scarfella. Sebastiani Medices Summa peccatorum ca- pitaliū Florentiæ, Anno 1579. in octauo. Tabiena, hoc est Summa Ioannis, quæ dici- tur Tabiena. Thomæ Caietati Summa.
---	--

*TRACTATUS DE RATIONE ADMINISTRAN-
di Sacramentum Confessionis à Carolo Borromæo Car-
dinali editus. Caput XXIII.*

V Confessarij pœnitentiæ Sacramentum administrent, eo cum fructu, qui maximus esse possit; is verò in sincera vitæ emendatione positus est: neue in tanti ponderis negotio cum propriæ conscientiæ summo onere conuenientem non adhibuisse diligentiam videantur (id quod summo opere timendum est multis, ne scilicet in grauem reprehensionem inciderit eorum industria, cum de tanto numero confitentium, tam exiguam emendationem videamus in ijs, qui toties, & tam multis ab hinc annis hoc Sacramentum frequentarunt) præceptiones, & admonitiones nostras omnes iam pridem diuersis temporibus hac de re datas in vnum contulimus, atque alias quasdam iis adiunximus, quas in hunc finem vitales & necessarias esse sumus arbitrati. Quamobrem per viscera misericordiæ Domini Nostri Iesu Christi eos exhortamur, vt quemadmodum eorum officium, & vocatio requirit, hac in causa, & negotio quod ad animarum salutem vsque adeo pertinet, summa cum diligentia nostræ sollicitudini cooperari velint, nostramque intentionem in eo positam, vt populus Christianus, quem Dominus nobis regendum tradidit, in viam salutis commode dirigatur, promouere pro sua virili studeant.

Nullus igitur neque sæcularis, neque regularis Sacerdos Pœnitentiæ Sacramentum aggredi præsumat, si non approbationem, & licentiam antea nostram in scriptis habeat; vt rite Concilium Tridentinum ordinauit; sin aliter fecerit, excommunicationis pœnam ipso facto, iuxta primi Concilij nostri Prouincialis decretum, incurrisse se nouerit, & si Sacrum Missæ officium postea celebret, irregularis erit.

Caveat autem sibi quisque hac in re, ne prætextu minoris ætatis, se abduci à recto patiat, quasi pueri sint, qui nondum ad vsum rationis peruenerint, quorum audit confessiones: solet enim vsu venire, vt in pueris etiam, quamuis in ætate sint adhuc tenera, peccata mortalia inueniantur. Ac verò nemo per speciem necessitatis alicuius se falli sinat, ac necessitatem interpretetur pro quavis ægritudine, etiam si grauis, & periculosa illa sit, cum ad proprium pastorem, aut alium confessarium à nobis approbatum recurri potuisset. Immo nullus huic se negotio pergat interponere, quamuis à pastore eius, qui confiteri cupit, vel Vicariis nostris consensum obtinuerit, nisi tales ij sint, qui specialem à nobis acceperint potestatem, vt eam alteri concedere deinde possint.

Sacerdotes autem, qui confessiones audiendi licentiam à nobis obtinuerint cum definita temporis, loci, certarumque personarum limitatione, videant ne potestatis concessæ limites vilo modo excedant.

Prima

A Prima cum opportunitate regularium Superiores catalogum confessoriorum, quos ad hoc officium elegerint, quive in hac ciuitate, vel diocesi nostra habitant, nobis exhibeant, quo eorum nomina, cognomina, & natale solum habeantur.

Sed quia sæpius contingit, vt per suorum obedientiam mutentur, iccirco bis in anno prædictum catalogum nobis offerent; primum quidem ad primam septimanam Aduentus, secundum deinde primis feriis Quadragesimæ: Confessarij autem, qui in nostra diocesi versantur, Pastoribus, aut Vicariis foraneis, testimonium admissionis suæ, qua ad huiusmodi munus idonei esse iudicati sunt, quotiescumque ab eis exigetur, ne recusent ostendere: in templis verò in quibus plures sint confessarij, in foribus sacrarij tabula suspensa habeatur, quæ omnes eius templi confessarios à nobis approbatos contineat, quæ toties mutanda erit, quoties alij de-

B ligentur.

Confessarij qui à censuris & Casibus Reseruatis absoluendi potestatem à nobis habent, summa cum prudentia eam exercent, vt sit ædificationi potius, quam destructioni locus: quamobrem si in vtilitatem & auxilium pœnitentis, qui in aliquod eiusmodi peccatum incidit, iudicent expedire ad nos eum remittere, admoneantur, vt id facere debeat.

Omnes confessarios quamuis, à nobis vt idonei semel admissi fuerint, tamen ob graues, & diuersos scrupulos qui pœnitentibus in dies occurrunt, & plurimas difficultates sibi coherentes habent, præmonitos volumus, vt bonos, & classicios auctores nonnullos, qui Casus conscientiæ ex Professo tractant, manibus continenterant, quod si non videantur sibi satis iudicij, & doctrinæ comparasse, vt possint quæstiones obiectas resolvere, meminerint adire doctiores, & in talibus melius versatos. Sciant autem nos in hunc finem dedisse speciatim eas partes Pœnitentiario maiori Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ, vt cum Theologis, & iuris Canonici peritis, si qua dubia, & controuersa circa res conscientiæ in hac nostra diocesi obueniant, de iis conferat, & diligenter discutiatur, vt postquam res grauiore nobis communicarit, omnem dubitationem eximat iis, qui ad ipsum consulendi causa accedent.

Examinent præterea vires ingenij, & scientiam quam habent, nec se temere ad confessiones audiendas eorum ingerant, quos censuris ita quibusdam inuolutos esse suspicentur, vt sese inde satis explicare nesciant.

D Bonam habeant notitiam censurarum, & Casuum reseruatorum, particulatim autem Bullæ in Cœna Domini legi solitæ: similiter Canones Pœnitentiarios, & nostras has admonitiones sæpius legant.

Cum dubium non sit, quin is qui peccato mortali infectus, Sacramentum quoduis administret, nouo se scelere rursus obstringat; diligenter obseruent, qui confessarij partes agunt, ne cum peccati mortalis conscientia confessiones audiant, multo vero minus id audeant, si qua censura teneantur Ecclesiastica ligati.

Qui vero feruidi animi confessarius est, animarumque salutis studio tenetur, vt eas ad virtutes inducat, diuinisque remediis adiuuet, quibus contra peccata vel pœnitens vtatur, vel ab eisdem abstrahatur, qui doceat itidem dæmonis astutias perspectas habere, qui demum pœnitentem exuere veterem hominem, & nouum induere laboret, ac confingere in eo formam aliquam, speciemque perfecti Christiani, non satis id sibi habere debet, si nulli peccato mortali obnoxius Sacramentum Pœnitentiæ ministret, sed cum facile cognoscat magnopere referre ad præstandum ea, quæ dicta sunt, prius in seipso exprimere, quæ in altero videre desiderat (quandoquidem plus exempla, quam verba commouent animos, neque quis aliorum animis ingenerare virtutem potest, quam ante non in se possideat) idcirco perfectionis suæ totus amore ferueat necesse est, atque iis in virtutibus acquirendis operam diligentem ponat, quibus ipsa perfectio acquiritur.

E Sed quoniam Regulares, cum ad confessiones audiendas emittuntur, solū examinari solent, sintne sufficientes, & doctrinam iustam habeant, neque nos aliter perpe-

perspectos mores eorum, & bonitatem vitæ probatam tenere possumus, ideo Superiorum eorum conscientias oneramus, vt ad huiusmodi prouinciam non alios nobis in publicum deducant, quàm qui probitate, atque integritate vitæ tales sint, qui laudabiliter hoc Sacramentum exhibere queant, cuius quidem rei scripto nobis fidem dabunt, nec aliter eos admittemus.

Prompto, ac parato animo ad confessiones audiendas accedant, euitentque diligenter, non solum ad subterfugiendum laborem, ne submoueant intempestiue venientes ad se confitendi gratia, sed neque signo, aut verbis vllis præferant, ægrè se, grauatoq. animo confessiones eorum excipere; quin potius ita se comparent, vt intelligant pœnitentes eos salutis eorum causa multum sola tij, & gaudij ex iis laboribus haurire.

Ex hac eorum alacritate nascetur etiam hoc commodi, ne pœnitentes excusationem iustam prætexere possint, se non esse confessos, maxime quibus temporibus ad id tenentur, per speciem quasi commoditatem non habuerint. Præterea autem admonemus Confessarios, si vel ad exequias, vel quæuis alia Ecclesiastica munia illos euocari contingat, nisi causa prorsus sit necessaria, vt ne confessiones iis diebus propterea vel interrumpant, vel intermittant, quibus frequentiores solent occurrere, maxime octiduo, aut amplius ante diem natalem D.N. IESV Christi, in Quadragesima, & præcipue circa medium illius vsque ad octauam Paschæ, nonnullis etiam diebus cum Iubileum promulgatum est, aliisque sollennioribus festis, quibus, vt plurimum, populus, vel omnis, vel ex maiori parte ad confessionis Sacramentum confluit.

Cupimus etiam in hunc finem, Superiores regularium certiores ea de re redditos, vt prædictis temporibus procurent, quantum poterunt numerum maximum Confessariorum, qui doctrina, & timore Domini insignes, atque à nobis approbati in suis Ecclesiis Pœnitentes audiant.

Quoties regulares ad ægrotantium confessiones excipiendas acceruntur, si necessitas aliud non suadeat, ex Pastore prius intelligant, quæ conditio, & status sit ægroti, vt tanto diligentius animaduertant, si quid alleuamenti conscientia illius præberi valeat, præsertim in summo temporis illius articulo, in quo velut in cardine vertitur aut anime salus, aut perditio æterna: quod si temporis breuitas non patiat, ante confessionem id fieri, saltem ab audita confessione quàm citissime fiat, vt tam ipse Confessarius, quàm Pastor in procuranda hominis infirmi salute suo officio non arguantur defuisse.

Cum primum Sacerdos Sacramentum Pœnitentiæ, cuiusdam ægroti ministravit, in schedula subscribat; quæ qualis esse debeat, infra dicitur, eaq. fateatur se pœnitentis confessionem excepisse, quod ideo fit, ne Medici curam suam subtrahere infirmis cogantur, iuxta Bullam fel. mem. Pii Quinti, & decretum primi nostri Concilii prouincialis, & ne per negligentiam Confessariorum in dicta fide præstantia fumant occasionem excusandi se ab obseruantia præfatæ Bullæ, & decreti.

Popularium in domibus confessiones nemo audiat, nec virorum, nec foeminarum, cuiuscunque vel ordinis, vel conditionis illi fuerint, nisi dum ægrotant; quodcum sit, & mulierum confessiones Sacerdos excipit, ostium apertum sit, ita vt ab ijs, qui in vicinis locis agunt, conspici possit.

Extra eam necessitatem confessiones mulierum non audiant, ne etiam si vel leuiter illæ reconciliari tantummodo vellent præterquam in templo, & sedilibus ad id destinatis, sed neque tum quidem eo loco, nisi post ortum Solis, & ante eius occasum audiantur.

In illis ipsis sedilibus quotidiano ritu confessiones audientur, etiam virorum, si qui solent in templo confiteri: Hanc ob causam omnibus in templis sedes huiusmodi tam multæ construantur, quàm multi solent esse Confessarii; sint autem omnes ad eam formam exædificatæ, quemadmodum ordinauimus, generatim eas debere construi.

Con-

A Constituantur autem prædictæ sedes loco tam aperto, vt ex omni parte conspici possint, quod si præterea locus haberi talis possit, vt obstaculum aliquod intercedat, vt dum quis confitetur, interea ceteri à spatiis plus æquo propinquis arceantur, id fiat; vbi vero malus mos aliud obrinet, Confessarii partes erunt sedē ipsam loco mouere, simul & populum nimis vicinum antequam confideat propellere. quod item faciet, dum in confessionibus versatur, si occasio requiret.

Confessarius in huius Sacramenti administratione, sic animi sui propositum ordinet, ac dirigat necesse est, vt nullum eum intuitus humanus eo pertrahat, sed sola Dei gloria, & animarum salutis desiderium: quocirca quoties vel euocabitur ad confessiones audiendas, vel ad eas sese conferet, totus in Deum erectus, cum ipso opere mentis oculos in hunc finem coniiciat, & diligenter attendat se eo pergere, vt pœnitentes pretiosissimo Saluatoris nostri Iesu Christi sanguine abluat, ac mundet.

Sed quia in huius Sacramenti tractatione multa inueniuntur pericula, ne scilicet errent in variis quæstionibus, & obligationibus decidendis, quæ in illud forum veniunt, vel absolutionis gratiam re ipsa indignis impertiant, vel aliquo modo animam suam inquinant, dum multorum inquinamenta, foeditatesq. audire necessarium est, nunquam ad tantum hoc officium sese Confessarius accingat, quin prius breui aliqua oratione prout res feret; lumen & gratiam à Domino petat, vt non solum in nullam reprehensionem vel errorem incidat, verum aliorum fordes sic abstergere valeat, vt se ipse non polluat: simul etiam Deum orabit pro vera emendatione eorum, quorum confessiones auditorus est. Habeant igitur singuli versiculos illius Psalm. 50. & orationem antiquæ temporibus ab Ecclesia vtitam penes se in scriptis, cuius quidem alterum exemplar in sacrario cuiuslibet templi (in quo sunt Confessarii) deinde alterum introrsus in ipsis sedilibus, volumus affigi, ut antequam ad confessiones aggrediantur, eam uel similem aliquam, prout cuiusque pietas feret, apud se legant:

Y. Cor mundum crea in me Deus.

R. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Y. Ne proicias me a facie tua.

R. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Y. Redde mihi letitiam salutaris tui.

R. Et spiritu principali confirma me.

D *Y. Docebo iniquos vias tuas.*

R. Et impij ad te conuertentur.

Y. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.

R. Et exaltabit lingua mea iustitiam tuam.

O R A T I O.

Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, vt digne possim tibi gratias agere, qui me indignum propter tuam magnam misericordiam, ministrum fecisti officij sacerdotalis, & me exiguum humilemq. constituisti ad orandum, & intercedendum ad Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum pro peccatoribus, & ad pœnitentiam reuertentibus: Ideoq. dominator Deus, qui omnes homines vis saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant; suscipe orationem meam quam fundo famulis & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt, vt des illis spiritum compunctionis, respiciant à diaboli laqueis, quibus astricti tenentur, vt ad te per dignam satisfactionem reuertantur. Per eundem Dominum nostrum IESVM Christum.

Sacerdotes sæculares non nisi toga, & stola decenter amicti, pœnitentes audiēt: quod etiam tum fieri volumus cum ægrotantium excipiunt confessiones, licet id faciant apud eos domi.

Nullorum accipiantur confessiones, nec in ciuitate, nec vero in tota dioecesi nostra, sine nostra vel vicariorum foraneorum expressa licentia post Dominicam Palmarum vsque ad diem integrum Paschæ peractum, nisi eorum qui paulo ante Confessi sunt,

Bb

funt, aut saltem à Quinquagesima præcedenti. excipimus semper ægrotos. ceterorum vero confessiones infra octauam Paschæ differantur, secundum constitutionem nostram Pastoribus datam, idq. graues ob causas in ea declaratas.

Si quem deprehenderit, qui sine ratione legitima Confessarium suum deserat, qui quidem perappositus erat alioqui ad illum in viam salutis dirigendum, conetur eumdem peropportunè reducere, tum reprehensa perniciofa hominum negligentia, qui Confessarium doctum & prudentem sibi deligere negligunt, tum quasi noxia, & vitiosa frequenti mutatione Confessarii detestata. quemadmodum enim medici, qui naturam, temperamentumq. corporis in infirmis perspectum habent, non facile permutari solent, quòd morbis necessaria facilius inuenire remedia norint; sic neque videntur poenitentes, nisi magno delectu, à medicis suis discedere debere, cum ii melius animarum vulneribus adhibere opportuna, ac vtilia instituta possint. Si tamen iusta de causa Confessarius aliquem ad se venire permittat, qui pii, & prudentis alterius in confitendo consiliis ante utebatur, vtile erit id cum illo ipso communicare, vel saltem dare operam, vt poenitens ab eo abeundi honestam licentiam nanciscatur.

Confessarii omnes, præcipue si qui in nostra diocesi eo munere funguntur, curare debent, vt inter eos, & Parochos locorum vbi confessiones audiunt, bene conueniat, siue cum illorum ibi sint monasteria in propinquo, siue cum ob habitas conciones, siue ob aliam quamcumque causam confessiones audiunt. Itaque non absoluant eos, qui vel ob exempla vitæ impiæ, & in eo statu perseuerandi pertinaciæ, vel quòd ad poenitentias publicas, siue legata pia, vel similia quædam tenebantur; atque ideo à Pastoribus suis absoluti non fuerint. Proinde sæpius Regularium Superiores suos admoneant huius rei necesse est: præcipue autem ad animorum concordiam, quæ ad ædificationem quoque plurimum valet, diligenter eos exhortentur, præmoneantq., si in quæstionis alicuius explicatione inter eos & Pastores sentiendi quædam accidat diuersitas, vt ea cum prudentia sese gerant, ne ad vulgi aures ea perueniât, quin statim ad nos potius pro rei controuersæ definitione accurrât.

Meminerint ad Sacramentum Poenitentiae non permittere venire eos, qui sine conuenienti tum exteriori, tum interiore animi præparatione volunt accedere, quin magis verbis charitatem spirantibus pro captu cuiusque tales alloquantur, & dicant, vbi sese melius pro dignitate tanti Sacramenti disposuerint, ita demum ad se reuertantur.

Itaque mulierum earum confessiones non audiantur: quæ cerussatæ veniunt, quæ fucis vtuntur, quæ faciem sibiis depingunt, quæ ex auribus monilia gestant, quæ leuibus, & vanis ornamentis, quæ pannis aureis, aliisque similibus lasciuis prompte, ac compe accedunt, & vt semel omnia dicam, quæ vestes modestas non habent, nec simplici cultu incedunt, nec in capite velum aliquod gerunt, quod notabiliter non transpareat, quæue saltem operimentum ex lino, lanaue confectum, vel peplum sobrii alicuius coloris non habent: sic enim huius Sacramenti reuerentiam decet, & ita prorsus cognitioni peccatorum, & de eisdem dolori intimo consentaneum est, cum scilicet cogitare debeant, quod ante tribunal, & iudicium Domini Dei sui se sistant, ac quasi peccatrices misericordiam, & veniam suppliciter de eisdem imploraturæ veniant.

Idem necesse est in viris obseruetur, vt videlicet ad confessiones non admittantur, qui vestitu viro indecenti, qui auro intextis palliis vtuntur, qui lasciuis pileorum ornamentis induti sunt, qui item cum armis accedunt, aut similibus rebus.

Maius multo studium confessarius ponat in interiore animi præparatione, quando necesse est, prudenter inquirenda; ea enim plane ad hoc Sacramentum requiruntur, cerniturq. maxime in seria, & solida peccatorum examinatione, quæ ad vnumquemque pertinet, ita vt vniuersi, quantum in se est, eum animi dolorem, qui iure in hoc Sacramente requiritur, habere conentur, cum firma, ac constanti deliberatione animi, tum pro præteritis satis faciendi, tum vitam in posterum emen-

A emendandi. In quibus igitur eam præparationem desiderari animaduertent, verbis beneuolis persuadere conabuntur, vt denuò conscientiam suam diligentius examinent, ac recte sese præparent.

Signa autem ex quibus coniectura capi potest, eos sine iusta præparatione ad Sacramentum venire, hæc sunt. Si ad confessionem properant, quasi ab ipsa occupatione rerum suarum auulsi, nullo temporis spatio prius in orationem collato, vel si eos peccatorum nullam habere cognitionem appareat: deinde si Confessarius iam tum præsciat, quòd à confessione nihilominus, ac ante suis in peccatis sint perseueraturi, siue quòd in se peccatum mortale quodpiam teneant, vel quòd occasione quæ ad mortale pertrahat, amplexi teneant, nec ei valedicere velint, siue quòd aliena bona, cum possint, restituere negligant.

B Aduertat tamen Confessarius, si poenitentes studij nonnihil à se præstitisse ad eam præparationem, de qua dictum est, consequendam viderit: & obseruet tamen vel ob eorum ruditatem, vel quid aliud, necessariò aliquid iis deesse, vt ipsemet quod deest suppleat sua industria, & ad cognitionem maiorem eos inducere adlaboret: quod fiet optimè, si peccati turpitudinem & grauitatem ponat illis ob oculos, quippe quod Deo aduerfetur, vel maxime, ac damnationis aternæ malum peccanti infinitum adferat, atque hoc pacto poenitentem inflectere, & sic effringere conetur, vt de vniuersis, & singulis peccatis mortalibus, tam acrem animi dolorè perferat, vt securè eis absolutionis beneficium possit impertiri.

Præterea poenitentes, sed eos præcipue qui rarius confitentur, pro iudicio, & necessitate cuiusque, rationem ac methodum quamdam bene confitendi diligenter edoceant, ac speciatim quantum interfit, vt integra sit confessio, aliasq. circumstantias quæ ad eam requiruntur, & quam vim itidem habeant, exponant.

C Consuetudo honesta est, puerulos, etiam si quintum, aut sextum ætatis annum necdum excefferint, ante Confessarium adducere, vt sic incipiant paulatim instrui, ac manu quasi in cognitionem, atque vsum huius Sacramenti transferri: caueant tamen accuratè Sacerdotes, ne absolutionem cum Sacramento ijs præbeant, in quibus nec idonea materia, nec ea rationis plenitudo reperitur; vt citra controuersiam iudicare possint, eos huius Sacramenti capaces esse: operam tamen maiorem collocabunt cum ijs, qui septimum, aut octauum annum iam attigerunt, quantum puerilis ætas ferre videbitur, vt huius Sacramenti necessitatem & virtutem, nec non modum quo suscipitur, perspicue intelligant.

D Qui vero confessiones audiunt puerorum, aut puellarum, qui iam annos decem vel duodecim numerant, quos proinde aptos ad venerabile Sacramentum altaris propediem fore existimant, solerter videant, ne vel sua, vel parentum negligentia, & socordia, absque gustu tanti thesauri spiritualis eos patiantur adolescere: quin potius quanto minori cum productione temporis, quamq. diligentissime fieri poterit, doceant eos, quæ ad hoc Sacramentum percipiendum necessaria sunt, fructusq. innumerabiles inde manantes, tum quanta animi demissione, ac reuerentia, quamq. magna conscientiae puritate opus sit.

Ceterum, postquam iterum atque iterum eorum confessiones iam audierint, vel per se venerabile Sacramentum eis porrigant, illiusq. rei fidem scripto faciant, vt Pastori suo exhibeatur, quo deinceps in Paschate ad communionem Pastor eos, cum ceteris adiungat, vel ad eam sumendam instructos & idoneos esse scriptis declarent, atque proprium ad Pastorem amendent.

In ipso aditu confessionis, antequam peccata sua quis enumerare pergat, Confessarius, maxime si cum rudioribus hominibus agit, quive rarius confitentur, debet quasdam interrogationes præmittere, quibus in decursu confessionis omnia commodius cedent: sunt autem interrogationes huiusmodi. Primū si certū non habet, poenitentē ex eorū numero esse quos absoluerē recte possit, interroget, quo modo id sit; si non esse talē inueniat, quam primū ad alium qui absoluendi potestatem habet, remittat; si aliter est, & tamen nihilo secius poenitentia satis nō agnoscit,

quærat secundo loco: quo in statu res eius sint, cuius ipse conditionis sit, quam professionem, aut artem tractet, quod officij genus, ut plurimum, exerceat: interrogabit deinde, quantum temporis intercessit, postquâ confessus est, interim in memoriam ei redigens, quàm magnum emolumentum parere soleat crebrò iterata confessio: tum petet vtrum pœnitentiæ nuper præscriptæ sibi fecerit satis: quæret etiâ, si norit articulos Fidei, præcepta Decalogi, & S. Matris Ecclesiæ: quod si nesciat, tum se geret eo modo cum pœnitente, quem inferius indicabimus.

Quærat vtrum diligentiam, atque industriâ congruentē in conscientia bene examinanda collocarit; quæ sanè tanta requiritur, quanta in negotio quouis maximè ponderis inesse solet: res enim verè operosissima est ad Sacramentum Pœnitentiæ ritè accedere; atque hoc loco, si necessitas efflagitat, eū de vtili quodâ modo examen conscientie faciendi instituat, quænam ratio sit ad memoriam renocandi peccata cōmissa, cum iis quæ circumstant omnia; nimirum ut ingrediatur in seipsum, vitæq. tēpora speciatim percurrat, initio quidē quantū ad ætatum momenta, pueritiâ scilicet, iuuentutē, & cetera pertinet: secundo quantū ad status mutationem; quòd si vxorem duxerit, quomodo ante, quomodo post matrimoniū contractū sese gesserit: tertio quantum facit ad vicissitudines humanæ vitæ, in rebus prosperis videlicet & aduersis, in sanitate & ægritudine, tēpora varia, officia diuersa, quæ exercuit, sodalitia, loca, regiones, in quibus egit & versatus est, circa hæc omnia videat, an corde, lingua, vel opere peccauerit aliquando.

Ad hæc conditiones quæ ad confessionem perfectam requiruntur, quanta poterit breuitate, & facilitate illi proponet: poterit verò ad quattuor, vel quinque præcipuas reducere illas sexdecim à Doctōribus sæpè commemoratas, quæ his versibus continentur.

*Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis.
Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda.
Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

Rogabit an recorderet se, vel in casum aliquē reseruatū, vel excōmunicationem incidisse, vel quod aliud impedimentū habere, à quo probabiliter arbitretur, quòd absolui non possit. si quid huiusmodi in exordio, vel in ipso decursu confessionis reperiat, ne procedat vterius, sed significet pœnitenti eum à se absolui nō posse, verum necessarium esse, ut aut nobis, aut Pœnitentiario maiori Ecclesiæ nostræ metropolitanæ, aut alteri, cui à similibus casibus absoluedi potestas collata est, se exhibeat: si tamen ratio aliqua subsit, cur Confessarius non expedire iudicet, ut pœnitens id agat, tum ipsemet ad Pœnitentiarium, vel ad nos, pro absoluedi potestate impetranda recurrat. Si pœnitens extra ciuitatē sit, taleq. negotium sit, ut ipse Confessarius à Vicario nostro foraneo, aut alio in iis locis ad similia decidenda à nobis deputato subdelegari possit, ab eis absoluedi potestatem legitimam impetret, vel pœnitentem ad eos remittat, nisi forte nec ipsi à Casibus reseruatīs absoluedi potestatem à nobis haberent, aut casus iste sub eorum licentia comprehensus non sit, hoc tempore si pœnitens Mediolanum venire possit, hortetur eum ut id faciat; quod si ad id inducere nō possit, petat ab eo veniam, dictum casum nobis, vel Pœnitentiario maiori litteris, aut verbis indicandi, quatenus absoluedi ab eis potestatem impetret: quod cum faciet, & rem ipsam litteris committet, prudentiam, cautionemq. summam adhibeat necesse est, ne villo modo in aliorum notitiam venire possit: at vero si causa tanti momenti esset, ut si littere vel perdantur, vel interceptantur, maius aliquod pœnitenti incommodum imminet, tum Mediolanum Confessarius iubeat ipsum proficisci, nisi forte consultum videatur, ut ipse veniat alterius nomine.

Ceterum in negotiis similibus prudentius facient, si rectà ad Pœnitentiarium maiorem, quàm quoquam aliò recurrant, vel eò pœnitentes suos dirigant: specialiter enim à nobis ad id constitutus est ille, cum ampla etiam potestate alios subdelegandi in ijs omnibus negotiis, quæ pro Casuum reseruatorum absoluedione

diffici-

A difficilia occurrunt. quod si nec ipse Pœnitentiarius à tali casu possit absoluedere, tum modum illi præscripsimus, vel à nobis, vel aliunde vnde necesse sit, remedia talibus negotiis opportuna adhibendi.

Si pœnitentem aliquo excōmunicationis vinculo reperiat ligatum, seridè comonefaciet eum pœnæ excōmunicationis, & quæ grauitas illius, quamq. periculosum in ea perseuerare, quantaq. cum diligentia fugienda sit excōmunicatio: quod commodè fiet, si effectus illi demonstrat nonnullos excōmunicationis.

B Interroget vtrum sciat hæreticum aliquē, vel de hæresi suspectū, vel simile quippiam, quod iuxta vel nostra edicta, vel eorum, qui Inquisitores vocantur, leges, denunciare teneatur, quod si pœnitentem ad tale quid aperiendum cognouerit teneri, curet ab eo satisfieri; & si negligentia sua factum est, postquam apud eum hæretici, vel suspecti de hæresi alicuius notitia fuit, ut terminus his denuntiationibus præfixus transierit, eo articulo iubebit, ut licentiam impetret, qua absolui possit; nō enim satis tempestiue perfecit denuntiationem ut debebat.

Circa confessiones antegressæ vitæ, debent eæ interrogationes fieri, quæ sunt ad cognoscendum necessaria; Num aliquo in peccato erratum sit ab integritate confessionis, ob quod nullius ponderis, neque virtutis extitissent ceteræ confessiones, ac proinde reiterandæ essent. Exempli gratia, si pœnitens alicui confessus sit, qui eum absoluedere non potuerit, vel qui legitima absoluedionis forma vsus non fuerit; vel Sacerdoti adeo indocto, ut ea quæ ad hoc Sacramentum administrandum requiruntur, nec intellexerit, nec sciuerit; vel etiam si ipsemet aliquod peccatum mortale sciens subtricerit, vel confessionem diuiserit, enumerata parte peccatorum suorum vni Confessario, alteri altera; vel ad extremum, si nullo penitus cum dolore de peccatis suis, nullo deliberato emendandi proposito, confessus sit; vel, quod etiam contingit interdum, si nullam omnino diligentiam in memoria peccatorum refricanda videatur contulisse.

C Et quoniam cernere est, negligentiam maximam in confessionibus ritè faciendis sæpenumero committi, præcipue vero eo tempore, quo quidam repudiato à se Dei timore, vel minimam prorsus, vel nullam animæ suæ curam gerere putantur; ut potius veniant ad confessionem ex certa quadam agendi consuetudine, quàm quòd peccatorum suorum agnitione eo perducantur, & vitam emendandi veræ desideria susceperint: in vniuersum quidem ob summam commoditatem, quæ ex confessione generali redundat, tum præsertim cum ex animo quisquam statuerit in posterum vitam in melius commutare, & totum se ad Deum conuertere; Confessarij pro cuiusque personæ qualitate, opportuno tempore, & loco ad generalē quandam confessionem pœnitentes exhortentur, vel per hanc, præposita omni præterita vita sibi ob oculos, maiore cum alacritate redeant ad Dominum, ac omnes errores, qui potuissent in præcedentibus confessionibus accidere, refarciant.

D Hisce interrogationibus finitis, quæ confessionis veluti præambula quædam, & præludia sunt, Confessarius pœnitentem inducat, ut ipsemet omnia peccata sua, quæ recordatur, exprimat per se: quod vbi fecerit, si perspiciat adhuc (quod sæpenumero accidere solet) eum aliis interrogationibus indigere, per quas multorum, quæ oblitus sit, reducat in memoriam, vel ea quæ prius confuse dixerat, distinctius consideret; volumus interim præmonere Confessarium, ut peccatorum mortalium numerum semper quàm poterit exactissimè inquiret, & quamuis fieri possit, ut non vsque adeo præcisè & velut ad vnguem omnia referantur à pœnitente, nihilominus tamen paullo plus, minusve eum numerum indicet, quem ad veritatem magis accedere arbitretur.

In his interrogationibus ordinem sequatur oportet, initio ducto à præceptis Domini, ad quæ tametsi omnia alia, de quibus interrogationes habentur, computari possint, nihilominus si cum personis, quæ rarò ad confitendum accedunt, agatur, vtile erit etiam per septem peccata capitalia, quinque sensus exteriores, & opera misericordie discurrere.

Confessarius non minori vigilantia, ac prudentia pollere debet in ijs maxime A peccatis inuestigandis, quæ homines eius status, conditionisq. cuius est poenitens, communiter perpetrare solent.

In peccatis vero luxuriæ, summam animi solertiam cum pari circumspeditione verborum debet usurpare. Itaque cum in ijs speciem peccati, & circumstantias, quæ multum prægrauant illud, satis intellexerit, vltius nihil studeat inquirere: in hunc finem circumstantiæ, quæ peccati speciem ab vna in alteram mutant, vel id plurimum deprimunt, plene perfecteq. à Confessario sciri debent; quandoquidem hæc duæ circumstantiarum species necessario inter confitendum explicandæ sunt; ideoq. ad Summas recurrendum erit, in quibus plerumq. hoc versu illæ continentur.

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Præ ceteris tamen prouidus, cautusq. sit oportet, ac modum congruentem sciat, B quo pueri, ac puellæ interrogentur, ne forte, quæ prius ignorabant, eos doceat: verbis autem adeo commodis interrogationes suas circumloqui nitatur, vt poenitentis animus non offendatur: quin etiam dum aurem admouet alicuius confessioni audiendæ, caueat omni modo peccati grauitatem à se auditi, gestu corporis, vel nutu capitis circumstantibus prodere, vel etiam poenitentem ita terrefacere, vt propterea aliud graue peccatum subiceat; immo animum ei addat, vt omnia, quantumuis enormia, & turpia peccata aperire non vereatur.

Confessarius qui priuilegium aliquod, facultatem, vel auctoritatem habet Poenitentium vota commutandi, ea non nisi in alia opera pia maiora, Deoq. acceptabiliora, vel saltem æqualia commutabit, in quo negotio diligenter attendet expensas, labores, aliasq. difficultates, quas sustinere necesse fuisset, si vota à se nuncupata primo modo debuisset persolvere.

Quamuis vero per Iubileum, aut litteras Apostolicas Priuilegium aliquod ei concessum sit ab omnibus peccatis, quantumuis enormibus, ac poenis, censurisq. Ecclesiasticis absoluendi, præmonemus tamen, quod dispensare non possit, cum eis, qui irregularitatem incurrerint, nisi in ipsis litteris expressa huius fiat mentio.

Vt Confessarii plenius instruantur, nec absolutionis beneficium ijs impartiantur, quia eo reuera indigni sunt (id quod vel incuria, vel negligentia, vel alia de causa sæpè accidit, ac proinde multi semper in eisdem peccatis hærent cum animarum suarum lamentabili ruina) idcirco ex plurimorum Theologorum, cum secularium, tum regularium diuersorum ordinum consensu, quædam, quæ in frequentiori consuetudine agendi à Confessariis obseruanda erunt, inferius notauimus: quancumque verò ab ijs poenitentes vel absoluent, vel relinquunt ligatos, volumus, vt secundum id, quod infra dicitur, sua consilia dirigant.

Itaque quandoquidem quilibet, qui iam ad rationis usum peruenit, sub peccati mortalis periculo articulos omnes fidei scire, & intelligere (saltem generaliter) tenetur, necnon Decalogum, & S. Matris Ecclesiæ præcepta ad peccatum mortale obligantia, quæ communiter in scholis cum Catechismo doceri solent: si Confessarius deprehendat poenitentem ignorare ea, quæ diximus, nec ad ea quam citissimè poterit perdiscenda idoneum, non debet eum absolvere: si verò ad ea mandandum memoriæ paratum sese exhibeat, si tamen aliàs à Confessario (siue ipsemet is sit, siue alius) vel speciatim à Pastore suo hac de re admonitus fuerit, debet autem hæc recordari, vt commodius interroget) neque tamen tantum studii adiunxerit, quantum debuit pro capacitate suæ personæ, eousque absolutionem differat, donec aliquo modo satisfaciatur: verum si hac de re admonitus à nullo fuerit, postquam eum in supradictis ita generaliter instruxerit, vt tempore reddatur absolutionis capax, poterit eum absolvere.

Si patres, aut matres familias fuerint, qui curæ suæ subditos, siue filios, & filias; siue seruos & ancillas, (quæ particulatim interrogare meminerint) cum rudimenta fidei non teneant, addiscere non compellunt, vel non aduigilant, vt Decalogi;

A calogi, & Ecclesiæ Romanæ præceptis obediunt, vel, quod peius est, ab eorum obseruatione eosdem prohibent; vt faciunt qui seruos, & ancillas vsque adeo occupatos diebus profestis detinent, vt propria necessitate urgente diebus festis operari quodammodo cogant, vel temporis tantum non tribuant, vt secundum Ecclesiæ præceptum, Sacro Officio Missæ interesse queant, aut qui nescientes quinam eorum qui in familia sua degunt, legitimum habeant impedimentum, promiscuè tempore Quadragesimali, aut aliis ieiuniorum diebus, cœnam vel tempore ante-meridiano escam ante horam debitam in ædibus suis præbent, vel dari patiuntur: aut si, quando hæc præcepta transgrediuntur, eos non reprehendunt, nec corrigunt; vel si serui corrigi nolint, & cæteris scandalo sint, è domo sua non quamprimum eos ablegant.

B In omnibus his peccatis, nisi re ipsa præstent officium suum, negligentiamq. in familia administratione commissam, & quantum ad ea, quæ dicta sunt attinet, in posterum sese emendare committant, nullo modo eos absoluat. quòd si in se recipiant ea se facturos, nec horum admoniti vnquam à Confessario vel Pastore præscripto modo fuerint, poterit eos absolvere: quòd si sapius fuerint reprehensi, nec sese correxerint, tamen absolutio differatur, donec promissa appareant, veræq. emendationis argumenta aliquo temporis spatio offenderint.

Confessarius eundem cum eis modum seruabit, qui contra Cõciliorum nostrorum prouincialium, præcipue vero tertij constitutiones, ac alios Canones nostros, diebus festis operantur, vel à venditionibus, & similibus, quæ in illis prohibentur, non abstinent. Idem etiam seruetur cum ijs, qui in immoderato corporis ornatu & factu mortaliter peccant.

Ac vero cum hac tempestate lux vestium ad summum, quò conscendere potuit, verticem videatur euasisse, idq. magna ex parte culpa & negligentia Confessariorum accidat, qui vel ex inconsiderantia, vel forte dum leuiter poenitentes peccare existimant, nullo cum scrupulo eos absolunt, capita quædam in medium adferemus, quibus propter ornatum, & luxum in vestitu, factumq. animi ingentem, plerumque mortaliter hodie peccatur, vt cum absolutio danda erit, secundum eas regulas, actiones officij sui metiantur.

Si quis igitur vestitu splendidiore induitur, vel eo sese ornat ob finem peccati mortalis, vtrique mortaliter peccat: adhuc qui vestimenti sumptuosi gratia, vel ipse delinquit, vel alij eius nomine præceptum Domini, vel Ecclesiæ transgrediuntur, ita vt, ne vestis non conficiatur, festis diebus factori operandum sit, vel ipse certe faciat eum operari, aut sacrum Missæ officium omittere, vel vt alij omittant præbetur ab eo occasio; vel si causam præstat coniugi, iisve, ad quos spectat eius sustentatio, vt plus quam priuatæ opes ferunt, in vestitum impendant; vel si præuidet, vt merito debet præuidere, aut saltem probabiliter dubitat, quod odia vestium causa gignantur, dissensionesve in ædibus fiant, vel quòd indumenti causa coniux aut aliorum quispiam blasphemias euomat, aut lucra, contractusque illicitos exerceant: His adde eos, qui ornatus gratia non sine peccato mortali superfedent elemosynis necessariis, aut legata pia non exequuntur, aut similia, quibus obstricti sunt; complere negligunt, vel qui pro veste mercedem operariis denegant soluere, vel differunt, aut ære alieno sic se obruunt, vt cum tempore soluendo non sint futuri: In hoc etiam ordine ponendi sunt, qui vt se splendide vestiant, detrimentum proximo notabile inferunt; vel ita se exhauriunt, vt filias cum ad ætatem nubilem peruenerint, in matrimonio collocare non possint, quæ ex re magna damna solent existere: ad extremum cum prudenter colligi possit, quòd non mediocria peccata similia ijs, quæ dicta sunt, inde prodibunt, aut dubitatio verisimilis habeatur, quòd accidere possent, qualia fere solent sumptuosum & insolentem earum usum comitari. In omnibus quæ diximus, iudicandum est peccatum esse mortale indulgere nimio vestitui.

Ceterum cum fieri vix possit, vt qui supra quam suæ copię fuerint, insumit, non animum

DE ADMINISTRATIONE FAMILIARUM.

DE LUXU VESTIUM.

animum aduertat ad peccata consecutura; vel vt minimum possit & debeat aduertere, potest in vniuersum recte iudicari, eos omnes in peccato mortali vitam agere, nisi ex diligenti pœnitentis examinatione certa ratione contrarium existimetur.

Neque solum mortaliter peccatur, cum factæ expensæ in vestes, ordinem, & facultates domesticas excedunt, verum etiam in modo peccatum committitur sese exornandi. quid enim si ornatus ad lasciuiam pertrahat? quod si per se, vel certe ex communi hominum iudicio sollicitet ad peccatum, potest etiam fieri vt per se quidem eo non adducat, tamen occasionem ille suspicetur ex eius generis ornamento, quod à sui ordinis hominibus communiter non gestatur, datum iri certæ personæ, vt illum inhonesto amore prosequatur, vel ne sic accidat, probabiliter timet: denique cum in hoc peccato hæret, ita vitam instituit, vt nullam vel paruum salutis proximi habeat curam; adeo quidem, vt si quem ex sumptuosiss, quibus incedit vestibus, per occasionem misere salutem perdere conspiciat, tamen eum non studeret deponere. Fit deinde non raro, vt cultus ipse prima fronte ad varias species amoris inhonesti prodendas concinne institutus sit, easq. amorum affectiones variis coloribus, dum se comit, & promit, vel alio quocunque modo non perobscure declaret.

Iam vero non solum absoluere eos non possunt, qui peccato mortali valedicere constanter non decernunt, sed nec illos etiam, qui quamuis asserant peccatum se velle deserere, tamen vna dicunt videri sibi non se commercium illius esse relictoros, nisi ea velint remedia apponere, sine quibus Confessarius iudicat ad vomitum redituros.

Est præterea consultum, absolutionem differre, donec euidentis appareat emendatio in iis, qui tamen dicant, ac polliceantur, quod se eximent peccato, tamen Confessario probabilem faciunt metum, ne contrarium contingat. Ex hoc esse solent plerique adolefcentes, qui in otio vitam agunt, qui luxui dediti, crapulam, & amores inhonestos sequuntur, qui libidinibus pascuntur, verba obscœna profertur, murmurant, in odiis, ac detractionibus versantur quotidie, & confessionem differunt in vltimos Quadragesimæ dies: Idem faciendum est cum iis scilicet, vt differatur absolutio, qui cum multis annos in peccatis suis perdurant, nulla interim adhibita opera in emendationem vitæ, in eadem peccata iterum atque iterum labuntur.

Deinde nec eos absoluat, qui cum peccatis mortalibus simul etiam eorum occasiones vitare plane non proponunt. Porro cum è re Confessarij vel maxime sit, vt quæ sint eæ occasiones perspicue sciat, paullo de illis loquemur distinctius hoc loco.

Sub occasionem peccati mortalis omne illud cadit, quod peccandi mortaliter causam administrat, eo quod huiusmodi est, quod vel per se in peccatum inducat, vel eius occasione confitens vsque adeo ad peccandum allicitur, vt certe Confessarius meruere possit, quod ex peruerso quem diu induit habitu, in posterum non magis abstinebit, quam prius à peccato, si in iisdem occasionibus versetur.

Prioris ordinis occasiones, quæ scilicet suapte natura trahunt in consensum peccati mortalis, sunt istiusmodi: aleis ludere, cum mortaliter certo vel probabili periculo animarum; domum tenere in hunc finem aliis paratam; aliquam cum qua sit peccatum vel apud se, vel apud alium suo rogatu fouere, vel quocunque modo in eisdem ædibus habitare, persistere in assidua colloquutione, aspectu, quotidianano congressu, & similibus turpium amorum irritamentis.

Itaque si pœnitentem iis, aut similibus impedimentis irretitum esse perspexerit, ipsaq. occasio talis sit, quæ tum etiam re ipsa existat, veluti quod concubinam alit, vel quid huiusmodi, Confessarius eum absoluere non debet, nisi prius illam ipsam occasionem prorsus abscindat.

In aliis vero, vt in veneris aspectibus diu esse, conuersari periculose cum femi-

nis,

nis, perdurare in tactibus impudicis, si eis nuncium remittere non polliceatur, vel si spondeat, aliàs tamen cum de eodem fidem fecerit, vitam non emendauerit, absolutionem differat, vsque eo dum emendationis quædam argumenta videbit.

At vero cum vsu venire possit, vt ex omnibus, quæ solers ac circumspectus Confessarius excogitauerit, nullum remedium tamen potuerit habere cur pœnitens absque periculo & scandalo magno debeat occasionem præscindere, vtatur Confessarius his viis.

Primo absolutionis beneficium eo vsque extrahat, donec emendationis indicia videat; maxime si absolutio citra aliquod illius periculum, vel infamiam procraftinari possit, eaq. doloris signa perspiciat, eam animi dispositionem promptitudinemq. suscipiendi omnia, quæ pro eius emendatione necessaria Confessarius iudicabit, quo tempore remedia huiusmodi pœnitenti proponet, quæ magis opportuna magisq. necessaria apparebunt: verbi gratia, præscribet ei, ne solus vniquam cum sola versetur, vt oratione augeat, corporis macerationem subeat aliquam, quodq. præcipuum est, vt frequenter confiteatur, aliaq. similia, quæ si pœnitens recipiat in se, poterit absolui.

Contra vero si ab illa diligentia, quam vel ille, vel alius Confessarius iamdiu adhibuit, non se emendauerit, non absoluat donec impedimentum sustulerit, vel nisi quid aliud à nobis acceperit quod conuenire videatur, ad quos in tali negotio recurret, vt factum nobiscum expendat, ita tamen vt nulla fiat mentio peccantis.

Alterius generis occasiones, quæ videlicet ex conditione peccantium sumuntur, ea facta sunt, quæ etiam si per se licent, tamen probabiliter timetur, ne is qui confitetur, in eadem ipsa quæ olim admisit peccata relapsurus sit; si in eisdem operibus in quibus antea versatus est, perseueret: tales ob mundi corruptelam plerimi solent in castris esse, mercaturam sequi, magistratus obire, aduocati & procuratoris officia exercere, aliaq. id genus; quæ dum quis tractat, fit læpe, vt vobis blasphemis, furtis, iniustitia, calumniis, odiis, fraudibus, periuriis, & aliis eiusdem farinae sceleribus, quibus Deus offenditur, tantam sibi eorum consuetudinem ascuerint, vt coniectari liceat, si in eisdem officiis maneant, cum se rursus eadem illæ oblaturæ sint occasiones, quod fortioerem animum ad resistendum peccatis non opponent, quam hætenus fecerint: quodq. inde sequitur, in idem lutum ex integro prolabantur: Omnes qui sunt huiusmodi, secundum B. Augustinum, vel negotium ipsis periculosum deponant, vel saltem absque licentia & obedientia pii ac probatis Sacerdotis non exercent: qui quidem hominem eo modo constitutum absoluere non debet, si existimat ad eadem peccata rediturum, quamdiu in antiqua occasione perseuerat: sed æquum est, vt vitæ emendatio, & quædam illius approbatio per temporis interuallum expectetur. Atqui hic vigilandum est eo diligentius, quo manifestum est hac in parte Confessarios incuria sua maximam præbere causam, cur in omnibus fere opificiis, & exercitationibus publicis peccata grauissima inueniantur, & abusus intolerabiles, sine quibus multi hodie existimant, nec res etiam per se æquissimas recte exerceri posse.

Exempli gratia, in Magistratu adeundo, & aliis officiis assumendis multa iuramenta reperiuntur, quæ seruari debeant; quæ tamen postea non seruantur;

Inter Consiliarios, Aduocatos, Procuratores, clientum perniciet ac damnis incumbitur, contra id quod propria conscientia dicitur faciendum.

Idem fit in bello, vbi duellis locus datur, vbi odiis, homicidiis plena sunt omnia. Inter ludendum maledicta vigent, rapinæ, quæstus meretricij. Apud mercatores hæc regnant, vlturæ, mercium fraudes, cum vel eas miscent, vel malas pro bonis in manum porrigunt, multoq. pluris quam pretium iustum est, eas distrahunt; nec desunt periuria, mendacia, vectigalium fraudulenta auersio, aliaq. eius ordinis permulta.

Plerique opifices festis æque ac profanis diebus ita occupantur, vt nunquam ne-

que

que cultui diuino vacent, neque conciones frequentent, nec se solum, sed ad similem modum totam distantiam familiam habent.

Quamobrem magno numero inueniet Confessarius inter eos, qui talia exercent, omnem vitam fere in peccatis mortalibus duxisse, qui quidem absolutionis capaces existimari non debent, nisi diligentia prius accedat; qua simul & ab inuolucris huiusmodi liberentur, & fortiores contra peccatum reddantur.

Quod si Confessarius posuerit maiorem industriam in iis examinandis, non dubium est, quin plures deprehendet, qui nunquam, vt oportuit, Sacramento Pœnitentiæ peccata sua expiarint, quod cum fuerit ab eo animaduersum, ostendat eis, præterquam quod de emendatione maiorem probationem facere debebunt, vel opificii genus in quo sunt, deserere, etiam totius vitæ confessionem instituire, ac studio vehementi in salutem suam incumbere tenebuntur.

Multo magis Confessarius circa ea officiorum, actionumq. discrimina extirpanda ad laborare debet, quæ nullam vel necessitatem Reipub. vel utilitatem secum ferunt; quæ quamuis ex priori ordine rerum non sint (illæ enim per se ad peccatum mortale inducunt, ac propterea necessario à quouis homine quocunque in statu relinqui debent) nihilominus tamen ad male agendum inlectunt, ac facillimo negotio sapissime ad diuersa peccata trahunt, vt choreis interesse, agere cum blasphemis, versari cum scurris, malorum se sodalitatibus hominum adiungere, tabernas frequentare, otio indulgere, similesq. actiones, in quibus vt plurimum peccare mortaliter homines solent; qui quidem ante non debent absolui, nisi animo ab alienato penitus illa ipsa se deiciuros esse polliceantur.

Et quidem si probabiliter sibi Confessarius persuadeat, posse se fidem primæ vel secundæ à pœnitente sibi promissionis factæ dare, quod scilicet occasionem auferet, poterit eum promissionis intuitu absolueri; sin autem fidem semel atque iterum frigerit, ac tertio iam idem polliceatur, absolutionem differat, vsque dum re ipsa videat pœnitentem se omni peccato liberasse, in quo prius vixerat.

Eos præterea qui contractus nostris conciliis prouincialibus nominatim prohibitos, vel per se aliis illicitos exercent, non absoluat, nisi prius rescindantur, satisfactioq. conueniens pro eis præstetur. Si contractus dubii sint, antequam absoluat, ad Pœnitentiarium maiorem rem totam reiiciat, qui quidem illius explanationem amplio rem penes nos inueniet; sed hoc tempore si pœnitens sufficientem dederit cautionem, quod futuræ definitioni sententiæq. acquiescet, poterit eum absolueri, & ad communionem admittere.

Sed ne quidem Iubilei alicuius tempore, qui ea, quæ ex edicto publico, monitoriove Papali, vel Archiepiscopali notificare tenebantur, subtraherint, nullo modo absoluantur, nisi denunciationem rite prius fecerint, ac omnibus, ad quæ ob damnum inde secutum obligati sunt, satisfecerint. Ceterum ante restitutionem, debitamq. satisfactionem eos non absoluant, qui aliquatenus ad tale quid adstricti sunt, modo id facere possint: eos tamen excipimus, qui ex graui, periculo saq. infirmitate decumbunt, quibus tamen præcipiat Confessarius, oneretq. vt, quam primum poterint, satisfaciant.

Postquam Confessarius omnibus his præscriptis remediis diligenter vsus fuerit, si impedimentum aliquod non videat, ob quod negare vel differre debeat absolutionem; dicat pœnitenti, vt de peccatis omnibus, quæ confessus est, reliquisq. in vniversum, quæ verbo, cogitatione, opere, vel omissione commisit, quorum non recordatur, culpam humiliter suam dicat, confessionemq. claudat.

Quod vbi factum est, Confessarius ei, maxime si talis est qui rarius confiteri solet, peccatorum grauitatem ostendat, ac speciatim ad ea sensim descendat, quibus eum nouerit magis inuolucrum, iisque remediis contra eadem armet & munit, quæ conuenientissima esse iudicabit. Proderit autem hac in parte Methodum Confessorum bene tenere, vel Directorium, atque eiusmodi argumenti libros sibi facere familiares.

Dein-

A Deinde si fuerit necessarium, iniungat ei, vt satisfaciat & restituat rem, famam, vel honorem, quæ proximo abstulerit; tum vbi præscripserit salutarem pœnitentiam, quemadmodum infra dicitur, eum absoluet.

Si forte pœnitens aliquam censuram incurrerit, à qua eum absolueri possit antequam conferat absolutionem à peccatis, eam debet, quæ à censuris datur præmittere; multum autem iuuat ad cautelam, si semper eadem præmittatur, quatenus scilicet potestatem habet, ac pœnitentem indigere arbitrat. Similiter si pœnitens casu aliquo reseruat teneatur, nisi licentiam absolueri habeat, eum non absoluat; aliàs enim in excōmunicationem incideret à Synodo nostra diœcesana lata. Nec ipsi Regulares quantumuis priuilegio, quod Mare magnum vocant, vel aliis quibusuis indultis gaudeant, à prædictis casibus absque peculiari nostra licentia absolueri possunt: quemadmodum Gregorij XIII. Pont. Max. Sanctitas ex Cardinalium consilio, ad quos Concilij Tridentini interpretatio pertinet, declarauit.

Multo minus sese ingerent ad absoluerendum à casibus in Bulla in Cœna Domini contentis, vel aliis Sedi Apostolicæ reseruat.

Atqui vt omnes, qui in nostra versantur diœcesi, vnam eademq. absolueri formam obseruent, hoc quo sequitur modo absolutionem proferent. Sed interim admonemus omnes serio, ne verba ea omittant, in quibus tota absolutionis vis consistit, videlicet: *Ego te absoluo*. Hic itaque omnibus sit præfixus absolueri modus.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam. Amen.

C *Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus. Amen.*

DOMINVS noster IESVS Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si quod incurristi, quantum possum, & indiges.

Deinde:

Ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Passio Domini nostri IESU Christi, merita Beate Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

D In satisfactionibus, vel pœnitentijs Confessarius circumspicendus esse debet, ne adeo leues illæ sint, & faciles, vt potestas clauium in contemptum veniat, ipseque particeps fiat, & confors aliorum peccatorum, neque nimis graues, aut longæ iubeantur, vt vel recuset eas exequi, vel etiam si acceptas habent, postea tamen plene non perficiant.

E Idcirco Confessarius canones pœnitentiales ad vnguem sciatur oportet: nam quamuis illi possint & debeant, secundum prudentis, & morati Confessorij arbitrium mitigari, prout pœnitentis contritio, personarum qualitas, diuersaq. conditio, aliæq. circumstantiæ ostendent, vtilissimum tamen est semper ipsos Canones præ oculis habere, adq. eos tamquam ad amissum respicere, quantum conueniens erit: & quidem Confessarius, etsi pro modo antiquo Canonum pœnitentiam non habet sequi, tamen pœnitenti nonnunquam articulos in ijs explicatos tractabit, vt sic ad maiorem dolorem adducatur, pœnitentiamq. leuiusculam, quam ipsi dedit, alacrius exequatur: & interim hæc quoque perspicietur utilitas, quæ proficitur ex benignitate, quam hodie Sancta mater Ecclesia cum pœnitentibus obseruat, quando disciplinæ Ecclesiasticæ rigorem eis tantopere moderatur. Curet etiam, vt satisfactiones peccatis commissis respondeant. Itaque aduersum peccata carnis vigilias, peregrinationes, cilicia, aliq. similia imponet, quæ macerare, ac castigare possunt carnem. Contra auaritiæ peccata, præter restitutiones, quæ fieri debent, opponet opera misericordiæ pro facultate & modo cuiusque. Peccata superbiæ, quæ in spiritu hærent, oratio comprimet, quæ sub potenti manu Dei homini humiliato fortitudinem, animiq. constantiam acquirere. Præcipiet contra negligentiam in ijs ediscendis, quæ ad verum pertinent Christianum, conciones sacras,

tum

tum etiam, vt ad certum tēpus Scholas, & Catechistas Christianæ religionis frequentent. Remissis hominibus, quiq. in rebus conscientiæ suæ salutaribus frigide se gerunt, præcipiet vt adeant templa, diuinisq. officijs assistant, multasq. vsurpent orationes.

At vero blasphemis, & sacrilega lingua in Deum & Sanctos petulanter maledicis, pœnitentias graues & difficiles iniungent, quæq. culpæ grauitati respondeant, qua in re Canonibus sacris, Pontificiis decretis, Concilio Lateranensi, ac nostrorum conciliorum statutis sese conformabunt. Verum hac in parte integro iudicio & personarum delectu vtentur: non enim omnibus omnia conueniunt: quare non mandent pauperibus, vt liberaliter tribuant elemosynas, neque iis, qui diurnis sudoribus victum sibi suisq. quaritant, ieiunia prolixa, ac simile iudicium in reliquis pœnitentiis vsurpabunt & sequentur. Videndum est etiam, vt qui publicis vel scandalis, vel sceleribus delinquant, non absoluantur, priusquam satisfactionem item publicam, ac pœnitentiam peccato congruentem iis iniunxerint, vt simul cum emendatione vitæ malefacta publica benefactis, refarciant; qua in causa Concilij Tridentini præscriptum obseruabunt, ac institutionem nostram super hac re in primo, ac tertio prouinciali nostro latam, qui etiam pœnitentias publicas in alias secretas non commutabunt, nisi expressam à nobis huius rei habeant potestatem.

Vt liberior sit Confessarius in exequendo officio, quod illi cum pœnitente est, maioreq. apud eundem in auctoritate habeatur in decernendis ijs omnibus, quæ ad pœnitentis salutem referuntur, non solum fugiet studiosè auaritiâ, sed etiam omnem eius, vel minimam suspicionem. Nominatim autem pecunias, vel aliquid huiusmodi pro confessionum audientia non petet, etiam si occasio se præbeat: ac ne signum quidem, vel minimum eius ostendat: quin potius voce & re ipsa declaret animum se prorsus abhorrentem à talibus habere. Cum pœnitenti iubebit, vt Missæ sacrificium faciat vsquam peragi, nec rectè, nec obliquè significet quasi velit ipse celebrare, vel in sua Ecclesia, aut Monasterio curare celebrari.

Idem faciat in satisfactionibus ijs, cum pœnitens vel debita incerta reddere pauperibus, vel pro votorum commutatione aliquid soluere debebit.

Sed neque pecunias, aliave, quæ à pœnitente restituenda sunt, propriis dominis in se prouinciam reddendi assumat, nisi necessitas id requirat, vt videlicet hoc modo pœnitens non prodatur: quod cum erit ab eo factum, curet, vt is cui rem restituit, chirographum suum in testimonium ei tribuat, vt illud pœnitenti consignet, ac plane eo modo procedat, vt omnem speciem, ac signum auaritiæ subterfugiat. Præ omnibus autem Confessarius caueat, ne verbis, vel signis, vel quocumque alio modo, peccatorem, vel peccatum ipsum, vel aliquam circumstantiam personæ, cum qua peccatum perpetratum est, prodatur; denique verbum nullum ex ore eius excidat, ex quo aliquo modo in peccati quantumuis leuissimi, quod in confessione dictum sit; notitiam veniri possit.

Cumq. pro rei alicuius controuersa, quæ in confessionem incidit, clariore definitione consilium ab aliquo petendum erit, summa ad id prudētia adhibeatur necesse est: tractetur igitur, vel cum iis hominibus, ac modo tali, vt is qui peccatum commisit, nullo modo deprehendi possit. Ideoq. consultum videtur, vt nullam planè apud alios mentionem faciat vllò tempore peccatorum, quæ in confessione audiuerit: quod si postea necessitate coactus, cum ipsomet pœnitente de peccatis loqui cōtingat; id quod nisi præfata venia faciat, & ipsum colloquium obtinebit vim confessionis quantum ad secreti silentium attinet. Si pœnitens à Confessario postulet testimonium sibi dari, quo se eius confessionem audiuisse fateatur, quod illud dicat se velle Pastori suo ostendere, quod semper in confessione Paschali facere tenetur, eam secundum formam, quæ infra ponitur, scribat. Atqui eo quod attestatationum harum multa exemplaria impressa singulis dabuntur Confessarijs, curet Confessarius, vt suas præmanibus habeat, nullisq. eas tradat nisi quorum confessiones audiuerit. Attestationis formula hæc erit anno, die talis Mensis

Sacra-

A Sacramentum pœnitentiæ administrari N. habitanti in parochia. N. Scribat in primo albo diem quo pœnitens confessus fuerit, secundo mensē, tertio nomen & cognomen, quarto parochiam in qua pœnitens habitat. In calce Confessarius nomen & cognomen suum subscribat cum titulo beneficii, vel officij Ecclesiastici à quo communiter denominari solet, veluti, Rector, Vicerector, Canonicus, vel Sacellanus Ecclesiæ N. vel si Regularis sit habitans in monasterio N. At qui quicquid in attestatationum albis scribendum est, totum id ipsiusmet Confessarij manu scribatur, vel saltem dies, mensis, ac ipsius Confessarij subscriptio. Vtile præterea erit si confessarij omnes in tabulis nomen & cognomen scribant eorum, quibus dictas attestatationes subscriptas tradiderunt, seruentq. eas tabulas penes se, vel post octauam Paschæ nobis, aut si in dioecesi sint, Vicariis nostris forensibus exhibeant, idq. vt exactius animaduertere possimus num fraus aliqua in dictis attestatationibus à non confessore quodam facta sit.

B Pro maiore confessariorum instructione atque in iuuandis eorum animabus, quibus pœnitentiæ sacramentum administrarunt, vt certa quadam forma vtantur, qua pœnitentes in gratia accepta perseuerare ac progressum facere doceant, infra scriptas adiunximus admonitiones.

Confessarij omnes, quemadmodum Patres spirituales decet, circa pœnitentes suos summam prudentiam adhibeant necesse est, vt instruantur dirigantq. paulatim ad virtutes Christiano homine dignas. Peculiariter autem industriam & studium suum erga eos magis explicare debebunt, qui in patres sibi confessarios suos cooptant, vt ad eos in dubijs & controuersis suæ conscientiæ rebus quotidie, tum pro consilio, tum pro expiandis peccatis possint accurrere. Qui quidem ad eum modum filios suos spirituales in bono proposito confirmare nitantur, vt constantissime sibi proponant potius quàm diuinam Maiestatem offendant mortaliter, non solum bona ac honores, sed etiam vitam profundere, viuumq. præferant, & salutare desiderium secundum sanctissimam Dei voluntatem totam vitam suam expendere.

C Quare finem ob quem creatus est homo, eis ob oculos crebro ponat; qui quidem est seruire & obedire in hac vita diuinæ Maiestati, & in altera in omnem æternitatem eadem frui, aliaq. similia; ac proinde debere hominem exsuscitare animum & vires sibi sumere, salutiq. suæ cooperari, atque eatenus rebus omnibus vti, vel abstinere, quatenus ad hunc finem consequendū adminiculo vel impedimento esse possint; ad extremum, huc se totos actionesq. suas, atque vniuersa quæ in hac vita possident destinare, ita vt in victu, vestitu, consuetudine vitæ, negotiis, omnibusq. aliis exercitationibus ira sese gerant, vt omnia quasi quædam adiumenta eis esse possint ad vltimum finem, cui conditi sint, consequendum. Ceterum ipsi pœnitentes paratos sese exhibeant, non solum in earum rerum vsu prudentiæ, ac salutari consilio confessarij libenter acquiescere, verum etiam si ille omnia plane vel aliqua ex iis quæ habent deserenda esse iudicet, causa salutis eorum semper ei obediant. Confessarius tamen iuxta vniuscuiusque conditionem ac statum ad finem supra dictum eos diriget.

D Proponat eis etiam modum orandi, vt feret singulorum capacitas, & pro religiosa consuetudine omnes nitantur bis saltem in die facere preces ad Dominum, mane videlicet cum surgunt, ac vesperi dum cubitum concedunt.

Deinde exhortabit eos, vt singulis diebus sacrum audiant, & diebus Dominicis diuina officia frequentent.

Particularim vero modum eis præscribet orationes mentales faciendi, siue viri, siue mulieres sint, modo tamen capaces sint: rudioribus autem ostendet quomodo Rosarium, siue Corona, Officium B. Virginis, septem Psalmi pœnitentiales, aut similes aliæ orationes legi debeant.

Quod amplius est, omnes suæ fidei concreditos eo inducet, vt examen conscientie, quotidie faciant: tempus autem huic rei accomodatū erit, dum vesperi

Cc

signo

signo publico campana simul cum tota familia ad preces inuitatur. Admoneat quoque eos de frequenti confessione & communionem, & paulatim eos secundum B. Augustini consilium in sanctam eam consuetudinem adducat, ut diebus Dominicis communicent. Quando autem aliquem nati erunt, quem ad hoc præstandū esse videant in idoneum, conabuntur eum paulatim, ac veluti per gradus quosdam eò euehere. Primo hortabuntur, ut quando omnes debent percipere venerabile Sacramentum, etiam festis toto anno celebrioribus, præter ipsum diem sollemnem Paschæ, quo debent omnes communicare, scilicet festo Pentecostes, Assumptionis B. Virginis, Omnium Sanctorum, Natalis Domini: deinde etiam Dominica in capite Quadragesimæ, pro indulgentiis plenarijs acquirendis, ac præparatione ad sanctum quadragesimale ieiunium: paulo post superaddat aliquot dies: postea hortetur, ut singulis mēsis semel id præter. Quod si fiat, facile ad communionē octiduanam erit progredi.

Speciali cura eos admonebit Confessarius, ut dies festos in honorem seruitiumq. diuinum impendant, quod ut commodius fiat, auctor eis erit, ut alicui sociari sese associant, quæ ex instituto proprio dies festos in orationibus, pijsq. operibus expendit: veluti est ea quam scholam vitæ Christianæ dicūt. In vniuersum autem patres, matresve familias admoneat, ut familiam suam ad Dei honorē instituant, ac liberorum suorum curam eximiam habeant; qui interim dabunt operam, ut visitent scholas, ubi doctrina Christiana docetur, modo ducant vna secum eos festis diebus ad conciones, ad Vespertinas preces, ad prælectiones sacras, modo ad frequentem confessionem & communionem eos accommodent. Si qui ex filiis uxorem duxerint, curabunt parentes, ut opera maritorum etiam illæ sacramenta frequentent: vel si uxores sint, cum maritis similiter agant: qua in re in memoriam eis reducant quod S. Paulus ait: Maritus bonus, (inquens) sæpe uxorem Christo lucratur, similiter & mulier virum. Eis qui litteras norint, suadebunt ut libros aliquos pios & sancte scriptos emant (si modo facultas suppetat) quos & ipsi legant, ac faciant legi à tota familia circa vespem, præcipue diebus festis: tales sunt, Vitæ Sanctorum Patrum, Gerson de imitatione Christi, Opera F. Ludouici Granatensis, Exercitia vitæ Spiritualis, & Rosarium Gasparis Loartis, Præctica orationis Spiritualis P. Matthiæ Capuccini, & alii similes.

Sæpius diuitibus in mentem redigant, eos dispensatores esse diuitiarum quas possident, quibus ordinem ac statum suum sustentare & alere possint, verum id Christiane, modesteq. faciendum esse, ut non solum in vsu diuitiarum non supra quam eorum vires ferunt, sed potius infra aliquid expendere cernantur, quod etiā Gentiles olim non solum verbis, sed etiā domesticis exemplis ostenderunt. Porro in elemosynis liberaliter faciendis studeant excellere, ad hoc enim obligantur: ac ne forte aberrant a modo conuenienti hominum religiose pieque sentientium consilium in his sequantur.

Postremo secundum vniuscuiusque modum & conditionem omnibus & singulis ea præscribant adiumenta, quæ maxime necessaria, vtiliaq. esse iudicabunt, ut in via mandatorum Dei sui ambulent, ac proficiant.

F I N I S .

ARGUMENTVM QVARTI LIBRI.



POST Scholasticam, & Præcticam Theologiam, quæ docentur in Scholis, sequitur Catechetica, quæ ad vtriusque illarum vsū in domesticis fidei instituendis pertinet. Inter hos autem cum primi se offerant pueri, quos Dominus IESVS, ut sinerent venire ad se, mandauit Apostolis: deinde cum potissima erga clericos adhibenda sit cura, ideo enixe conueniendum est, ut quàm optime, ac quàm rectissime informentur. Nam quæ iuuandis reliquis Christianæ Reipublicæ præcipuis Ordinibus (nempe Regularibus, & alijs, etiam Militaribus) cura fuerit impendenda, eam Quintus liber excipiet. At quoniam summi momenti est, quo quisque animo huic operi lucrandarum CHRISTO animarum se addicat: propterea omnium animi erant ijs rationibus præmunendi, quæ non tam è theoria, quàm ex ipso vsu inter summas difficultates, quas peperit hæresis, atque perfidia, petita sunt: Cum vero è clericis efficiantur Sacerdotes; quorum opera & Regibus, & alijs Principibus, ac vero non solum Paræcijs, sed & Episcopis, Cardinalibus, Pontificibus Maximis, in grauissimis functionibus pernecessaria est, idcirco ut quænam hæc sint, noscant priusquam è Seminarijs, vel scholis omnino exeant, quartus hic liber ostendet: sequentia vero capita rem totam vberius aperient.






CAPITULA LIBRI

QUARTI.

- 1 **R**ationes, & exempla, quibus adduci debeamus, ut negotium salutis animarum alacriter suscipiamus.
- 2 Cur non percipiatur ab omnibus is fructus, quem utique percipissent, si epus Domini serio age-re voluissent, ac quoniam modo impedimenta submoueri possint.
- 3 Si omnino negotium salutis animarum nequeat perducere ad effectum, quæ nam utiliter cogitanda sint.
- 4 Qui nam libri, quæve loca Scripturarum, & Patrum per aliquot dies legere, vel meditari utilissime poterunt, qui negotio salutis animarum, præcipue in missionibus, operam sunt daturi.
- 5 Quæ ad catechizandos rudes optimè monuit S. Augustinus.
- 6 Auctoris Epistola ad Iuonem Tartevium maioris Ecclesie Trecentis in Gallia Decanum, qui postea à Calvinianis hæreticis interfectus est. In hac vero Epistola hæc continentur. Necessitas Catechismi, pueros, atque aded quosvis edocendi. Exempla item Summorum Theologorum, quibus præter alias rationes id ipsum probatur: & obiectiones quedam etiam Gersoni Cancellario Parisiensis Academiæ olim obiectæ refutantur. Utilitas summa Rerumpublicarum, & extirpatio hæresum per catholicum catechismum, ubi aduersariorum alia inania argumenta diluuntur. Ratio docendi Catechismi, qua item Concionatoribus, quantumvis præstantibus, plura proponuntur utilia.
- 7 De Catechismi catholici utilitate, ubi Aduersariorum alia obiectiones diluuntur.
- 8 De ratione docendi Catechismi, ac primum de pietate.
- 9 Gregorij XIII. Pont. Max. Ampliatio Indulgentiarum à Pio V. sel. rec. concessarum Societatibus ad pueros, & rudes in bonis operibus, & Doctrina Christiana erudiendos, deputatis.
- 10 Institutio ad pietatem, ac prima litterarum studia, quæ in Scholis puerorum adhibenda est.
- 11 Seminaria Clericorum, & Scholas antiquitus fuisse institutas, tamquam Nouitiatum quosdam, in quibus Clerici accuratissimè probarentur, & excolerentur.
- 12 Ratio disponendi, & administrandi Seminaria Clericorum. Vbi & Regule eorum quedam ad Sodalitatem B. Virginis pertinentes.
- 13 Quæ nam in primis audire Clerici debeant, ut studia pietatis, & litterarum methodo rectissima absoluant. Quæ item ratione docendi sunt, quæ ad Stylum, & dictionem attinent, ne in errores, aut hæreticam dicendi, scribendive modum impingant.
- 14 Ratio legendi eos Auctores, qui gesta Martyrum, & aliorum Sanctorum verius scripserunt. De veteribus item, ac recentioribus Historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus agitur.
- 15 Orandi, Meditandi, Psallendi, siue B. Virginis horas recitandi, Breuiarij item non tam legedi, quam iutelligendi, atque ad usum aliorum adhibendi, quoniam ratio fit interior, & utilior. Agitur aliquid de libris spiritualibus.
- 16 Quæ ad ritus sacros, ad computum, ad Kalendarium Ecclesiasticum, & ad Diuina officia attinent, cum scitu necessaria sint, vnde nam facilius, & liquidius cognosci possint.
- 17 Docendos esse Clericos, quæ ad usum Catholici Catechismi Romani in explicandis Euangelij pertinent, ac sensim exercendos in Concionibus rectè habendis. Vbi & de officio Concionatoris agitur exactè.
- 18 Iuuandarum Paraciarum efficax, & commoda ratio, quæ etsi in primis ad Episcopos spectat, pertinet quoque tamè ad Sacerdotes, qui ut Episcopis inseruiant, in Seminarijs instituuntur.
- 19 Spectantia ad Episcopos, & Parochos, quæ tamen ex parte referuntur in fine ad superiores.
- 20 Quæ de reliquis officijs Episcoporum, Nunciorum Apostolicorum, Cardinalium, itemque Regum, & aliorum Principum, atque Ducum exercitus, deq. operib. pietatis noscenda sunt à Sacerdotibus, qui in Seminarijs instituti fuerint; vnde nam peti possint.



ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

Liber Quartus

BIBLIOTHECAE SELECTAE,

Qui est de Theologia Catechetica



RATIONES, ET EXEMPLA, QUIBUS
adduci debeamus, ut negotium salutis animarum alacriter suscipiamus.
Caput Primum.



INITIA bonarum omnium rerum, sicuti & semina rerum naturalium solent esse minima. Ex ipsarum enim eiusmodi rerum effectis, & magnitudine, liquidius denique agnoscitur altitudo diuitiarum & sapientia benedicti Dei, qui nec multos nobis, neque multos potentes, sed infirma mundi elegit, ut ita magis abyssus illius magnitudinis clarificaretur.

2 Rerum quarumlibet arduarum (viti naturalium quoque progressu) temporis spatium necessarium est: Ita enim rebus paulatim crescentibus ipsius D. Maiestatis lux, atque cognitio suauiter mentibus nostris illabitur. Quam quidem vnico intuitu perfectæ iam rei, completi animo non possemus, sicut succedentibus sensim cremetis noui lucis radij aciem oculorum nostrorum commodius illustant: Præterquam quod ea, quæ ex illius omnipotentis charitatis officina procedunt, si illico absoluta prodirent, non ipsi Deo, sed alienæ fortassis causæ adscriberemus, quasi manus nostra esset excelsa, & non Deus faceret hæc omnia. Nec vero quoniam triticum in terra diu latet, aut super terram aliquos menses sine spica dumtaxat herbescit, idcirco de maturitate desperamus, alioquin nec parentes plantarent earum arborum semina, quæ non sibi ipsis, sed posteris fructum solent afferre.

CUR IN-
TIA bono-
rum rerum
parua
1. Cor. 1.

TEMPO-
ris neces-
sitas in re-
bus: arduis
& cur.

NOTA

MATERIAM
omnem esse
preparanda-
dam.

3 Accedit, quod, ut agens non agit, nisi in passum bene dispositum, ita materia preparanda prius est, quam introducat forma. Neque enim peritus medicus esse censeretur, qui antè fortiora pharmaca, syrupos, & leuiora medicamenta non adhiberet.

4 Rerum ad conuertendas animas, ac denique ad Ecclesiam, vel fundandam,

vel (vbi religio concidit) instaurandam, spectantium firmitas, non solum diurni temporis spatium, verum etiam labores, sudores, miras vexationes, & sanguinis ipsius effusionem ferè semper requisivit. Nam ita se magis Diuina vis exercit, dum (quasi ex allisis lapidibus ignis) claritas veritatis erumpit, vt varij aduersarij, atque certamina varias virtutem amantibus coronas pariunt.

5 Certissimum est, ac passim in diuinis scripturis patet, Dei voluntatem esse, vt homines salui fiant. Deumque nolle aliud, quam nostram sanctificationem. Itaque quidquid nobis præter peccatum accidit, ad quod humana voluntas cogi nulla ratione potest, id nullam habet rationem mali: proinde labores, persecutiones, verbera, reuera malum non sunt: alioquin hæc omnia Filius Dei non elegisset. Quam obrem, & nos eadem in Diuino negotio procurando alacriter sustinere debemus, certissimi Deum manum suppositurum esse, ne ultra id tentemur, quod ferre non possimus, quin cum tentatione prouentum quoque daturum.

PECULIA-
RIS CVRA
DE ERGA BO-
nos.
Zach. 2.
Psal. 91.

6 Sacra Litteræ docent, vt reliquorum, ita proborum & innocentium hominū peculiarem à Deo curam haberi: Qui vos tetigerit (inquit) tangeret pupillā oculi mei: & Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei commorabitur. Hinc fit, vt apud Deum anima vnus eum timentis magis æstimeretur, quam mille filij impij. Itaque qui nihil in tota vita sua ageret aliud, quam vt hominē vnum accuratè vias Domini doceret, is sanè tamquam Angelus Dei operam suam vtilissime poneret. Cum autem aliquis amicus Dei efficitur, nihil nõ obtrinerè potest à Deo, qui voluntatem timentium se facit. Qui enim apud Principem aliquem gratiosissimus est, multo plura vnico verbo & momento ab eodem, quam reliqui plurimi ne multis quidem supplicibus libellis, ac diurno studio assequuntur. Notissimum autem est illud exemplum ancillæ Iudææ, cuius vnus opera vti voluit Deus, vt à lepra Naaman Syrus liberaretur, ac Deus verus inter ipsam perfidiam agnosceretur, & coleretur.

NOTA

4. Reg. 5.
Luc. 4.

DESIDERA
seruendi
Deo ad exi-
tum perdu-
cuntur.

7 Firmissime quilibet sibi persuadeat, bona & sincera Deo inferuendi desideria numquam sine Diuino numine nobis immitti. Ea vero si sedula charitate foueantur, ad exitum tandem à Deo perducuntur, cuius opera cum perfecta sint, is etiam cum dat velle, largietur haud dubiè, & perficere.

1. Pet. 3.
2. Pet. 2.

Exod. 13.
Gen. 17.

IN CHR-
ISTVM CIBI SE
spiciendū.

8 Exemplā veteris testamenti hæc omnia comprobant, illudq. ingens fidei, & patientiæ Noë, qui centum totos annos arca ædificandæ, ac tantum octo animabus humanis adseruandis impendit: Vnde postea factum est, vt & ex inuicta patientia paucissimæ illæ animæ totum postea terrarum orbem instaurarent. Quare non parum sciat, se profecisse, qui paucissimos cum Deo coniungit, eosq. in tuto collocat. Trita verò sunt reliqua, sed tamen expendenda, quæ in Moyse qui greges pascibat: in Abrahamo, in cuius semine benedictæ sunt omnes gentes: & in alijs inter summas quasq. difficultates contigere.

Rep. 9.

9 Christus autem IESVS æterna Patris sapientia, totius boni, & veritatis fons seipsum euidentissimum constituit exemplar, ex quo rationem expectandi, patienti, & lucrandi animas, petere debemus: Spinas certe, flagella, clauos, vulnera, & ipsam Crucem ostendit: quibus ipsius Regnum fundatum est, vt & nos aliqua ratione ex tanto exemplo excitemur; & inde præsidium precemur assidue.

APOSTO-
LORVM
exempla.
S. IACOBVS
Apost.

10 Ceterum cum hoc opus non currentis sit, sed volentis, ac miserentis Dei, expectanda ita Patris hora est, & temporis plenitudo, vt cum in eius manu omnia sint posita, nos item ipsos in ipsius manu ponamus, Diuinæ eius voluntati oratione priuum, deinde reliquis rationibus sincerissime cooperantes.

11 Apostoli, & reliqui antiquissimi viri sancti hanc ipsam Domini semitā in Evangelio annūciando triuerunt. Ac cum S. Iacobus Apostolus octo solum animas in Gallæcia Christo Domino adiunxisset, vtilissimum tamen laborem impendit. Per illos enim denique Gallæcia, magna pars Hispaniæ conuersa est, & diuinus factum est, vt cum viuentem Apostolum audire nolissent, ad eius demortui cadauer postea vndique accurreretur, cuius fidem, & orationem per tot secula implorant.

A plorant, atque etiamnum implorant. Ita B. Apollinaris duodecim annos in Rauennæ suburbiis demoratus, terque ad eam ciuitatem rediens, licet denique martyrium subiit, operi tamen inchoato constantissimam operam nauauit. Quare quod viuens efficere non potuerat, decedens ex hac vita consecutus est. Sic Rauennates per tot secula insignem venerantur Doctore, & Patronū, quem non vno supplicio excruciarunt. Alii vero, qui variis, & pluribus cruciatibus plures annos fuerunt attriti, sic tamen perseuerarūt in oratio, vt deniq. feritate deposita ciuitates patientiam eorū admiratæ fidem Christi receperint. Quæ quidē omnia possent nostram socordiam & veterum excutere, si ij essemus, quales esse deberemus, aut adeo haberi volumus. Cū vero in primitiua Ecclesia fundanda Christus Dominus voluerit, vt trecentos ferme annos quicunq. Pont. Max. fuere, hi pro eius fide martyriū aut varias persecutiones subirent; sanè intelligitur non esse ignaui, aut cōmoda, vel studia quærentis propria, salutis animarū procuratiōe. Illud autē crebro memoria repetendum est, qui sibi colligendis, & abnegandis magis enixe vacarunt, his Deum fuisse vsum in magnis fidei negotiis. Perspicax enim Diuinæ Maiestatis oculus aptiora instrumenta cognoscit, & deligit, perq. eos in momento temporis sæpe efficacius agit, quam diurno tempore per plerosq. homines, qui vel sibi, vel Mundo melius alijs sapere videntur. Quod cum in multis, tum in S. Antonio præcipuum fuit, qui Alexandriam veniens, breuissimo temporis spatio mirram Arianis inulit cladem, quantam fortasse perdocti & literati multi (licet catholici) longissimo vitæ spatio non intulerunt.

B. APOLLINARIS.

PONTIFF.
MAX. fere
per 300. an-
nos fuere
martyres.

S. ANTONIUS infert
cladem Arianis.

12 Qui sibi blandientes existimant, si sibi ipsis à labore temperarent, fore, vt & diutius viuerent, & ideo animarum conuersioni diutius operam daturi essent; ij non intelligunt, si Apostoli ipsi, quibus pene solis ædificium Ecclesiæ nitebatur, id cogitassent; neque sanguinem, nec vitam profudissent; quod tamen efficacissimum fuit antidotum perfidiæ tollendæ, ac fidei stabiliendæ, addo item maiori operariorum numero ad gloriam Dei propagandam excitando.

NON esse
cessandū à
labore ob-
spem vite
longioris.

13 Quin etiam multo longiorem vitam vixere Dei serui, qui tanquam violenti ceperunt ipsius Regnum, quam ii, qui ætate, non virtute vitam longissimam egerunt. Plura enim ii vna ipsa die vigilantiæ, & sincerissima diligentia effecere, quam qui otio, focordia, somno, diiudicandisq. alijs, dum habent multum, quod de se cogitent, in proprijs phantasmatibus marcescunt. Id autem liquidius cognoscetur, si Beatæ Catharinæ Senensis, & eiusmodi aliorum vitæ curricula æqua lance pendantur, atque adeo cum aliorum istorum vitis conferantur. Sancta enim illa virgo, cum die nocteq. se sequi horam somno daret, resq. serias ad Dei honorem, & proximorum salutem ardentissima charitate incessanter procuraret, breui certe spatio consummauit tempora multa. Itaque trigesimo tertio anno vitam hanc finiens diutissime vixit, ac viuit adhuc, cum eius scripta & facta vniuerso Christiano orbi splendidissimum lumen effundant, ne quid dicam de innumerabilibus bonis, quæ in Sanctorum cœtu à sponso suo Christo Ecclesiæ procurauit, & curat.

A T O R E

SERVI DEI
citus mo-
rientes, diu-
tius vix-
runt.

B. Cathari-
na Senensis
viuit adhuc

14 Porro si peregrinationes Virorum Religiosorum cogitemus, quantopere nempe diuinam gloriam, gentium remotissimarū salutem paucissimis annis in Indis orientalibus, & occidentalibus promouerunt, intelligemus, & plurimos etiā probos alioquin homines, qui diutissime vixerunt, ne minimam quidem fructus partem præ illis Ecclesiæ Dei attulisse.

CUR NON PERCIPITUR AB OMNIBUS

is, fructus quem vique percepissent, si opus Domini serio agere voluissent, ac quoniam modo impedimenta submoueri possint.

Caput II.

DEBITA
MEDIARE
cessaria ad
D. edificium.



VOD per sapientia Diuinæ vias nolunt incedere, quæ omnino vult, vt in multa patientia, paupertate, nuditate quotiescumq; occasio id ferat cœlestia seramus. Cum enim incommodis ob Dei obsequium tolerandis, aut suorum iudiciorum abnegationibus nolunt assuecere, minus amantur à Deo, minus ad eius negotia adhibentur, qui magis semetipsos, quàm Deum, ac magis ea quæ sunt priuata voluntatis, & amoris proprii, quàm animarum salutem diligunt. Nam pro animabus proximorum animas nostras (ita Deo volente) ponere debemus. Hinc itaque fit, vt ad ædificium Christi extruendum debitis medijs non vtentes, vix quidquam solidi vnquam ædificent.

CIBVS
in mensa hoc
est Crucis
Christi sum-
mendus.

2 Huius verò potissima causa est, quod numquam altè gustarunt quàm suavis sit cibus, qui de mensa Crucis Christi Domini, hoc est, in multa tribulatione sumptus in corde coquitur, vbi scilicet ex charitate animæ quasi esuriuntur, & manducantur.

3 Aut, quoniam proprii nominis honorem (quasi soli ij sint magni concionatores, qui frequentes habent auditores, aut multa verba effundunt) tamquam scopum, ac præmium suorum laborum stultissimè sibi præfixerunt.

4 Aut in studiis curiosis, & inutilibus pro eorum curiositate potius quàm pro ratione tempus, quæ præciosissima res est, infumunt. Ad interim, quod præ manibus habent, & ad quod missi sunt, fallaci torpore committentes.

NOTA

5 Aut forsitan quoniam declinantes alias confusiones, indirectè, nec sincerè, vel quæsiuerunt, vel saltem amarunt ipsarum missionum occasiones, in quibus dum propria voluntatis radix virefcit, Diuina virtus arefcit, & Christi voluntati ponitur obex.

IMPLICATA
in secula
sclerata de-
sideria.

6 Aut sese negotijs secularibus falso boni prætextu implicantes non intelligunt, vel quid sibi temporis iis in rebus perit, vel quas difficultates, & obicem spirituum negotiorum progressui admovent: vel denique non cogitant, quàm cur eum spectè cauendum sit, ne calum cum terra misceant, qui cum se cœlestibus rebus prorsus addixerint, proni, & præcipites ruunt in terrena negotia.

NOUITAS
in hęc ac-
cipiente in-
sinuada da-
num asserit.

7 Aut Superiorum, & meliorum consilia sic spernunt, vt de suo capite non iam insinuanda fidei, & pietatis rationem inuehere, aut inuectam sequi, vel hæreticis quoque principibus præstito aliquo iuramento temerè, vel callido potius astu, quàm prudenti simplicitate docere, quæ fidei sunt, audent. In operibus aptem (vt Basilius inquit) contra præscriptum superiorum factis maius peccatum est, quàm bonitas eorumdem operum sit, quæ tamen nulla esse potest dum insinuari fides tentatur alia, quàm decet ratione. Sed & æquum est (ait Bernardus) vt qui Deo non obedit, huic inferior pars, id est, caro non obtemperet. Ac nullo alio vitio præcipitem diabolus monachum pertrahit, ac perducit ad mortem, quàm cum eum neglectis consilijs seniorum suo iudicio persuaserit, definitioniq; confidere, quem admodum dixit Moyfes apud Calsianum.

Collat. 2.
cap. 11.
PRAEPOSTE-
RVS ordo.

8 Aut quod ea in corporis parte in qua positi sunt, manere nolunt: vel præpostere tractant, quæ essent ordinatè tradenda; vel denique ea docere alios volunt, quæ ipsi nondum percipere; nec vero eos, qui ea norunt consulere magna cum animi demissione volunt.

9 Aut verentur, quin si quos ad Christum Dominum, & eius Ecclesiam adiunxerint, hi demum Sacerdotes Catholicos non sint habituri, qui eos excolant.

Potens

A Potens autem est Deus suscitare ex lapidibus filios Israel. Quare nec destitit Pa- tres antiqui aliquibus conuertendis operam suam impendere, licet nulla tum spes affulgeret præsentium operatorum; qui verò conuersi sunt, ipsi per se Diuina tantum gratia nixi, à gentilium erroribus diu abstinerunt, ac non paucos post annos à Dei bonitate ad illos missi sunt alij Sacerdotes, qui eos iterum Sacramentis munierunt.

10 Aut quod, ommissa spiritali cura salutis suorum domesticorum, alijs vacant, cum qui eam deserit, crudeli sit deterior, certos autem pro incertis relinquere, nec ordinatè charitatis, neque sinceri iudicij, ac proinde nec Diuinæ voluntatis est argumentum.

B 11 Aut suæ quieti & commodis priuatis eorum vitam prætexunt, qui sese contemplationi dederunt. Ita enim quoniam in eos qui proximorum saluti vacat, turbationes plerumque cadunt, studium interioris pacis obtendunt, semetipsos potius, quàm alios fallentes. Interea verò meditari nolunt eos, qui re vera se totos vitæ contemplationi addixerunt, omnia mundana reliquisse: sub aliorum obedientia humiliter, ac diu vixisse: incommoda penè incredibilia volenti animo subijisse: omnem quietem vti athletas insuperabiles abs se amouisse. Quo verò tempore hæresis, & aliæ persecutiones Ecclesiam Dei oppugnarunt, non defuisse eos, qui vita contemplatiua relicta cucurrerunt, ad certanda pro fide Christi bona certamina, sicuti de Aphraate, & Isaaco memoria proditum est. Interim autem dum orationi vacabant, maximam vitæ partem nullo penè cibo traducentes etiam in vinea Domini (oblata occasione) strenuè laborarunt. Quod ipsi quoque Sanctæ Magdalena (meliorem licet partem elegerit) scimus contigisse.

C 12 Aut quod sese frustra tempus terere existimant, si inter mercatores versantur, quoniam hi ab illicitis commercijs abstinere nolentes, viam sibi salutis præcludunt. Nam & inter tales aliqui reperiuntur, qui pietatis studio incensi exemplo alijs relinqui possint, multa verò alia peccata queunt impediri, quia his sublati radix vsurarum auaritia ope Diuina potest euelli. Ac vt illa euelli non posset, minor certe poena futura est iis, qui reliqua peccata dimiserunt, præterquam quod iustificatur Diuina iustitia, quando misericordiæ vias ij noluerunt insistere.

D 13 Aut quoniam Diuina gratia, qua erant ornati, cum aliquò mitterentur, hanc aliquo peccato commisso amiserunt, quod nisi celeri contritione, & Sacramentali confessione (cum primò Sacerdotem legitimum adire possunt) eluant, cæciores in dies fiunt, & in alia peccata grauiora prolabantur.

14 Aut denique quoniam alijs prosperè negotium Diuinum agentibus, nò solum haud congaudent, verum etiam inuident: quæ fraternæ gratiæ inuidia, cum aduersus Spiritum sanctum horribile peccatum sit, sanè fontem Diuinæ gratiæ in illis citissimè exsiccat. Quare hæc impedimenta sequentibus rationibus submouenda sunt Diuina aspirante gratia.

1 Peccatorum propriorum & pronitatum ad malum sedula, & assidua consideratione: atque amoris proprii diligentissima extirpatione. Vtrūque autè certe assequimur, si nos nihil ex nobis esse, nos item (vti aiebat S. Catharina Senensis) nunquam Deum rogasse, vt nos crearet, meminerimus.

E 2 Ac verò, si ex innumeris tentationibus, quibus à Deo sapientissimè permittimur oppugnari, intelligamus, nos si quid ex nobis possemus, illas libenter, ac sæpè velle amoliri. Quod quando efficere nequimus, sanè quid ipsi simus, facile cognoscere possumus.

3 Diuinæ bonitatis accuratissima perpensione: quam in bonæ voluntatis largitione cognoscimus, atque item quod sæpissimè nobis subtrahit occasiones, ne ruamus in deteriora peccata: quod beneficium infinitam meditandi, & ex animo gratias Deo agendi materiam præstat.

4 Contritionis assequendæ vigilantissimo studio, & non dilata confessione sincerissi-


certissima peccatorum, cum obfirmato proposito ea relinquendi, & fructus poenitentiae dignos faciendis; quam ad rem multum facit id quod in vita. Beate Catharinae filiae Sanctae Brigittae de confessione integrè faciendae scriptum est.

5 Obedientiae amor, & obsequium erga eandem obedientiam re ipsa promptissimum impensum.

6 Sedulum proprii muneris studium, eiusque non intermissa vacatio, adhibita diligentia, ut idioma eorum inter quos versamur, addiscamus, quod nisi facimus, cum certe facillimè pueris Catechismum docendis fieri possit, exiguae id charitatis, & quasi curtae supellestilis spiritualis signum est evidens.

7 Tum verò si memorata praestiterimus, in lumine videbimus lumen, quod veri amici Dei quasi columnam ignis sibi praeventem conspexerunt, & secuti sunt ad lucem Christi inter infamiam, & bonam famam, & inter ipsos adeo equuleos, atque horrenda cruciamenta inferendam.

SI OMNINO NEGOTIUM SALUTIS animarum nequeat perducere ad effectum, quae nam vi-luer cogitanda sint. Caput III.



In primis verissimè nos esse indignissimos, quos Deus purissimis suis manibus tractet ad aliorum animas conuertendas, tum quoniam saepissimè erga nostram ipsorum salutem frigidissimi fuimus, tum quòd diligentissimè aeternum aliorum, & nostrum interitum peccando procurauimus.

2 Deinde nos nisi (tamquam Iosue) possimus triginta tres Reges debellare, posse saltem exploratores immittere, qui populo Dei referant, quanta viderint in terra promissionis, vel munus ipsorum exploratorum à nobis posse praestari, ut alios fortiores excitemus ad praelia Domini praeliandum. Quemadmodum Eremita ille siue peregrinus fecit, qui ex Oriente veniens, auctor fuit, ut Pontifex Maximus in Gallia sacrum bellum ad Hierosolimam recuperandam indiceret.

4 Quòd si ne exploratores quidem esse possimus, saltem ipsas sarcinas custodiamus, Dei operariis humilem operam prestemus, cum scriptum sit, aequam futuram esse portionem eorum, qui ad sarcinas remanent, & eorum qui ad praelium proficiscuntur.

4 Ita quoque nisi ob scelera nostra olim patrata idonei aedificando Dei templo simus, quoniam scilicet (quod Dauidi Regi à Deo obiectum est) etiam ipsi nos sanguinum viri fuimus, saltem aut occasionem praebemus, aut materiam paremus aliis, ut suo tempore per alios id fiat. Qua in re dignum illud est, quod perpendatur, quod Paulus Orosius lib. de arbitrij libertate scriptum reliquit: Ait enim: Aedificari voluit Deus templum nomini suo, & hoc ut non nisi innocens, & bene immaculatus extrueret. Duo ad hoc Reges cunctis viribus eliguntur, utriusque ad adiutorium Diuina custodia promittitur. Ad Dauid siquidem dicit Deus: Veritas mea, & misericordia mea cum eo. De Salomone vero testatur: Ipsum elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. Ex his duobus templum Domini vnus praeparat, alter aedificat; praeparat senex, perficit puer. Dignum est enim, ut Sanctum Domini templum Sanctus aedificet. Praeparat (ut dixi) senex, sed quasi postquam peccare cessauit: perficit puer, sed tamen pene, cum adhuc peccare non coeperit. Ille ante peccauit, hic postea. Ille multo peccato aedificare non meruit; iste multum peccando, quod aedificauerat dereliquit, & inter haec mirabiliter sibi ordinatio sancta disposuit, ut inter duas aetates, quod perpetuum in homine esse non poterat, pro captu temporis inueniret. Hæc ille,

Porro

5 Porro, sicut ordinatè, & instanter operari debemus, quaecumque Diuino auxilio manus nostra potest efficere, ita applicandæ omnes potentiae sunt ei rei, quæ tanti momenti est, quanti est salus animarum. Quæ de re procurandum serio esset, ut quæ inferius scripta erunt de applicatione potentiarum, ea altissimè perciperemus. Propterea adhibenda est humilis, continua, & fidelis oratio, qua petamus à Deo, ut nostris iniquitatibus parcens, non desistat tamen pro sua ineffabili misericordia meliores in vineam suam operarios mittere, totque innocentium, & puerorum necessitates potius, quam nostra peccata respiciat. Hæc autem oratio singulis diebus habita, magnum habebit momentum ad iustissimam iram Dei flectendam.

6 Denique eorum Sanctorum auxilium apud Christum Dominum implorandum est, qui in iis regionibus, in quibus versamur, fidei fundamenta Deo adspirante iecerunt. Quorum Sanctorum vitas meditari multum referret: cum quibus initijs Res publica, & cultus Diuinus institutus est, ad eadem initia referenda sit eiusdem instaurationis, & ex iisdem eadem ratio facillimè intelligatur.

QUINAM LIBRI, QUAEUE LOCA SCRIPTURARUM, & Patrum per aliquot dies legere, vel meditari utilissime poterunt, qui negotio salutis animarum, praecipue in missionibus, operam sumi daturi. Caput III.



RAETER instituti proprii constitutiones, regulas, & instructiones, aliquid Diuinæ scripturae quotidie legatur eum ad finem in primis, ut nos immaculati efficiamur.

2 Ex vitis Sanctorum Patrum illa potissimum attente legantur, in quibus opera, & charitas ardentior continetur, qua proximorum salus procurata est. Horum autem qui diriora & longiora tormenta perpassi sunt, qualia Clemens Ancyranus pertulit, qui vicies octies martyr fuit, cum viginti & octo annorum spatio mira cruciamenta perpassus sit.

3 Reuelationes S. Brigittae, ac praesertim harum tertius liber admirabilis, & solidæ ac caelestis doctrinae plenus.

4 Omnia scripta S. Catharinae Senensis, praecipue vero Epistola Diuinitus certe dictata, ac Dialogi etiã Latine Ingolstadtii nouissime editi, qui tamen Italicè prius

erant excusi. 5 Gerson de imitatione Christi: hoc est qui eius nomine scripsit Thomas de Képis. 6 Quæ vero ad hæreses refellendas, vel item ad pietatem insinuandam ratio in sacra Scriptura, & Patribus perlegendis adhiberi debeat, ea libro nostro de Theologia controuersa cū hæreticis inferius habebuntur. Interea vero hæc quæ aeterna Patris sapientia pronunciauit scribantur in corde.

7 Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcūque volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. 8 At si vis (inquit Orosius) apertius accipere testimonium, quia cum utique possit Deus, tamen pro ipsa ordinatione non faciat, dicit ad Petrum: An putas me non posse modo rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum? Sed quomodo complebuntur scripturae? Quia sic oportet fieri. Vides ergo, quia operator temporis temperat virtutes, & ratio dispositionis, miscet potentiae patientiam. Deinde ait Dominus: recode gladium in theca: fieri enim non potest, ut calicem quem mihi dedit Pater, non bibam illud: Et tamè Deus nihil non potest: nec est quicquam quod non faciat, nisi forte quod nolit, non oporteat, non proponat. 9 Mater Dei loquitur: (inquit B. Brigitta.)

Ex lib. Patris Orosii de libero arbitrio.

Qui

Ex reuelat.
S. Brigittæ
lib. 4. c. 31.

Qui conducit operarium ad laborandum, dicendo ei, porta arenam de littore, & inquire in quolibet onere, si forte ibi inuenire poteris granum auri, non minor erit merces eius, si nihil inueniret, quam si reperiret multum. Sic est etiam cum illo, qui verbo & opere ex Diuina charitate laborat ad profectum animarum: non enim erit minor merces illi si nullos conuerterit, quam si multos: sicut magister dixit exemplum: ille (inquit) bellator, qui ad præceptum Domini sui egrediens ad bellum, & habens velle fortiter dimicandi rediret fauciatus, nullum habens captiuum, non minorem mercedem obtineret, amisso bello propter voluntatem bonam, quam si victoriam fuisset consequutus. Sic est etiam cum amicis Dei: Nam pro quolibet verbo, & opere quod faciunt propter Deum, & vt animæ emendentur, nec non & pro qualibet hora tribulationis, quam patiuntur propter Deum, coronabuntur, siue multi conuertantur, siue nullus.

Ex Ignatio
fundatore
Soc. I. B. S. V.
diſtūm di-
gnissimū.

10 Solebat dicere nonnumquam Beatus Pater Ignatius noster se in difficilioribus quibusq; negotijs ita rem totis viribus Deo commendare consueuisse, ac si nulla humana industria, nulla alicuius cooperatio ad ea conficienda præter Deum ipsum esset necessaria, aut adhibenda. Cum vero id faceret, tum ita cooperari se solitum ad eadem ad exitum perducenda, ac si nihil Deus in illa conferreret, nempe cum sciret Deum in primis esse cognoscendum auctorem omnis boni, ac sine quo nihil effici possit: intelligebat item quando diuina eius sapientia cooperationem exigit suarum creaturarum, istam cooperationem toto pectore esse ad rem adhibendam. sic arduarum quarumcumque rerum ad Dei gloriam spectantium aiebat semper exitum se esse consequutum.

11 Videat denique sitiens animarum salutem quæ de Origene illo doctissimo scribit Nicephorus: Ille enim Origenes cum plures, atque ipsum suum genitorem martyres præmississet in cælum, summosq; labores in conuertendis animabus pertulisset, ita vt è domo in domos per foramina dam ad fidem piorum fouendam inter summa pericula penetraret, tandem quia humilitatem, ac seipsum non custodiuit, in multos errores miserrime cecidit. Itaque qui stat, videat ne cadat. Et qui mittitur, caueat ne exeat extra se.

12 Si vero laboris, aut sollicitudinis, & periculorum eum tædet, cogitet, num re vera credat purgatorium esse, atque an multa centena annorum horridarum poenarum, eum momento laborum huius vitæ libenter uellet commutare.

13 Singulis porro diebus non cesset illud Apostolicum orare, Domine adauge nobis fidem.

QUAE AD CATECHIZANDOS RUDES optime mouit S. Augustinus. Caput V.

EX LIBRO B.
AVG. DE CA-
TECHIZAN-
DIS RUDE-
BUS ROMO 4.
PARTE 2.



ARRATIO plena est, cum quisque primo catechizatur de eo, quod scriptum est. In principio Deus creauit Coelum, & Terram &c. vsque ad præsentia tempora Ecclesiæ succincte; Deinde exponendus amor Dei erga humanum genus, docendusq; propterea Christum aduenisse: vt cognosceret homo quantopere eum diligat Deus. Præterea monstranda est humilitas Christi, nempe vt maximus nostræ superbæ tumor remedio contrario sanaretur. Magna enim est miseria superbus homo, sed maior misericordia humilis Deus. Post monstratam vero humilitatem ostendenda est seueritas Dei, vt amari se gaudens ab eo, quem timet, eum redamare audeat, eiusq; in se dilectioni, etiam si impune posset, tamen displicere vereatur. Quærendum autem, quo in statu animi, quibusue causis motus sit ad suscipiendam religionem. Si mentitur: Ex eo ipso quod mentitur sumendum est exordium. Si dicat se Diuinitus monitum, tum hinc ordiendum. Quanta Deo sit cura de nobis. Tum è scriptura Sancta, exempla, visiones, Figure, oracula indicanda sunt, quæ huc faciunt. Mox item quod Deus fecerit omnia

A omnia valde bona. Et producenda hæc sunt vsque ad præsentia Ecclesiæ tempora, Spes denique Resurrectionis insinuanda est. Vbi verò hæc dicta fuerint, cum instruenda est infirmitas aduersus scandala, & tentationes, quæ siue foris, siue in ipsa Ecclesia contingunt, foris quidem aduersus gentiles, vel Iudæos, vel hæreticos, intus autem aduersus malos Christianos, qui quamdiu sunt tolerandi, Sacris litteris est edocendum. Deinceps autem præmonendi sunt rudes, qui catechizantur, ne spem in homine ponant, quamuis iusto, sed imitentur iustos, vt ab eorum Iustificatore nos quoque iustificari sciamus.

Docti quomodo tractandi.

B Breuiter autem cum doctis, & agendum cum iis, neque odiose inculcanda, quæ norunt.

Interrogandi, quem maximè librum légerint, & vnde illis persuasum sit, vt fociari vellent Ecclesiæ.

Si in hæreticum librum inciderint sedulo edocendi sunt, prælata Ecclesiæ vniuersalis, aliorumq; doctissimorum, & sanctorum hominum auctoritate.

Cetera de fide, moribus, tentationibus ad illam supereminentiorem viam charitatis sunt referenda.

Grammatici, & Rhetores quomodo accipiendi.

C Humilitatem Christianam induant, vt discant non contemnere quos cognouerint morum vitia, quam verborum amplius deuitare.

Mysteria agnoscant, quodq; eæ ænigmatum latebræ valent ad amorem veritatis acuendum, discutiendumq; fastidij torporem.

Sciunt præponendas verbis sententias, quemadmodum præponitur animus corpori. Nec vocem solam, sed affectum audiri à Deo.

De Sacramento, quod accepturi sunt, sat fuerit prudentioribus audire equid res illa significet.

Remedium aduersus rēdium Catechumeni.

D Catechumenus à timore nimio auocandus. blanda exhortatione pellendus. verecundia eius temperanda est insinuatione fraternæ Societatis.

Danda fiducia, vt libere proferat, si quid ei videtur condicendum.

Interrogandus autem. Num aliquando hæc iam audierit, vt quæ nouit non explicemus copiosius.

Si nimis tardus est, misericorditer sufferendus est; breuiterq; reliqua de vnitæ Catholicæ Ecclesiæ, de tentationibus, de Christiana conuersatione propter futurum iudicium terribiliter inculcanda sunt, magisq; pro illo ad Deum, quam illi de Deo multa dicenda sunt.

Si affectus tædio audiendi velit discedere, aliquid honesta hilaritate conditum, & aptum rei, qua de agitur, afferendum est. Videlicet, vel aliquid valde mirandum, & stupendum, quin etiam interea & dolendum est, atque plangendum.

Multo verò consultius (inquit idem Augustinus) in quibusdam Ecclesiis transmarinis, non solum Antistites sedentes loquuntur ad Populum, sed ipsi etiam populo sedilia subiacent, nequis infirmior stando lassatus à saluberrima intentione auertatur, aut etiam cogatur abscedere. Porrò ordinandæ res. Ordo autem, quem inspirauerit Deus præponatur nostro. Scandalum conceptum à nobis de aliquo vincat charitas, & spes lucrandæ illius animæ. Monendi verò sunt Ca-

D d techu-

techumeni, vt caueant imitationem eorum, qui solo nomine Christiani sunt. **A**
 Cap. 13. Deinde pro diuersitate personarum temperanda oratio. Cuius formula in Cate-
 chista peti debet à rerum huius Mundi caducitate spernenda, & felicitate
 Cap. 13. sempiterna opranda. Videat verò hanc formulam, qui catechizat aliquem in
 in ipso Augustino, pulchrè enim ibidem agit de serie Scripturarum, de my-
 Cap. 20. sterio Ligni in Paradiso, Arca, Virga Moyfis, Cruce, &c. & de Aqua per
 Diluuium, & Mare Rubrum significata, atque postea è Christi latere ef-
 fusa; Quodq. in Baptismo Crucis signo in fronte signamur, sicut Iudæi in
 poste præsignati sunt. Quæ cum egisset, hortatur ad fidei constantiam aptif-
 sime, capite eiusdem libri 28. Quo item docet, quomodo debeat Catechu-
 menus inuocare nomen Domini: quibusve armis præmuniendus est aduersus
 peccata, quæ viderit in Christianis, nimirum (ait) vt se teneat ad legem Dæi, **B**
 cum illa viderit.

His dictis, interrogandus est, an hæc credat, atque obseruare deside-
 ret, quod vbi annuerit: tum sollempniter vtique signandus est, & Eccle-
 siæ more tractandus. Ceterum de signis, & Sacramentis visibilibus docen-
 dus erit, quid significant, quidq. contineant, præmonendus autem, vt si
 quid audierit, quod carnaliter sonet, etiam si non intelligit, credat spiri-
 tale aliquid significari, quod ad sanctos mores, futuramq. vitam pertineat.
 Vtque omnia, quæ audierit ex libris Canonicis ad dilectionem æternitatis,
 & veritatis, & sanctitatis, & ad dilectionem proximi referat. Proximum au-
 tem esse intelligat, non carnaliter, sed omnem, qui cum eo in illa sancta ci-
 uitate potest esse, siue iam, siue nondum appareat. **C**

Et vt de nullius hominis correctione desperet, quem videt viuere, non
 ob aliud (sicut Apostolus ait) nisi vt adducatur ad pœnitentiam. Hæc au-
 tem omnia, paucis Augustinus capite vigesimo sexto eiusdem libri versus fi-
 nem complectitur, inquiens. Homines ergo bonos imitare, malos tolera, om-
 nes ama, nescis quid cras futurus sit, qui hodie malus est.

Non autem solum per cupiditates diabolus tentat, sed etiam per terrores
 insultationum, & dolorum ipsius mortis: Quicquid autem homo passus fue-
 rit pro nomine Christi, & pro spe vitæ æternæ, & permanens tolerauerit,
 maior ei merces dabitur. Sin autem cesserit diabolo, cum eo damnabitur:
 Sciat verò opera misericordiæ cum pia humilitate impetrare à Domino, vt non
 permittat seruos suos tentari plus, quam possint sustinere. **D**

AUCTORIS EPISTOLA AD IVO-
 nem Taricarium maioris Ecclesiæ Trecentis in Gallia Deca-
 num, qui postea à Caluianis hereticis interfectus est.
 In hac verò Epistola hæc continentur.
 Caput VI.

Necessitas Catechismi, pueros, atque ad eos quosuis edocendi.

*Exempla item summorum Theologorum, quibus præter alias rationes id ipsum probatur: & obiectiones
 quedam etiam Gersoni Cancellario Parisiensis Academiae olim obiectæ refutantur.*

B *Vtilitas summa Rerumpublicarum, & extirpatio heresum, per catholicum catechismum, vbi aduersa-
 riorum alia inania argumenta diluuntur.*

*Ratio docendi Catechismi, qua item Concionatoribus, quantumuis præstantibus, plura proponun-
 tur milia.*



GO Diuinæ bonitati immortales ex animo gratias, qui te legiti-
 mē certantem, ac bene currentem, impellat indies acrius ad æter-
 næ gloriæ brauium, dum tu operarius inconfusibilis veritatē for-
 titer tueris, & eam non modo in iniustitia non detines, verum etiā
 candelabrum, lucens isti ciuitati super mensa proponis, vt videāt
 & glorificent Deum, ac Patrem Domini nostri I E S V Christi.

C Ergo mactæ pietate promoue, quod mouisti: nec pectoris tui con-
 stantiā aduersariorū impetus, quasi irruētes fluctus deterrcant. Flabit enim non ita
 multo post benignissimus Dominus, & ecce trāquillitas magna. Quod si, veluti do-
 cta, & mihi iucundissima Epistola tua, decimotertio Kalen. Septembris data, signi-
 ficasti, laboras adhuc in remigādo, scito necdū expedire, vt appellas ad portum:
 multiformis enim Dei sapientia vberiores ita percipit fructus, pergitq. virtuti tuæ
 occasionem præbere, qua & omne os obstruatur loquentium falsa, & aliquando im-
 marcescibilem, ac verò splendidiorem coronam patientiæ consequare. Scis autem
 veritatem oppugnatā, sed Christiano conatu defensam, altiores in multorū animis
 radices agere, tum victricem erupturā, cum diuinæ dispositionis maturuerit tēpus.
 Quod si quis ad eandem veritatem obsurdescit, per os infantium, qui Catechismū
D *fitiunt, modo clamantem, immensa tamē illa Dei longanimitas tantò efficacior, &
 iustior apparebit, quantò sapius lucem recusantibus obiicit, nec desistit ingratis
 benefacere, suo denique tempore ab ipsismet hostibus iustificanda: quorum
 æternum præmium esset in cælis, si saperent & intelligerent, ac veritati patrocina-
 rentur.*

Te verò interim ista constanti perseverantia animum multis addente, spero fo-
 re, vt saltem id, quod maximum est, consequamur: ne scilicet in nostra causā dete-
 riores, aut imbecilliores habeamur, & simus, quam qui in pestilenti sua fuerunt hæ-
 retici, dum per tela, per ignem, falsissimum Catechismum quoquoersum inuexe-
 re, maximo istius Regni malo, tacentibusq. tum, quando maxime loqui oportebat
E *uis, qui nunc, quando minimè expedit, contra verissimam & Catholicam institutio-
 nem linguas acuunt, nescientes quid dicant, aut quantum sibi & aliis exitium
 parent: aduersus quos, si quid pro re pernecessaria, & cui certa Regnorum salus in-
 nititur, fusius attigero, tu eò æquiore animo patieris, quò me identidem ad hoc præ-
 standum pro tua modestia inuitas.*

Quod igitur aiunt, salutis Reipub. Christianæ non melius consultum iri, quam si
 quisque in qua enutritus est simplicitate permaneat, hoc vtique obiiciendum erat
 hæreticis, quo tēpore in arcem fidei Catholice adulterinis Catechismis primò in-
 uaserunt; at disseminato veneno, & latius vndequaque serpente antidorū prohibe-

re: quid hoc est, si non est animarum saluti inuidere, Diuiniq. nominis propagationem efficacissimè (quòd in eis est) impedire? Nam præterquam quòd aduersus generales Synodos, quarum semper (vt inquit Augustinus) saluberrima fuit auctoritas, aduersus (inquam) Christi Domini Vicarium, sanctissimòq. & doctiss. Patres, ac Martyres, consuetudinem denique meliorum Ecclesiarum pugnât; sanè haud ignorant, nec cœcum, neque claudum animal sistèdum esse coram Deo. Ac, licet de simplicium fide sanctissime, pieq. Ecclesia credat, arcet tamen à se, ac iustissime damnat crassam ignorantiam ea negligentium discere, quæ ad salutem pertinent: Icitq. diuinam illam stare sententiam, ignorans ignorabitur. Inde autem & publica Symbolorum recitatio, & continens pastorum doctrina in corona populi, & sacrarum ceremoniarum vsus, inde tot scriptiones, tot exempla martyrum proponuntur, vt (quæ admodum inquit Clemens) quæ malè colligauit ignorantio, ea pulchrè resoluat agnitio: sicut autem (ait) imperitia periticia soluitur, & inuenta certa via dubitatio; ita illuminatione tenebras deleri necesse est. Tenebræ vero sunt ignorantio, per quam in peccata incidimus, circa veritatem hallucinantes.

Verum & illæ magni ponderis rationes sunt, quas de necessitate sciendi, quæ à nobis credenda sunt, idem affert Augustinus: nempe, quòd iustus ex fide viuât: & cum corde credatur ad iustitiam, confessio fit ad salutem: eaq. fides, inquit, exigit à nobis officium & cordis, & linguæ: quemadmodum in sempiterna iustitia regnatura, à præfenti sæculo maligno salui fieri non possumus, nisi & nos ad salutem proximorum nitentes, etiam opere profiteamur fidem, quam ore gestamus. Quæ fides, ne fraudulentis calliditatibus hæreticorum possit in nobis aliqua ex parte violari, pia, cautaq. vigilantia prouidendum est.

Quòd si Baptismo initiatus, idem est, qui illuminatus, si illuminatus, qui ex tenebris erutus: quoniam modo illuminatus sit, qui adhuc ignorantia tenebris obuoluitur? eramus enim tenebræ, qui nunc debemus esse lux in Domino, ait cum Apostolo Clemens Alexandrinus.

Sed neque perpendunt, quid illud sit, Induimini Iesum Christum, hoc est, vt omnibus modis eum referamus opere, ex eplo, doctrina: qui quidem Samaritanam, Martham, ceterosq. prope innumeros interrogans, idq. per dialogismum, an crederet, quæve & quanta eorum esset fides: quanam fiducia, & quoniam modo orare, quid facere, timere, sperare deberent, ipsemet optimus Catechista edocuit. Neque, inquam, memoria tenent, quid illud Pauli sit, vbi se, ait, dedisse lac, tamquam infantibus: & loquutum de sermone inchoationis Christi. Catechumenos autem esse debitores suis Catechistis in omnibus, adeò enim diuinum beneficium est spiritalia hæc tradere documenta, vt iure suo fideles in hac re Pastores, præter cœlestelud & admirabile præmium, temporalia quoque hic in terris metere possint.

Venio nunc ad reliqua, quæ tibi obijciuntur: siquidem etsi validis rationibus tuis coacti iam isti non dissentent, primis nascentis Ecclesiæ seculis locum fuisse Catechismo erga baptizandos, eosq. iam adultos & pro captu humano tantorum mysteriorum capaces, haud tamen ferendū esse inquiunt, vt infantes & pueri ediscat, quæ Catholico Catechismo continentur. Quæ quidè argumenta per se ipsa ruunt, si nò dicam temporum necessitatem, quæ noua nouis morbis remedia semper adhibuit, non Sanctæ Catholice Ecclesiæ auctoritatem, non testiū sacrorum nubem, sed id tantum, quòd res est, modo intueamur. Scilicet, initio nascentis Ecclesiæ non adultos solum, verum etiam pueros, vt nunc fit, Baptismo in corpus Christi mysticū cooptatos. Quo concesso, cum illius antiquissimæ Ecclesiæ consensum vnanimem videamus, vt quisque Catechismo in Catholica Religione roboraretur, nemini dubium est, quin etiam erga pueros, quando Baptismi tempore nondum intelligebat, quæ ab eis exigebat Ecclesia, neque adeo vllam penè vocem efformabant, pernecessarium hoc pietatis opus per dialogismum exerceretur, cui & susceptores, quasi sponsores, vti erant responsores, adhibebantur.

Bapti-

August. 3.
To. de fide
& Symbolo.

Abac. ca. 2.

Rom. 3.
Matth. 19.
Mar. 10.
Luc. 18.
Matth. 25.
Matth. 5.

1. Cor. 13.

Hebr. 5.
Galat. 6.

A Baptizatos igitur fuisse infantes antiquitus, ac proinde cū primum fari potuerit, educatos in disciplina & præceptis Domini, testes grauiissimi sunt, Ignatius martyr, Dionysius Arcopagita, Iustinus martyr, aut quisquis auctor fuit responsum earum, quibus respondit ad gentiliū quæstiones, aduersus Christianos, Tertullianus item & Origenes, ac Concilium Gerundense. Iam Clemens Romanus, temporibus Apostolorum, & Diui ipsius Petri Successor, disertè monet eos, ad quos spectat puerorum cura, vt illos enutriant in disciplina, & in ea, quam tu optime in concione tua attulisti *ὡς δὲ τὸν τὸν καὶ*, id est, monitis Domini, atque hoc in ipsa quidem infantia. Ait enim: docete eos à pueritia literas sacras, & diuinas, omnemque diuinam Scripturam eis tradite. At qui & illud deniq. adiicit: Si parentum incuria filij in vitia inciderint, rei animarum ipsorū sient: ac non animarū tantummodo rei, verum & in causa sæpe sunt, cur infantes moriatur, quod castigationis paternæ defectui Iustinus Martyr ascribit: Quamobrem obseruatione dignissimū illud est, quod (aliam licet ob causam) ad rem tamen nostram facit: quodq. Dionysius Arcopagita scriptum reliquit, infantibus, qui in disciplina Domini non aluntur, accidere, vt casum illum non genitum, vitaq. ac luce carentem habituri sint, quem admodum qui numquam perficiuntur, nec manibus obstetricum tractantur abortiuū, & emortui cadunt. Quod si ex ipsis Ethnicorum libris rationes petamus, mirū est, quod nostri fidei lumine illustrati, ijq. non indocti, clarissimam lucem non cernant, quam Ethnici, solo naturæ ductu, viq. veritatis impulsu intuentes, salutem Reipublicarum in hac vna re firam constantissimè asseruerint. Quod quidem cum duorum canum exemplo docuit Lycurgus, tum fecit, vt trita illæ sententiæ proferrentur: affuescere à teneris multum esse: dedoceriq. difficilium, qui errorem hausit, quàm omnino rudem doceri. Sed & an non Aristoteles non parum, sed totum esse, inquit in Politicis, qua quisque à pueris doctrina imbuatur? An non, qui vbiq. vixerunt, ei, quem diuinum putabant cultum; operam tenera adhuc ætate dederunt Aegyptij, Persæ, reliqui? iam qui Philosophi minus oblitū sunt insitæ cuiq. legis hoc ipsum docuere, Pythagoras, & eius generis alij; Quantò magis Propheta, atque idem ipse ante illos Deus, qui neminem præceptorum suorum ignarum esse, verum etiam religionē Paschatis doceri filios voluit? vt si cognosci oportuit typum & vmbra, gratia veritasq. nouæ legis ignoranda à Christianorum filiis nequaquam sint. Hæc enim omnia contingebant illis in figura, scripta sunt autem, ac proinde maturè item docenda sunt ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt.

B Sed agè (optime vir) causam adhuc orphanorum & puerorum, aliis etiam rationibus & exemplis tueamur, vt vna cum Domino constantissimè clamemus: Sinite paruulos venire ad Christum: Sinite eos Catechismum doceri, sinite qui scientiæ clauem habetis, eos introire in atrium Domini, dum paternæ reuerentiæ, obedienciæq. vis in pectoribus illis hæret adhuc, dum ex tenera argilla vas facilius ducitur, quod ex dura non posset: dum denique (vel ipso Aristotele testante) iuuenes facilius erudiuntur à lege. Tu enim experiris, quàm difficile sit in cordibus, quæ diuurna peccatorum consuetudine, totiusq. pietatis ignorantia obduruerunt, in sculpere hæc elementa doctrinæ.

C Quid verò in tam collapsa morum disciplina agat desideriorum vir? quam rationem tam attritis rebus, tam ruentibus ineat faciliorem, minusq. periculosa iuandæ Reipublicæ? Scilicet hoc vnum restat, vt à pueris inchoemus, & tenera illæ Christi Domini plantæ excolantur. Populi verò in primis operum bonorum exemplo excitentur ad omne opus bonū. Hos alloquatur pietas, charitas, diligentia, quādo otium, inuidia impietas, tamquā cunei sese inferuerunt in eorum animos ad findendam Religionem, ad dexteram patrum in filios, horū contra parètes armadas. Quæ sanè consecuta nō essent, si, quæ pestilentem hæretici Catechismi doctrinam solent præire damna, velut malorum denique omnium præcursores, & emissarii, ea non solū, quasi clauus clauo extrusa, verum etiam orthodoxo Catechismo (quòd

S. Ignatius
ad Phila-
delph. Epi-
stola 6.

S. Dion.
Arcopa. in
Eccl. hierar.
ca. de Bap-
tis. S. Iusti-
martyr. in
respon. 56.

quæst. quas
gentes pro
po. Christi-
anitas.

Tertull. in
lib. de Bap-
Orig. li. 5.
com. in c. 6

Epistol. ad
Rom. Cōc.
Gerūd. c. 5.

Clem. ex
const. Apo-
stol. lib. 4.
c. 10.

Iustinus
martyr 9.
So. ad or-
thodox.

Dio. 3. cap.
Eccl. Hier.
Plut. in lib.
de discipl.
puerorum.

Virgil.
Quintil.
Aristot. in
Polit.

Exod. 12.

1. Cor. 10.

Aristotel.
Ethic. 2.

D Quid verò in tam collapsa morum disciplina agat desideriorum vir? quam rationem tam attritis rebus, tam ruentibus ineat faciliorem, minusq. periculosa iuandæ Reipublicæ? Scilicet hoc vnum restat, vt à pueris inchoemus, & tenera illæ Christi Domini plantæ excolantur. Populi verò in primis operum bonorum exemplo excitentur ad omne opus bonū. Hos alloquatur pietas, charitas, diligentia, quādo otium, inuidia impietas, tamquā cunei sese inferuerunt in eorum animos ad findendam Religionem, ad dexteram patrum in filios, horū contra parètes armadas. Quæ sanè consecuta nō essent, si, quæ pestilentem hæretici Catechismi doctrinam solent præire damna, velut malorum denique omnium præcursores, & emissarii, ea non solū, quasi clauus clauo extrusa, verum etiam orthodoxo Catechismo (quòd

E Dd 3 qui-

quidem facillimum erat) ceterisque piis operibus fuissent anteverſa.

Et certe nullis cuniculis facilius Christiana res labefactata est, quam cum sine peccatis aliis, sine potissimum veneno illo errorum iuventus infecta, quanto maiores in aetate progressus fecit, tanto validiores concepit vires ad omne impietatis, ac defensionis genus. Nam haec ipsa sunt (inquit vir sanctiss. Aug.) quae a pedagogis & magistris, a nucibus, & pilulis, & passeribus, ad praefectos & Reges, aurum, praedia, macipia, haec ipsa omnino, quae succedentibus maioribus aetatibus transeunt, sicut ferulis maiora, supplicia succedunt. Ita, inquam, nullis machinis concussa est vehementius Ecclesia, quam cum Iulianus apostata clausit Christianorum scholas, impiorum aperuit. Et captivitate, clademque antiqui populi diuinarum rerum ignorantiam ascribit Propheta, siue potius per Prophetam Deus. Et alibi, impossibile (ait) esse benefacere, cum didiceritis male. Fateturque idem acerrimi iudicij vir Augustinus, se adhuc puerum audivisse verba de vita aeterna promissa, aliter autem retinuisse Christi nomen, quo tenerum suum cor mater in ipso adhuc lacte cibauerat. Et Gregorius illud parentibus horribile assertit exemplum pueri annum circiter quintum nati, qui in sui patris gremio, cuius blasphemias cum tenellae aures assueverant, eas ite ore suo pronuntiabat, a Satana palam interemptus, & ad inferna deportatus est: ut cum in tam tenera aetate posset blasphemiae virus instillari, dubitandum non sit, quin a multis adhuc pueris coelestium rerum elementa percipi possint, ac nisi percipiantur, Satanae manibus obiciantur & tantum non tradantur. Quae quidem rationes Caroli Magnum impulerunt, ut seminaria in Ecclesiis, scholasque, prope templa instituerit, ubi serui, ingeniumque religionem Christianam cum disciplinis doceretur. Episcopos autem, ac Concionatores monuit, ut quae proprie (vt ait eius verbis) ad salutem ducunt, exponerent. Summum scilicet dedecus est (ne dicam impietas) cernere a Turcarum pueris edisci Coranum Maometis legem, a Iudaeis autem, quorum adhuc cordibus haeret velamen coecitatis, Biblia sacrosancta perlegi ferè ab incunabulis: Origenis quoque tempore, solita: haereticos denique infantibus venenata dogmata sub specie pietatis propinare, quae aut numquam aut sanè quam difficillime (vt experti sumus) deponant; Fidei vero Catholicae rudimenta, quae facillimo ordine in Catholicis Catechismis traduntur a Christianis ignorari.

Iam verò quam sanum consilium sit, ut pueri vitiorum & haereseon calicem gustent vsque ad fecem, priusquam lac Diuinae sapientiae bibant, iudicent, qui Christi spiritum habent. Quae quidem rudimenta, si, cum primum infantes Ecclesiae sistuntur, credenda, aliorumque ore, quando ipsi fari nequeunt, confitenda ad salutem sunt: sanè qui Christi discipulus dici vult, horreat si professionem suam ignoret. Quod si Catechismus vnicuique; necessarius est ante Baptismum, certè turpissimum est, neque ferendum, eo accepto professionem suam non intelligere, sicut militi, si tesserae suae vim post datum militie nomen nesciat. Quae verò omnino docenda sunt, ne pro lacte pueris solidioribus detur, suo mox loco dicetur. Interea certissimum illud sit, nihil rebus publicis melius posse contingere, quam si cum primum solutis linguae nodis puerile se ingenium vix explicat, tum in primis pro suo captu ad salutarem Domini doctrinam capescendam & loquendam assuecat. Ita domus fundata supra firmam petram vix unquam concidet, & cum credita sibi talenta materius ad vsuram dare poterit adolescens, tum ab ipsa patria non repercutiatur quasi contrariis flatibus prauorum morum. Quod accidisse ijs, qui posteriora & inferiora potius sectati sunt, quam meliora, & praestantiora testis grauisissimus est Augustinus. Quod si animantia rationis expertia solo naturae ductu ad contrarias herbas accurrunt, ut sagittas abiiciant: certè venenatus error tollendus est praesenti antidoto, & exundanti perfidiae, a nobis, quibus ratio fideique lumen affulsit, doctrina orthodoxa, tamquam solidissimus agger obijciendus est. Nulla verò huic rei est aptior aetas quam puerorum: qui Christianae Reipublicae semina sunt, & portio Domini certissima: quae quanto recentiora vasa sunt, tanto diutius, ubi sunt imbuta coelestibus donis, odore suauissimum seruabunt, Angelis, B. Virgine matre, Domino, qui ex eorum ore laudes cupit, innocentissimae aetati fauētibus.

Docet

Lib. r. confes. c. 20.

S. Aug. lib. 18. de Ciuitate Dei. c. 25.

Terent. 13. Confess. lib. r. 3. 6. Vide & 7. c. confes. lib. r. Lib. 4. dialog.

Ca. 68. li. r. leg. Praecept. Cōc. Aquiligran. c. 135 sub Ludo. Pio Imper. Concil. Lateran. sub Alexā. 3. c. 18. Cōcil. Lateran. sub Innoc. 3. c. 11. Concil. Trident. vbi de Semin. Orig. init. sup. cant.

D. Hieron. ad Laram.

S. Gre. Nyf. sen. in lib. de profess. Christiana

S. Ant. 14. tit. 2. c. 4. & 5. Iauell. econom. Christianae in li. de triplici Theologia. tract. 3. de regimine filiorum c. 3. Tom. 3. lib. 1. de doctrina Christiana.

Docet autem hoc natura, quae & agricolas afficit erga teneriores plantas, & omnium acuit ingenium ad bruta quam primum vel circuranda, vel ad laborem instruenda, non expectata maturiore aetate: Artes item, quae ferè omnes facilius a pueritia discuntur, vt cum in omnibus disciplinis sua sint initia, ordo, cura: ij qui artium (vt inquit Gregorius) artem tractant, id est, curam animarum, hanc in formandis Christianorum animis omnino debeant adhibere.

Ceterum, cum firmissime credenda sint fidei nostrae initia: fideique sua sint incrementa, neutrum facilius assequimur, quam cum pueri vix villo peccato, aut dolo grauiore occurrente ea fugimus, & repetitis saepe cogitationibus fouemus: cumque consuetudo sensim fiat altera natura, fit, vt si pro Catholica religione moriendum sit, nec imparati; nec titubantes in fide inueniamur. Neque enim filiolus matris olim ad martyrium festinantis vestigia tam prope fuisset insecutus, nisi coelestia, & reliqua eiusmodi persaepe ordineque percepisset. Nec id parentibus auunculoque Dominici laudi datum fuisset, nisi paruulum erudissent omni genere sanctitatis, qui paulo post vita, faceque diuini verbi tenebras Albingensium depellens, splendidissimum orbi Christiano intulit lumen. Verum neque Serenissimi Reges (vt mittam nunc Iosiam, Salomonem & ceteros antiquiores) tam praecleara pro fide, iustitiaque potuissent patrare facinora, nisi parentes diligenti Sanctorum hominum doctrina teneras adhuc animas imbui curassent. S. Ludouicum, quia puer sapientissimam audiebat matrem haec verba saepe pronuntiantem: vtinam fili mi potius morerere, quam capitale peccatum committeres: tanta incessit religio, vt nec sanctior Gallia, nec rectiorem orbis terrarum habuerit Regem. De Athalarico omnia summa

expectabantur, quandiu mater, & Iustinianus illum consilio disciplinaque instruebant, sed ab ijs, qui mundum sapiebant, cum actu auulsus esset, voluptate, coenoque vitiorum immeris perijt. Adeo verum est, quod Hesychius inquit. Quae emadmodum puer paruulus, nulliusque capax malitiae, vbi praestigiatores quempiam videt laetatur, & sua simplicitate ductus illum imaginum effictorem sectatur: sic animum nostrum, cum simplex sit & bonus, huncque in modum a bono suo Domino creatus, delectari illuforijs suggestionibus diaboli, & deceptum properantemque id quod deteriorius est, pro bono amplecti. Vtinam igitur ipsorum fere latentium oculi, dum virtutes quasi sigilla mollibus ceris facile imprimuntur, honestissimis imaginibus (quod & Ethnici docuerunt) assuecant, auresque personent, eorum recitatione, quae sanctissimi viri gesserunt, potius, quam lasciuorum Poetarum (quae certissima adolescentum pestis est) vel impiorum quorundam, vnde prius omni genere sordium obsolefcunt, quam solidam vllam veram pietatis effigiem teneant. Nam & Plato (vt inquit Plutarchus) scite subiicit nutricibus, ne commemorent pueris, quasuis fabulas: quod ijs sine dubio tenerae mentes facile corrumpi possunt. Sed quae consecrata sunt, quia ab hoc opere cessatum est, incommoda & damna, facilius quidem sentiuntur, quam amouentur. Nam & pueri, puellaeque haereticae nobilissimis Theologis insultantes sacra omnia execrantur: & per vicos publice, & in stabulis, atque adeo in ipsis templis adolescentuli, & plerique alij, licet Catholicum nomen gerant, audacissime tamen Domini nomen blasphemant, nullo interea, neque interiore, neque exteriori cultu augustissima altaris mysteria prosequentes. Et quae haecenus Graeci *οβρινη* & *οβρινη*, hoc est, tremeda & terribilissima appellarunt, nostri ne sancta quidem nominant: sacerdotes exhibitantur: Magistratus despiciuntur: vt si quis ex Thracibus, aut Scythis venerit, ex operibus eos considerans, nescio quales cogitet parentes, lulceptores, Gymnasiarchas, Pastores, (bonos semper excipio) qua pietate, qua religione?

Hinc alia Reipublicae calamitas, quam si quis intelligat, nemo est tam excors, quin hanc omni studio docendi Catechismi prouinciam suscipiat. Turcarum, inquam, continuas excursions ad venandas animas Christi. Hi enim cum Christianorum greges abducant in Africam & Asiam, quid miramur, si fidem abnegent, dexteris paulo post aduersus Christum Dominum armaturi, qui fidem pietatemque

non

Arist. 2. Ethic.

Aristor. Rhetor. 2.

In vitis Lipom. Ioan. Garzo n. qui D. Domini vitam scripsit. Arcad. Honor. Paul. Aemyl.

Hesych. cent. primae 43. art.

Plat. 2. dialog. de leg. Arist. 7. polit. cap. 17. Plutar. lib. de educatione puerorum. Cessatione. Catechismi docendi summa incommoda esse consecrata.

non edocti, quid credant, unde fortitudinem in tormentis petant, quomodo precen-
tur Deum hand didicerunt? A

Nec tamen quia multi absunt à maritimis oris, spectare ad eos hæc cogitant,
quasi qui mercaturam exercent, non ineunt Societatem, commerciaue cum illis;
non persæpè ad eos commeent, non sæpissime, continentis incolæ intercepti ad Tur-
cas & Mauros, aut ad hæreticas Insulas transportentur; vt si quo in loco doceri
oporteat Catechisum, id in primarijs ciuitatibus pernecessarium sit.

Par etiam alterum calamitatis istius Regni genus est: Hæretici tot oppida, ciui-
tatesq. ceperunt: Catholici multi tum metu, tum imperitia tyrannidem, vafri-
ciemq. illorum aut non sentiunt iam, aut etiam laudant, quod præsentissimum reprobationis
est signum. Ita quia non antea firma fidei fundamenta in teneris animis iacta
sunt, procul à Christo nunc, procul sunt ab Ecclesia. Mirro quam multi ruerunt in
Atheismum, vix vnquam reuerfuri, nisi benignissimus Deus extraordinaria illos mi-
sericordia respiciat. B

Atque hinc quoque fit, quòd baptismi vis, quæ in ijs, qui iam adulti baptizaban-
tur, haud obscure visebatur, in paruulis nostris non ita eluceat, quodq. cum adole-
uerint, non ita se exerat: parentum enim indulgentia prius implicatur vitijs, qui-
bus contristatur in Baptismo acceptus spiritus, quam religiose ad pietatem institu-
antur. Quòd vt rectius fieret, in Cœnobijs filij nobiliorum tradebantur institu-
endi, antiquis illis Sanctorum Basilij, Benedicti, Gregorij Magni temporibus.

Ephes. 4.

Accedit ad hæc omnia, quod plurimi sunt, qui cum peruenerint ad summam senectu-
tem, nec quid, nec quantum sit Confirmationis sacramentum didicisse, nec vero
putare, se, vilius criminis reos dicant, si prudentes id, ac scientes omiserint. Vt mi-
randum non sit, qui leuissimam alicuius hæretici impressionem senserint, eos tam
facile de fidei statu dimoueri, vt inde statim prolapsi in omnes hæreses, atque in eam,
in quam Nouatus incidit perniciem incurrerint. C

Quotus autem quisque Clericus est, qui nisi ab ineunte ætate quæ ad Christianam
doctrinam attinent, eo quo decebat ordine didicerit, minorem sanctis altaribus,
quam tabernarum, aut domesticis mensis honorem non deferat? cum interim è quo-
rũ cultu ac mundicia, qui eadem altaria circumstant, animari ad pietatem deberent
inde scandalum potius sumant.

Auctoritate nobiliti
Theologorum, ratio-
nibus, exemplis, eadem
docedi Catechismi
necessitas
comprobatur.

Ad Gersonem venio. Hic quo tempore schismatis turbo peruertebat Ecclesiam,
videns aninarum pacationem nunquam futuram, nisi quasi seminaria iuuentutis
instaurarentur, curam puerorum ad fidem pietatemq. instituendorum ipsemet sus-
cepit. Adeo (vt Bernardus ait) vbi amor est, ibi non est labor, sed sapor. Id igitur
vbi diligenter aggressus fuit, ecce procellam obtreantium, non ferentium tantum
Theologum & Concionatorem, atque adeo Parisiensis Academiae Cancellarium
ad hæc quæ videbantur aut inania, aut vilia, aut laboriosiora, vel certe captui pue-
rorum incommoda debere se demittere. Ille autem, vt sicut fidelis seruus paruulos
tueretur, quorum patrociniū Dominus IESVS susceperat, tractatum edidit de paru-
ulis ad Christum trahendis. Ac cum in hac re ageretur spiritu Dei, sciretq. inflare
scientiam, nisi intra humilitatis, & charitatis terminos contineretur, ab illo Domi-
ni verbo: Sinite paruulos venire ad me, &c. libellum suum aureum inchoauit, in
quo plurimas affert rationes, quibus esse Theologis in sanctum hoc negotium incu-
bendum plenissime ostendit. Verba Gersonis hæc sunt, quæ sequuntur. B

Gerson. 2.
parre suo-
rum operi
eadem tra-
ctatu, confi-
deratione
prima.

Vtres (inquit) recentes sunt pro liquoribus optimi, nouellæ præterea plantatio-
nes sequuntur leuiter, quo docentis manus deflexerit; omnia hæc secus in seni-
bus plenis dierum malorum, quos citius frangas, quam sectas. Si potest (inquit) Hic
remias) mutare Aethiops pellem suam, & Pardus varietates suas, & vos poteritis be-
nefacere, cum didiceritis malum. Quod si iuxta deductionem hanc, reparatio Ec-
clesiæ, & eius cultura inchoanda esset à paruulis (sicut esset) vbi precor efficacius lan-
tissimum opus exercebitur, quam in celeberrima ciuitate Parisiensis? isti enim sunt
paruuli, qui per vniuersalem dispergentur Christianitatem. Esse quoque poterunt
aliorum

A aliorum doctores, instructores quàm commodissimi maxime domesticorum. Ex
hac præterea consideratione consequens est, nullum magis inimicari Ecclesiæ, &
præparare omnia Antichristo in demolitionem eius, quàm factio aut verbis, clam,
vel palam obuiantem voci Christi dicentis: sinite paruulos venire ad me. Deinde
inter alia subdit. Paruuli nominatim tot quotidie pessimis alloquijs vrgentur ad
malum, & nullus vltro contradicit, nec virtutum partes agit, pro incitamentis ad
bonum. Denique paruuli dira fame spiritus excruciatu petunt panem, & nemo erit
qui frangat eis, quin etiam obstabitur frangentibus. Non ita docuit Christus, non
hæc egit. Nam in congregandis animabus comparauit se gallinam, qua nullum aliud
animal erga foetus suos (vt August. ait) magis infirmatur pietate. demittuntur alæ,
plumæq. hirtæ fiunt, raucescit vox querula, obliuiscitur ipsa cibi, & incredibili su-
pra vires animositate pullos tuetur. Et nos qui Christi sectatores dici volumus, in
hoc opere torpescemus? obseruabimus tempora? mensibus totis quiescimus? abfit.
Inueniuntur autem plures modi reponendi paruulos in via ducente ad Christum.
Vnus est prædicatio publica, alius a dmonio secreta, alius magistralis disciplina-
tio: reliquus & hic Christianæ religioni proprius, Confessio. Sentiat alius quod
voluerit, ego in simplicitate mea iudico. Confessionem (si modo recte facta fuerit)
esse directricem efficacissimam ad Christum. Hæc ille, qui cum nonnulla respon-
disset, ijs qui frequentem peccatorum confitentorum vsum reprehenderent, eodẽ
in capite subiungit.

CONFESSIO
efficacissi-
ma direc-
trix ad
Christum.

Dicet aliquis mihi, vel alteri, operas suas circa paruulorum monitiones, vel
confessiones impendenti. Stulto labore consumeris. Cur ita? quia nimirum vel
singunt, vel mentiuntur, vel recidunt ad vomitum. Sed respondemus, primo, ad
vltimum, quia grandæuis etiam Presbyteris quotidianus est reditus ad peccatum,
nec propter hoc desinunt confiteri. nunquid sentinam nauis exhauriens idcirco de-
serit opus, quia redit tantundem aquæ, quantum expulerit?

Et ne quis cogitet, hæc à Theologo illo suaderi tantum rectoribus puerorum,
audi sequentia. Ideo (ait) si ruina multiplex immineat, quis admirabitur? Adeo
iam indignum videtur apud multos, si quis ex Theologis, aut famatus in literis,
vel Ecclesiastica dignitate præditus ad hoc se opus inclinauerit, præsertim circa
paruulos: quod mihi (quia in talibus putor momenti alicuius) in fabulam & impro-
perium cesserit. Et sane mihi videntur discipuli Domini adhuc tunc cœlestium pa-
rum capaces, hac insipientia laborasse, prohibentes paruulos offerri Christo, repu-
tantes videlicet indignum esse, si tantus Magister & Doctor eorum Christus huic
humilitati subiaceret.

Cum etiam ad hæc respondisset Gerson, alia quæ sibi à beneuolis obiicerentur,
enumerat. Comminantur (inquit) vel mihi, vel paruulis, ne accedant ad me: & hoc
alii multiplici ratione, signanter quadruplici id arbitrantur recte facere. Allegant
quippe disparitatem morum mihi cum paruulis: allegant officii dignitatem occu-
pandam ad maiora, dehinc caussantur loci, & temporis importunitatem. Postremo
metuunt insuetudinem ab æmulis calumniabilem.

Hæc cum diluisset vir bonus, tandem ait.
Calumniabuntur (inquit) aduersarii nouitatem istam, vel de curiositate, vel de
fitione, vel de infructuositate, vel de nimia leuitate, aut aliquod huiusmodi. Hæc
non mihi noua sunt, o amici charissimi, omnia dudum præcogitavi, & mecum ipse
peregi. Nam qualis vnquam fuit actio hominis cogniti, quæ vel reprehensione,
vel sinistra, aut stulta interpretatione caruerit? Obsecro tamen per illam quam ex-
pectamus salutem, & obtestor coram pauendo tribunali iusti iudicis Dei, quoniam
nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, quatenus iuxta
regulam Christi, in hac re à fructibus meis me cognoscant. Et si quid in doctrina,
vel, operatione falsum, impudicum, nefariumue deprehenderit, non refugio. Iu-
dicer tunc lupus rapax in vestitu ouium. Si autem fructus operis boni cernuntur ex-
trinsecus, non damnetur, postulo, arbor intentionis de malicia intrinsecus, alioquin
peccatum

peccatum incurritur temerariae dijudicationis fraternae, & scandalum ponitur par-
pulis, quorum aduentus per hoc ad Christum nonnumquam impeditur. Portabit
quisquis talis erit, onus suum: ego liberatus extitero.

5. Thom. Haecenus Parisiensis Cancellarius. Quid de Catechismo Catholico dicitur, si
puellas, tres, quatuorue annos natas (quod non sine lachrymis experti sumus) audif-
set (quoniam falsissimum Caluini Catechismum edidissent) fidem Catholicam
publicè oppugnantes, veritatiq. vix delibatas haereticas ipsis Theologis opponen-
tes. Quid S. Thomas? (Aquinatem dico) qui libellum scripsit aduersus retrahen-
tes homines à religione? Pater scilicet non poterat sydus illud Ecclesiae, paucos, qui
à Christo vocarentur ad caelestia, à mundo retrahi ad terrena: quanto minus tul-
lisset pueros, & populos integros rudes, esurientes, auocari à Catholica disciplina,
sine qua concidat necesse est vniuersum aedificium Christi?

Vide Hugo
nis etiā li-
bellum in-
scriptū Di-
dascalicon.
Ac praenitum quidem iam nutantis Ecclesiae casum vterque Theologus auerte-
tere simili ratione curarunt. Hic euulgato libello de articulis fidei, & Sacramentis,
quem postea Bohemico schismate fauente, vt Germani docerentur, Pontifex Ma-
ximus decreuit. Ille autem compendio Theologiae, alteroq. scripto edito, quod in-
scripsit opusculum tripartitum. Hunc librum, quod iam tum neque iuuentus, neque
& Ludimagistri exponant, laiciq. omnes, Monachi quoque discant, doctrina vero
illa tabellis conscripta, vbiq. id est, omnium conspectui in publicis locis, in Paro-
cijs, Gymnasijs, Coenobijs, Valetudinarijs, affigatur.

Synodus
Trident.
Theol. 2.
Sancta etiam Synodus Tridentina in Catechismo ad Parochos edito, vbi hor-
tata est, hanc vt docendi viam Theologi ingrediantur, tandem ait. Neque vero cu-
iusquam studium in docendo retardari debet, proterea quod interdum necesse est
auditorum earum rerum praecipis institui, quae leuiiores, & humiliores videntur,
nec sine molestia ab ijs potissimum tractari solent, quorum animus in sublimium
rerum contemplatione versatur, ac conquiescit. Nam si ipsa aeterni Patris sapien-
tia in terras descendit, vt in carnis nostrae humilitate caelestis vitae praecipia nobis
traderet, quem non compellat charitas Christi, vt paruulus fiat in medio fratrum
suorum, & tanquam nutrix fouens filios suos ita cupide proximorum salutem desi-
deret, vt quod seipso Apostolus testatur, eis velit non solum Euangelium Dei, sed &
animam tradere?

Palatius in
March.
Denique non pigeat addere (quando à quocunque veritas pronuntiatur, à Spi-
ritu sancto est quae vir perdoctus locum illum Euangelij exponens. Discipu-
li autem increpabant eos, scriptum reliquit. Quis (inquit) non stupeat, videns
discipulos Christi impedire pueros, ne veniant ad Christum? si diabolus, caro &
mundus venissent, non mirarer: sed quod discipuli Christi partes agant diaboli,
auertentes pueros à Christo, quis non doleat? Spiritus Christi congregat pullos sub
alas Christi, clamat: Si quis est paruulus, veniat ad me. Et Dominus, venite ad me:
at discipuli vetant, & vetant paruulos qui magis Christi egent ope? Re vera ita est,
maiores quidam nostri, qui totis viribus erant annifuri paruulos ad Christum ad-
ferre, hi eos auertunt à Christo. Si enim ipsi ad opes, honores & delicias inhiant, ad
eas etiam paruulos inhiare docent: igitur plane eos auertunt à Christo. Non au-
deo dicere multos eorum ferre non posse, quod paruuli frequenter ad orationem,
& confessionem, ad communionem accedant. An non vides discipulos, qui paru-
los à Christi auocent accessu? Hi audiant Christum dicentem, finite paruulos, no-
lite prohibere eos accedere ad me. Pro his mori volo, pro his me ipsum sanctifi-
co: his ius Regni caelestis tribuo, finite eos venire ad me. Vt enim ipsi nullo, nisi me
delectantur, ita & ego vehementer eorum delector amplexu, in eorum oscula ruo, &c.
Quam vero securus est, qui inter amplexus Christi est? quam timebit Leo, & Ursus,
& Lupus ab eo, qui Christi amplexibus gaudet? Haecenus ille.

DE

A DE CATECHISMI CATHOLICI
vtilitate, vbi Adversariorum aliae obiectiones di-
lunur. Caput VII.



B RGO nisi nos piorum Patrum reuocata iam consuetudo, & Sa-
cro sanctae Synodi Tridentinae auctoritas: nisi me mouerent exem-
pla Pantani Martyris, Cyrilli Hierosolymitani, Gregorij Nissa-
ni, & eorum, per quos stetit Orientis Ecclesia, res ipsa denique, &
commoda, quae inde quotidie experimur, ad hoc suscipiendum
prorsus impellerent. Nam & Catechista facilius in magnos &
non fucatos Concionatores euadunt, qui ordine, ac perspicue populis, & pueris
exponere diuina mytheria conueuerent. Et Parochi, qui fortasse imperitia, vel ti-
more maius illud concionandi munus aggredio, non audebant, promptiores fiunt ad
frangendum suis panem: ac certissim, hoc quasi indicio cognoscitur, an Paedagogi,
& Gymnastarchae discipulos ad pietatem fidemq. orthodoxam instituant: praeter-
tim si quae scripta sunt in Catholico Catechismo, ea curent, vt memoriae à discipu-
lis mandentur: parentes autem amore filiorum illecti, non solum libentius ad tem-
pla veniunt, atque erga Pastores fiunt propensiores, verum etiam promptiores ad
interrogandos, docendosq. filios de iisdem rebus. Pueri item, quoniam ita diuina-
rum rerum maiestatem suspicientes magis afficiuntur ad caelestia, ad precandum
quoque Deum, ad Sanctorum opem implorandam, facilius, & ardentius animan-
tur: ne dicam quot animae Deo conseruentur, cum priusquam seductores haeretici
vacuas mentes occupent, in earum quasi possessionem hac instructione Catholica
venitur. Hinc Clerici erga Sacramenta & diuinum reliquum cultum sanctius affi-
ciuntur, & Reges nullis arctioribus amoris vinculis sibi deuincire subditorum ani-
mos vnquam potuerunt: cum contra qui prauis dogmatibus fuere à pueris imbuti, in-
fensissimi Regibus, Rebus publicis, parentibus, & pastoribus probis esse soleant.
Intellexerunt igitur haec (licet aliquanto serius) Ferdinandus Imperator Caroli
Quinti Imperatoris frater, Catholiciq. alij Germaniae Principes: qui idipsum vt
cadens Imperium staret, edicto sanxerunt vt vbiq. doceretur. Et iam Viennae,
Pragae, Dilingae, Herbipoli, Ingolstadij, Monachij, Oeniponti, Coloniae Agrippinae,
ac plerisque alijs in ciuitatibus collegia instituta sunt, ad quae & frequentes Luthera-
norum, Hussitarum, Anabaptistarum, & aliorum haeticorum filij concurrunt, vt
Catechismum Catholicum discant, qui à parentibus ad ea libere mittuntur, fateren-
tes, quia Catholici hoc studium erga suos omnino intermiserant, se suosque libe-
ros iuiste ad haeticos ministros, quamlibet hi sectam sequerentur, vt saltem ali-
quam (alioquin falsam) potius quam nullam haberent speciem religionis. Praecla-
rissimum ac recens est testimonium Indicarum rerum: pueri conuersi ad fidem cum
per compita & vias dies, noctesq. sicut in Italia, & in Hispanijs fit, doctrinae Christia-
nae capita cantare consueuissent, etiam pro illa iam confessioni veritatis assueti
maximos cruciatus, mortem denique pro Christo fortissime pertulerunt. Lege
(quae tibi ignota non sunt) Surii Carthusiani nouissimas historias. Lege Di-
daci Payuae nobilis Lusitani priorem librum aduersus Germaniae quosdam haere-
ticos, ne quid de Indicis litteris dicamus, quaeq. de religione in Galliis, in Ger-
mania, in Hispaniis, in Italia, non vno idiomate conscriptae prodierunt in lucem.
Haec fuerunt causae, cur post antiquissimos illos Clementem Alexandrinum, qui
Graece integrum librum de institutione puerorum scripsit: post Cyrillum Hiero-
solymitanum, qui suas nobis Catechesiam à mille & trecentis circiter annis reli-
quit: post Augustinum, qui & de catechizandis rudibus, & primum suarum Confes-
sionum, ac doctrinae Christianae libros edidit: insigniores aetatis nostrae Theologi,
alio licet ordine (vt ferebant tempora) Catechismos conscripserunt, Sonnius in
Belgio.

Gregorius
Nyl in ora-
tione Cate-
chetica, &
de professio-
ne fidei ad
Harmoniu.

127

Clemensia
Pedag.

Belgio, Petrus à Soto in Germania: Fraciscus Victoria, & Dominicus à Soto in Hispaniis; plerique alii in Italia: vt interim omittam Petri Canisii Catechismum, quem vniuersus pene orbis Christianus libentissime excepit: alterumq; Emundi Augerii, quæ tota Gallia, quæ catholica sit, reiecto Caluiniano perlegit: Rhemensemq; qui primus lingua vulgari euulgatus est iussu magni illius Cardinalis Lotharingii, prioribus autè belli tumultibus, cū eū primo docere Lugduni cœpisset, præsentissimū ei ciuitati antidotum ad venena, flammamq; Catechismorum Geneuensium reprimendam fuit. Horum autem pietati, qui Catechismos conscribere, nec Spiritus sanctus per sacram Tridentinam Synodum derogauit, & in maiore Catechismo, quem Parochis scribendum decreuit, satis graue tulit testimonium, eiusmodi Catechismos prodesse Reipublicæ Christianæ.

Quamobrem videat quisquis hæc haud cogitauerat, tantam animorum & prouinciarum Catholicarum consensionem non posse sine Spiritu Dei esse, vt aliquando magis Christianum sit, reddere in obsequium pietatis Christi captiuum ingenium: quàm pueris, quorum innocentia Deo acceptissima est, quorumq; simplicitatis & castitatis amantissimi Angeli labores huiusmodi numini diuino offerunt, panem hunc esurientibus negare. Et antea quidè doctissimi Academicæ Sorbonicæ, siue alii aliarum Prouinciarum Theologi Catechismos Typographis edendos dedere, adhibita eorū honorifica testificatione: qui enim membra Ecclesiæ sunt, non possunt non consentire cum capite, quæ est Petri Cathedra, ex qua sola Spiritus veritatis hauritur.

Venio ad exempla domestica. Nulla prope ciuitas in isto Regno est, quæ Catechismi fructu percepto, hæresibus auertendis vires admirabiles haud conceperit. Et vix vlla vnquam in manus perduellium venit, quæ hoc præsidio munita fuisset. Ac cum plurima alia Emundi vnus Catechismi exempla passim essent euulgata, de Typographo Parisiensi ipse audiui, ad quadraginta millia exiguo tempore Parisiis fuisse distracta: cui tot populorum Catholicorum consensui, vt vnus, aut alter audeat obstrepere, mirandum sit, nec vllō modo ferendum. Secardus autem Academicæ Sorbonicæ Decanus, ac Borbonii Cardinalis Illustrissimi Vicarius Generalis, quos ad hanc Catechismi rationem hortari poterat, id strenue faciebat. Nec mentiar, si dixerō eum mihi auctorem fuisse, vt non solum in eius Paroecia, verum in duabus aliis dum Rothomagi concionarer, hoc officium ne intermitterem. Viderat enim per Catechismum vir ille cordatus, qui excellentem doctrinam semper cum summa ingenuitate coniunxerat, populū maiores in fide & pietate progressus facturum, quàm ipsis celebrioribus concionibus plures ante annos facere potuisset, id quod res ipsa docuit. Nam vnico mense Typographi Rothomagenses sexies eiusdem Catechismi editionem procurare coacti sunt: ac cum Dieppā iuisset, eadem ratione ciuitas illa, cuius magna pars antiquis hæresibus erat inuoluta, sic eo lumine excitata est, vt plus mille quadringentis hominibus & mulieribus hæresibus publice abiuratis ad Ecclesiæ Catholicæ gremium redierint: idem vero Catechismi vsus deinceps latissime ad vniuersam Normandiam manauerit. Et ipse igitur Secardus, cum hoc prospexisset, testatus est mihi, se quoque Catechismum illius quem docebam, simillimum olim scripsisse, cum necessarium diceret nouis morbis esse remedium nouum: si nouum aut recens dicendum sit, quod iam Ecclesiæ nascente in vsu fuit, sed incuria (vt verissime ac Christiane loquamur) nonnunquam intermissum. Itaque prudenter ille non expectandum existimabat, dum hæresion face totum Regnum conflagraret, vt deinde nulla esset spes illius restringendæ. Hoc cum Rothomagi primum cogitasset, ciuitas illa ante aliquot annos capta est: Catechismus item ipsius Theologi surreptus. Ita sancto conatui non minus tum inuidit Satanas, quàm sub pietatis, specie torpescentes nunc inuident, qui vix contra hæreticorum Catechismos hircere audent, aduersus autem Catholicos infelicissimi oblatrant. Quid igitur si tunc admota fuisset manus operi sanctissimo? Quid si tunc adolecentes, qui iam in plurimas familias creuere, ita per capita doctrinam

A Erinam sanam didicissent, vt deletis impiorum Catechismis, Deo, Ecclesiæ, Magistratui suam fidem integrā seruassent? Certe nec ciuitas fuisset capta, nec nobilissima Galliarum prouincia cladem accepisset à suis: neque aditus externis fidei hostibus patuisset, nec summi Duces Rege tum puero summo Reipublicæ malo interissent: & innumerabiles animæ, quæ nunc ad Regnum Satanæ pertinent, aut iterissent in fide, aut facilius reuocata fuissent ad Christum. Sed quantum ea in re peccatum sit iam iam intelligent, qui malint respiscendo veritatem amplecti, quàm pertinaciter de errore sibi blandiri. Præuidit etiam non ita multos ante annos nobilissimus Senatus Rothomagensis huiusmodi procellam: ac (quod ad illum attinebat) edicto cauit, omnes vt pueri Catholicā fidem docerentur, qui ex Parentibus hæreticis orti, si hæresim & ipsi imbibissent, numerum impiorum breuissimo temporis spatii essent aucturi; lex, editumq; per sanctum. Amissa tamen tanta occasio est. Quod si, cum prosperum cursum tenere secundo vento possumus, nec vela tamen pandimus; ac si qui sunt, qui ad remigandum toto animo, viribusq; incumbunt, ex iisdem ordinibus alij inhibent cursum, ominari horreo, quid futurum sit breui: vtinam liceat cum velimus. Quot autem nunc habemus fidei hostes, tot familiæ paulò post ne sint. Qui vero videntur stare, si minus tanquam agri animati excolantur, & quasi pharmacis futurus morbus non remoueatur, ne in viam carnis, & hæreseos ingressi insanabiles denique sint, atque ex iisdem seminibus eadem procreentur in commoda. Neque enim tam ferax vllus est campus, quin, nisi colatur, edat tribulos, ac spinas: neque tam nihil ferens, quin si colatur, aliquem tādē fructum præbeat.

Quid ergo? si ita posthac fiat, existimabit populus aut hoc manasse ab alijs, aut hætenus nos dormitasse: Atqui vt verum vtrumque est, ita Christiani hominis est potius culpam suā agnoscere, quàm Reipublicæ periculo tegere priuatum vitium. Ecquid vero hoc est, si non est iniustitiæ Deum arguere? quasi ipse, non desidia multorum inuexerit pestem, quam cernimus malorum in Ecclesiam: Cum iam nemo sit, qui non sentiat in se reclamātem conscientiam, & in otio atque pace ista, quam quisque sibi cupit, amaritudinem iam omnium rerum amarissimam non gustet. Quod si Catholicus Catechismus sancta res est & utilis, quid peccantes aduersus Spiritum sanctum, agnitamq; veritatem moras in caput nostrum nectimus? Quid operi sanctissimo non accingimur, vt scrutatori cordium Deo elapsi temporis detrimentū diligentia refarciamus? Sin vero vtilem esse inciamur, quorsum tot meliorum populorum, quasi viua Dei vox, tot Theologi, Pontifex Summus, Ecclesia, tam auide hanc docendi rationem restituerunt in vsu, aut restituendam censuerūt? At Academicæ id non faciunt. Atqui inquam Academicis præstanda Parochorum culpa non est, quarum tamen auctoritate Catechismi utilitas iam indicata est, & cōprobata. Ceterū satis suo muneri faciunt erudiendis auditoribus: sublimioribusq; Theologiæ mysteriis aperiendis. Quod si iam præcepta reliqui gregibus suis non tradēt, hi Domino suo (qui certe non irridetur) cadēt. Sed (aiunt) docetur in Catechismo: Quid Trinitas, Sacramētaq; sunt, quæ cū in primo, quartoq; Magistri sententiarum contineantur, pertinet ad Scholas, nō ad Ecclesias. Et præcepta itē, virtutesq; ac Domini incarnatio tractātur à Magistro, quæ tamen cū in Scholis altius, in Ecclesijs tamen commodius pro captu auditorum necessario explicantur, vt interim taceam Athanasij Symbolo, & Constantinopolitano, quod quidem in sanctissimo Missæ sacrificio publice, tum, cum Roma adhuc Latinam linguam intelligeret, decretum est, vt populo audiente cantaretur, & Cyrilli catechesibus, qui fusius de Sacramentis populum docebat: Ac denique Catechismo Pontificio, in quo Parochi momentur, vt eadem vnique è suis ostendant, nugacissima ista commenta explodi.

Alij vero alia aggressi via (quia non facile descedunt à sententia ij, quorum cordibus interior pietas non hæsit) ipsi quoq; (inquiunt) hæretici, hac docendi ratione vsi sunt: hæreticos ne tu imitari æquum ducis? minime certe omnium. Repetimus enim nostra, non vsurpamus aliena. Furatur autem (ait Basilius) nostra Diabolus, & suis ea largiri conatur. Ita S. Ioānis Euāgelica scripta Numenius transferebat in

tum ex eo docenti, discentiq. vtilitatis accidet. Nam vt Catechizanti se Deo Ca-
techista prius communicabit, ita Catechista docenti se communicabit attentius
puer: cui non tam homo, quam ipse Spiritus Sanctus praeceptor futurus sit.

Cum autem plures à pluribus Catechismi in lucem editi sint, hi quidem sunt,
qui iam fere ab omnibus, vt diximus, leguntur: Emundi Augerij maior & minor
in Gallijs. Petri Canisii maior, & minor in vniuersa Europa, & Indis: qui
cum praeter illa, quae ad fidei dogmata pertinent, optimo contineat ordine, ea, quae
de vitijs ac virtutibus tractanda sunt, tum efficax est ad insinuandam in animos
cum fidei doctrina pietatem, quae (vt ait Apostolus) ad omnia valet: minorum au-
tem maiores illorum Catechismi tamquam paraphrases, ac quasi interpretes sunt.
Vtriusque tamen Pontificius Catechismus Romanus summam affert lucem, qui
Ecclesiae consentu editus, non solum docendi, verum etiam plura inueniendi ratio-
ne aperit. Ex frequenti autem horum lectione Catechista nil nisi solidum, atque ad
rem loquetur sibi interim (nisi iam ad altiora ascenderit) viam straturus ad subli-
miorem Theologiam, atque ad publicas conciones habendas.

Catechista autem si Patrum desit Bibliotheca, extant volumina auctoritatum,
quas cum Canisus in suo Catechismo proponat, pius alius vir è nostris ex diuinæ
Scripturae, ac Patrum fontibus collegit. Hic pro multis vnus ad copiose tractanda
capita Christianae doctrinae sat erit.

Si frequentiores adeant ad audiendum, & rudior Catechista siue Parochus sen-
sim maiora cupiat attingere, Theologiam Christianam Chrysolomi Iauelli non
ita pridem euulgatam, Viguerium, Sancti Thomae opuscula faciliora perleget.
Nam de eisdem rebus dilucide, pieq. & apposite ad indoctorum etiã captum opti-
mi illi viri scripserunt.

Sape vero pueri intelligant, Catechismos, doctrinamq. haereticorum, non solum
secum ipsis pugnare, verum etiam esse fugiendos, ac tanquam pestilentissimum mor-
bum vitandum. In quibus autem & inter sese, & a nobis dissentiant, ea doctissime
breuissimeq. Federicus Staphylus indicauit eo libro, quem de trimembri Theolo-
gia Lutheri vtilissimum conscripsit.

Vide item
librum de
Atheismis
haereticorum
in hoc ope-
re.

Si Iudaeos, qui conuertuntur ad fidem edoceat, IESVM ex Prophetis & sancta
Scriptura annuntiet, quam ad rem praeter Augustinum, & alios veteres Patres
magnopere proderit, si legerit, quae Franciscus Turrianus de Societate nostra ex
lege & Prophetis annuntiando perdocte ante aliquot annos tractauit.

Si res postulet, vbi de Sacramentis ager, vitæ Christianae officia, seu conscien-
tia aliquem casum (vt vocant) explanet, idq. breuissimè, sed perspicuè ac dilucide
fiat. Quae verò facile percipi non posse senserit, ea in aliud tempus differenda sunt,
ne interim ex finibus Catechisticis egrediatur.

Loca diuinarum Scripturarum, & Patrum dilucidissime interpretetur, eaq. nõ mul-
ta sint. Nam vt multiplex illa rerum sylua (sicut ventriculum lautissima conuiuia) sub-
ruunt hominum ingenia; ac sicut nimius splendor aciem mentis praestringit, ita ple-
rumque allatae plures auctoritates ad memoriae doctrinaeque ostentationem proferri
existimantur: Et qui labor ad gloriae Domini salutemq. audientium prodesse poterat,
is hac opinione frustra consumitur, facillimeq. ex animis audientium euanescit.

Vulgata editione Bibliorum vtatur: haec attenta lectione & animo verset, vt nõ
mentem modo, verum etiam voluntatem afficiat, nec verò vt curiosius Ethnicos, &
scripta inutilia legat, facile sanctissimos libros deponat è manibus.

Elocutio
Catechi-
stae.

Et Dominus quidem Iesus ita simplicitatem, puritatemq. diligit, vt omnis inaniũ
verborum spuma quasi sordes abijcienda sit. Cum vero pueros alloquimur, pueri
& humiles simus, vt eos Christo lucrifaciamus. Exempla similitudinesq. (non illae
quidem crebriores) mentem, memoriamq. iuuabunt audientium. Quamuis autem
aliquis donum eloquentiae habeat, caueat tamen ne quasi arbor luxurians corti-
cem, foliaq. potius, quam medullam & fructus edat. Quamobrem hic per viscera mi-
sericordiae Christi obsecrandus est, perq. illud primum, ac sanctissimũ castitatis vo-
tum,

A tum, quod multi vouerunt, vt casta oratione, eaq. propria & congrua sit conten-
tus. Optimus modus (ait Augustinus) docendi est, quo fit, vt qui audit verum
audiat, & quod audit intelligat. Et quid (inquit) prodest clavis aurea, si aperi-
re quod volumus non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quæ-
rimus nisi patere, quod clausum est?

11. c. 1. 4. de
doctrina
Christian.
Vide S.
Ambros. E-
pist. 63. lib.
epi. octauo
ad Iulium.

Cum autem eloquentiae studiosos alloquimur, hoc etiam optandum est, quàm
quod maxime, toto vt animo abhorreant ab impuris scriptoribus, quorum multi,
qui minus id fortasse existimabant, ad impuram labem, atheismumq. fenestram
aperuerunt: quales Pantagruelles, Amadisius, ac nescio qui Poetae; qui cum Deum
superosq. collaudare potuissent, ad facinora tamen & Veneres, Cupidinesq. ce-
lebrandos tamquam noui idololatrae omnem dicendi ornatum, & copiam conuer-
terunt. Quasi vero non satis haberet satanas ministrorum ad alliciendas animas,
nisi ipsi faces illas impudicissimas animis adolescentum iam efferuescentibus sub-
iecissent.

Ergo cum impudicarum rerum lectio & ab Ethnicis, atque in primis ab Ecclesia
quæ est domus Dei viui prohibeatur, quod nam spirituale ædificium cogitabit ex-
trudere Catechista, qui super Ecclesiae obedientia suam dicendi vim in primis non
collocauerit?

Plato li. 2.
de Repub.
Dionys. li.
54. de Cæs.
Sueton. in
Augusto.
Plutarch.
in vita Nu-
mæ Pompe-
lij.

Quòd si Apostolus docet, non facienda esse mala, vt veniant bona: purgandusq.
nobis est animus, quo diuinam illam lucem intueri possimus: nec quicquam men-
ti officit magis, quàm cum honestas, & puritas quasi in exilium aguntur à turpissi-
mis cogitationibus; cur miserimi versant eorum scripta, è quibus omnium sce-
lerum formæ conceptæ, portentosa tandem iniquitatum monstra in legentium ani-
mis pepererunt?

Act. Apo-
stolo.
19. Syno-
Constanti.
art. primo
L. damna-
to.

Ceterum non desunt optimi libri, è quibus pietas cum eloquentia, doctrinaq.
hauriri queat; siue qui à probis hominibus nostra ætate, communiq. lingua prodie-
runt: siue qui è Græco, Latinove fonte in nostros vsus deducti sunt.

Carolus
Magnus
L. Fran-
can. 73.

Multiplex itaque illa synonymorum sylua pene omnis amputanda est, quæ ad
Grammaticorum scholas potius, quàm ad suggestus Ecclesiarum pertinent.

Index libr.
prohibito-
rum Tri-
dent Syn-
reg. 5. 7. 8. 9
Clem. Cle-
xan. ora-
tione ad
hor. ad gē-
tes.

Et vt paucissimis absolua, quisquis pectus suum sanctis meditationibus ar-
mabit, remq. ipsam, de qua dicturus est, optime nouerit, tantamq. quantam
tempus feret, materiam suscipiet declarandam, hic, Domino miserante, loquen-
teq. per os eius, vere eloquens, ac disertus euadet.

August. li.
1. confes-
sion. cap. 16.
Seneca ad
liberalem
de artib. li-
beral.

Et antequam rem incipiat Catechista, facultate à Catholico Archiepiscopo, Epi-
scopoue impetrata, signet cruce frontem: pueros vt idem, recteq. faciant hortetur;
quo exemplo grandiores, qui aderunt, vt idem facere consuecant, doceantur:
Adolescentulos moneat, vt initio Dominicam precationem; salutationemq. An-
gelicam recitent, petantq. à Domino gratiam proficiendi, vt & reliquis populus id
ipsum agat, cum ad maiores diuini verbi prædicationes audiendas adierit. Sciant
vero pueri, cur ad Virginem sanctissimam ante prælectionem orationes fundant:
Sanctissima nimirum illa virgo, quæ Christi secreta nouit, Verbumq. ac lucem in
mundum attulit, potentissima est ad Verbi ipsius fructum nobis impetrandum.

Pueris suo loco positis, vt à puellis distincti certis ordinibus sint, non intermix-
tis adolescentibus, vtrumque sexum alloquatur, familiari voce, & charitatis plena.

Quam prælectionem expositurus est, eius in primis voces, quæ maioris momen-
ti sunt, ac difficiliore, interpretetur; ne iis ignoratis reliqua minus innotescant; ne-
ue cum fastidio, & sine fructu tempus teratur. Eiusmodi sunt Iesus, Christus, Re-
demptor, Sanctificator, Sanctificatio, Ecclesia, Religio, Symbolũ, Mysteria, atque
alia; quibus etiam mentes puerorum excitatae magis afficientur ad Dominum præ-
candum. Et cum earum vocum erymon docendum sit, quod & materiam dicendi
vberem saepe præbet, atque illarum vim in audientium cordibus firmius inculpit;
tum interponenda interrogatio est, ad renouandos, cogendosq. animos pueros,
qui facile distrahuntur; deinde capita rerum paucissima dilucide sunt exponenda.

Vide quæ
B. Aug. de
Catechiz.
audibus.

Hic vero caueat, ne tenellos animos seuiore obiurgatione deterreat, si qui forte non sint attentiores; blandissime autem ipse per se res suo tempore timorem, attentionemq. afferent, tum cum enumerandis peccatorum pœnis, iudicio Dei, flagellisq. imminetibus, ac præcipue Regni cœlestis pulchritudine, & beatitudine (qua maxime puerorum animi excitantur) mens cuiusque commouetur.

Si quis puer Catechismum memoriæ non mandauerit, aut metu aliquo (vt sit) publice non audeat integram lectionem recitare, hunc coram audientibus excusare satius fuerit, eumq. lenissime hortari, vt animum recipiat: alijs quoq. subdat Catechista hoc euenisse. Hoc eo spectat, vt puer ne Ecclesiam, catechismumq. deferat, quod fortasse aliquando, vbi minus hoc cauebatur, euenit: Honestum vero aliquem virum moneat, vt curet sedari strepitus, qui à pueris sūt, vt si etiam seuius corrigendi sint, id ab alijs fiat, non à Catechista. Parentes vero læpius hortandi, vt modestiam, cultumq. ac reuerentiam pueros doceant, qua ex re cum adoleuerint, iam Ecclesiæ, sacrisq. maiorem honorem habebunt.

Vbi interrogatis pueris Catechismi lectioni finis imponetur, roget parentes, & pædagogos, vt vespere ad puerorum memoriã reuocent, quod ipsi maturius percipere. Pueros autem incitet, vt seruos, seruasq. si nomen Dei exerceret, atque si quid turpe proloquantur, reprehendant, quo assueti magis veritati tuendæ, sanctissimam apud Deum laudem, Angelorumq. patrocinium ipsi quoque promereantur.

Postremo cum pueris precetur Dominum, & ei gratias agat, vt precari Dominum, & agere gratias etiam ipsi discant. Si quid vero periculi Reipub impendat, id siue Litanijs, siue alijs orationibus breuissime à Deo Catechista deprecari petat, vt domi quisq. quid petendum sit, sciat. Ita pueri cognoscent bonitatis illius fontem, si ne quo nihil non exarscit omnium cogitationum, operumq. nostrorum.

Orandum autem esse sciant inprimis pro Pontifice Max Sanctaq. Ecclesiã Catholica, pro animis Principum ad diuinam gloriam propagandam conciliandis, pro operariorum missione in vineam Domini, pro peccatorum, pro infidelium & Hæreticorum conuersione: ac pro animabus defunctorum: deinde pro consequendis iis omnibus, quæ ad diuinam gloriam, nostramq. salutem pertinent.

Locus vbi
Catechis-
mus expo-
ni debeat.

Et optimus quidem catechismo docendo locus templum sunt, prope quæ ite scholæ antiquitus ea de re extruebantur, vt doctrina cū religione disceretur. Si quæ aedes publicis scholis, Parœcijsq. maioribus viciniores fuerint, tanto manabit ad plures sanctæ huius doctrinæ utilitas.

Cum vero nihil adeo bonum sit, quin oppugnetur initio, cogitet prudens Catechista, in minore ne ac remotiore loco docendi sint initio pueri, vbi & pauperes facilius euangelizantur, & altiorem radicem agere possit sanctissimum hoc semen: nisi tamen insigniori præstantiq. charitate Concionator aliquis, cui non tam facile resistitur, vellet ipse in maiore Ecclesiã hoc munus suscipere. Quo in loco quo communius, eo diuinius bonum consequetur.

Ratio euo-
candi pue-
ros ad Ca-
techismum.

Vt autem ad templum conueniant pueri, eadem quæ Romæ sit ratio poterit adhiberi. Cum enim in vnaquaque Parœciã sint eorū nomina descripta, qui Catechismo imbuendi sunt, eorum aliquis suo ordine statim à prandio per vicus Parœciæ vadit, atque campanula, & alta voce pueros, puellasq. omnes ad doctrinã Christianam, Catechismumq. discendum inuitat, qua vna re præter sexcenta alia pietatis officia, quæ in hac vrbe exercentur, nihil ad pueros excitandos, nihil ad eorum parentes erga Parocos Pastoresq. animandos, nihil ad auertendam iram Dei, ciuitatesq. firmiore disciplina, vel suauiore ratione administrandas efficacius esse potest.

Alter locus, Collegia, Scholæq. sunt, in quibus diligentè huic studio operam det Præceptor. Quod si Angelus præstantissimum Dei organum vnus hominis indiuiduus est comes, & custos: tum quod humanæ animæ pretium agnoscit, tum in primis, vt diuinæ pareat Maiestati, ecquid à nobis misellis faciendū est, quos Deus plurimis sæpe adolescentibus custodes, & suæ voluntatis internuntios addicit? vt qui negligens in hac re sit, neque hoc ad maiora vsurus sit Dominus: & vero negligenter

Agenter opus suū facientibus, maledictionem etiam sit illaturus. Sed cuius cor Christiano iam igne arserit, ad hoc etiam incitator erit, si cogitauerit, quanto latius patebit hoc bonum, quod ad plures familias breuissimè per pueros, quasi per siphones dimanabit, tãtò sibi splendidiorē coronam parari, qui præceptum etiam Domini impleuerit, quo monemur, vnicuiq. mandatum esse de proximo suo; præsertim vero ei, qui non vt mercenarius, sed vt filius seruitutem suam saluti proximorum propria vocatione deuouit.

Et cum vbique diebus saltem Dominicis docendus sit Catechismus, tum, quo tempore animi paratiores videntur ad verbum Domini percipiendum, capienda videtur occasio. Cum autem Synodorum tempora sæpe, præsertim in Galliæ aliquibus diœcesibus, in Pentecostes, omniumq. Sanctorum sollempnitates cadāt, tum ei rei antea per aliquot dies opera dari poterit, vt qui frequentissimi vndique Parochi conuenerint, ad hoc ipsum peragendum cum suis gregibus doceantur, & animentur: eò vero præmitti poterunt Bibliopolæ, qui plurimos Catechismos compactos ferant, maiores, minores, Pontificium seu Romanum, Tridentinam Synodum, Summas casuum conscientia, Cyrilli Hierosolymitani Catecheses, confessionem Augustinianam à Hieronymo Torrési de Societate nostra collectam, cæteraq. alia, quæ Catechista, vel Concionator Parochos hortari poterit, vt emāt, nihil à Deo benedicto non promeriturus, qui ita momento horæ ingentem portam ad bonum patefaciet.

At vero à docendo Catechismo abstineat Catechista, quo tempore ceteri Concionatores concionantur: aut maius sacrum sit, aut horæ Canonicæ summa cum pietate, & vberrimo populi fructu recitantur: eandem item quam ipsi materiam vix tractet, ad vitandam inuidiam, nisi se necessariò offerat: nec in longius hora spatium lectionem producat: cuius finis sit breuissimus epilogus, vt pueri se profecisse intellegendes libentius ad sequentem reuertantur.

Sacerdotes autem nisi facinus plus quàm publicum, ac Reipublicæ damnosissimum esset, Catechista ne increpet. Si qua de re omnino monendi sint, id faciat oportune, & secreto. Vbi non est auditus, sermonem haud fundat; meminere vero charitatem non inflari; omnia sufferre, vt omnes lucrifaciat; compassionem, (vt inquit Gregorius) habere, non indignationem.

Habes vir optime, quæ de Catechismi Catholici docendi necessitate, utilitate, ratione voluisti vt scriberem: nonnulla fortasse aliquando additurus, cum vel per otium, vel per diuturniorem huius lucis vsuram, à Domino fuerit nobis concessum.

Nam vt diutius viuamus, circundati ærumnis, grassanteq. pestilentia, vix est quod sperem. Ceterum, quando siue moriamur, siue viuamus, Domini sumus, Domino qui fecit nos fidelissimam te operam in hoc per sancto Catechismi negotio positurum vsque ad mortem, non solum spero, verum etiam singularis amor erga te, Gallosq. meus facit, vt à te obnixè petam, totisq. animi mei viribus contendam. Nec verò garrulam illam, & loquacem, de qua doctissimis ad me litteris tuis scripsisti, turbam obstrepentium, & lucem tenebras facientium pertimescas: sed pro ea quanto magis aduersatur, tantò tu ardentius Deum ores, qui ex lapidibus potest suscitare filios Abraham, & conuertere corda patrum in filios. Memineris autem, si suis temporibus meruissent Sanctissimi illi antiqui Galliæ Doctores & Martyres, quæ maleuoli aduersus illorum labores obtrectabant, nec ad cælum nobis viam doctrinæ, fortitudine animi, ipso suo sanguine libentissimè aperuissent, nec complanassent; neque adeò forsitan Christiano adhuc nomine censeremur; sed (vti qui in remotissimis regionibus Barbari, atque Indi nunc commorantur) in obscurissima errorum nocte adhuc & ipsi versaremur. Ergo age benedicte Domini, quando te & religiosissimi, atque amplissimi Cardinalis Pelleuci, & Reuerendissimi Nuntij Apostolici, præstantissimi autem Theologi, Episcopi, Ebroidensis Claudij Sanctij auctoritas, addo etiam, optimus Archiepiscopi Viennensis editus à se nouissime Catechismus veritatis causæ fauent excita, qui apud te sunt, Gymnasarchas, Parochos,

rochos, Theologos, qui verò longius absunt, eos tuis grauissimis Epistolis cohortare: Hos rationibus, & auctoritate per IESV Christi charitatem, & viscera misericordiae eius ne cesses accendere ad Sanctissimum hoc opus. Augustinus zelo propagandae pietatis incensus, etiam in alienas dioeceses, seruata tamen ordinis iustitiaeque charitate, prudenter lumen doctrinae suae intulit; ut aliquando dictum sit, nobisq. traditum, ab illo vno viro Africam vniuersam, tertiam tum mundi partem, quae iacebat in tenebris, eratq. propemodum emortua, excitatam fuisse, Catholicamq. effectam. Et nos quoque post tot saecula, pietate illius vigilantissima, scriptisq. ad vniuersi Christiani orbis bonum manentibus adhuc fruimur, fructurq. posthac semper Ecclesia Dei. Quid non facit, non dicam improbus, sed Christianus labor, atque vigilantia, si ferio negotio Domini suscepto, fidelis seruus dat talentum ad vsuram, vimq. caelestis gratiae in seipso expertus, aliis quoque sine inuidia, negligentiaue communicat, ac quasi de suo lumine candelabra aliorum innumerabilia sine suae lucis imminutione statim accendit? Iam quod ad fidei dogmata pertinet, permultum (praecipue in Galliis) à doctissimis viris est scriptum; Vtinam tantumdem iuuentuti ac rudibus, quatenus fatis sit, edocendis, tantumdem etiam lachrymis, precationibus, quibus praeter doctissimas disputationes Alexander Arium extinxit, pietati, promissae paupertati, obedientiaeque fuisse datum. His enim firmissimis machinis nullum est cor sic adamantinum, quin tandem aut expugnetur, aut frangatur.

Greg. Nazian. ratio ne 2. de seipso.

Mitto ad te nouas Indulgentias, quas Gregorius XII Pontifex Maximus, praeter alias, quas tum ipse, tum sanctae memoriae Pius Quintus concesserat, ijs impertitur, qui doctrinam Christianam, seu Catechismum per dialogismum docent, uti Romae, atque propemodum vbique fit. His tu Indulgentiis seu condonationibus vtere, ac fruiere: Et pro vita incolumitateque tanti Pontificis, proque Italia, & me ipso, obsecro ne desinas ad Dominum orationes tuas continenter effundere. Vale. Romae ipso die S. Michaelis Archangeli. M. D. LXXVI.

GREGORII XIII. PONT. MAX. AMPLIATIO
Indulgentiarum à Pio V. se. re. Societatibus ad pueros, & rudes in bonis operibus, & Doctrina Christiana erudiendos deputatis, concessarum. Caput IX.

Vniuersis Christi fidelibus praesentes litteras in specturis salutem & Apostolicam benedictionem. Illius, qui pro gregis Domini saluatione in ara crucis immolari non abnuuit, vices licet immeriti gerentes in terris, omni studio circa salubrem Reipublicae Christianae directionem, & augmentum intendimus, & ut ad ea Christianifidelium vota facilius concurrant, ipsos Christianifideles spiritualibus muneribus inuitamus. Cum itaque scienti nuper accepimus, dudum fel. rec. Pius Papa V. praedecessor noster per suas litteras omnibus & singulis vtriusque sexus Christianifidelibus tunc expressis, qui essent descripti in Societatibus, seu Confraternitatibus ad pueros & alios Christianifideles rudes in bonis moribus, & Doctrina Christiana erudiendos in quocunque loco deputatis seu deputandis, ac pueros, & Christianifideles rudes huiusmodi in praemissis bene instruerent, & qui ab eis instruerentur in eisdem certis diebus & temporibus tunc expressis, quadraginta dies de iniunctis eis Penitentibus Apostolica auctoritate relaxauerit, prout in dictis litteris, quas idem praedecessor perpetuo valere decreuit, plenius continetur: Nos tam piium & numquam satis laudandum opus amplioribus etiam gratijs, & spiritualibus muneribus prosequi volentes, dictos quadraginta dies, ad centum dies auctoritate Apostolica tenore praesentium extendimus, & ampliamus, ita quod persona supradictae praemissa adimplendo, non solum dictos quadraginta dies, sed centum dies Indulgentiae praefatis diebus, & temporibus ut praesertur in totum consequantur, & consequi possint. Praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem ut praesentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius in dignitate ecclesiastica constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, Die xxi. Octobris, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus nostri anno primo.

Idem porro Pontifex per litteras suas sub data Tusculo, Anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo

A quingentesimo septuagesimo sexto, sexto Kalen. Iunij, anno quinto. Cœcessit aut omnibus & singulis vtriusque sexus Christianifidelibus, qui in dicta Confraternitate Doctrinae Christianae ex nunc deinceps intrauerint, in eorum ingressu huiusmodi quotiescunq. peccata sua confessi fuerint, & sacrae communionem receperint, decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis Penitentibus. Item cœcessit dictis Confratribus vtriusque sexus, si confessi fuerint, & receperint sacram communionem, decem annos & totidem quadragenas bis in anno. Item concessit dictis Confratribus descriptis, & describendis centum annos Indulgentiae, quotiescumque in huiusmodi sancto exercitio se occupauerint. Item dictis Confratribus quotiescumque se in vnum congregauerint, & de rebus ad promotionem & felicem successum institutionis puerorum in Doctrina pertractauerint centum dies, de iniunctis eis, seu alijs quomodolibet debitis penitentibus in domino misericorditer relaxauit. Item dictis Confratribus, qui singulis annis semel iuxta determinationem, & prouidam ordinationem suorum superiorum vere penitentes, & confessi sacram communionem receperint, necnon eisdem similiter contritis, & penitentibus pro tempore decedentibus in cuiuslibet eorum mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in domino concessit & elargitus est. Dictis litteris perpetuis futuris temporibus duraturis.

INSTITUTIO AD PIETATEM,
ac prima litterarum studia, quae in puerorum Scholis adhibenda est. Caput X.

VONIAM verò puerorum Scholae, quasi Seminaria sunt Christianae Reipublicae plurimum autem interfit (ut diximus ex Aristotele), qua quisque disciplina imbuatur a puero; nemo autem penes fit, quin puer scholas aliquamdiu frequentet, propterea quales esse debeant (quoniam vix alibi esset locus de his agendi) ostendemus hic ex Edicto Serenissimi Ferdinandi Serenissimi Archiducis Austriae, quod ab omnibus ludi magistris seruari in sua ditione iussit. 1 Principio (inquit) necessarium est, ut Ludi magistri, quod ad seipfos attinet, domi suae (praesertim apud suos discipulos) probe modesteque viuant, & sese abtineant ab omni scandalo, & leuitate: Iuuenturi bono exemplo praeanant: Scholasticos suos propter inobedientiam, negligentiam, vel alia errata non iracundè & impatienter pugnis cedant, per crines trahant, caput diuerberent, aut id genus alia indecenter vlurpent; sed virgis eos (ita tamen, ut omnino puellae à pueris separatae sint) secundum grauitatem peccati castigent. 2 Praeceptores omnes curent, ut semper ad praestitutas horas discipuli sui in Scholis adsint. Nempè, aestiuo tempore ab initio Aprilis vsque ad exitum Septembris, mane hora sexta vsque ad mediam post nonam. At hyberno, à principio Octobris ad initium Aprilis ab hora septima vsque ad decimam. A prandio autem à duodecima vsque ad quartam. Interea vero eis ne concedatur, ut domum eant ad sumedum mane ientaculum vel cibum à prandio: sed permittatur eis, ut in schola eo tempore comedant dimidia (plus minus) horae spacio, quo doctrina minus negligatur. Sed qui ad statas horas ex inobedientia non apparuerint, suaeque absentiae, (ad quod Ludi magistri sumopere debet attendere) non sufficientem excusationem attulerint, ut res exegerit, castigabuntur. Excipiuntur tamen pueri omnino paruuli, qui cum in hoc, tum in alijs huiusmodi casibus conuenienti modo coerceri debent. 3 Cum autem Scholastici statis horis conuenerint, praeeget ex ijs aptior secundum ordinem quotidie alijs orationes Scholasticas; quas orationes ad finem huius Edicti adscribemus. Docebunt etiam Ludimagistri suos discipulos, antiquos Ecclesiae Catholicae cantus; quemadmodum in leparato libello excuduntur, & ad tempora omnia, festoq. dies accommodati sunt, ut ij opportunè in templis & Scholis decantent. 4 Curabunt omnibus item sextis feriis, horam antemeridianam in sumi in recitanda lectione, quae praeterita die Dominica è Catechismo Petri Canisij proposita fuerit. Attamen sine vlla prolixiore explicatione tam Catechismi, quam Euangelij Reliquisq. quotidianis puerorum exercitationibus sedulo incumbant, quarum exercitationum

Vita Magistrorum. Scholasticus quomodo castigandi.

Hora Scholasticae.

Ientaculi & cibus à prandio. Poena ob neglectam Scholam.

Oro Scholastica.

Cantus Ecclesiasticus.

Repetitio Catechismi.

Doctrina
puerorum.Libri non
legendi nisi ap-
probati.
Mores pue-
rorum.Libri hæ-
retici & su-
specti ne le-
gantur.
Pœna dif-
solutorum.Vfus libel-
li Morum.Discipulo-
rum seces-
sus.Merces
Magistro
debita pro
scriptis.Vacatio à
studijs.Quo ordi-
ne debet iu-
uentus ad-
cursum Di-
uinum, cõ-
cionem &
confessio-
nem addu-
ci.

tationum hæc esto methodus. Qui recenter ad scholas veniunt doceantur litteras nosse, easque colligere, tandem legere. Qui legere discunt, vt minimū ante pradium bis, & post pradium bis audiantur. Qui scribere discunt, ijs toties quoties opus est diligenter prænotetur, & ostendatur, quo pacto bono & congrue quod eis proponitur describant; Sit etiam cuius discipulo diurnum pensum scriptoris, quod Præceptor ad finem scholæ prouideat, & mensis diem manu sua subnotet, ne in hac re defectus aliquis committi, aut querelæ vlli occasio dari possit. 5. Neque vero à Ludimagistris & eorum substitutis, vllus liber, siue spiritualis ille sit, siue mundanus, in scholis, aut alibi prælegi Scholasticis debet, nisi ab Ordinario spirituali: & à scholæ Præfectis recognitus prius fuerit & approbatus. 6. In hac quoque curâ sedulo incumbant Præceptores, vt ipsorum discipuli, siue diuites ij fuerint, siue pauperes, magni aut parui, indigenæ aut aduenæ, nihil indecens in scholas adferant, mutuo sibi nil donent, nihilue vendant, siue pecunia, seu re quavis, quæ pecunia æstimari possit; nec res suas inter se commutent. Item ne alius alium sublannet, contemnat, verberet, crinibus trahat, ne ludant, iurent, mentiantur, fallant quouis modo. Præsertim debent, pueri in scholis suis præceptoribus, domi quoque & in templo atque plateis, parentibus, sacerdotibus, Dominis ac ceteris honestis viris, ac feminis, debitam reuerentiam exhibere; Et, dum in scholam eunt, aut inde exeunt, & alias in plateis, videant ne clament, cursitent, aut quoquo alio modo immodeste se habeant. 7. Aduertant etiam Præceptores serio, vt ne pueri hæreticos, aut suspectos, vel amatorios & scandalosos libros, carmina & scripta legant, ij siue vtantur, sed in omni honestate & virtute educantur & proficiant. Qui vero alicuius inhonestatis conuictus fuerit in eum debita & sufficiens pœna exercentur. Quod si spes emendandorum prauorum morum nulla superfit, ei ciatur is, qui huiusmodi est, è schola à Scholarhis, & velut scabiosa pecus ab reliqua grege seceratur. 8. Scholastici parui & magni, vt scholam ingrediuntur, debent detractione capitis & genuum flexione ijs qui præsentibus sunt reuerentiam exhibere, diem item & vespere bonam, ac vt tempus exegerit, decentibus verbis precari: quemadmodum in peculiari libello, qui de moribus inscribitur, accurate docetur; secundum cuius libelli normam Præceptores iuuentutem studiose erudiant, ad eamque non minus sese, quam ad hanc ordinationem obligari intelligant. 9. Si apud quemque Ludimagistrum puer trimenstruo, aut alio quouis tempore, certo precio collatus fuerit, & ante statum tempus euolutum, sine euidenti culpa Magistri, siue ex ægritudine, aut id genus alijs causis legitimis; sed ob ignauiam aut petulantiam è schola deficiat, debet Præceptor, qui pretium solet exigere, merces promissa plene solui. Et si huiusmodi defecit Scholasticus ad alium Præceptorem adducatur, non debet ab eo in disciplinam recipi, antequam priori Magistro suum salarium persolutum sit, sub pœna amissionis promissæ sibi mercedis. 10. Quis Præceptor pro libello elementari sesqui folij magnitudine in Pergamenâ charta compacto, in quo descripta sunt, Alphabetum, Oratio Dominica, Salutatio Angelica, Symbolum Apostolorum & decem Præcepta, dabuntur sex cruciferi. Pro formula scribendi bona cum Alphabeto Maiorum literarum, tres cruciferi, Pro tabula numerorum duo cruciferi. Item tempore carnis priuij, Paschatis, Pentecostes, Dedicationis Ecclesiæ, Natalis Domini dabit quilibet Scholasticus vnum cruciferum. Concedent autem, Præceptores suis discipulis nihil plus remissionis à studijs per hæc tempora, quam tot dies, quot in ipsa festa insumuntur. Præterea si in quapiam hebdomade festum occurrat, docebuntur pueri pridie diei festi per duas horas à prandio. Quod vero ad reliquas cessationes à studijs attinet, sciant Magistri eas prudenter vt occasio & ratio postulauerit concedendas esse: seruandamq. si quopiam in loco plures scholæ essent, æqualitatem: ad quod Scholarchæ singulariter attendet. 11. Diligenter etiam congregabunt Ludimagistri suos discipulos in Scholas diebus Dominicis, & festiuis, eosque bono ordine, vestitūq. decenti tempore Aduentus & Quadragesimæ, ipsi Ludimagistri scilicet pueros, Magistræ vero puellas, ad con-

cionem

cionem, & cultum Dei ducent; maxime verò diebus Dominicis à prandio ad Catechismum, atque singulis annis ter, videlicet in aduentu, Quadragesima & ante Dominæ Nostræ Assumptionem, & ceteris diebus, quibus Confessarijs commodum videretur, ad confessionem adducunt, nec permittent pueros solos, aut dispersos eo currere. Manebunt etiam Præceptores apud iuuentutem vsque ad finem; præsertim in lectione Catechistica, dispicientq. sedulo, ne quid contra decentiam morum, & quietem committatur. 11. Atque vt pueri à tenera statim ætate Christianis, vetustis, laudabilibus. Catholicis ceremoniis assuefiant, adduci ad eas debent à Præceptoribus; maxime in capite Quadragesimæ ad sumptionem Cinerum, Feria sexta sancta, & quando Dominus noster ponitur in Sepulchrum, Die Præsentationis ad benedictionem Cereorum, & supplicationem, siue processionem. Similiter in id genus festis aliis ad templum adducuntur ad pietatem. 12. Habebunt quoque Ludimagistri suos corycæos, qui ad ingressum & egressum Scholæ diligenter inspiciant, vt iuuentus in plateis modesta sit & quieta, eos item, qui contra decorum peccauerint, adnotent, & Præceptoribus tradant, vt secundum culpam castigari possint. 13. Nullus puer in Scholas recipi debet, nisi parentes, aut ij qui eius curam gerunt, consentiant, vt in omnibus, & non in parte tantum, ea seruet, quæ in ordinatione Scholastica præscripta sunt. Debent igitur ea capita, quæ ad pueros propriè attinent, antequam recipiantur, parentibus eorum aut tutoribus prælegi. 14. Vt verò hæc ordinatio rectius obseruetur, & ea quæ sibi aduersantur dimoueri possint operæpretium est, vt cura & industria Senatus, Ludimagistorum numerus cuiusvis loci quoad fieri potest, minuatur; nec statim vniciuique Schola gerenda concedatur: sed accuratè primùm consideranda erit personæ conditio, maxime verò quomodo se circa religionem habeat; ad quam rem Parochi, qui loco illi præest, iudicium valde proderit. Qui verò suspecti sunt Ludimagistri, atque in angulis docent, ij omnino non tolerentur. 15. Si autem vnus atque alter Præceptor tantum numerum Scholasticorum acquireret, vt ipse solus omnibus secundum exigentiam necessitatis, & huius ordinationis præesse non possit, vel si occurrentibus aliis occupationibus aliquanto tempore cum consensu & licentia Scholarcharum, aut Magistratus, ab exercitio administrandæ Scholæ secederet, debet is sibi vnū, vel plures substituere. Nullus tamen ad Scholam gubernandam suscipiatur, nec retineatur, nisi qui professionem fidei catholicam coram præordinatis ediderit, & se hanc ordinationem diligenter exequuturum promiserit. Præceptores sint in Schola seduli, nec vllum statum tempus siue vrgente causa, & sine venia, negligant. Sciant etiam in quibuscumque casibus Scholasticis, Ludimagistri ad Scholarchas confugere, eisq. res suas & grauamina aperire; præsertim tempore trimenstruæ Visitationis, de qua dicitur postea. Seq. erga illos præstabunt in rebus omnibus morigeros & obediens. 16. Vt autem hæc ordinatio firma sit, & secundum eam accuratè agatur, necessarium est, vt Magistratus duos prudentes viros eligat, qui cum loci Parocho, Scholarchæ, seu Scholarum Præpositi constituantur. Horum officium erit hanc ordinationem Ludimagistris proponere, eamq. illis scripto dare, vt in cuiusque Schola affigatur. Visitabunt deinde Scholas quater per annum, temporibus trimenstruorum Ieiuniorum. In qua Visitatione diligenter animaduertere debent, quonam modo hæc ordinatio obseruata fuerit; Qui si vel per se ipsos, vel ex certa relatione aliorum cognouerint, eam quapiam in parte violari, curabunt vt quanto cyus remedium adhibeatur. Si vero huiusmodi difficultates inueniantur, quæ ipsi Scholarhis ad expediendum difficiles viderentur, oportebit illas ad Ordinarium loci Magistratum adferre, vt is opportune negotium adiuuet; vel & de tota re nostrum Superioris Austriæ Regimen docere, & determinationem vltiorem expectare. 17. His sic se habentibus, vt posthac iuuentus ad maiorē Dei gloriam ad bonos mores, honestatem, & omnem virtutem, suumq. proprium futurum commodum, & salutem, plantari, educari & conseruari possit. hæc nostra omnino sententia & voluntas est, vt omnes Ludimagistri Germanici tam qui iam sunt,

Ceremoniæ Ecclē-
siasticæ.Corycæi
cõstituti ed.Consensus
parentū ad
seruandam
disciplinā.Numerus
Magistrorum.Clancularij Magi-
stri non to-
lerandi.
Vicemagi-
stri.Professio fidei.
Ne absint è
Schola Ma-
gistri.Auxiliū à
Scholar-
chis peten-
dum.OFFICIUM
SCHOLAR-
CHARVM.

funt, quam qui post hos futuri sunt, ordinationem istam & articulos, quoad eius fieri potest unanimiter, diligenter, & fideliter obseruent, eamq. in suis Scholis publice visendam proponant, & quouis trimestri sua iuuentuti praelegant. Si vero aliquorum puerorum parentes pati nollent, vt filij sui praedictae ordinationi, & disciplinae se subiicerent, eos indicabunt Ludimagistri Scholarchis, aut Magistratui, vt cum huiusmodi parentibus id agatur, quod ratio & iustitia postulat. Eruntq. semper cum in hac tum in aliis rebus Magistratus Praeceptoribus auxilio & consolationi.

SEQVNTVR ORATIONES, QVAE Matutino tempore pueris praegi debent.

In nomine Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

ANTR SCHOLAS MATUTINAS.

Onnipotens, aeternus Deus, Pater clementissimus, intueere nos dilectos pueros tuos oculis misericordiae tuae, & concede propitius, vt apud nos sit, nosq. inhabitet Spiritus tuus Sanctus, qui nos illuminet, ac omne id doceat, quod ad Diuinam tuam gloriam, ad salutem nostram, ad publicam vtilitatem, & ad Catholicam Romanam Ecclesiam praefertatem possit conducere. Accende in nobis ignem amoris tui Domine, fac nos omnia peccata exhorrescere & abominari, iustitiam vero virtutesq. omnes desiderare, & ex animo concupiscere, vt tamquam obedientissimi filij, tibi cum in vita, tum in morte placeamus, per IESVM Christum Dominum nostrum. Amen.

Pater noster &c. Ave Maria. &c. Credo in Deum. &c. Gratia spiritus Sancti sit & maneat nobiscum semper, Amen.

In nomine Dei Patris, & c.

POST SCHOLAS.

Onnipotens, benigne & misericors Deus Pater, nos tui dilecti filij agimus tibi gratias, pro omnibus donis, & beneficijs tuis, & te supplices obsecramus, vt nobis tuam Diuinam gratiam ulterius concedere digneris, vt omnia ea, quae didicimus ad nominis tui Sancti gloriam, ad nostram salutem & ad multorum hominum vtilitatem, & incolumitatem recte accommodare possimus. Tibi etiam, o Domine commendamus omnem nostram actionem, & operationem, vitam, & mortem. Da nobis, quaesumus, in hoc saeculo tua frui gratia, & in futuro cum omnibus electis tuis id consequi, vt te in perenni gaudio, & felicitate laudemus, ac veneremur. Per Dominum nostrum IESVM Christum. Amen.

Decem praecepta Dei. Primum. Ego sum Dominus tuus. &c. De his praeceptis dicit Christus, si vis ad vitam ingredi serua mandata. Matth. 19.

Quinque praecepta Ecclesiae. Primum. Audire Missam &c.

Qui vero Ecclesiam non audierit, debet nobis esse velut Ethnicus & Publicanus, vt Christus docet.

Diuina gratia sit, & maneat nobiscum semper. Amen.

In nomine Dei Patris, & c.

ANTE SCHOLAS MERIDIANAS.

Domine Pater caelestis, concede nobis Diuinam tuam gratiam, vt omnes nostrae actiones ad gloriam & laudem tuam, & in Nomine Domini nostri IESV Christi, prospere incipiantur, & perficiantur. Amen. Pater noster &c. Ave Maria &c.

Septem Sacramenta. Primum. Baptismus. &c.

Tria praecipua bona opera. Prima. Oratio &c.

Septem opera misericordiae corporalia. Prima. Pascere esurientes &c.

Septem opera misericordiae spiritualia. Prima. Corrigitur peccatores. &c.

Qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis.

Gratia Dei Spiritus Sancti sit, & maneat nobiscum semper. Amen.

In nomine Dei Patris, & c.

POST SCHOLAS MERIDIANAS.

Nos tibi benignissime DEVS. pro fidei tuo instructione, & doctrinae munere, gratias agentes, te rogamus suppliciter, vt tua gratia adiuuante in cursu incepto progredi possimus, quo doctrinae continuo augetur, te semper magnificemus, nostroq. proximo ad salutem suam inseruiamus, per IESVM Christum Dominum nostrum. Amen.

Septem peccata mortalia. Superbia. &c.

De his sic scriptum est. Qui haec faciunt, Regnum Dei non consequentur, sed morte aeterna peribunt. Gal. 5. Ierem. 17.

Sex peccata in Spiritum Sanctum. Primum. Praesumptio saluandi &c.

Haec peccata neque in hoc saeculo remittuntur, neque in futuro, vel difficulter remittentur.

Quattuor peccata in caelum clamantia. Primum. Homicidium voluntarium &c.

Huiusmodi scelera a Deo semper terribiliter vindicantur.

Nonem

Nonem peccata aliena. &c. Etenim hoc pacto peccatorum alienorum participes coram Deo existimus, non secus, ac eadem ipsi perpetravimus. Gratia Spiritus Sancti sit & maneat nobiscum semper, & dignetur etiam nos ab omnibus his peccatis clementer liberare & custodire. Amen.

Feria quinta ante, vel post Meridiem, absoluta iam Schola, debet loco primae Orationis ad honorem agonis Christi Domini sequens Oratio recitari.

Benignissime Domine IESV Christe, qui pro meis & totius mundi peccatis, calamitates, angustias & dolores plurimos sustinisti, & mirabiliter prorsus sanguineo sudore maduisti, atque in omnibus ab Angelo confortari voluisti, concede mihi misero peccatori, vt ego in omnibus meis aduersitatibus me ad te conuertam, & in istem a tuo Angelo confortari, & eandem in consideratione tuae sacratissimae Passionis, pro sanguine largas lacrymas profundero possim. Amen.

Feria sexta post Scholas Pomeridianas, loco primae Orationis in honorem Christi morientis dicatur sequens Oratio.

Domine IESV Christe rogo te per acerbiteriam tuae sanctissimae Passionis, qua propter nos in Cruce affectus es, praesertim vero in illa hora, in qua nobilissima tua anima a tuo Sancto corpore decessit, vt me aeterna misericordia tua misereri velis, maxime cum ea corpore meo soluenda fuerit, ne tua crux & Passio in me, & alijs peccatoribus pereat. Amen.

Die Sabbathi post Scholas, ante vel postmeridianas ad honorem Sanctissimae Virginis Mariae.

Salve Regina, Mater misericordiae. &c.

SEMINARIA CLERICORUM, & Scholas antiquitus fuisse institutas, tamquam Nouitiatu quosdam, in quibus Clerici accuratissime probarentur, & excolerentur. Caput XI.



& Ecclesia praeter pueros, quos sedulo curabat institui, periculumq. de illis faciebat, quos ad Presbyterium informandos susceperat non minus, quam in Religiosis ordinibus fuisse factum dicitur. Aequum est enim, vbi idem finis sit, eadem quoque media, eademq. institutionem, quoad fieri possit, reperiri. Ergo cum intelligerent Patres, qui in veteri Ecclesia floruerunt, ad hunc gradum Presbyterij suscipiendum, cuius proprium munus est procuratio sanctitatis animarum, & dispensatio Evangelicae gratiae, requiri, vt eligendi inculpatae vitae testimonio irreprehensibiles essent iuxta Paulum, exemplum habentes bonorum operum, potentes exhortari in Doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere, illud vnum summo Spiritus consilio obseruandum esse diligentissime voluerunt, vt ad onus Presbyterij non nisi diu, multumq. probati homines per longissima tempora morum integritate, & doctrina perspicui assumerentur; in qua re multa sane instituerunt, quae quoniam huic functioni multum lucis afferre possunt, adscribenda hic sunt. Vt igitur hi tales euaderent, principio collegia quaedam, seu Cleri Seminaria instituta sunt in Episcopis, & atris Ecclesiarum, in quibus bonae indolis adulescentes, aut paterna, aut propria deuotione ad Clerum aspirantes Religiosam vitam simul agerent, disciplinisq. Ecclesiasticis imbuerentur sub probatissimo Seniore, & Praeposito, qui esset Magister, & testis vitae. Horum autem Seminariorum celebris extat institutio in Concilio Toletano secundo cap. 1. Toletano quarto cap. 29.

Ecclesiae veteris studium in probandis, qui admittendi erant ad presbyterium.

Presbyterorum quodnam est proprium munus.

Collegia, seu Seminaria Cleri instituta olim in Episcopis.

F f cap. 29.

cap. 29. Meminit item horum Collegiorum Vafense Concilium secundum A
 cap. 1. & Turonense secundum cap. 13. quo prohibentur in Episcopis mulieres
 esse, Ne hi, (aiunt) qui ad reparandam spem cleri nutriuntur, famularum pro-
 pinqua contagione polluantur. Ac sub Carolo Magno cum, restituta Imperij
 Romani Maieftate, splendor etiam Ecclesiasticæ disciplinæ reuiuifcere cepisset,
 eæ Scholæ, & Collegia Clericorum rursus instituta sunt. Quod patet ex Cabilo-
 nensi Concilio cap. 3. & Turonensi cap. 23. eodem Carolo; & ex Aquisgranensi
 Ludouico Augusto, cap. 135. Quo loco refertur Canon Concilij Tolerani quartij;
 Nempe in hisce scholis erudiendi litterarijs disciplinis, & sacra scriptu-
 ræ documentis, quibus merito diceretur à Domino. Vos estis sal Terræ, & qui con-
 dumentum plebibus esse valerent; Quorum item doctrina non solum diuersis hæ-
 resibus, verum etiam ipsi Antichristo resisteret; vt diceretur de illis in laudem B
 Ecclesiæ. Mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium; Hæc enim sunt
 verba Concilij Cabilonensis sub Carolo Magno. Tantum vero in his Seminarijs
 momenti positum esse ad instaurandam spem Cleri sibi persuaserant Pares;
 vt posteriore sæculo cum graui multorum tyrannide oppressa esset libertas Ec-
 clesiastica; & inter arma, & seditiones silerent studia; opera tamen Pontifi-
 cum forma aliqua retenta sit harum Ecclesiæ Scholarum, cuius Magisterij ve-
 stigia relicta adhuc cernimus in Scholarchis, quos in primarijs Ecclesijs,
 tamquam Praefectos Scholæ Collegij Clericorum, vt nomine ipso præferunt,
 institutos, certo scimus. Hi verò cum munere suo fungi desiissent, Alexan-
 der Tertius in Synodo Lateranensi Magistros instituit in vnaquaque Ecclesia Ca-
 thedrali, assignato stipendio Ecclesiastico, vt haberent pauperes clerici, quo Do-
 ctore gratis vterentur: Hanc verò Alexandri constitutionem, Innocentius Tertius
 in celeberrimo Concilio Generali, & confirmauit, & in alijs Ecclesijs obseruari
 voluit, & in Metropolitana Ecclesia Theologum Doctorem adiunxit, vt esset, qui
 doceret Sacerdotes sacras litteras, & ea, quæ obeundo muneri pastoralis necessa-
 ria sunt. Deinceps non ita multo post Honorius Tertius ex Collegio clericorum
 aliquos spectatæ indolis ad insignes Academias mittendos curauit, ex quibus
 posset haberi copia Doctorum, qui veluti stellæ in perpetuas æternitates mansu-
 ri ad iustitiam possent plurimos erudire. Tandem verò cum studia Sancta ista
 Pontificum sine oprato frustrarentur, multorum piorum votis, & statutis Conci-
 liorum Prouincialium petatum est, vt Scholæ Cleri longa desuetudine intermis-
 sæ, & penitus oblitteratæ ad instaurandam collapsam Ecclesiæ disciplinam de-
 nuo erigerentur. Quare saluberrimo Concilij Tridentini decreto, quasi postlimi-
 nio reuocata videmus hæc Cleri antiqua Seminaria, & Collegia in pristinam for-
 mam aliqua ratione restituta, quatenus sæculi nostri mores permiserunt.

Concil. To-
let. Vafen-
se.
Turonense

CAROLI MA-
gni studi-
um restitue-
nda Eccle-
siastica di-
sciplina.
Concil. Ca-
bilonensij.
Turonense
Aquisgra-
nense.
March. 5.
Cant. 4.
Sæculi mo-
mentum posi-
tum esse in
seminarijs

Scholar-
um qui o-
lim.

ALEX. TER-
TIUS.

Cap. Quo-
niã de Ma-
gistris.

INNOC. III.

Cap. Quia
eodem.

Concil. La-
teran. Ge-
nerali.

HONORIUS
III.

Prouincia-
les Synodi.

Concil. Tri-
dent.

RATIO DISPONENDI, ET
 administrandi Seminaria Clericorum.
 Caput XII.



T igitur nihil magis necessarium est Seminarijs ad instaurandas
 Ecclesiæ ruinas, ad arcendas hæreses, atque ad nomen Diuinum
 propagandum (quippe Christi vox fuit Apostolos hortantis, vt
 orarent patrem, vt mitteret operarios in vineam suam) sic om-
 ni animi contentione studendum est, vt eiusmodi Alumni & feli-
 gantur idonei, & instituantur aptissime, vt quamprimum eua-
 dant Christianæ Reip. peritiles. Eorundem autem Seminariorum non vnum ge-
 nus est

E

A nus est: Alterum enim est Episcopatum, & qui Ecclesiasticis muneribus ipsis ad-
 dicti sunt: Alterum domorum pauperum, qui certa stipe, sed tanquam liberi cuique
 Christianæ Reip. functioni gratis aluntur, & docentur. Tertium eorum, qui proprijs
 sumptibus sub præfectis honestissimis & probis viuunt. De primo autem genere hæc
 generatim statuenda sunt. 1 Vt domicilium certum sit, quod rectam Seminarij
 formam, & cubicula distincta habeat ob disciplinam retinendam: In domibus enim
 conductitijs hæc nequaquam seruari potest. Vix enim quisquam patitur aptari in
 eum vsu domos suas, è quibus emigrent paulo post, qui eas conduxerint. 2 Vt
 vicinum Seminario sit templum, in quo functiones Ecclesiasticæ ipso vsu addiscan-
 tur Altari ministrandi, Catechismum docendi, verbum Dei concionandi, & alia hu-
 iusmodi peragendi. 3 Vt reditus sint certi; ne hinc, inde, vel conquisita, vel ex-
 torta pecunia varios rumores cieat; quodq. tempus disciplinæ construendæ impen-
 di debet, id inturbetur; præterquam quod subministrata opportune Alumnis
 necessaria, & comparatus in tempore comatus multas isti negotio commodi-
 tates præbent, vt omnes suum officium præsent alacrius, studiaq. celerius pos-
 sint absoluerè, vt in vineam Domini excolendam citius etiam queant emitti.
 4 Ne absit longius Seminarium ab ijs Collegijs, quæ à Religiosis viris admi-
 nistrata bonitatem, disciplinam, & scientiam eos docent. 5 Antequam ad-
 mittantur in Seminarijs, vtilissimum esset; si aliquandiu (& saltem quidem an-
 num vel biennium) prius, probarentur in scholis eorundem Collegiorum, vel alia-
 rum publicarum scholarum, vt aptiore indole, ingenioq. dociliore, & animis
 ad Ecclesiasticum munus propensioribus viri examinatores prudentia & integri-
 tate præditi delectum eorum haberent. Admissi vero Alumni in duas classes di-
 stinguerentur: Alteram quæ iuniores, Alteram quæ natu grandiores contine-
 ret; li vero, qui iam curriculum studiorum in Seminarijs absoluissent, annum
 adhuc in eo demorarentur, quo alienis interdum Paroecijs inferuient, dum ali-
 qui rudiores parochi in eodem ipso Seminario quandantenus informarentur, &
 iuuandis animabus redderentur aptiores. 6 Conuictores laici ne cum clericis
 Seminariorum Alumnis intermiserentur; neque adeo viuerent in Seminarijs:
 Clericorum enim vt finis, sic vita debet esse frugalior; & horum quidem, vt di-
 ximus, is debet esse scopus, vt animas ad Deum adducant: at laici conuictores
 sese plerumque ijs studijs dedunt, vt familias tantum suas seruent & augeant; com-
 modo & dignitati consulant; qui politicus finis valde abest à spirituali, & ab eo,
 de quo dixit Dominus. Regnum meum non est de hoc Mundo. Ratio item stu-
 diorum disciplina, morum, exercitiorum, vestitus, victus, lecti, ceterorumq.
 corporis commodorum, non est inter istos Clericos, & laicos eadem. Nam Cle-
 ricis Diuina potissimum scriptura, conscientia casus, Patres sancti, horum vita,
 Concilia, & quæcumque ad Theologiam spectant discenda, tradendaq. sunt; at
 laici conuictores fere linguas tantum, philosophiam, iuris vtriusq. prudentiam,
 Medicinam, atque alias disciplinas addiscunt. Quin etiam plerique laicorum
 post absoluta priora studia, militia, aut mercaturæ sese dant. At Clerico-
 rum disciplina nititur deuotione, spiritu, zelo animarum, ædificatione proxi-
 morum, vita (vt ita dicam) exemplari: Verumenimvero conuictores laici licet
 Christianos mores, ac fugam malarum occasionum spectent, sanctaq. item Sacra-
 menta frequentent, hæc tamen omnia propius ad Clericos pertinent; cum
 & decorum & grauitas Clericalis vitæ ab ea libertate abesse debeat, quam
 laici adolentes adimi sibi haud facile patiuntur. Quin etiam diuturno vsu
 vidimus accidisse perpetuam inter Clericos & Laicos æmulationem, vt quan-
 tum cernerent Clerici Laicis concedi, tantum & ipsi consequi studerent contemni
 autem sese putarent, si sibi ipsis eadem non concederentur. Accedunt familiarita-
 tes ac studia, quæ clerici à laicis conuictoribus fere procurant. Quæ quidem cun-
 cta ab ipsius uocationis & instituti Seminariorum recta semita clericos auer-
 tunt, certe vt difficillime in officio retineri possint. 7 Ceterum quæ ad ra-
 tionem

Tria gene-
ra Semina-
riorum.

tionem studiorum in clericis instituendis attinent, ea in Seminarijs recte institutis extant, atque ad hæc fere capita rediguntur, vt in prophanis intelligantur humaniores litteræ, Rhetorica, Dialectica, Philosophia, Linguae (& quidem variae vbi eædem plurimorum profectui necessariae sunt) In sacris autem Romanus Catechismus, casus conscientiae, solutiones controuersiarum, quæ maxime videntur in locis, ex quibus oriundi sunt Alumni, siue ea loca schismate, siue hæresi, siue Ethnicismo, aut Iudaismo laborent. Theologiae item positivæ, atque Scholasticæ studium exactius in ijs, qui aptiores esse videantur. Musica, & computum Ecclesiasticum: Ratio administrandorum Sacramentorum: Modus cum proximis agendi; & in scholis docendi; de quibus omnibus (præter illa, quæ huic & sequenti libro inseruimus) quoniam alibi in hac Bibliotheca egimus, indeq. colligi possit commodus studendi ordo pro captu cuiusque præscriptus, siue spectet ad repetitiones domesticas, atque ad disputationes, aut ad exercitium styli & pronuntiationis, siue ad incitamenta, & adminicula varia præceptorum, propterea non est, cur hic longius immoremur. 7 Ad ea vero quæ pietatis sunt, cum ea, quæ in Francisci Costeri libro piarum institutionum apposite, & copiose huc faciant, tum ipsa Clementis VIII. Pontificis Max. Epistola initio Pontificatus sui scripta ad omnes omnium Seminariorum Alumnos satis fuerit, vt & officij sui admoneantur; & posteri eodem itinere ad eundem Seminariorum finem maximo à Præferti animo adducantur; quæ causa est, cur eandem Pontificiam Epistolam huc adtexuimus.

BREVE CLEMENSIS VIII. AD ALUMNOS omnium Seminariorum.

DILECTIS Filijs Rectoribus, Præfectis, & Alumnis Seminariorum nostrorum, & Sedis Apostolicæ, atque quibuscumque alijs, qui Catholicorum Regum, Principum, Episcoporum, aut aliorum opera, ac liberalitate ad Christianam Religionem informantur, Salutem & Apostolicam benedictionem. Ea semper fuit Sedis Apostolicæ pro salutis animarum cura, in omnes vniuersi terrarum orbis homines charitas, vt illos licet longissimis locorum intervallis distantes, ac vitæ etiam ratione, & sermonis genere inter se maxime differentes, equalibus tamen paterni amoris sui officijs ad Catholicam Religionis cultum alliciendos, & sibi adiungendos, perpetuo existimauerit. Id cum permulta Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de Catholica Ecclesia benemerendi studia, & præclara rerum ab eisdem gestarum monumenta declarant, tum pleraque adolescentium natura, & ingenio præstantium recentis memoria ad Religionis, & bonarum artium cultum piæ, liberaliterq. instituta Seminararia clarissime ostendunt: Quibus quidem Seminarijs stabilitis iam, & firmatis, ipsi etiam pro pastoralis nostri munere, quantum cum Domino possumus, fauere cupientes, vt qui in illis exercentur, eo magis Catholica Religionis propagandæ desiderio accendantur, quo clarior est crescentium quotidie nostrorum, & Sedis Apostolicæ beneficiorum magnitudo: idcirco inter alia, quæ grauissimum Apostolicæ seruitutis onus, Diuina disponente clementia, tenuitati nostræ nuper impositum à nobis exigit, nostri etiam muneris hoc tempore esse duximus, vt ad vos Sedis Apostolicæ Alumnos scriberemus. Quocirca, cum Seminariorum erectio, & omnis, quæ in ipsis adolescentibus piæ sapienterq. instituendis cura hætenus suscepta est, & adhuc suscipitur, eo præsertim tempore spectet, vt Sedes Apostolica regendarum animarum munus sociatis sibi multorum studijs, atque laboribus facilius exequatur: Propterea vos omnes, & singulos paternè monemus, ac in Domino hortamur, vt facta in primis omnium vestrarum cogitationum summa, animum statim ad ea consilia traducatis, quæ Nationum vestrarum bene, & Catholicè viuendi rationes, ob hæresum prauitatem grauissimis antea difficultatibus implicatas, hætenus vobis expeditas reddiderunt. Hisce enim propositis, diligenterq. vobiscum consideratis, illud etiam, quod est proximum, facillimè intelligetis, nihil videlicet maiore studio nos, & Sedem Apostolicam à vobis expectare, quam vt iactis firmissimis eiusdem Catholicæ fidei pietatis, & Doctrinæ fundamentis, omniumq. studiorum cursu planè absoluto, tales vos præbeat, vt quantum ipsi, & Sedes Apostolica de vniuscuiusque vestrum salute laboramus, tantum etiam vos de vestra, & eorum, qui vestræ fidei committentur, salute laboretis. Quod tum pro singulari vestra in Romanam Ecclesiam fide, & in nos obseruantia, tum pro beneficijs, quo cumulati estis magnitudine, & muneris vobis iniuncti administratione, vos omnino præstituros esse confidimus. Neque enim in eo dimittat tota officij ratio consistit, vt ipsi in propria beneuolentiæ disciplina constantè persistatis, sed illud præterea à vobis optimè iure exigatur, vt singuli primos, tum in studijs, tum in omni virtutum genere progressus ad publicam eorum, quibus præsumi estis utilitatem, ac salutem, etiam si maximi propterea cruciatus subeundi, ac certissima ipsius vite pericula

Apericula sustinenda sunt, libenti, pioq. animo (quod aetate nostra plerique collegæ vestri, ob Diuini nominis gloriam piè, ac fortiter fecerunt) studiosè conseratis. In primis vero omni studio danda est vobis opera, maximeq. curandum, ne humani generis aduersario instigante, deestlandam paucorum quorundam perfidiam, proiectamq. impudentiam nullo vnquam tempore imitandam statuatis, qui obliuio promissorum, ac molata fide, quæ se, atque operam suam Deo, ac Romano Ecclesie adixerant ad miserimas voluptatum illecebras, & ad secularia desideria (elusa quam in Seminarijs concitauerant, spe) turpissimè sese conuerterunt: A cuius sanè infamiae periculo, ac suspicione quò longius abesse vos certo scimus, eò impensius etiam vnquemque vestrum diligimus, hunc ipsum amorem libentissimè officio, ac re ipsa testaturi, quotiescumque vestra studia, pioq. conatus iuuandi, aliqua sese obtulerit occasio. Ceterum, quoniam ea est humanarum virium imbecillitas, vt planè infirmi simus ad omnia, nisi diuina in primis ope fulciamur, propterea quo munitiora vobis præsidia comparetis, vehementer cupimus, atque vos etiam in Domino valde hortamur, vt aliquot dies, eos nimirum, qui vobis à Moderatoribus præscribentur, in eà cogitationem impendatis, ex qua cognite vobis, ac perspectæ reddantur causæ, ob quas in hanc lucem vos Deus produxerit, quantum ad felicitatem creauerit, quid perpetua Moderatorum, sub quorum disciplina degitis, de pietate, ac virtutibus vestris cura, & sollicitudo à vobis exposcat, vt deinceps peccatis omnibus expiatis, & nos, & reliquam Christianam rem apud Dominum Deum iuuetis. Propterea hebdomada ea, quam Præfectorum Seminariorum, vel Collegiorum: & Scholarum semel acceptus hisce nostris litteris, aut saltem, si quod per eos dies impeditur acciderit, proxima hebdomada tribus diebus, quarta scilicet, & sexta feria, ac Sabbatho ieiunetis, & facta sacramentali Confessione, die Dominico dictum Sabbathi diem proximè subsequente, vel alio dictæ sequentis hebdomadæ die, arbitrio Confessarij, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deuote percipiat: Interea vero pro Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione, hæresum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, pace, tranquillitate, salute, Deum oretis, eiusdem quoque gratiæ præsidium nobis imploretis, postuletisque ab eius bonitate, vt dignetur suo Sanctissimo Spiritu in tot, tamq. grauius curis infirmitatem nostram adiuuare, operarios quamplurimos, & tanto ministerio dignos in vineam suam mittere. Qui autem, vel propter corporis infirmitatem, vel propter aliud quodvis impedimentum superius expressa facere tunc temporis nequiverint, Confessarij arbitrio ea ipsa in aliud, proximum tamen tempus, differre valeant. Quæ omnia, vt eò libentius præstare studeatis, quò vberius spiritualibus muneribus, & gratijs animas vestras resectas esse cognoueritis, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, vobis omnibus, & singulis prædictis, qui præmissa adimpleritis, plenissimam peccatorum vestrorum Indulgentiam, veniam, & remissionem tenore presentium damus, concedimus, & elargimur. Quæ Indulgentia frui volumus, Catholica Seminararia omnia, siue ab Episcopis, siue à Principibus secularibus instituta, egentium etiam studiorum domos, siue huius Sanctæ Sedis, siue aliorum Catholicorum benignitate, atque eleemosynis sustententur, horumq. item Seminariorum, Domorumq. Præfectos, ac Ministros omnes, eos etiam, quorum hætenus opibus, atque eleemosynis sustentari consueuerunt, ijs scilicet, quas præscripsimus, rebus peractis, ea hebdomada, aut proxima, vt dictum est, qua huius nostræ concessionis litteræ ad eos peruenerint. Quia vero difficile esset has ipsas nostras litteras ad eos omnes, ad quos pertinent, deferri, volumus, vt earum exemplis etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo consignatis, eadem omnino fides adhibeatur, qua his ipsis litteris, si ad eos perlate essent, tribueretur. Datum Romæ in Monte Quirinali sub anulo Piscatoris, die xxij. Junij M. D. X C I I. Pontificatus nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

Sed & Sixtus V. Pont. Max. Alterū Breue easdem ob causas ad omnes Præfectos, & Alumnos quorundamq. Seminariorum miserat. Quod ita habet. DILECTI FILII salutem, & Apostolicam benedictionem. Semper Apostolicæ Sedis zelus complexus est charitate, atque officijs nationes omnes, quæ ipsarum salutem, atque ad Dei gloriam, Catholicæq. Ecclesie amplitudinem pertinerent: nec quemquam omnino in quo modo aliquid posse profici in hoc genere existimaret, à sua cura, & studio alienū duxit. Hos vero semper in primis commendatos habuit, quos præstanti ingenio, & nature bonitate præditos, optimis etiam disciplinis, sanctaq. educatione institutos, ceteris quoque ad pietatem, ac salutem adiumento esse posse intelligeret. Ab hoc studio, & charitate (Hæreticorum perfidia omnia permittente) Seminararia sunt profecta, in quibus, cum à ceteris Romanis Pontificibus, tum proximè à Gregorio piæ memorie, nunc etiam à nobis ad hoc munus laboriosissimum nullo nostro merito vocatis, ea in primis cogitatio suscepta est, quo pacto in maximis Sedis Apostolicæ angustijs, temporumq. difficultatibus

tibus provideri posset, ut haec ipsa Seminararia sum disciplinarum sinceritate, tum pietatis praestantia flo-
 rent, tanta cum stabilitate, quantam, & rei ipsius gravitas requirit, & communis Ecclesiae boni ra-
 tio, & Dei gloriae studium exoptat. Et nos quidem haec tenus ea, quae nostrorum Seminariorum sustentationis causa ad aliquot annos fuerunt constituta, non modo conservavimus, sed auximus etiam. Per
 petuis igitur in India Orientali Seminaris institutis, nefariis haereticorum conatibus obsistendi studio
 depravataeque in tam remotis regionibus Ecclesiasticae disciplinae restituendae, hoc maxime tempus ido-
 neum iudicavimus, ad vos scribendi, Apostolicae Sedis Alumni, siue Seminaris egressi iam estis, siue
 adhuc in illis erudimini, siue postea ad ea vos conferetis.

Hortamur igitur, ut cum ceterorum in vos Dei beneficiorum, memoriam sanctissime retineatis,
 tum hoc praesertim nomine eius bonitati gratias agendas putetis, quod vos gravissimis periculis ere-
 ptos tutissima in statione collocavit: quodq. magnis sumptibus, laboribus, vigiliis, patientia eruditos ad
 gloriosissimum omni q. existimatione maius Sanctae Ecclesiae operariorum munus vocavit. Qua quidem
 cogitatione incensi, & tum optimis institutis assuefacti, tum doctrinae sinceritate excolti, debetis non so-
 lum vos ipsos ab omni labe puros, integrosq. servare, sed alios etiam prodesse contendere, parati semper
 de ea, quae in vobis est, fide, rationem reddere, & eos, qui contradicunt, arguere: sanguinem quoque ip-
 sum, si ita res ferat, pro Christi gloria, atque animarum salute profunderere, quod multi recenti memoria
 ex optimis Collegijs profecti gloriosissime praestiterunt. Horum fidem, fortitudinem, charitatem, sem-
 per ad imitandum propositam habere debetis, contra vero, paucorum aliquorum vicem misereri, con-
 silium detestari, exitum perhorrescere, qui cum in Seminaris fidelem Deo, sanctaeque eius Ecclesiae ope-
 ram polliciti essent, inde egressi sese invidis, terrenisq. cupiditatibus dederunt, ceterisq. ea facultate
 quam Sedis Apostolicae beneficio adepti essent, prodesse recusantes, respexerunt in vanitates, & in-
 sanias fultas: sicq. maxima de spe deciderunt. Ab horum igitur stultitia, ac miseria vos abhorere per-
 suasum habemus: Quos vero vitae integritas, doctrinae sinceritas, voluntatis zelus commendabit, iis
 nulla unquam deerunt a nobis paternae charitatis officia.

Quia vero omnes hominum rationes, reeque agendi conatus, a divina gratia destituti, irriti plane
 sunt, ut vos ipsos (quo ad homini datum est) hoc praesidio dignos reddatis: cupimus, atque hortamur, ut
 per aliquot dies (si ita visum fuerit praefectis vestris) vos colligatis, attentissimeq. cogitetis, quem ad
 finem a Deo conditi sitis, quantam ad spem vocati, cur tam diligenti cura, & studio optimis disciplinis
 & moribus erudiamini, quam multis ad pietatem adiumentis abundetis, quam paucis haec ipsa praesidia
 contingant, quam turpe, atque exitiosum esset, tam multis Divinae in vos charitatis beneficijs non omni
 conatu respondere summa cum animi demissione, & gratiarum actione, quam denique indignum, ac mi-
 serum non vos totos Deo consecrare, Sanctoq. Spiritu, cuius certe in hac meditatione exardescet ignis,
 in perpetuum incendendos tradere.

Ea vero hebdomada, quam Praefecti vestri semel designabunt, aut certe si quid per eos dies impedi-
 menti acciderit, proxima hebdomada tribus diebus, quarta scilicet, & sexta feria, & sabbato ieiunetis,
 factaq. sacramentali peccatorum confessione proximo die Dominico Sacrosanctam Eucharistiam sumatis:
 interea vero pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, Catholicorum Prin-
 cipum concordia, pace, tranquillitate, salute Deum oretis: eiusdem quoque gratiae praesidium nobis im-
 ploretis, postuletisq. ab eius bonitate, ut dignetur suo Sanctissimo Spiritu in tam multis, tamq. gravibus
 curis infirmitatem nostram adiuvare, operariosq. quamplurimos, & tanto ministerio dignos in vineam
 suam mittere. Nos vero vobis, praefectisq. vestris, administrisq. omnibus haec implentibus Divina Mi-
 sericordia consili plenariam omnium peccatorum Indulgentiam elargimur. Qua etiam frui volumus Ca-
 tholica Seminararia omnia, siue ab Episcopis, siue a Principibus secularibus instituta, egentium etiam stu-
 diosorum domos, siue huius Sanctae Sedis, siue aliorum catholicorum benignitate, atque elemosynis su-
 stententur: horumq. item Seminariorum, domorumq. Praefectos, ac ministros omnes, eos etiam, quorum
 haec tenus epibus, atque elemosynis sustentari consueverunt, ijs scilicet, quas praescriptis rebus, per-
 actis ea hebdomada, qua huius nostrae concessionis litterae ad eos pervenerint, aut certe, ut dictum est,
 proxima. Quia vero difficile esset has ipsas nostras litteras ad eos omnes, ad quos pertinent, perferri,
 volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & alicuius in Eccle-
 siastica dignitate constituti sigillo consignatis eadem omnino fides adhibeatur, quae his ipsis litteris, si
 ad eos perlatae essent, tribueretur. Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris,
 die xxij. Octobris. M. D. LXXXVI; Pontificatus nostri Anno Secundo.

Ant. Bucapadulius.

Q V AE

QUAENAM IN PRIMIS AUDIRE CLERICI
 debeant, ut studia pietatis, & literarum methodo rectissima absol-
 vant. Quae item ratione docendi sunt quae ad stylum, &
 dictionem attinent, ne in errores, aut haereti-
 cum dicendi, scribendive modum
 impingant. Caput XIII.



BOST Seminarij leges cognitatas obuerfari animo, atque oculis
 deberet Scholastici Tabula, quam Iacobus Lainez, qui post Igna-
 tium secundus fuit Societatis nostrae Praepositus Generalis con-
 fecit. Quae quidem si ante omnia pro captu adolescentum, tribus
 vel quattuor praelectionibus, exponeretur, esset vnde eorum me-
 tes excitarentur ad meliora charismata. Ea vero sic confecta est.

Consideratio Scholastici.

EX FINE, qui est discere sapientiam: quod magnum est tum ex obiecto, idest
SAPIENTIA omnia continente: omnia infinites superante, omnia dante cum
 augmento.

EX MEDIIS: quae sunt **VIÆ**, vel dentes clavis, qua aperitur thesaurus **SA-
 PIENTIÆ**. Ea vero media sunt. **RELIGIO**, seu **GRATIA**. **NATVRA**. **EXTER-
 NVM** **ADMINICVLVM**. **VSVS** **HORVM**.

RELIGIONIS autem, siue **GRATIÆ** partes sunt.

I **INTENTIO** bona, non autem ob finem diuitiarum, honoris, deliciarum.
Sed DEVM cognoscendi: Proposito: Odio, & repulsa oppositi. **Gratiæ** ob-
 tentu. **Oratione**. **2 ORATIO**. **3 PURITAS** Conscientiae, quae compara-
 tur confessione peccatorum: **Communione**: **Oratione**: **Custodia** sen-
 suum: **Meditatione**. **4 VERBUM DEI**. **5 Obedientia** **6 FIDES** Deo imprimis:
 deinde Praeceptoris in bonis omnibus. **7 SPES**. **8 Dilectio DEI**: Praeceptoris:
 Condiscipuli: **9 DELECTATIO** in studendo. **10 TIMOR DEI**: Praeceptoris: **11 HV-
 MILITAS** erga Deum, praepceptorem, scientiam. **12 TEMPERANTIA** ab Alimentis: ab
 inhonestis cogitationibus: tactibus: aspectu: factis: ab ocio: a loco. **13 FORTITV-
 PO** ob luctam in carne: in ingenium, ut fiat habilis: in Memoriam: in externa
 impediencia: in sapientiam effodiendam, & comparandam. **14 PRVDENTIA** in de-
 clinandis incomprehensibilibus, siue sublimioribus: siue nouis opinionibus, quae
 sint bonis, & antiquis oppositae: In declinanda item nimia applicatione, vel ad ipsam
 scientiam: vel ad alia: & iactura temporis, vel occasione fugienda. **15 IYSTITIA** in
DEVM in festis sanctificandis, & beneficijs ipsius recolendis. In Praeceptorem,
Amore: **Honore**: **Obedientia**: **Imitatione**: **Docilitate**: **Solutione** si recipit. In
 Condiscipulos, **fraterna charitate**. In Ciues, **soluendo quae debentur**: **Neminem**
 vlla iniuria afficiendo.

NATVRAE cuius partes sunt. **I INGENIVM**, vel aptum, quod adhuc iuuan-
 dum est, gratissimo erga Deum animo: cautione omnium vitiorum: **Oratione**: **Tem-
 perantia**: **Exercitatione**: **Praeceptore** cooperante, ac dirigente, methodum quem
 docente. **2 MEMORIA**, tum Rationalis, tum Sensitiua: finis autem Memoriae
 est, vnde perfectio; **Recolere Deum**: & **iuuare eam ad Virtutes**, ad fugam Pecca-
 torum, ad scientiam dantem, ad aeternam Vitam cogitandam. **Iuuatur autem ME-
 MORIA**, **Meditatione**: **Repetitione**: **Vocali intellectu**: **Ordine**: **Dilectatione**
 in intelligendo, vel amando, quod intelligitur: **Arte** locorum, vel imaginum: **Me-
 dicina**: **Tempore**, cum ita res antea prouidentur, ac disponuntur, ut postea ne fe-
 quatur confusio. **3 PROPENSIO**, fortis; descendens ad media: **delectans**: **Im-
 morari**

IACOBVS LAINEZ praepositus Societatis ISSV.

TABVLA SCHOLASTICI.

RELIGIO & eius partes quindecim

Intentio.
 Oratio.
 Puritas.
 Verbi Dei.
 Obedientia.
 Fides.
 Spes.
 Dilectio.
 Delectatio.
 Timor Dei.
 Humilitas.
 Temperantia.
 Fortitudo.
 Prudentia.
 Iustitia.

NATVRA & eius partes.
 Ingenium.
 Memoria.
 Propensio.
 Corpus san-
 num, & bo-
 norum or-
 ganorum.
 VIDE AVGV-
 STINI VA-
 LERII Car-
 dinalis Ve-
 rone, de Commen-

arijs conficiendis morari faciens. Inuatur autem Exercitio. Habitu. Inuentione. 4 CORPVS: A quod fit sanum: mollæ carne, seu bonæ constitutionis. bonorum Organum, Visus, Auditus, Memoria, Imaginationis, Sensitivæ, Cogitativæ.

EXTERNVM ADMINICVLVM: cuius partes sunt. 1 AVDTIO. necessaria fidei, & Intellectui. Vtilis ad naturalia, & Supernaturalia. Attenta: ne amittatur tempus, substantia, honor. Patiens siue mansueta. Beneuola. Docilis. Visq. facienda somno, & distractioni. 2 LECTIO, necessaria & Vtilis ad ea, ad quæ Auditio. Certa, & non vaga: nec quæ, quasi infirmus ventriculus euomat cibum. Attenta, vt percipiatur. Deuota vt afficiatur. Sonora vt imprimatur res etiam per auditum. Moderata ex consilio, non ex lassitudine, 3 MEDITATIO assidua rerum Diuinarum, quoniam à Deo omnis ars, & scientia, priorq. est libris: Ordinata à notioribus incipies. 4 COLLATIO. Reperendo, Querendo, Docendo, B Disputando, Scribendo, Amice, Urbane, sine ira, humiliter acquiescendo vero, & id amando, Breuiter. 5 PERSEVERANTIA necessaria. Magnum enim animal diu clausum in vtero materno retinetur, priusquam edatur in lucem. VSVS HORVM.

Postea vero catechismus Romanus ex Synodo Tridentinæ decretus ita erit prælegendus vt cum nouerint Clerici Vniuersam Theologiam in eo includi: (Nam quæ credere, quæ agere, quibus sanctificari, quæ sperare debeamus, is complectitur) rerum præcipua capita, definitiones, & aliqua eiusmodi memoria mandent, futura vtilissima tum ad recte de Diuinis rebus loquendum, tum ad puram, (hancq. ecclesiasticam) scriptionem comparandam, ac denique ad Theologiam Scholasticam percipiendam. Vfus vero catechismi simul doceatur, id quod duabus rationibus erit faciendum: primo, si quæ cuiq. Euangelij parti catechismi pars responderit, indicabitur: Sic enim clerici eadem opera Diuinis Scripturis, & catechismo assuescent. Deinde si, quæ ex eo perdidicerint, non tam inter sese (quod quidem erit vtilissimum) publicis disputationibus, & repetitionibus contulerint; Veram etiam coram alijs è suggestu concionantes egerint. Editus est autem is catechismus à Gulielmo Rouillio Lugduno in capita, sectionesq. distinctus, varijsq. Patrum Sententijs, & auctoritatibus munitus cum duobus Indicibus: quorum alter docet, qua ratione ea, quæ in catechismo traduntur ad Euangelia Dominicalia, & aliorum aliquot Festorum possint accommodari: alter rerum est lunge ijs locupletior, & ordinatior, qui hactenus editi sunt. Recusus autem hic ipse postea fuit Venetijs apud Damianum Zenarium.

Post Catechismum atque adeo vna cum ipsomet catechismo, Epitome vtriusq. Testamenti breuior, sed perspicua est proponenda. Nam si cum rudibus, qui ad baptismum accessuri sunt, docet Augustinus esse faciendum, vt rerum à Deo conditarum seriem percipientes, Diuinam Prouidentiam colant: quanto magis opera sedulo danda erit, vt Clerici qui rudes erudituri sunt id assequantur? At primum paucis (sed & tamen interdum cum sese occasio dederit) altius instillanda erit animis adolescentum Scripturæ Sacræ necessitas, dignitas, vtilitas, sapientia, efficacia, sublimitas, auctoritas, certitudo, scopus: quæ omnia breuissime nos capite xvi. libri secundi huius Bibliothecæ cum persecuti simus, poterunt inde peti. Tum veniendum erit ad argumenta, nexumq. vniuscuiusq. libri ostendendum, qui Diuino in codice comprehenditur. Neque vero suaferim, vt Seueri Sulpitij hac de re clericis liber prælegatur: nisi aliquando prodiret emendatior; Qui vero eum exponeret esset eiusmodi vt & ad caprum, statumq. clericorum, aptare sese; ac quæ essent pro ratione horum temporum intermiscenda, eadem recte interfere sciret, ac veller. Nimirum Sulpitio sua sunt quædam, qualia dicentur in nostra Bibliotheca sacra: nec qui in eum hoc seculo exponendum operam suam impenderunt, omnino consequuti sunt, quod erat optandum. Nam & Carolus Sigonius, qui postremus ei libro manum admouit, à viris cordatissimis non immerito admonitus est eorum rerum, quas, vt erat in litteris humanioribus præstans, in sacris non item; non dubito, quin si reuisceret, ipse emendaret quippe ante tribunal æternæ Veritatis fuit.

IN SVLPITII SEVERI Epitome scripturæ sacræ quid consideratione dignum sit.

CATECHISMVS ROMANVS vnde nam petendus est emendatior, & aptior ad iuuandos clericos. 1590 Epitomes sacræ scripturæ tradendæ quædam Ratio.

VSVS. CATECHISMVS ROMANVS.

EXTERNVM ADMINICVLVM.

LIB. DE RECTA PHILOSOPHIA DI RATIONE EDITIS VERONÆ 1577.

A fuit: iamq. ea, quæ solemus in hac vita plerumq. tueri acrius, statim ad Diuinæ lucis radium, quæ nam sint apparent. Quare cum eadem illi corrigere non liceat; nil ei oberit: si nos, quæ ijs, quos diximus, Viri in eo animaduertent, summatim huc adtexamus. Sunt autem hæc.

1 Gregorium Nazianzenum virum non tam sanctitate quàm eloquentia singularem dicit. 2 In folijs Hebræorum commentarijs contineri, inquit quantum humanum genus à Religione colenda absit ac distet. 3 Nomen sacri confundit, Religionem item Christianam, & ritus Gentium. 4 Enumerando libros veteris Testamenti, libros prophetarum minorum omisit. 5 Ait sacras scripturas esse Hebræorum commentaria. 6 Imitatus Eusebium Cæsariensem, & Laurentium Valam, aliter atque Catholica Romana Ecclesia sentit de Constantino Magno, & Concilio Nicæno. 7 Contra textum Genes. 6. 7. dicit Diluuium perditum vniuersum genus hominum præter vnum Noe iustum, cum B. Petrus dicat octo animas saluas factas fuisse. 8 Ad Hebræorum fontes recurrendum dicit, quia ibi secreta continentur aliqua. 9 Vulgatam editionem omittit, & non adeo magni facit. 10 Phrases aliter atque Ecclesia recipit, & sic sensum Bibliorum immutat. 11 Periculose admodum vbi de fide tractat, omittit gratiam & opera. 12 Imitatus Erasmus dicit, Melchisedech non sacrificasse, sicuti tenet Ecclesia; sed panem & vinum præmisisse. 13 Vbi loquitur de concubitu filiarum Loth, stuprum, & adulterium vel licere insinuat, vel saltem non damnat. 14 Sarram ratione partus superbia elatam dicit. 15 Vbi de idololatria, ieiunè nimis, & hoc tempore periculose admodum loquitur, iuuenes instituens. 16 Prophetas & prædictiones vocat fata. 17 De morte Moyfis non ponit causas, scilicet quia fuit poena peccati ad aquas contradictionis; cum hæc veritas minime celandam. 18 Cum Sacramentarijs conuenit de panis, & vini consecratione, non declarans inter manna, & oblationem Melchisedech. 19 Falso duas Tabulas præscribit datas, vnam ad Religionem, alteram ad Iudicium. 20 Phrasibus Gentilium imprudenter vtitur. 21 Quasi per contemptum sanctam Crucem homo Christianus vocat suspendium, vbi pueros instruit, & Interpretem agit. 22 Vbi loquitur de Rege & Regno anteponit viuendi libertatem subiectioni Regum. 23 Vbi agit de gladio Dauidis immutat scripturam. 24 Vbi loquitur de resurrectione Templi, & vrbis per Ezechielem, omisit quod præcipuum erat de resurrectione corporum. 25 Machabæorum libros cum hæreticis, & Hebræis, propter dissonantiam rejicit à libris receptis contra Tridentinum Concilium, & anteponit Iustinum historicum ipsi Maccabæorum libris. 26 Vbi loquitur de potestate S. Petri, male loquitur, maxime, quod eandem potestatem omnibus à Christo impertitam insinuat. 27 De Apocalypseos libris dubitat, an sint S. Ioannis Euangelistæ. 28 Vbi potuit, ac debuit distinxisse Synagogas hæreticorum ab Ecclesia Catholica Romana minime fecit iuuenes instruens. 29 Non dat, loquens de Pontificibus Maximis, S. Petro, & successoribus excellentiorem potestatem, quàm ceteris Episcopis. 30 Minus ait hæreticum esse, quàm hæreticum non bono animo accusare. 31 Priscillianum hæresiarcham in numerum Martyrum refert, & non prodit Martyrologij auctorem.

Cum igitur neque Seueri Sulpitij Epitome plene satisfaciatur: nec qui in eam edere commentarios omnia obseruauerint, Epitome illa, quam nos huic operi adiecimus, siue breuior ex ipsis tantum Diuinæ Scripturæ libris confecta: siue vberior, qua rerum capita, & series à Mundo condito, vsque ad Domini nostri IESV CHRISTI tempora continentur, alterutra clericis prælegi omnino poterit. Iam vero quæ de Rhetorica dici possent, nulla Seminarijs aptior est, quam quæ ab Augustino Valerio Cardinali Veronæ, rogatu Caroli Borromæi Cardinalis conscripta fuit, de qua fufius diximus, vbi oratoria Ciceronis contulimus, cum Patribus, atque monstrauius neque copiam, neque eloquentiam iis defuisse, quin etiam copiosorem, atque efficaciorum extitisse. Ac tamen ne quis è nimio elegan-

CAVTO IN CAROLI SIGONII Commentarijs in Seueri Sulpitium.

Arnob. lin.
1. adu. gen-
tes.

1. Tim. 6.

Tertull. lib.
de præfcri-
pt. hæret.

Cyroll. He-
rosol. ca-
tech. 4.

In Decret.
cap. Indi-
gnum dist.
38.

IMBUI SA-
CRIS non ef-
se idè quod
catechiza-
ti.

FACERE SA-
CRÀ.
Virg egl. 3.

OPERARI
sacris quid
fit.

Pamel. lib.
de operib.
& elemof.
SACRYM,
SACRAMEN-
TVM, SACRI-
FICIVM quo
modo diffe-
rant.

Paschafius
lib. de præ-
sent. cor. &
fang. Chri-
sti in Eu-
charist. c. 3.

elegantia studio in errores impingat, quæ ad dictionis, & styli modum pertinent, hæc quæ sequuntur obseruanda sunt. Quod enim Arnobius scriptum reliquit, dissoluti pectoris esse, in rebus serijs quærere voluptatem, & sonos auribus infundere dulciores, non medicinam mentis vulneribus admouere, permagni sane momenti est. Quare & Hieronymus inquit res Ecclesiasticas verbis Ecclesiasticis esse tractandas; cum ex verbis inordinate prolatis facile (ait) incurratur hæresis: & ex prophanis vocum nouitatibus, quas tantopere fugiendas docuit Apostolus, hæreses, vt ait Tertullianus, subornentur, hoc est quasi quodam furo tegantur: & eis tamquam amatorio poculo mentes hominum subuertantur. Cum autem tot hæresum virus vbiq; hoc sæculo sit sparsum; non modo error, verum etiam erroris omnis suspicio tollenda est. Quæ causa me mouit, cur rogatos velim Seminariorum præfectos, vt & ipsi à peregrinis, atque limatioribus quibusdam vocibus in rebus Ecclesiasticis, atque dogmatibus caueant: & verò Clericis præferant lumen, ne Auctores in dictione eleganti curiosiores facile anteponant iis, qui propriis, pressis, atque significantibus, & ab Ecclesia vsurpatis iam vocibus sua sentia scriptis consignarunt. Et quidem pleraque antiquitus dici potuere, quoniam id ea ferebant tempora; quibus adhuc simplicitas vigeat cum egregia integritate coniuncta: Verum tamen deinceps & pertinacia hæreticorum; & senescentis Mundi inclinatione tot immutata sunt, aut falsis artibus in malum detorta, vt etiam ex optimis verbis venenum expresserint, qui suos in alienas mentes errores infundere curarunt. Cum vero clerici, & pueri (quod Cyrillus monuit) via lactea deducendi sint, non autem per blandiloquentiam, qua errorum venena (inquit) à simplicibus, & incautis transuorantur; res omnes (sacræ potissimum) nominibus, quoad eius fieri possit, maxime propriis enuntiandæ, ac scribendæ sunt. Quamobrem nec orator, nec historicus, aut poëta desectet, si sapiet, ab hac rectissima semita: cum vehementer indignum Gregorius Magnus existimauerit, vt verba cælestis Oraculi restringantur sub regulas Donati. Quamuis autem & priore operis huius nostri libro, atque vbi de Cicerone loquemur, non pauca huc spectent, quæ tamen huic tamquam proprio loco adtexenda sunt, ea erunt huiusmodi.

Si quis igitur dicat sacris imbui, loco: baptizari, sciat sacris imbui, proprie baptizari non esse, sed catechizari, aut rerum sacrarum notitia informari. Quemadmodum enim animus modo erroribus, & superstitione, aut hæresibus; modo disciplina, præceptis, moribus, & religione imbuitur, sic & sacrorum notitia dicitur, informari. Neque vero quisquam recte scriberet hominem gratia, vel caractere, vel lumine imbui posse, sed fidei notitia, & sacræ religionis agnitione. Quare cum informari debet animus sacris à Christo institutis, antequam baptizetur, imbui sacris catechizari erit, non baptizari.

Facere item sacra recte dixeris, non tamen operari sacris: Nam apud Latinos, facere, Sacrificare est. Sic Virgilius. Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito. nec aliud quicquam Christus Apostolis iniunxit, quam vt facerent in sui commemorationem, id est, sacrificarent, & Sacrosanctum Christi corpus offerrent. At vero operari sacris numquam auditum. Apud Cyprianum quidem operari elemosynis erogare significat, & operatio elemosyna est, vt notat Pamelius. Sed numquam quisquam sub his verborum ambagibus Missam intelliget, (cum Sacerdotes in quocumque Sacramento ministrando sacris operentur, sacras preces fundant, sacra mysteria peragant) nisi idem vellet omnia permiscere, & omnibus Sacramentis eandem operationem, & mysterium tribuere, & vim assignare: propterea vero Theologi Sacra, Sacramenta, & Sacrificia distinguunt: etenim Sacrum non est Sacramentum: nec animal homo est; nec qui Sacris operatur Missæ sacrificium celebrat. Paschafius Corduberiensis, qui ante octingentos annos floruit, Sacramenta à Sacris ita distinguit. Quæ enim, (inquit) interna Spiritus sancti virtute in animo fiunt Sacra dicuntur; quod verò per consecrationem inuocationis Dei, vel alterius Sacri tenetur, vel visu, & auditu sentitur, hoc Sacramentum dicitur. Quare sicuti

sicuti absurdum esset apud linguæ Latinæ peritissimos, si quis ita loqueretur, volo, vt tu sacro contendas, sacro obligeris sacrum, tibi deferatur, pro Sacramento contendas, Sacramento obligeris, Sacramentum tibi deferatur, quia animo sacrum latet, Sacramentum aperte cernitur: Ita plane pro ridiculo esset, si Sacramentum ipsum sacrum generali voce nominaret. Nec verò Sancti Patres absolute sacrum nominant, sed aliquid in eorum dictis adiungunt, vt fecit Ambrosius de ijs, qui sacris inicianur, id est, sacris mysterijs, cum mysterium Sacramentum sit apud Paulum.

In Baptismo item declarando, quamuis tingi aqua, baptizandum dixerint aliquando, seu veteres, siue nostræ ætatis Scriptores pij, rarius tamen (præsertim cum Clericis adhuc iunioribus) hæc Phrasis vsurpanda est. Ac quidem in Catechismo Romano hæc verba sunt. Vel aqua in eos infunditur, vel aquæ asperione tinguntur. Sed intelligendum est id omne ab Ecclesia Catholica sic accipi, vt tingere aqua baptismum asperionis designet, vel leniter aquam infundere; Intingere autem submergere est, vt ex Cypriano deducit Pamelius: Quamobrem cum apud varias nationes & submersionis, & ablutionis vsus vigeat, per eam vocem tingere, omnis baptismi ritus expressus non fuit: Quod tamen Catechismus tam accurate distinxit, vt singulis rebus, & actionibus, singulas etiam voces accommodaret.

Baptismo item infici pro baptizari qui dixerit, scandalum præbere posset, nam infici, est maculis affici, & in malam fere partem accipitur; Sic labe infectas hæretica prouincias legimus: Et si vero inficere nonnumquam sit colorem alium inducere, male tamen sonat vbi de Sacramento agitur: ideoq; hanc loquendi rationem improbat Concilium Tridentinum, & damnat huiusmodi loquendi genus per tropos.

Expedi vero non vates, sed prophetas appellare eos, qui Diuino spiritu afflati vera prænunderunt: tum quoniam in libris sacris, vox hæc, Vates, pro Poëta ponitur (licet Apostolus Epimenidem Cretensem Poëtam vocauerit proprium Cretensium prophetam) atque ideo Clerici & Adolescentes opinari possint, de Virgilio, Ouidio, & eiusmodi alijs agi, cum de Prophetis sub nomine Vatum aliquis loqueretur: tum quoniam hæretici nostri temporis omnia quæ Prophetis, & Prophetijs tribuntur, communia plerumque faciunt cum Vatribus, & vaticinijs. Porro Vates antiquitus à fatis præfagiendis, vel à versibus viendeis dicti sunt, vt ait Varro. Et vero firmiorem habemus Apostolicum sermonem, quo monemur in Symbolo, quomodo & nos loqui debeamus, cum de Spiritu sancto dicit. Qui locutus est per Prophetas, &c.

Accedit huc, quod Vates non tam dicebantur apud Gentiles, qui numine, vel furore correpti erant, vt docet Plato; verum etiam qui inspectione animalium aliquid præfagiabant, vt ait Ambrosius: & vaticinium non solum vocibus, sed etiam superstitionis quibusdam signis reddebatur, quod ex Seruio in Virgilium constat. Errantesq; deos, agitataq; numina posco. *Ἐορῶν* dicit simulachra breuia, quæ portabantur in lecticis, & ab ipsis mota infundebant vaticinationem, sic ventriloqui, & Pythones, vates dicebantur. Ergo ne hæc confundamus, & similes in eodis responsis esse existimentur, nomine distinguendi sunt, cum diuerso spiritu agitati, eloquutiq; fuerint. Quod nam autem inter nostros Prophetas sanctos, & fallaces gentium Vates discrimen interfit, docuit Iustinus Martyr, & Nicæphorus Gregoras, cum Prophetæ Sancti, *ὕψω* id est, apertam visionem rerum haberent, Vates confusam, & perturbatam. Furebant enim, bacchabantur atque vt amentes rotabantur, & emota mente verba frangebant; id quod docet item Lactantius, & Virgilius. Bacchatur Vates, magnum si pectore posuit, Excussisse Deum, tanto magis ille fatigat. At Prophetæ sancti suauissime corripiebant vt eleganter describit Iob.

Qui vero Prophetias fata vocaret haud recte faceret: quare & qui scripsere. Fatali

SACRAMEN-
TVM quod
nā dicitur.

Ambros.
de ijs, qui
inicianur
mysterijs.
Ephes. 5.

TINGERE,
& INTIN-
GERE De
aqua quid
fit.
Cypri. in
epistola ad
Maximū.

Cōc. Trid.
sess. 13. c. 1.
& canon.
VATES non
dicendū pro
propheta.
ep. ad Ti-
tum.

Varro lib.
4. de lingua
Latina.

Plato in
dialog. de
furore poë-
tico
Seru. lib. 6.
Æneid. Vir-
gil.

Iustin. q. 2.
orthodox.
Nicæph. cō-
men in Sy-
nesiū de in-
Somnijs.
Lactan. de
falsa Relig.
c. 4. Virgi-
lius.
Iob cap. 4.

PROPHETIAS non esse vocandas fata.

Fatali instante die, idest, de quo fati sunt Prophetæ, nec Latine, nec recte locuti sunt; nemo enim Latine ita loquitur, vt fatalis sit casus, de quo alij locuti sunt, fatum enim illis quædam necessaria vis erat prouidentia opposita.

Arist. in Topicis. Eustrat. in comment. in 6. Ethicorum.

Id etiam cauendum est, ne quod veritas Catholica, & Ecclesiastica est, vel hæresis, id nominetur opinio, quod quidam aliqui minus considerate faciunt. Opinio enim earum est rerum, quæ fieri possunt aliter; at in hæresi dænata nihil est probabilitatis; sed omnia sunt falsa: In sententia de dogmate Christiano nihil est, de quo aliquis dubitare possit, nisi impius sit, quoniã veritas rebus omnib. firmior est; ac quod legitimis Concilijs est confirmatum, opinio hoc tempore dici nullo modo potest, licet Patres aliquando ita locuti fuerint. Sane Aristoteles opinionem cum probabili ratione conuertit. Si enim est res probabilis, opinio est, & contra: Præterea opinio non est habitus mentis, vt docet ex Aristotele Eustratius, cum habitus diutius hæreat animo; quæ vero opinione nituntur, fluctuant, incertaq. sint. Quare numquam erit opinio Catholica, vel hæretica, cum fides certissima & firmissima sit, veritas, hæresis vero constantissimum mendacium, de quo disceptari non potest. Itidem nec fides hæreticorum dicenda est, nec ita loquendum, vt dicatur. Aliquis in fide eorum baptizatus est, aut constans mansit: cum hæreticorum perfidia, & inconstantia sit, catholicorum autem fides, atque constantia merito nominetur.

Romana Catholica Ecclesia.

Interdum quoque haud satis est Ecclesiam vocare Catholicam, sed & Romanam, addendum est. Nam cum hæretici iactent sese Apostolorum imitatores, sectatores, ac veræ fidei defensores, nos contra improbent, magni refert nomen Romanum Ecclesiæ Catholice adiungere; inter est enim maxime ea nominis notatione veritatem aperire, cum ij ad suas præsumptas Ecclesias (quæ quidem sunt satane, ac malignantium) per summam audaciam nomen Catholicum trahant. Quare licuti olim hoc nomen Catholicum in Ecclesiam inductum est, (inquit Pacianus Episcopus Barchinonensis) vt vniuersalem fidem, & consentientem veritatem significarem, eadem ratione hoc nomen Romanum videtur nonnumquam præcipue cum Clericis adhibendum hoc tempore, vt consociationem cum capite, & consentientes cum Romana Ecclesiæ fidei veritates demonstremus. Sane in abiuratione hæresum, qualem Pius Quartus Pont. Max. omnibus publice docentibus proposuit, Romanæ Ecclesiæ, non sine causa, expressa sit mentio.

Pacianus Episcopus epistola ad Sempronianum.

Pius III. in forma abiurationis nomen Romanæ ad Catholicam adiecit Ecclesiam.

Ratio etiam temporum, & adolescentum Clericorum habenda est, cum de Summo Pontifice loquimur, vt non simpliciter Episcopum Romæ vocemus, ne existiment eiusdem esse dumtaxat auctoritatis, cuiusmodi sunt alij Episcopi: cum enim aliquis dicit Episcopum vrbis, videtur dignitatem Episcopalem loco, & vrbis (vt hæretici hoc tempore faciunt) & non Apostolicæ dignitati, ac successioni ascribere, cum locus, vbi cathedra fundata est, cum toti Orbi præsit, sit omnium amplissimus.

Non dicitur est Rempublicam Hebræorum appellauit insignem formam Ecclesiæ Christianæ: forma vero hoc loco exemplar, vel imaginem significat, ad cuius imitationem res aliqua effingitur, vel exprimitur (ideam siue *εἰκόνα* appellarunt Græci) ideo sciendum est; non animaduertisse illū, inde sequi, vt nihil in Ecclesia esse posset, quod non fuerit ex Hebræorum imitatione tractatum; adeo, vt quicquid inde peritum non fuerit, tamquam minus exacte ad exemplar compositum, aut tamquam adulterinum ab Ecclesia excludendum sit; Quo nihil pestilentius, & Ecclesiæ Catholice calamitosius accidisset, si veteres mores iam Christi passione extincti, in consuetudinem deducendi, vel veteres illæ ceremoniæ in communem usum reuocandæ essent. Quamobrem & similes dicendi modi cauendi sunt diligentissime.

Non dicitur est Rempublicam Hebræorum fuisse formam Ecclesiæ Christianæ.

Cervical. Pulyinus.

Fuere etiam qui tãquam elegantiore voce, pro Cervicali, super quo scribit Euangelista dormiuisse Christum in nauis, puluinum verterunt. Quod quidem primo aspectu haud tãtus videri poterat error. At si penitus rem introspiciamus, primum vulgata editio prætermittitur, quæ iustissimis de causis à Synodo Tridentina mandata

A data est, vt adhibeamus ad vsum. Deinde fit, vt quilibet temere audeat immutare verba scripturæ sacre, quod quidem ex facto Spiridionis Episcopi explodendū est. Hic enim ob similitudinem causam Thiphilum Ledientem Episcopū, vt ait Nicephorus, in omni Episcoporum conspectu concionantem grauius obiurgauit. Referebat Thiphilus locum Euangelij. Tolle grabatū tuum & pro grabatu lectū dixit. Hæc enim parum distare videbantur. Quod moleste ferens Spiridion, non tu quidem, inquit, præstantior es illo, qui dixit, grabatum? Sed (quod ad nostram rem facit) ex ea cervicalis in puluinum mutatione error laboriri poterat, Christum, qui animã pro nostra vita perdere venerat, nimirū sibi indulgisse, cum puluino caput molliter deponeret, cū filius hominis non haberet, vbi declinaret caput, sed in montes secederet, & humi cubaret. Quamquã autē *κεφαλὴν* Cervical dicatur, & puluinus, & omne illud, quod dormientis capiti supponitur, vero tamen similius fuit aliquod lignum dormientis Christi caput sustinuisse, nam & Plato hoc vocabulo vsus est pro lapide capiti supposito; ibi ergo aut pro lapide, aut pro ligno accepit S. Marcus, aut pro re quæ in nauicula piscatorum similis inueniretur.

Spiridionis factum. Niceph. li. 8. cap. 44.

Plato lib. 4. de Republ.

Neque vero sacra gentilium quisquam, aut Deos nominet illos, quos sibi Ethnici colendos proponebant, aut quibus sacra faciebant. Nam & si vel Diuina scriptura, vel Augustinus, & alij Patres ita locuti sunt aliquando, statim tamen ea tamquam execranda condemnarunt. Sanè qui nude voces illas, sacra gentilium vocet, idq. faciat Clericos, & pueros docens, cogitare hi poterunt, sacra quoque Christianorum apud gentiles fuisse. quod tamen absurdissimum est. nam cum de gentium ritibus loquimur, eorum impietatem, quibus verbis possumus, deprimere debemus, detestariq. tamquam spurcissima, & horrenda dæmonum flagitia: ne videlicet harum rerum appellatione aliquid maculæ piæ aures contrahant, quod quidem fuit in causa; cur à Synodo prima Carthaginensis, vt refert Burchardus, Episcopis lectio gentilium librorum fuerit interdicta: Patres certe de iis sacris mentionem fecere nec dum eorum falsa religione explosa, quæ cum in animis gentilium tenaciter hæssent, paulatim ex ijs erant euellenda, quamobrem hæc voces, quibus profana mysteria deteguntur, non ita licenter hoc temporæ vsurpandæ sunt, cum iterum Satanismus pullulet.

Nec sacra nec Deos gentilium iam esse vocandis.

Synod. prima Carthag. ca. 6. Burchard. li. 1. cap. 95.

De præcepto, de mandato, ac de iudicio loquentes, vel scribentes, explicent, quemadmodum Sancti Patres fecerunt. Mandatum enim, siue *ἐπιταγή*, & apud Iannem *ἐπιτάγματα*, siue enunciatio ad præcepta decalogi spectare videtur, vel ad ea, quæ iure naturæ animis nostris insita sunt, vt ait Philastrius Brixienis aduersus hæreses. Præceptum vero significat monitum, Consilium, doctrinam, & institutionem, qualia parentes filijs edicunt, sicut in Prouerbijs, & apud Plutarchum, connubialia præcepta dicuntur; apud Augustinum autem præceptorum aliud fuit vitæ agendæ, aliud vero vitæ significandæ.

Præceptum. Mandatum. Iudicium. Ioan. cap. 16.

Prove rb. 6 & 7. Aug. li. 10. cõc. Faustij cap. 2.

RATIO LEGENDI EOS AUCTORES, QUI GESTA Martyrum, & aliorum Sanctorum verius scripsere. De veteribus item; ac recentioribus Historia Ecclesiastica Scriptoribus agitur. Caput XIII.

PRÆTER illa vero, quæ de ratione in Patribus legendis adhibenda diximus, tum hoc, tum priore libro, vbi fraudes centuriatorum Magdeburgensium aperuimus, meminere & harum quoque atque aliarum cautionum Viri, quibus pietas cordi est, vt sciant, vnde vel eos tueantur, sicubi videntur impigisse; vel quomodo respondendum sit hæreticis, qui alienas festucas obseruāt, trabes autem, quas ipsi gerunt in oculis negligunt. Et primo quidem Petrus Canisius opere suo de MARIA VIRGINE, argumenta soluit eorum, qui ex Patribus, Beatissimæ

Petrus Canisius de Maria Virg.

incomparabilis, ac Dei Genitricis Sanctissima libri. c. 27.

1588. Ex officina Iuniorum Lugduni.

Epiph. in Panar. hær. re. 30. Idem in Panar. hær. 26. August. lib. de hær. contra Manichæ. & alibi. Orosius epist. ad Augustinum de error. Priscillian.

Virginis dignitatem visi sunt imminuere. Nimirum & tempora alia fuerant; & materia, de qua Patres agebāt, requirebat illud dicendi genus: nec tamen omnibus locis eundem in scribendo tenorem secuti sunt, cum in pluribus reuerentissimam Dei Matris mentionem fecerint. Sixtus item Senensis ad extremū suæ Bibliothecæ vindicat Patres à calūnijs, quas ipsi Patribus hæretici solebāt aspergere. Melchior quoque Canus suis locis communibus idē præstitit, quo libro de Doctorū, & Patrū auctoritate egregie disseruit. Idē passim Robertus Bellarminus effecit. Quare ad hoc accedendum erit, cum submouendi fuerint obices isti maleuolentiæ, ac perfidiæ filij. Quin & huius sæculi anno octauo supra octogesimum prodiit Bibliotheca Homiliarum, & Sermonū priscorum Ecclesie Patrū, quam Laurentius Cumdius Italus, & Gerardus Mosanus Dominicani Ordinis Germanus collegerant: cui Bibliothecæ ad marginem addita fuere Scholia, quibus vel hæreses nostri temporis iugulant, vel si quid iis excidit Patribus, quod communi Ecclesie consensu minus probatum sit, modeste indicant. Atqui & reuocandum est ad memoriam, quod de apocryphis libris, libro primo huius Bibliothecæ diximus fuisse à Gelasio, & aliis obseruatum. Nempe non vna causa fuit, cur falsæ Martyrum, atque Ecclesie gestorum historia fuerint populis obrusæ. Satanas enim summam, quæ ex veris Sanctorum gestis percipitur, vtilitatem animaduertens, (id quod item priore libro ostendimus ex Tarasio: quodq. Bernardus in vita B. Victoris, scriptum reliquit) honori autem, qui Dei amicis habebatur, inuidens, hæc quæ dicemus molitus est. Hæreticos enim primum impulit, vt mendacia veris Sanctorum vitis infererent; vt iisdem sancti essent denique ludibrio, cunctis atque contemptui. Hæc enim & alia huiusmodi ab hæreticis manasse, certissimū est. Ab Ebione sanè falsa Acta Apostolorum inuenta, & circuitus Petri fuisse corruptos, & Pauli acta referta blasphemis introducta, tradit Epiphanius: A Gnosticis autem de S. Dei Genitrice MARIA portentosum librum fuisse conscriptum, testatur idem Epiphanius: Enkratitas item in medium adduxisse ad stabiliendam suam ipsorum hæresim, actus Andrea, Ioannis, & Thomæ, & alia huiusmodi idem Auctor narrat, Manichæos quoque huius generis commenta excogitasse, Apostolorumq. nomine scripsisse falsas historias, si de faciunt Augustinus, Philaster, Cyrillus Hierosolymitanus, & alii. Priscillianistas deinde & ipsos inuenisse alios Actus Apostolorum Orosius affirmat; vt ne hic alia pleraq. recenseamus. At & simplicibus hominibus satanas suavit, vt tamquam cælestes venerarentur eos, qui iam æternis fuerant cruciatibus addicti: eorumq. ideo caudera, quemadmodū de sacris reliquiis fuerat factū, in sublimibus Ecclesiarum locis collocari curauerat. Alios item ad egit, vt ad fastum sepulturas sibi honorificentissimas struerent, in quibus, vbi sepulti fuissent, posteritas speciem illā honoris admirata eos suspiceret, & in Cælestiū virorum numerū cooptatos crederet. De Martino Sanctissimo Episcopo narrat Seuerus Sulpitius, prope Turonū Ciuitatem morē fuisse plebi, vt ad sepulturā eminentiore loco positam cuiusdam, quem ignotū sanctum appellabant, preces funderet. Sed quoniā istas Dæmonis fraudes cito reteggit Deus, viro suo Martino scrupulū iniecit, nū ignotus ille, qui dicebatur Sanctus, esset in Cælis. Rogasse itaq. Deū, vt rem panderet. post orationē apparuisse vmbra deforme, ac tetrā, quæ voce horribili pronunciauerit hæc verba. Sum eius anima, qui hoc loco humatus est: quiq. cū ob grauiā, quæ patraui scelera, poenitentia viuens nō egerim, perpetuis in Inferno flāmis crucior. Quo dicto cū euauisset, Martin⁹ sepulchrū & altare, quod in eius honorē fuerat excitatum euerti iussit. Addidit deniq. satanas aliū his omnib. dolū. Obseruauit eorum ingenia, qui quæstū pietatē esse putarent, perq. istos falsa pleraq. insinuauit. Alij vero negligētiores fuere in antiquitate eruenda, vel conseruanda. Quamobrē, & à Synodis, & à Pont. Max. itū est obuiam aduersus istorum technas. Extat Canon Sexagesimustertius sextæ Synodi, quo scriptum est. Quæ à veritatis hostib. falso confictæ sunt Martyrum historia, vt Dei Martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent, ad infidelitatem adducerent, in Ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tradi: qui autem eas

as admittunt, vel tanquam veris, his mentem adhibent, anathematizamus. Theodoros igitur Balsamo eo in loco de Nicolao Muzalo Patriarcha testatur: Cum ille (inquit) vitam S. Parasceues, quæ in Callicratide vico colebatur, à quodam Vicario inepte & indocte, & sancta Angelica viuendi ratione indigne compositam inuenisset, eam igni mandari iussit, & Diacono illi Basilico mandauit Deo gratam & acceptam eius vitam conseribere.

Ceterum ne quorundam dicta veritatem eleuent, aut pietatem minuant erga veras Ecclesiasticas Sanctorum historias, lectores sciant velim. Primo Patribus summæ curæ fuisse, vt Sanctorum vitæ & scriberentur, & publice populis recitarentur diebus eorum anniuersarijs; summum vero illud inde præter alia commodum extitisse, vt narrat Ambrosius, quod Deus cum Sanctos examinaret, nos docebat; dum in ipsos esset rigidus; erat erga nos pius; dum Martyribus vulnera inferrentur, medicina nobis adhibebatur: cum temporali vita priuarentur, nos eorum exemplo accensi vitam consequi possemus æternam. Quin quoniam omnibus necesse est, vt Christiane viuant, necessariam item Martyrum, & reliquorum Cælitum historiam esse; qua virtutes omnes, ac patientiæ exempla continentur: Quod sane humana non præstat historia, quæ ipsis tantum militibus, vel magistratui ferè est vsui.

Hinc porro Diuina prouidentia factum est, vt Chronologi ac ceteri Auctores posteritati Martyrum gesta relinquerent. Primum Clemens primus Petri Apostoli discipulus, à quo scribit Damascus septem in vrbe Notarios designatos, quorum quique singularum parœciarum martyria vere ac sedulo describeret. Anterum item Pontificem curasse, vt quidquid vsque ad tempora Pontificatus sui ab ipsidem fuerat Notarijs collectum, id in Romanæ Archiuijs Ecclesie asseruaretur: Fabianum quoque Pontif. iterum septem antiquissimos illos Notarios per septem collationes, siue parœcias distribuisset; vt quæcumque Martyribus accidissent, ea conseriberentur. Quin etiam Damascus deinceps addidit Subdiaconum singulis, vt negotio inuigilarent attentius; nilq. nisi summa cum diligentia & veritate, referri in commentaria permitterent. Quæ licet Onufrius Panvinius putat interijisse, secus tamen alij docti sentiunt, quemadmodum infra liquebit. Accedit, quod quæ martyria pleraq. in Breuiarii Romani lectionibus habentur, hæc eadem inde fuisse deprompta, non dubitatur. At quod Damascus Pontifex scripsit à Felice Pont. statutum, vt supra Martyrum sepulturis, vel vbi eorum maior pars reliquiarum fuisset, Missæ celebrarentur, id venerationis, celebrandiq. natalis eorum in Ecclesia fuisse initiū; & ex veterum Notariorū scriptis desumpta fuisse creditur, proinde & in officiis, quæ ab Ambrosio, Gregorio, Isidoro suis fuere Ecclesijs relicta, cerni reliquias earumde historiarum, quæ ex iisdem Notarijs petita fuissent. Eusebius vero Casariensis cum, iuuant Constantino Magno, ex omnibus Bibliothecis, quæcumque eiusmodi essent, cõquisiisset; nouem historia Ecclesiasticæ addidit libros, quibus Rufinus Aquilensis adiecit duos. Socrates item Scholasticus Constantinopolitanus septē de Ecclesiastica historia libros; Theodoretus quinque; Hermias Sozomenus nouē, qui quibus omnibus Cassiodorus Tripartitā historiam confecit; quam in duodecim libros diuisam ex iis tribus auctoribus collegerat. Accessit Beda qui & historiam Ecclesiasticam & Martyrologium siue monumentū Martyrum confecit, quo testatur quæta ta potuit diligentia dies sese adnotasse; quibus Martyres sunt passi; Iudæos, qui eos varijs supplicijs affecere; modū, genera q. martyriorū quibus affecti sunt. Nicephorū callistum, & alios quosdam omitto nunc, de quibus in sacra Bibliotheca erit dicendum. Ado quoque Irenerensis ad Kalendari formam edidit Sanctorum historiā perutilem. Vsuardus Benedictinus Monachus, Carolo Magno iubente, Martyrologiū copiosius, quod postea hoc sæculo auctū notis & additionibus à Ioanne Molano Louaniensi viro erudito emissum est in lucē. Extat itē antiquum Romanū Martyrologium, quod pene idem ipsum est, quod Antonius Maurolycus euulgauit, in quo loca præcipue nominantur, in quibus iacent Sanctorum corpora. Petrus Galeanus

Historia Sanctorum vtilitas.

Ambros. de SS. Nazario, & Celso.

Necessitas omnibus historiæ de vitis Sanctorum.

Scriptores Historici Ecclesiastici. Eusebius Rufinus Socrates Theodoretus Hermias Sozomenus Cassiodorus Beda Ado Vsuardus.

Io. Molanus. Antonius Maurolycus. Petrus Galeanus.

nus autem Martyrologium cum Ecclesiae vsui in singulos anni dies accommoda- A
 rum notationibus, ac multiplici antiquitatis Ecclesiastica doctrina cumulasset; praefatione vberere, qua opus Gregorio XIII. dicauit, explicatiuis (vtillissimè certe) Martyrum cruciatus, dimicationesq. pro fide Christi susceptas attigit: quae sane, vt Clerici, adolefcentesq. religiosi legerent, expediret; non tam ad mores Martyrum laude ac praedicatione decorandas, quam ad sanguinem pro Christo fundendum. In perquirendis igitur ijs quae Christi nomine Martyres gesserunt, quamquam monumenta illa integra Notariorum, ac codices quaestionum deessent, è priscis tamen Ecclesiarum tabulis, atque è voluminibus patrum tam Latinorum, quam Graecorum multa, & ea quidem sat certa ac explorata sumpsit idem Galefius ad Martyrologii descriptionem. Sunt enim vbique fere terrarum (vt ille scribit) in nobilissima quaq. Ecclesia, & Monasterio instructae lectissimis libris Bibliothecae, & Archiua: vbi etiam perantiqua volumina asseruantur, religiose, grauiterg. conscripta de vitis Sanctorum: quas constanti traditione, maiorum auctoritate, & diuturno, perpetuoq. vsu comprobauit antiquitas. Neque porro dubitandum est, quin Alexandri, Stephani, Marcelli, Pontificae, Priscae, Virginis, Laurentii, Hippolyti, aliorumq. Martyrum gesta res, quae litteris consignatae, in Basilicarum Romanarum archiuis reconduntur, eae ipsae sint; quas à se scriptas, posteris Notarii illi septem reliquerunt. Codex quaestionum, quae contra beatissimum Martyrem Sebastianum habitae sunt, in Monasterio Casini montis extare dicitur: Marcelli Martyris Legionensis historia, in Hispania pie asseruatur: exemplumq. habetur quaestionum contra Martyres institutarum, non longe ab iis dissimilium, quas in libro contra Cresconium Augustinus exponit. Idem affirmatur de historiis sanctorum Fructuosi, Augurii, Eulogii, & facundi item, Primitiui, Acischi, aliorumq. Martyrum Hispaniensium. Est praeterea a vero non alienum, quaecumq. vel Latini, vel Graeci de Martyribus in Ecclesiasticis Annales, factorumq. libros retulerunt, ea vel omnia, vel certe maximam partem, ex libris veterum Notariorum illos accepisse. Ac ne quisquam quidem est tam rudis, atque adeo ignarus, quin intelligat, ab illis ipsis sumpta esse, quae de Martyribus Xisto, Laurentio, Geruasio, Protasio, Agnete, Sotere, Thecla, Pelagia, in suis libris Ambrosius luculente narrauit. Idem planè affirmare licet de Adone, Isidoro, Prudentio, Beda, Vuardo, ceterisq. id generis Scriptoribus Latinis, qui de Sanctorum Martyrio libros, verfu, vel soluta oratione confecerunt. Neque aliquis inficiabitur Graecos, vt potè Eusebium, Damascenum, Simonem Metaphrastem itidem fecisse: cum praesertim D
 hi, atque adeo illi, praecipua quaedam, ac singularia de quorundam martyrio accuratè, verè, grauiterg. conscribant. Iam sanè conciones de quadraginta Martyribus, de Mamante, de Iulita Basilius Magnus; de quadraginta item, & de Theodoro martyre Nyssenus frater; ac de alijs plurimis Graeci Patres habuerunt: quos omnes probabile est è Notariorum tabulis exscripsisse. Non enim Romae solum, sed in omni Graecia, in omniq. Prouincia, vt ex eadem Pontificia Sancti Fabiani Epistola facile perspicuum esse potest, constituti sunt Notarii, qui res Martyrum gestas litteris mandarent. Atqui, etsi eiusmodi Notariorum volumina defuerint; tamen Ecclesiarum libri certi, priscæque tabulae, ac Patrum Sanctorum volumina, & cetera eius generis egregia monumenta extitere, quae ad Martyrologij lucubrationes Galefio, & alijs vsui fuerunt, atq; adiuuèro. Et verò in Graecis idè habuit, (quod ipse testatur) quib. comòde vti licuit, praeter alia, litteras etià olim Cleri Constantinopolitani, & Ecclesiae item Smyrnenfis, Lugdunensis, aliarumq. de Martyribus Graecè exaratas; Dionysij quoq; Alexandrini epistolas, constitutiones itidem Graecas de Sanctis editas, & plerasq; eius gentis tabulas, eo de genere confectas. In Martyribus porro Hispaniensibus multum luminis huic attulit potissimum Eulogius Martyr, cuius opus adhibuit ad Martyrum scriptiones, quos multos in Arabicis fidei oppugnationibus Hispania habuit. Accessit quoque industria Ambrosii Moralij, qui ad Eulogii libros praclaras notationes adhibuit, & Andrea Rele-

Damascenus. Simon Metaphraustes.

Basilius. Greg. Nyssenus.

Nota

Eulogius Martyr.

A Refendij hominis Lusitani; qui perlustratis omnis Hispaniae Basilicis Cathedralibus, compertisque antiquis Tabulis, Sanctorum Hispanorum historiam diferta oratione contexit. Aliorum autem martyrum, qui ex omni penè natione innumerabiles extiterunt, diebus natalibus in Martyrologio notandis, vel gestis rebus scribendis testimonia illa adhibuit, quae in notationibus ostendit. Post tantum Petri Galefij laborem, Caesar Baronius Notae breues, foecundas, eruditissimas scripsit & ipse in Romanum Martyrologium, quod iam Apostolicae Sedis auctoritate locum habet, & vsu per omnes Ecclesias. Et in iisdem Notis praeter alia adiecit ea, quae pertinent ad vndecim mille Virginum martyria, quae Coloniae Agrippinae contigere, dignam lectu historiam, quam à Gulielmo Lindano Episcopo consecutus fuerat. At interim meminerrint studiosi magnam afferre lucem Martyrologiis omnibus intelligendis, si Brissonij Index de sollemnitatibus Romanorum attentè legatur. Nota

B Vitas porro, quas sicut antiqui Graeci, vt Simon Metaphraustes & alij; siue Occidentis Patres, nostro autem saeculo Aloysius Lippomanus, & Laurentius Surius Carthusianus collegerunt, in Compendium aliquod redactas (sed tamen vberes) continet liber Hispanicus, qui flores Sanctorum inscriptus est, in quo vitam Christi Domini, & omnium Sanctorum Auctor est complexus: Petrus autem Scarga è nostris Polonicè eas compendiosius edidit. Aloysius Lippomanus. Laurentius Surius. Flores Sanctorum Hispanicè. Petr. Scarga.

C Quod reliquum est, ex horum omnium lectione, vt summa utilitas, sic illa etiam existit, quod quae haeretici de reliquijs Martyrum obiicere soliti sunt; quasi vel ementitae pro veris colantur, vel alibi sint, quam quibus in locis Ecclesiae eas sese asseruare dicunt, ea facile diluuntur. Nam & eadem reliquiae pluribus in locis sunt, vt corpus ipsius Sancti certè non integrum haberi dicatur: vel duorum aliquando Sanctorum nomina eadem fuere, quorum alterius oblita posteriora saecula errorem aliquem inuexere. Sed omnium aliorum Scriptorum labores, qui de Ecclesiastica historia scripserunt, ingens ille Caesaris Baronij excepit, qui Annalium Ecclesiasticorum tomos aliquot iam edidit, quos legisse, ac si quis velit in compendium redigere, & in varias linguas vertere publico maxime vsui commodaret. Quin & hoc tempore Hispanice scripta Monarchia Ecclesiastica generalis in quinque tomos distributa prodijt à F. Ioanne Pineda Franciscani ordinis obseruantiae. Caesaris Baronij Annales. Ioannis Pinede Monarchia Generalis. Nota

D De Martyrum autem huius saeculi historia, siue quae in Europa, & praecipue in Anglia, siue in nouo Orbe, Indijs potissimum Orientalibus, acciderunt, legendi erunt oino Scriptores Anglici, San derus, & alij; vti & Massæus, Osorius, ac reliqui. Quae vero in versionibus antiquorum Ecclesiasticorum Historiographorum digna sunt emendatione, cum nos priore huius Bibliothecae libro quaedam dixerimus, nonnulla item dicenda erunt in Sacra Bibliotheca; vbi cuiusque Auctoris habebitur mentio. certe ex his, quae iam attulimus, constabunt & veritas, & ratio imposturas eorum agnoscendi, qui Ecclesiasticam antiquam Historiam perniciosissime foedarunt, qualis inter haereticos alios fuit praecipue Ioannes Molæus, Anglus, qui Centuriatoribus Magdeburgensibus materiam, & sylvam sacrilegij, atque mendaciorum densissimam subministravit. Io. Molæi Angli perniciosissima historia.

E Quauis autè & primo, & secundo huius operis libris de ratione legendi libros sacros, & Patres egimus, quoniã tamè Clerici breuissimè hic informadi sunt, aliquid item breuiter, quod huc facit, attingã. Primum autè sacra Scriptura legenda est, quae ab haereticis deprauata nõ sit: neq; enim tunc Verbu Dei, sed errores haereticoru legerentur. Nã & satanas Verbo Dei vsus est, vt Christum Dominu tentaret, Verbu Dei ad suas fraudes detorqueus, & ex gemis pulcherrimae statuæ imaginem serpentis effingens, vt monet Irenæus. 2. Biblia à Luthero versa plena sunt deprauationu, quemadmodum adnotauit Hieronymus Emserus & reliqui alij permulsi. Idem dico de Biblijs Caluianis, Zuinglianis, & aliarum sectarum, atque etiam aliquorum aliorum. Itaq; ea legenda non sunt: alioquin, qui amat periculũ, G g 3 cadet

Caesaris Baronis nota in Martyrologium.

Aloysius Lippomanus. Laurentius Surius. Flores Sanctorum Hispanicè. Petr. Scarga.

Caesaris Baronij Annales. Ioannis Pinede Monarchia Generalis.

Io. Molæi Angli perniciosissima historia.

Quomodo Diuina scriptura & Patres legendi sunt à Clericis.

De alijs Biblijs i Gallica & Anglicam linguam recte veris vide in 2. lib. huius Bibliothecae.

Tom. 9. in Euag. Ioa. tract. 28. Tom. 3. de Genesi ad litt. libr. 7. cap. 9. To. 8. P. fal. 30.

QVAESVNT obseruanda in legenda Sancta scriptura.

Vincetius Lirinensis. Hostus de Verbo dei. Canisius de eodem. Augustinus de doctrina Christiana. Esa. 7.

Prover. 25. 2. Cor. 10. P. sal. 118. Sap. 11. Esa. 11.

Rom. 12.

Humilitas tutissimos nos facit.

cadet in illud. 3. Antiqua vulgata editio Bibliorum, quae per multa saecula ab Ecclesia Catholica in usu est, legatur. 4. Si qua Germanica verio legeda sit, legatur Biblia à Dietembegio, & Euangeliu à Hieronymo Emsero in Germanicâ linguâ conuersa. 5. Scripturæ sanctæ nõ secundum propriu sensum, sed secundum antiquæ, & Catholicæ Ecclesiæ consensum, & generalium Concilioru approbatoru interpretatione intelligeda sunt. Alioquin id eueniet, quod inquit Augustin. Neque enim (ait) natae sunt haereses, & quaedã dogmata peruersitatis illaqueantia animas, & in profundu præcipitantia, nisi dum scripturæ bonæ intelliguntur nõ bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiã temere & audacter asseritur. Et alibi. Nec ob aliud (inquit) sunt haeretici, nisi quod eas (scripturas Catholicas) non recte intelligentes, suas falsas opiniones contra earu veritatẽ peruaciter asserunt. Dũ enim (ait alibi) Christus apud haeticos quaeritur, amittitur. 6. In legendis Scripturis sanctis, & præcipue nouo Testamento, ea sunt in primis obseruanda, quæ ad remedia, & præcepta pertinent, quib. & virtutes altissimẽ in nobis plantentur, & vitia extirpentur. deinde perpẽdendus est Ecclesiæ ordo & firmitas ex promissis, merito, & instituto Christi Domini nostri. 7. Præterea, quid ad introducendam fidem, ac veru Euangeliu cõperint prædicare Ioanes Baptista, mox Christus Dominus, præterea Apostoli, nempe poenitentiam in remissionem peccatorum, fidem, & obseruationẽ mandatorum Dei, obedientiã erga Ecclesiam, opera pietatis, orationis frequentia, Sacramentorum usum: postea notanda est auctoritas à Christo collata Petro: deniq; vita ipsorum Apostolorum, & discipulorum Christi; nimirum nõ post susceptum munus concionandi Euageliu, & administrationis Sacramentoru Apostoli, & discipuli eorum dederint operam generandis carnalibus filiis, aut iis rebus faciendis, quæ Lutherani, & alij haeretici faciunt. hæc enim Apostoli non fecere. 8. Ad extremum, considerentur septem Sacramenta, quæ illi tamquam vasa gratiæ pro diuerso statu Ecclesiæ administrabant: Signa item ac miracula, quæ confitebãtur, vt etiam, quemadmodum scriptum est in Actis Apostolorum umbra Petri, & semicinctia Pauli, Deo cooperante, redderent ægrotis sanitatem. 9. Cum vnusquisq; in diuersos sensus possit trahere Verbum Dei, expediet, vt antea legatur ex antiquis Patribus Vincentius Lirinensis in suo commonitorio: Ex recentioribus autem Cardinalis Hostus Varmiensis in libello de Verbo Dei, quod extat inter eius opera: Et Petrus Canisius in præfatione vitæ, & Actorum S. Ioannis Baptiste aduersus Magdeburgenses. Quod si quis esset doctior prælegere item vtilissimẽ possit libros de Doctrina Christiana scriptos ab Augustino. 10. Illud in primis ad Dei Verbum, & voluntatem intelligendam pernecessariu est, vt prius credamus, quàm curiosè scrutemur res Dei. Nisi enim credideritis (inquit Esaias) non intelligetis; & scrutator maiestatis opprimetur à gloria, inquit Salomon. Itaq; cautiue intellectum in obsequium fidei, vt ait Apostolus, ac bene viuamus, & si quid alijs debemus, honorem, bona, vel alia, ea reddamus: Scriptum est enim à Davide: A mandatis tuis intellexi. & à Sapiente: In maleuolam animam non introibit sapientia. Deniq; illud semper nobis infixum sit cordi, quod per Prophetam Deus locutus est. Super quem quiescet spiritus meus, nisi super humilem, & trementẽ verba mea? Rursus per Apostolum. Noli altum sapere, sed time si enim naturalibus ramis nõ pepercit, vide ne & tibi pareat. Et item per æternã sapientiam Filij sui dicentis. Pauperes euangelizantur. Quippe humilitas credendi tutissimos nos facit, & hæc illa virtus est, quã esse primã, secundã, tertiam, quartã, ob sui necessitatem atque præstantiam, scripsit ad Dioscorum Augustinus.

Cur, & qui nam Sancti Patres antiqui legendi sunt.

1. Sancti Patres lectitandi sunt, quoniam (vt refert Apostolus) Christus Dominus Apostolos, Prophetas, Pastores, & Doctores in Ecclesia dedit ad consummationem Sanctorum, ne simus, sicut paruuli fluctuantes, ac ne omni vento doctrinæ circumferamur. Quod si, dubitandum non est, quin antiqua in Ecclesia veritas fuerit, cer-

Arit, certè hæc ab iis testibus petenda est, qui, cum eandem sanctitatem vitæ scriptis, sanguine, miraculis illustrauerint, incorrupti sunt testes, quos præsentis saeculi affectus mouere non potuit, vt vni quàm alteri parti magis fauerent. 2. Quod (sicut Petrus scriptum reliquit) in scripturis sunt quaedã difficilia intellectu, quæ homines indocti, & instabiles deprauãt, sicut & ceteras scripturas in sua ipsoru perditione, & dicentes se esse sapietes (vt Paulus inquit) stulti facti sunt, nescientes quæ loquuntur, aut de quib. affirmãt. Itaq; si vna quæq; disciplina (ait Augustin), quãquã vilis & facilis, vt percipi possit, Doctorẽ, aut Magistrũ requirit; quid temerariæ superbiæ plenus, quàm Diuinorum Sacramentorum libros ab Interpretibus suis nolle cognoscere? Cũ autẽ post Diuinas Scripturas, aliqui Interpretes legendi sunt istane sunt versandi, quib. (vt August. dicit) post Apostolos S. Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, edificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Itaque & aduersus Iulianum Pelagianum idem subdit. His eloquijs, & tanta auctoritate Sanctorum, profecto aut sanaberis, Dei misericordia donante, quod quantum tibi optem, videri qui faciat: aut si, quod abominor, in eadem, quæ tibi videtur sapientia, & est magna stultitia, perduraueris, non tu iudices quaesiturus es vbi causam tuam purges, sed vbi tot sanctos Doctores egregios, atque memorabiles Catholicæ veritatis accuses, Irenæum, Cyprianum, Reticiu, Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, Basilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, ceterosque socios, ac participes eorum, insuper & vniuersam Christi familiam, cui Diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter ministrantes ingenti in Domino gloria claruerunt. Aduersus hanc autem miserabilem, quam Deus auertat, infamiam, sic respondendum video libris tuis, vt fides quoque aduersus te defendatur istorum, sicut contra impios Christi professos inimicos etiam ipsum defenditur Euangelium. 4. Quoniam Patres, quod inuenerunt in Ecclesia tenuerunt; quod didicerunt docuerunt, quod à patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt, vt idem Pater testatur. 5. Quod ita persæpẽ Ecclesia errores hæreticorum reuicit, atque damnauit: Ephesina Synodus Nestorium; Hieronymus, Eluidium; Basilius Eunomium Spiritus sancti Diuinitatem negantem; Augustinus Donatistas, & Pelagianos; Leo Papa Eutychem, & huius lestatores. Sic item Agatho Pont. Max. comprobauit dogma de duplici Christi voluntate, & operatione: Theodoritus actiones Concilij Alexandrini; sicq; alij plerique oes orthodoxa dogmata confirmarunt. 6. Etsi haeretici aliquando sanctos Patres laudant, vt hac fraude populis persuadeant, se ipsos cum antiqua Ecclesia sentire; tamen non sine causa eosdem Patres numquàm ex professo exposuerunt in Scholis, nec libenter, aut incorruptè vnquam eos ediderunt in lucem, nec vnquam in linguas populis vbi versantur, cognitatas conuerterunt: intelligebant enim, haereses & errores suos, ita reiectum iri, & ipsos populos facile cognituros laudes, quibus Lutherus, atque alij Apostata extolluntur à suis, esse tamquam coronas ebriosorum; sicut de sui temporis haeticis rectissimẽ contra Iulianum Pelagianum dixit Augustinus. 7. Quicumque à tempore Apostolorum, per consequentia saecula, in Catholica, idest in vniuersali Ecclesia floruerunt, hi legendi sunt. Horum autem Hieronymus in libro de Viris illustribus (etsi non omnium) vsque ad sua tempora. Catalogum scripsit, quem doctiores versare possunt, discernentes, quem nam eorum Auctorum aut relinquere, aut circumspicere legere debeant, quos ille haesi, aut erroribus aliquibus infectos fuisse scripsit. Reliquorum autem, sicut & eorundem Catholicorum Scriptorum, quoru Hieronymus mentionem facit, nomina Xistus Senesis in Sacra Bibliotheca sua diligenter collegit; sed hæc omnia, quando posteriores his fuimus, in nostra Bibliotheca sacra plenus licuit nobis obseruare. Porro quinã illustriores Doctores, & Synodi vnoquoque saeculo fuerunt; id ex Chronologia Ingolstadtij edita, quæ in folijs prioribus operi magno Catechetico Petri Canisij præfixa est percipi potest. 8. Quamuis autẽ certus ordo præscribi nequeat in Patribus legendis (quoniam & illi va-

2. Pet. 3. Rom. 1.

Aug. ad Honoratũ c. 7. de vitii. cre dendi.

Tom. 7. cõtra Iulian. Pelagianũ lib. 2. versus finem.

Ibid. Aug.

Cur aliquãdo haeticici laudant Patres.

NOTA.

NOTA

illi varia scripserunt, & qui ad eos accedunt, non omnes id ipsum cupiunt legere) is ta-
 men ordo, & ratio adhiberi poterit, ut primum eorum Patrum; quos velimus euo-
 luere, legamus vitâ attente. Hinc enim Ecclesiæ eius sæculi status agnoscitur: San-
 ctitas scriptoris legentem ad pietatem excitabit: ac quænam hæreses exire co-
 gnoscetur. Ex quibus omnibus causarum, & aliarum circumstantiarum non exigua
 lux haurietur. 9 Præterea quæ illi spectantia ad mores Christianos componendos
 scripserunt, magni momenti erunt, si perpendantur: Ex eorum enim lectione, quan-
 tam eorum scripta pietatem spirent, & quam facile hæreticorum rapsodia atque blas-
 phemiam sordescere incipiet, experiri vnusquisque poterit. 10 Quod si inuestigare
 placeat, num cum Ecclesia Catholica, vel cum Lutheranis, aut aliis eiusmodi ho-
 minibus Patres consenserint, primum legi poterunt ea scripta, quæ de hæresibus sui
 temporis generatim, & breuius ediderunt, Tertullianus de præscriptione aduer-
 sus hæreticos Augustinus ad Quod vult Deum. Epiphanius de octoginta hæ-
 resibus. Theodorus Cyri Episcopus de fabulorum hæresum narratione at-
 que ita alii. In ijs enim libris apertissime cernitur, easdem prorsus hæreses à Lu-
 theranis, Calvinianis, & aliis sectariis fuisse ab Inferis hoc sæculo excitas, pro-
 pter quas antiqui hæretici ab Ecclesia vnuerfa ex verbo Dei, vnanimiq. Patrum
 consensu fuere damnati. 11 Si quis vero nosse cupuerit, quibus rationibus ipsa hæ-
 reticorum dogmata fusius ab iisdem Patribus confutata sint, petat à perito aliquo
 Catholico, vel ex auctori ipsius Indicibus, quosnam de quaque re libros ediderunt:
 Exempli gratia Hieronymi, qui contra Vigilantium negantem Sanctorum inter-
 celsionem, & contra Iovinianum negantem coelibatus, & ieiuniorum meritum, aduer-
 sus item alias hæreses proprios tractatus scripsit. Hos igitur libros legere poterit. C
 12 At Augustinus cum aduersus plures Africæ hæreses, quæ suo tempore ebullie-
 runt, multa opera ediderit, quæ quidē non ita facile quivis potest propter scriptoris
 ingenium eminentem, variasq. ac perdifficiles tractationes intelligere, magnum auxiliū
 tenet ex eius Patris materiis pene omnibus per loca propria fidelissime à Hiero-
 nymo Torrenti Societatis nostræ Theologo dispositis in libro, qui confessio Augu-
 stiniana dicitur, qui certè labor fuit vtilissimus. 13 In omnibus autē Patribus legē-
 dis hoc statuere primū oportet, eos maximè conuenisse in ijs, quæ ab Ecclesia Ca-
 tholica in generalibus & legitimis Conciliis decreta sunt. Quod si quis aliqua in re
 aliquando vel errauerit, vel dubitauerit, id sanè ante Ecclesiæ determinationē con-
 tigit, quemadmodū accidit Cypriano de rebaptizandis hæreticis: si quis verò vnus
 vel alter Patrum nutauerit, eum itē ab Ecclesia fuisse notatū sciat. 14. Præterea D
 (vt inquit Vincentius Lirinensis) antiqua Sanctorum Patrum consensio nō in omnibus
 Diuinæ legis quæstionibus, sed solū in fidei regula nobis certo est tenenda, atque
 in ijs præcipue quæstionibus, quibus Catholici dogmatis fundamenta nituntur. 15. Ita-
 que si quis aliquid obiciat, quo auctoritas Patrum (vel ipsius Patribus testantibus) ele-
 uatur, id eiusmodi esse intelligendū est, quod vel nō ad fidem pertinebat, vel ad ea,
 quæ iam ab Ecclesia decreta nō erant, sed priuato cuiusq. iudicio libera linqueban-
 tur. Alia enim sunt (ait Augustinus) in quibus inter se aliquando etiā doctissimi, atq;
 optimi regulæ Catholicæ defensores salua fidei cōpage non consonant. Alia verò
 quæ ad ipsa fidei fundamenta pertinent. 16. Præterea si quis hæreticus ipsos Pa-
 tres aduersus Ecclesiæ Catholicæ dogmata citauerit, ea citatio sic omnino suspen-
 da esse debet, nulla vt ratione credatur. Quamobrem vrgendus est hæreticus, vt ip-
 sum Auctorem in fonte ostendat, quem fontē numquam legit, sed ex Philippi Me-
 lancthonis, vel eiusmodi alicuius fallacissimi cōmunibus locis mutuauit. Præter-
 ea iterū vrgendus est, num putet eundē Auctore pro catholicis alibi facere. Quod
 si affirmet, cur quæ aperte alibi dicit, ea potius & candidè non assert? Sed de tota
 hac Patrum auctoritate, ac de modo eos legēdi, ij qui erunt doctiores petere mul-
 ta poterunt ex 7. lib. Locorum cōmunium Melchioris Cani, & Sixto Senésij, atq; ex
 eadem nostra Bibliotheca Sacra: Nā Calvinū, reliquosq. fidei & Patrum aduersa-
 rios solidis rationibus eorum fraudes aperientes, euicimus.

Nota

Nota

Lib. adu. Iu-
lian. l. c. 2.

Nota

Nota

ORAN-

A ORANDI, MEDITANDI, PSALLENDI,
 siue B. Virginis horas recitandi, Breuiarij item non tam legendi,
 quàm intelligendi, atque ad vsum aliorum adhibendi,
 quanam ratio sit interior, & vtilior. Agitur ali-
 quid de libris spiritualibus. Caput XV.



B

V AE priore libro diximus, vbi de lectione librorum egimus:
 quosve morales, ac spirituales libros enumerauimus; ea omnia
 pertinebunt ad informandos hoc in genere rerum, quæ totius
 vitæ, atque adeo cæli clavis est, animos clericorum. Itaque in-
 situendi sunt in orando potissimum, ac meditando. Et si verò
 in numeri propè libri sunt, in quibus hoc eximia cum laude Au-
 ctorum agitur, hæc tamen ratio primaria adhibenda est, quam dicemus:

Primò tempus aliquod certum sit, quo meditari discant: id quod per vnus mens-
 is spiritualia exercitia fieret fructuosissime: quo tempore ablegatis alijs rebus
 omnibus, non tam addiscerent, quàm gustarent, quid esset oratio, quid medi-
 tatio, quid contemplatio: Deinde quid applicatio potentiarum, & virium ani-
 mæ, & ipsorum quoque sensuum ad ea, quæ sibi meditanda proponerent.
 Ni mens integer, (præsertim iunioribus clericis) assignaretur, certè octiduum
 daretur; quo sensim manducerentur ad interiora, donec grandescerent in
 spiritu, Christusq. Dominus in ijs formaretur. Manduci autē similitudinibus pos-
 sent, vt quemadmodum qui cibum manducat, eum in primis appetit, deinde
 quærit, & emit, denique curat purgari, coqui, ad mensam afferri, vbi sedens il-
 lum ordinatè comedit, comestum ne euomat, aut nimio corporis labore statim
 suscepto calorem vitalem ab eo concoquendo auertat; sic sciat in animo debe-
 re præcedere cælestis cibi desiderium, quo cor sursum erigitur; idq. dicitur
 oratio: mox conquirendum esse cibum hoc est meditatione in manus animæ tra-
 dendum, ac quasi terendum, & mandendum: denique calore, & igne, qui exarde-
 scit in meditationibus, coquendum: ad extremum, ita conqueiscendum esse, vt vi-
 res animi vim illam vitalem concipiant, quam cupiebat, qui dixit. Quis mihi da-
 bit alas, sicut columbæ, & volabo & requiescam? Quæ omnia meditationem, &
 contemplationem expriment.

C

Porro doctrina applicandarum anime potentiarum pretiosissimus thesaurus
 est. Potentiæ enim animi, quæ sunt Memoria, Intellectus, Voluntas, sunt clauces,
 quibus quæ in nobis sunt abditiissima, quæve in Deo sublimissima referare eo adiu-
 uante, ac donante possumus, si iis rectè, atque (vt ita dicam clauce non errante)
 vramur. Tum enim illud sentimus, ac re ipsa experimur, quod dixit Propheta. Mi-
 rabilis facta est scientia tua ex me. Atqui & recta, ac frequenter adhibita harum
 potentiarum applicatione, nemo est, quin adeo queat proficere, vt (modo in disci-
 plinis aliqua iecerit solida fundamenta) de qualibet materia cōcionari agere, scri-
 bere, deliberare facilius nequeat. Quæ quando huc inferimus non tam ob ipsos cle-
 ricos, quàm propter Seminariorum Præfectos, & collegas, vt sciant operarios fu-
 turos diligenter excolere, non mihi labori duxero, si quædam hæc de re huc, quæ
 summi momenti sunt, adiecero. Primum illud. Ad ritè applicandas potentias
 magni referre, si earum definitiones ex Angelico Doctore petantur. Hoc enim cō-
 spectat, vt ne ex altera in alterius officium meditando transiliamus: Id quod etiam
 de applicatione sensuum dici potest. Porro quod ad potētias animæ spectat, Memo-
 ria quidē rerū gestarum seriem & peristases proponit: Intellectus causas disquirat.
 Voluntas è re cognita afficitur, seq. ad Deum Dominum, ad Beatissimum Vir-
 ginem, ad reliquos sanctos conuertit per colloquia, siue suspiria, vt ea quæ
 ad Diuinum pertinent honorem consequatur. At illud obseruandum est,
 vbi ad rem ventum erit, memoriaq. piæ alicui rei meditando fuerit adhibita, vt
 nonni-

Spiritua-
les exerci-
tationes.Quid ora-
tio, Medita-
tio, Contē-
platio.Ratio ap-
plicandarū
anime po-
tentiarū ad
meditandūMemoria,
quomodo
applicatur.Item reli-
quæ potē-
tiæ.

Inter medi
randū, quā
nā oratio-
nes adhibē
dā.

Applicatio
potentiarū
ad homi-
nis finē me-
ditandū.

NOTA

Creatura-
rū ad vsum
hominis
ditariū con-
sideratio v-
tilissima.

Intellectus
applicatio.

Voluntatis
applicatio.

Sensuum
applicatio.
Olfactus spi-
ritualis de-
claratio.

non nihil orationis ad Deum Patrem fiat, qui fecunditate sua ab aeterno, & ante A
omnia saecula genuit Filium: Cum vero intellectus absoluerit operationem suam,
oratio fundatur ad Verbum, & sapientiam Patris Christum IESVM. At ubi vo-
luntas suam praestiterit officium, tum ad Spiritum sanctum, qui est nexus, & amor
ab utroque procedens referatur ipsa precatio. Quod tota res adhuc liquidior sit,
applicemus potentias istas ad hominis finem cogitandum. Nam memoria repeti-
mus, quā male haecenus seruiuimus Deo, quā frigidē pro tantis beneficijs gra-
tias egimus, quā sedulo id faciant Angeli in Caelo regnantes, aliiq. Religiosi vi-
ri, & Laici; quā verō multi quoniam istud neglexerunt, damnati in ignibus
Purgatorij acerbissimē vexantur; quā item occasiones neglectae, quot inspira-
tiones, quibus ad eum finem impellabamur. Ac sanē deinceps proderit singulis
meditationibus orationem aliquam subiicere, quā veniam nobis, & aliis prece-
mur, meliora in posterum humillimē Diuinā Bonitati promittamus, petentes vt
ab omnibus hominibus id ipsum praestetur; & verō hic finis purissimo mentis oculo
inspiciatur, vt tanto magis glorificetur Deus. Rursus, vt magis ad eundem fi-
nem nostrum feramur ardentius, incitare nos debent creaturae omnes nostris pe-
dibus, & vibus subiectae. Quid enim est (vt familiarissimo, & tamen minus à no-
bis considerato exemplo vtamur) quod tot diuersa animalia mortua, quotidie
nobis offerantur in cibum ad mensam, nisi vt inuitemur, vt vitiiis, & concupiscen-
tiis malis prorsus morientes, Deo nos in holocaustum integros offeramus. Latē
autem haec meditando extendi possunt, quae mirum in modum animum excitent,
vt Deo obsequium sincerius praestemus, quos ipsa mortua animalia pascunt; &
quibus aer, aqua, terra quotidie tam copiosum tributum pendunt, vt & nos quoti-
die aliquid Deo dignum Deo ipsi pendamus.

Iam Memoriae succedit intellectus operatio, qua ipsas rerum causas inuestiga-
mus. Cur enim quāso Deo seruiendū est? non ne quod bonus, immo sapientiae ipsa
Bonitas, & Auctor omnium quae in caelo, & quae super terram sunt; ipse omnipotens
& sapiēs? Hic vero spatium potest intellectus per omnia Dei attributa, & causas ipsas
rerum disquirere materialem, formalem, efficientem, finalem. Cur me Deus fecit?
nimirum vt coniungeret terrena caelestibus, vt me bearet. Cur ergo miser non ser-
uui Deo meo, cur differo in dies? Hic rursus latissimus patet campus, & ad dolo-
rem acriorem concipiendum de tam bono, & liberali Domino tories neglecto, &
offenso, cum nobis nihil opus habeat ad gloriam suam. At in me, ecquid fuit cur
me ad imaginem sui Deus infinite diues, & omnipotens crearet? nihil certe. Quin
etiam cum ab aeterno prospexit fore vt in peccatis conciperer, & ex Adamo vene-
num originalis peccati contraherem, reconciliatus autem Deo per sacrum bap-
tisma innocentiam tamen perderem, receptus in gratiam sapissimē ex gratia exci-
derem, ego vero in hanc vsque horam perfide me gesserim, nulla sane in me boni-
tas fuit, quae Deum moueret ad miserendum, sed sola ipsius misericordia factum
est, vt & crearet, & nūc ista mediter, vt seruire illi incipiā, qui dat velle, & perficere,
quique post gratiam praebet & gloriam. Haec igitur ubi meditati fuerimus,
Voluntas incipiet suo fungi munere ad hanc enim pertinet affici interiori, & Spiritu
gustare quā suauis sit Dominus. Itaq. Diuina gloria vna cum nostra, & proximo-
rum salute ardentem sitienda est, & pleni haustus capiendi ex concepto altius Veri-
tatis Spiritu, mox tamquam ē silice excutiendus est ignis, ac colloquia, suspiria, ora-
tiones fundendae sunt ad Deum. Quae quidem ratio applicandi potentias aptari ad
omnes materias potest. Quibus si quis deinceps adhibuerit applicationē sensuum
exteriorum, fiet, vt intellectus alioquin sterilis facillimo negotio inueniat, quo
utiliter, quod sibi praescripserit meditandi tempus absoluat.

Ad sensuum igitur applicationem quod attinet, haec dici modo possunt. Gustus
& Odoratus tum mysterijs, Christi Domini tum alijs adhibentur. Sicut enim bonus
odor ex humorum, & elementorum temperamento efficitur, ita in anima internus
quidam odor, & suauitas oritur, cum iam affectibus suis alio trahentibus, animus
tamen

A tamen dominans tamquam in suo throno conquefcit. Contra vero, si turbari, & ab
illo placido statu dimoueri se sinat, illico quasi ē fimo agitato internus quidam feo-
ror inhalatur. Sic Catharina Senensis, cum aliquem mortali crimini obnoxium ob-
uium sibi haberet, hunc fatentem, quem illa in Spiritu praesenserat, ferre non po-
terat. Quare, ē, contrario fidelis anima ex consideratione vitae Christi, sensuumq.
ad eam applicatione optimum haurit odorem: nimirum sentit, quā merito Pater
aeternus in illo sibi complacuit. Ac nos quidem experimur infantium carnem opti-
mum ex se odorem effundere, quod sana, & vegeta sit; qui sane odor multo suauior
ex ijs, qui sunt odor Christi in salutem proximorum, à viris spiritualibus perci-
pitur. Sic Apostolus recte ad rem praesentem monet, vt simus Christi bonus odor.
Quod vtinam fiat. Praeterea sicuti in viridi prato variorum florum pleno exhalatur
quaedam suauissima odorum quasi proportio: ita fit ex anima, quae omni genere
virtutum abundat. Quare Iacob dicebat, Odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui
benedixit Dominus. Atque hinc fit vt cum aliquos pluribus virtutibus praeditos
intuemur, earum quasi odore reficiamur. Porro. Olfactus hic spiritualis sequenti
item similitudine docetur. Sicut enim cum aliquis patitur animi deliquium, aceto
ad nares adhibito, excitari, & iuuari solet, ita anima peccatis, & defectu orationis
quasi stupida, virtutum consideratione excitatur. Ac quemadmodum sic affectis
vestes, & manicæ aperiri solent, vt spiritu iam facto liberior, in sese redeant, sic
anima dum meditationi intenta est, si olfactum interiore aperuerit, quasi à som-
no ad virtutes amplexandas maxime accendetur, torporemq. excutiet omnem.

At Gustus sensus est paullo interior; Quo sensu omnis generis virtutes ex cibo-
rum, quos sumimus, similitudine degustare animo licebit. Sicut igitur rustici & lit-
terarum imperiti, si forte viderint characteres nitide pictos, mirantur; licet eos
ab alijs non ita apposite delineatis admodum dignoscunt: verum tamen si demum
artem ipsam, quae in ijs sita est, intelligant, animo quasi degustant nouam quan-
dam, & insolitam suauitatem, ex qua deinceps ita afficiuntur, vt si ipsi honestis di-
sciplinis excolantur, iam viros litteratos suspiciunt, & in caelum vsque extollunt;
sic anima, quae antea rudior minus caelestium rerum meditationes capiebat, et si eas
non nihil diligebat, iam meditationis ipsius studio in potentias Dei ingressa pul-
chritudinem illam immensam clarius intuens ac tamquam in speculo radios Diui-
nae bonitatis in viris sanctis cernens splendescere, interiore gustu pascitur, & dele-
ctatur. Et quidem hoc ipsum in edendo vsu venire solet: dum enim cibus voratur
integer, vix eius qualitas sentitur: quin & fatigat palatum, guttur, ventriculum.
at, si teritur dentibus, ac sensum manditur gustum excitat, reficit vires, ac vitam pro-
ducit. Sic vero itē Augustinus, Quemadmodū (ait) qui videt litteras in codice opti-
me scriptas & non nouit legere, laudat quidem Antiquarij manuum admirans api-
cum pulchritudinem, sed quid sibi velint, quid indicent illi apices, nescit, & est
oculis laudator; mente non cognitor, alius autem laudat artificium, & capit intel-
lectum; ille vtique qui non solum videre, quod commune est omnibus, potest; sed
etiam legere; quod qui non didicit, non potest; ita, qui viderunt Christi miracula,
& non intellexerunt quid sibi vellent, mirati tantum, quae facta sunt, alij vero &
facta mirati, & intellectum affecuti, tales nos in schola Christi esse debemus.

Mentis deinde oculum applicabimus, si sensu interiori contemplerur quicquid
foris in actionem sanctorum obijcitur equidem dum caelum quoque intuemur, mo-
nemur (si sapimus,) vt mentis oculis Diuinā Maieftatis palatium contemplerur,
quā sit quietum, quā amplum, quā omnibus splendoribus, gratijs, gloria re-
fertum. Contra vero in haec terrena despicientibus, quāta sunt, quae incurere pos-
sunt in animos recte res pendendum? turba nimirum inundantium, & inanium
cogitationum, iactura temporis, contemptus aeternitatis, infidiae, metus, atque
adeo nuntantia & ruentia omnia, quae Diuinā immobilitati haud fuerint innixa.
Ceterum vt ex aspectu Christi in stabulo iacentis, & famulatu B. Virginis, & B. Io-
sephi, & brutorum animalium officio, ac cōmiseratione, sic ex alijs eiusmodi omni-
bus

Fator pec-
cati.
Catharina
Senensis pec-
cati alicui
ferore sen-
tiebat.

Odor virtutis
suauis si-
mus.

Gustus spi-
ritualis quā-
sit.

August. ser.
44. de verb.
Domini.

Vitus spi-
ritualis.

bus multa colliget animus contemplantis, quae incredibilem consolationem parient.

*Psalmodi
vſus rectus
quinam, &
vnde pete-
ndus.*

*Quae vitanda
in Pfal-
lendo.*

*In vita Eu-
genij Epi-
ſcopi Trāf-
montani.
Rotatio tu
multuaria
vitanda in
cantu.*

*Hieron. de
cōſecratio-
ne di. v. c.
Non medio-
critur.*

r. Paral. 5.

At quoniam tota penè D. Historia (vt diximus alibi) cōtinetur in Psalmis, hosce vt maturè memoriæ clerici mandent, eorumq. ordinem noſcant, ac quibusnam morbis animarum curandis quifque Psalmus conueniat, docendi erunt: id quod ex ſecundi libri huius Bibliothecæ capite xxvij. poterit peti. Nā quæ ad ritè pſallendum attinent, cum communia ſunt Regularibus; ſpectent autem ad eam tractationem, in qua (vbi de Mathematicis agimus) proprius Muſicæ locus eſt, ibidem fanè legenda erunt attentè. At interim pauca hæc inſtillare clericorum animis, dum ad huc teneriores ſunt ætate, expediet quàm quod maximè. Primo. Ne quid cāteatur aliud, aut aliter, quàm in libro authentico ſcriptum ſit; quorum alterum præſumptionis eſt, alterum leuitatis. Deinde: Ne inani modulatione vocis gloriantes ſimplicitatem confundant Eccleſiaſtici cantus, ſecus, quàm habeant libri, canentes; quod quidem (vt inquit Bernardus) magna eſt leuitas cordis: Et hos quidem etiam perſequatur Carolus Magnus, vniſormem curans ſimplicitatem obſeruari Gregoriani officij, & Romani cantus. Quamobrem Romæ, & ex Metenſi Eccleſia præceptores Muſicæ conformitatis (vt aiunt) euocauit. Præterea. Ne in cantu ſit tumultuaria ratio, & nimia acceleratio: Omnia enim diſtinctè, & aptè in Eccleſiaſtico officio dicenda ſunt, vt excitetur compunctio cordis: ne illud eis iure dicatur, quod per Prophetam loquitur Dominus: Aufer à me tumultum carminum tuorum: non eſt mihi voluntas in eis. Præterea, ne nimia ſit moroſitas, & protractio cantus; Neque enim minus eſt vitio dandum ſi fiat moroſior, & irrationabilis cantandi protractio: quàm ſi nimia ſit feſtinatio. Ne item curioſitas ſit, & vana fractio vocis, quæ plurimum dedecet Religioſos: quippe quæ ſit præter Religionis grauitatem, valde autem deuotionem impediatur mentis. Sæpius (inquit Bernardus) frengi vocem meam, vt dulcius cantarem: magis delectabar in vocis modulatione, quàm in cordis compunctione. Vitanda item eſt vocis, vel cantus ſubtractio: neque enim decet, vt alij ſoli altè canant, cum ceteri vix audiantur, aut taceant contra illud Paralipomenon: Sacerdotes corâ Arca fœderis Domini canebāt iugiter: abſq; ſcilicet defraudatione vocis: Pſalmodiam (ait Bernardus) nō multum protrahamus, ſed tractim rotunda, & viua voce cantemus: metrum & finem verſus ſimul inonemus, & ſimul dimittamus: punctum, vel caudam nullus teneat, ſed citò finiatur. poſt punctum, & metrum bonam pauſam faciamus. nullus ante alios incipere, & & nimis currere præſumat: aut etiam poſt alios nimium trahere, aut punctum tenere. Simul cantemus: ſimul pauſemus ſemper in auſcultando. Sequentes porrò verſus noti illi quidem, & qui prima facie videri poſſunt ſimplices, addiſcendi fanè erunt à Clericis, & obſeruandi.

*Vos qui ſeruiſtis Chriſto, ſeruire ſtudete.
Qui memores ſitis, hos verſus ſæpe videte.
Et quicumque choro Chriſti ſamularis honori,
Non ſis mente ſoro, ſed mens tua conſonet ori.
Eſto choro totus intentus pſallere Chriſti
Laudes deuotus, cui te totum tribuiſti.
Cum Domino pſalles, pſallendo tu tria ſerues:
Dirige cor ſuſum: bene profer: reſpice ſenſum:*

*In templo vanum ſuge cantum; dilige planum:
Non clames tantum, vt cogaris linquere totum:
Pſallite deuote: diſtincte metra tenete:
Vocibus eſtote concordæ: vana cauete:
Numquam poſterior verſus prius incipiat,
Quàm ſuus anterior perfectò ſine fruatur.
Qui Pſalmos reſecat, & verba Dauidica curtat,
Nil plus inde ſeret, quàm ſi ſua lingua taceret.*

*Breuiarij
vſus.*

Ad reliquum autem Breuiarij vſum quæcumque de applicandis potentiis. animi diximus, quadamtenus pertinent; non quidem, vt ſingulis verbis immoremur, ſed, vt quidquid ex Diuino officio recitatur, tendat ad affectionis pietatem, ad compunctionem, ad vſum item aliorum. Neque enim vnus eſt Breuiarij vſus: nam & inde tamquàm ex diuite penu depromi poſſunt, quæ deinceps (adhibita meditatione) Populis, Sodalitatibus, Cœnobiis, Collegiis iuuandis vſui fuerint: nimirum præter totam ſcripturam, quæ ſaltem ſummatim in eo comprehenditur, hiſtoria quo-

A quoque Eccleſiaſtica: orandi modus: neceſſitas, quæ generi humano incumbit ſuſpirandi continenter ad Diuinam Prouidentiam implorandam: ſuffragia quibus viuentes, & mortui iuandi ſunt in eodem ipſo Breuiario continentur, proderit quidem Clericis, ſi ad manus interdum habuerint libellum Romæ editum, qui inſcribitur, Index ſententiarum Breuiarij per ordinem Alphabeti à Fabritio Porticella Melitenſi collectus. Mouit enim pium, & doctum virum, vt id efficeret, conſilium ſanctum, vt ſacram ſcripturam amantibus amplior pateret eam legendi campus; & verò ei, qui ſermones ad populum eſſet habiturus, eſſet in promptu materia. Quod ſi (inquit) profani Codices ſuum habent Indicem, nonne ſacri quoque copioſiorem habere debent, & inter ſacros hic poſſimum? præ manibus namq; quotidie habetur, in quo varia, neceſſariaq. dogmata varie diſſuſa ſunt, quæ etiam vſque ad extremam ſenectam plerique non obſeruarunt, dum theſaurum abſconditum non aperiunt; ac tantummodo percurrentes, ſed quid intus lateat haud inſpicientes, quod labijs pronuntiant, corde non concipiunt. In lectiones autem ipſas Breuiarij Italice duos edidit Ferrarię tomos Ioannes Baptiſta Poſſeuinus fratris filius, vtiles quidem habèdis concionibus, & in quibus plura Diuinæ ſcripturæ loca commode explicantur. Quæ qui ſuis temporibus prælegerint, paratiores accedent ad Breuiarium recitandum. Quin & Notæ in Euangelicas lectiones, quæ per totum annum Dominicis diebus recitantur nouiſſime prodierunt à Petro Caniſio noſtro iam pluſquam ſenefcente, ſed viuidis adhuc animi in Dei gloriam viribus: Quod opus ad pie meditandum, ac ſimul ad precandum Deum eſt accommodatum. Adductus eſt autem optimæ vt mentis, ita & eruditionis Pater ad hunc laborem, vt, ſi fieri queat, velut furdaſtris (ait) vellicentur aures, & dormientibus torpor excutiatur, frigidæq. mentes incaleſcant; ac demum orioſi, maleq. feriat homines ad ſuum officium propius reuocentur. pauci fanè ad feſtos dies, Eccleſiaſticosq. ritus animum ſerio applicant, vt germanorum filiorum inſtar, ſanctiſſimæ parentis Eccleſiæ ſenſus & affectus ſpirituales induant, illiſq. ſincere ac pie delectentur. Nam quod (inquit) iam olim Galliæ lumen Hilarius de ſuis ciuibus queſtus eſt, in noſtros quoque hoc ſæculo competit, vt vere cum illo dicamus: Plerumque, immo ſemper vitio noſtro accidit, vt quæ legi in Eccleſia audimus, auribus, atque animis noſtris longe ab his peregrinantibus, negligamus, vt per audiendi incuriam vileſcat apud nos cæleſtium dictorum dignitas. Hæc Hilarius. At Petrus Caniſius iſdem rationibus permotus, vniuerſo operi haud mediocri, vnde viginti præmonitiones, ſiue Meditationis capita præfixit, vt temporis & anni diſtributio rectius intelligatur, & dies feſti, cum vberiore pietatis fructu à fidelibus expendantur. Ea igitur & prælegiſſe præfectos Seminariorum, & clericis indicaffe, atque inſculpiſſe animis, faciet, vt & hi tamquam ſiphones Eccleſiæ, quod biberint, in aliorum pectora deriuent. Quod ſi liber hic comparari non poſſet, extant Nicolai Gallerij ſtudio editæ breues quidam labores, hoc eſt explicationes in Euangelia, quas in gratiam Alumnorum Episcopaliū Seminariorum permiſimus edi; quæ & eò tendunt, quò Caniſius (licet hic copioſius) laborem ſuum direxit.

*Anno 1580.
Fabrit. Por-
ticellæ In-
dex ſententiarum Bre-
uiarij.*

*Io. Bapti-
ſta Poſſeu-
inus.*

*Notæ in Eu-
angelicas
lectiones à
Petro Cani-
ſio editæ
anno 1591.
Friburgi
Heluetio-
rum.*

*Hilar. in
explic. pſal.
135.*

*Explicatio-
nes Euan-
geliorum.*

*Libri ſpi-
rituales.*

De libris vero, qui dicuntur ſpirituales, plurimum eſſet quod diceremus. Verum tamen ne nimia lux iuniorum Clericorum oculos præſtringat; neque vero quibus lacte opus eſt, ij ſolidum cibum illico velint edere, ſapientis erit Præfecti vt conſilio ſpiritualium Theologorum, ac eorum præcipue qui Seminariorum tractare, ac docere aſſueuerint: neque enim quosuis libros, quamuis pietatis aſſatim plenos, expediat initio Clericis permittere. Theſaurus ſane piarum precum Bullæ ſodalitatis Beatiffimæ Virginis, de qua fuſius dicemus, vbi agetur de Sodalitatibus in ipſius poſſimum laudem inſtitutis, habendus erit ad manus, qui fuit à Franciſco Coſtero conſcriptus. Is enim liber rationem orandi, meditandi, conſitendi, ſacrum audiendi præſtat abunde, atque optime. Meditationes item eiufdem Coſteri quinquaginta in Chriſti Domini H h paſſiones

Thesaurus
piarum pre-
cum.
Meditatio-
nes in Pas-
sionem Do-
mini.
Franciscus
Costerus.
Vincētius
Brunus.
Gaspar Lo-
artes.
Ludouicus
Granatēsis
Petrus Au-
ratus.
Rosertum
Mabueni.
Ratio profi-
ciedi in stu-
dio intelle-
ctuali.

Hugo in di-
dascalico.
Bonauentu-
ra de lumi-
naribus Ec-
clesiæ.

Quinam li-
bri pro Di-
rectione
morum, &
virtutum.
Pro mate-
ria compū-
tionis.
Pro illustra-
tione intel-
ligentiæ.

Ioannes
Vallensis.
Gersonis
conclufio-
nes.

passiones sunt breues, fecundæ, vtilissimæ. Ratioq. Christi passionem meditati præscribitur ante ipsum librum. Quin & Beatissimæ Virginis salutationem, hymnum *Aue Maris Stella*, & alia edidit: quæ Clericis percommoda fuerint. Sed & Vincentius Brunus è nostris Italicè (vt Costerus Latinè, & eleganter) meditationes in vitam Christi, mysteriaq. pleraque, & Beatissimæ Virginis festa emisit. Exercitia vero Gasparis Loartis è Societate nostra, quoniam ad captum sunt adolescentium, maxime commodabunt. De Ludouici Granatensis Theologi Dominici operibus, quæ sunt notissima, & spirantia omnem pietatem, hic loqui superuacaneum fuerit: tum quoniam, vt prorsus versetur ab omnibus, non est quod ego in suadendo laborem; tum quod (quoniam omnibus debent esse communia) de ijs explicatius erit dicendum. Extant item Gallice Petri Aurati Dominici Theologi varia opuscula, quæ miram redolent sanctitatem: quæquidem ijs, qui Gallicè nouerint, auctor fuerim, ne quis non habeat, legat, & sæpissime verset. Ad vniuersam porro Clericalium studiorum cum spiritu rationem referri potest, quod Mabuenus minus culto quidem sermone, sed optimo sensu scriptum reliquit. Id autem sic habet. Vt homo proficiat in studio intellectuali, opus est industria, diligentia, & assiduitate magna. mira enim est profunditas Diuinorum eloquiorum: adeo vt dicat pater Augustinus, quod quotidie in eis proficiat, si eas solas ab ineunte pueritia, vsque ad descriptam ætatem, maximo otio, summo studio, meliori ingenio studuissent. In quibus qui volet proficere, opus habet Diuina gratia. Quo enim spiritu Scripturæ factæ sunt: eo spiritu legi, & intelligi volunt. In quibus ordo seruandus venit; vt primo habitis emendatis codicibus, quasi Alphaberum textus Scripturarum familiares sibi faciat. Prima si quidem ea obseruatio est iuxta Augustinum, nosse canonicas scripturas, & quasi eas habere familiares: deinde apertiora colligere, post indagare obscuriora: plenè & pulcherrimè modum, & ordinem legendi, & proficiendi in hoc genere studiorum tradit in Didascalico suo venerabilis Hugo: & Beatus Bonauentura in singulari opere de Luminaribus Ecclesiæ: suadentes quòd veritas bibenda sit de fonte, idest primùm videndus textus sanctarum scripturarum: dein originalia Patrum: post Summæ Magistrorum. & hoc cum diligentia, & assiduitate, vt numquam sit homo sine scripturis.

Pro directione morum speculum Bernardi. & speculum disciplinæ seu speculum Monachorum. Pro reformatione virium: Beatus vir. Homo quidam, & profectus Religiosorum. Pro materia autem compunctionis obseruandum est circa opuscula de vita, & Passione Domini: De quattuor Nouissimis præsertim Bonauenturæ. de quattuor exercitijs. Et circa stimulum Diuini amoris tam Anselmi quam Seraphici Doctoris. Pro illustratione intelligentiæ post Christi Euangelium, superinsudandum intelligo Pfalterio: & videnda Compendia aliqua Theologiæ, & insigne opusculum Breuiloquium Bonauenturæ. Ex quibus, & consimilibus si quis pharetram suam impleuerit, felix erit, & apprimè doctus. Et meo consilio semper permixta erunt hæc studia nostra mortalia cum studijs deuotionis & intellectu: ante prandium homo versetur circa affectiua: post vero in intellectualibus: nihilominus pro qualitate temporum, & festorum, poterunt etiam variari materiæ studiorum: sicut & pro qualitate naturæ, & dispositionis. Qui plenius super his institui volet, ille Didascalicum Hugonis, & opusculum videat Ioannis Vallensis, & conclusiones Gersonis.

QVÆ AD RITUS SACROS, AD COMPUTUM, ad Calendarium Ecclesiasticum, & ad Diuina officia attinent, cum scitu necessaria sint, vndenam facilius, & liquidius cognosci possint. Caput XVI.



Ad clericos autem instituendos cum externa quoque illa scitu necessaria sint, quæ ad Diuina officia, & ad ritus sacros pertinet: de his, & Auctores, & ratio eos facilius addiscendi indicanda est. Nam qui ex vna praxi ministrantes Altaribus, aut versantes in Choris eam haurire putant, maxime falluntur: quippe denique iis deest, quod præcipuum est; nimirum interior illa notitia, ex qua cultus ita pender externus, vt populi eum spectantes, atque interdum, quænam illa signa designet audientes, rectius erga Diuina mysteria afficiantur. Ea porrò imprimis discenda sunt, quæ ad sanctum Missæ sacrificium, deinde ad reliqua Sacramenta atinent. Quare Dionysius Arcopagita legendus erit, qui hoc Diuinitus præstitit, in quem & Græcis scribere Michael Syngelus presbyter Hierosolymitanus & Maximus, & è Latinis Dionysius Rikel Carthusianus, præter Marsilium Ficinum, qui librum de Diuinis nominibus in latinum vertit, atque exposuit. Sed cum ex octo libris Apostolicarum Constitutionum, qui nomine Clementis Romani circumferuntur, & à Francisco Turriano conuersi in Latinam linguam, scholiis aucti sunt, eadem pluribus in locis tractentur: profuerit inde sumere, quæ ad veritatem noscendam, atque ad Apostolicas illas traditiones venerandas faciunt. Iam Liturgica Pamelii, & Claudii sanctis Episcopi Ebroicensis (vterque enim quæ veteres Græci in antiquissimas Missas scribere collegit) plura illico suppeditabunt: Nos sane Sectionis sextæ capite septimo Refutationis responsionis Dauidis Chytræi, ordinem rituum, & orationum sacrificii Altaris ab ipsis Apostolis, & ab vniuersa Christi Ecclesia semper celebrati breuissime recensuimus; atque è Dionysio Arcopagita Apostoli discipulo, alijsq. comprobauimus. cum & sequenti capite de sacris locis, vestibus, ornamentis, luminaribus, vasis; quæ ve alia liturgica manarunt ex traditione Apostolica, persecuti sumus.

Iam Nicolaus Cabasila de Altaris sacrificio, & Simeon Theffalonicensis de septem Sacramentis Græce scribere: quorum alter, & si iam Latinus est editus; alter autem latine versus à Federico Metio, non autem editus: primus tamen circumspicè legendus erit; quod quædam ille interseruerit, quæ minus orthodoxa sunt: quemadmodum ex Humberto Cenomanensi, & Gennadio, meisq. apud Magnū Moscouiæ Ducem colloquijs iam editis liquebit, si cum iis conferantur. Veruntamen antea Orientalis, ac postea Occidentalis Ecclesia id ipsum, quod ad ritus Ecclesiæ antiquos pertinet, haud destitit omni pene sæculo copiose proponere. Ne dicam, quòd quidquid Origenes, Cyrillus, Ilychius in Leuiticum, Basilius ad Amphilo-chium, Augustinus ad Ianuarium, alii in Ezechielem, in acta Apostolorum, & præcipue in Apocalypsim, atque in Epistolam Pauli ad Hebræos scripserunt, id omne haud mediocrem præbet occasionem eliciendi rationes earum cerimoniarum, & rituum, quorum origo cum ignoratur, necessario (quod Augustinus monuit) ad Apostolica tempora refertur. Iam Theophanes, vbi agit de mysticis Dei membris; ex quo, vt ex alijs Græcis Patribus, qui quidem ab omnibus non habentur ad manus, Franciscus Turrianus libro de dogmaticis characteribus, & in defensione Epistolarum Pontificiarum aduersus Magdeburgenses pleraque sumpfit; sed & Euodius Ticinensis ad Maximum Episcopum de Ecclesiæ consecratione; & Durandus de Diuinis officijs non pauca hoc de genere scripta posteris reliquere. At nostro hoc sæculo emendatioribus in Vrbe prodire ex antiquioribus in vnum volumen redacti, & Gregorio XIII. Pont. Max. dicati.

Dionysius
Arcopagi-
ta.

Apostolica
rum conli-
tutionum
libri octo.

Pamelij &
Claudij Sā-
dis Litur-
gica.
Auctor in
refutatio-
ne Chytræi

Nicolaus
Cabasila.
Simeon
Theffalo-
nicensis
haud plane
orthodoxi.
Humber-
tus Ceno-
manensis.
Gennadius.
Auctoris
colloquia
in Mosco-
uia.
Theopha-
nes.

Franciscus
Turrianus.
Euodius Ti-
cinensis.

Ordo Romanus, de Missa & reliquis p annu officijs. Isidori Hispalensis Episcopi de Ecclesiasticis officijs libri duo.

Albini Flacci sive Alcinii praeceptoris Caroli Magni Liber de Diuinis officijs, sive Ordinis Romani expositio.

Amalarij Fortunati Officiales, seu de Diuinis officijs lib. 4.

Eiusdem de Ordine Antiphonarij liber;

HRabani Mauri Archiep. Moguntini de Institutione Clericorum libri 3.

Vvalafridi Strabonis Abbatis de exordijs, & incrementis rerum Ecclesiasticarum liber.

Bernonis Abbatis de quibusdam rebus ad Missae officium pertinentibus libellus.

Petri Damiani monachi & Episc. Ostien. liber qui appellatur Dominus nobiscum.

Micrologus de Ecclesiasticis obseruationibus.

Stanislaus Socolouius

Sanè vero lucè attulit istarum reru tractationi Stanislaus Socolouius oratione eleganti, qua in Episcopi Britonorientis Consecratione, Stephano primo Rege Poloniae, Varfauiae habitam, mox Cracouiae ex officina Lazari editam accepimus, quae postea in volumine omnium eius operum ab eodem ibidem recusa est. Inde enim & Episcopi, & reliqui habent, quae ad sui muneris vel dignitatem, vel necessitatè spectat. At Franciscus Titelmannus libellu aureum de mysterijs Missae scripserat. Stanislaus vero Hofius Cardinalis Varmienfis ad finem suae Polonicae confessionis cum ceremonias omnes Catholicae Ecclesiae in quattuor locos redegisset, quae ad locu, tempus, personas referuntur, secutus (vt puto) partitionem, quam fecerat Varro de falsis Romanorum veteru ceremonijs; ac cuius partitionis Augustinus libris de Ciuitate Dei meminerat, praclare totam hanc materiam oculis Iegenium subiecit. Quin & Conradus Brunus sex libros emisit de ceremonijs, praeter alios illos insignes de Legationibus: de Haereticis: de Concilio Oecumenico: de Imaginibus: de Seditiosis: quae uero aduersus Historiam Ecclesiasticam Magdeburgensium ab eo scripta ex eo in primu nostrae Bibliothecae librum coniecimus. Pamelius autem Comentarjjs quidem in Tertullianum passim, ubi sese dat rerum haru occasio (id quod liquet ex eorum Indicibus) at item foecuda epistola, qua labores illos suos eximios Gregorio xiiij. Pontifici Maximo inscripsit, multa hac de tota re commonstrat. Quippe tempore Tertulliani eadem Catholica dogmata, & ritus docet extitisse, quae hodieq. exstant: Cumq. Diuino uigente iudicio Magdeburgenses haeretici historiam e prius Patribus eximere ueritatem, & uera sese uelle iactassent, mirum est, quam ipsa ueritate conuicti disserterequiuerunt haec traditiones iam inde ab Apostoloru tempore in Ecclesia fuisse. Nisi quod, ut haeretici Diuini Codicis partes ausi sunt corrumpere, aut decurtare; sic eade sancta mysteria, & ritus fuisse nauos blasphemauerunt. Iam quod ad aquae benedictae vim, & usu in Ecclesijs pertinet, Marcus Antonius Columna Salernitanus Archiepiscopus: ante huic uero Gomefius Medefius Archidiaconus, de falsis usu & uiribus libros ediderunt certe lectu dignos. Sed denique Romae e Typographia Vaticana accepimus Ioannis Stephani Durati Senatus Tolosani primi praesidis libros tres de ritibus Ecclesiae Catholicae, plenos eruditionis atque pietatis.

Franciscus Titelmannus, Stanislaus Hofius

Conradus Brunus

Pamelius

Marcus Antonius Columna, Gomefius Medefius, Io. Stephanus Durantus

Nota

Restat computi Ecclesiastici, & Kalendarij emendati necessaria notitia, qua praeter Io. de Sacrobofco librū de ipso computo) ex unius Christophori Clauij Apologia Kalendarij restituti, qua aduersus Maestlinu hereticum scripsit, ij qui clericos ista docuerint, petere debent: Agit enim tribus libris de Anni solaris, deinde de Anni Lunar, & cycli litteraru Dominicaliū aequatione, Postea de coputo Ecclesiastico per digitoru articulos: His causas, rationesq. restituti Kalēd. ueritatem adtexit. Haec igitur, anteq tractet, qui pralecturus est, expediet, ut capita quaedam & prolegomena afferat, unde excitari possint ingenia ad negotiu hoc liquidius concipiendu, qualia illa sunt, quae aduersus Chytrau nostra, de qua diximus, refutatione hac ad re attulimus;

cap. 4. li. 1.

A limus; quae uero ex aliquibus Clauij Apologiae locis sparsa, colligi poterunt: quale illud: Habere nos quod in ta admirabili nobilissimorum corporum artificio, & in tam constanti eorum motuum harmonia, & concordia admiremur; perpetuisq. laudibus eorum Conditorem, atque Motorem celebremus: ut potissimum propter caelorum immensam molem, eorumq. ordines ac motus, in quibus semper superesse videtur, quod summa diligentia a solertissimis rerum caelestium pericrutatoribus inquiratur, scriptum esse possit existimari ab Ecclesiaste. Et mundum tradidit disputationi eorum. Ne uidelicet aliquando, si perfecte caelorum numerum, ordinem, & motum intellexissent homines, desinerent opera Dei inquirere, & admirari, atque adeo ingenia, sublata exercendi causa, cessatione quodammodo torperent.

Eccl. ca. 3

Nota

B DOCENDOS ESSE CLERICOS, QUAE AD USUM Catholicis Catechismi Romani in explicandis Euangelijs pertinent, ac sensim exercendos in Concionibus recte habendis. Ubi & de officio Concionatoris agitur exacte. Caput XVII.



X praefatione Catechismi Romani, cu constet quae ad concionandi rationem pertinet Praefectus Seminarioru, & Rectores clericoru, eade perlegent. Na a sancta Tridentina Synodo Auctore Spiritu Sancto dictata sunt. Deinde doceant, magnopere expedire, ut qui concionibus habendis sese daruri sunt, ubi sese totos obtulerint Diuinae bonitati, per confessionem peccatorum, ac triduanum ieiunium se eluant, ut tantum negocium digne Deo tractent in salutem animarum. Quae uero ex ordinarijs Euangelijs exponere uoluerint, haec antea, perlectis ipsis Euangelijs, & in duo, uel tria capita, seu puncta redactis, secum ipse meditetur (clausis hostio, & fenestris cubiculi, ne qua alia re distrahantur) Historiam nempe, personas, locum, tempus, & scopum, quo haec omnia referri possunt: sic enim priuam lucem haurient ab alto, a Patre luminum: cumq. Doctorem assecuti fuerint Deum, eodem ferme spiritu, & intelligent, & interpretabuntur Diuinas litteras, quo spiritu ipsemet Deus illa uoluit scribi. Praeterea quae senserint in meditatione, perscribant, ne sibi excidant: nam & eadem postea reuoluere animo facilius poterunt, id potissimum spectantes, ut inde prius sibi eadem, quam alijs concionentur. Neque uero anxij sint, quoniam proemio vtantur. Proemia enim per se ipsa occurrent ubi Euangelium recte fuerit perceptum: & ea sane quam breuissima, & sine fucis esse debent, ut hoc Diuinum negocium sinceritatem illam, & simplicitatem sapiat, quam Spiritus Sanctus adhiberi uoluit a sanctis utriusq. testamēti scriptoribus. Mirum autem est, quantopere noceant fucata ipsa proemia, quae animos auditorum auerunt, qui uanitatem potius, quam soliditatem in Concionatoribus initio animaduertentes, uix reliqua (licet optima) degustant. Post Euangelij meditationem utatur Harmonia Cornelii Iansenii Episcopi Gandauensis, qui litteralem contextum optime exponit, addens breuiter quae ad moralem, ac mysticum sensum pertinent: non tamen Erasmm, quem ille interdum citat, nominet, aut magni faciat. Is enim Erasmus si quid boni dixit, accepit a Catholicis, dum interim plura permiscuit, quae merito Ecclesia reiecit. Sed & expediet, ut clerici, & ipsi adeo Parochi antequam incipiant istud concionandi munus obire, praelegant summam totius Historiae Euangelicae: Quam quidem summam paucis chartis comprehensam, initio eiusdem Harmoniae Iansenii reperiet. Ex hac autem praefatione, praeter alios, eum percipient fructum, ut melius, & altius sentientes de Christi Dei, ac Domini Omnipotentia, Sapientia, Bonitate, Iustitia, pariant in aliorum animis, quod ipsi de toto Euangelio negotio, diuini simaq. illa historia conceperint. Porro qui dubitant, sese non posse satisfacere in Euangelio, Catechismo uero docendo, intelligent ipso ex usu, quantos progressus facient, si aliquandiu contenti fuerint isto docendi modo, breui quidem, ac simplici, sed plerumq. efficaciore, atque ad populi captum, qui ex humilitate

Clericoru, & Parochorum institutio in concionibus habendis.

Nota

Nota

Nota

Radulphus Ardens.

Tempore Bacchanalium quomodo; & quid in Concionibus dicendum.

Enchiridion Ecclij. Franciscus Costerus de controuersijs. Robertus Bellarminus.

Huius libri 4. cap. 3.

tate libenter Euangelium admittit, vtiliore. Quod reliquum est immensa prope-
 modum Sylua eorum est, qui conciones eruditas, & pias in vniuersam Anni perio-
 dum nobis reliquerunt, quemadmodum Truxillus nouissime, atque alij adnota-
 runt. At Tyronibus, (vt ita dicam) ac forsitan quoque aliquibus alijs prouectioribus,
 ea, quae in libello explicationum Euangelicarum nostro collecta sunt, erunt fere fa-
 tis, donec ipsi clerici pietate, & vsu grandescunt. Quod si quis capita cuiusq. ordi-
 narij Euangelij, etiam aliunde summatim assequi velit, extant Radulphi Ardentis
 Pistauientis ante quingentos annos, breues in Euangelia, & Lectiones epistolares
 Homiliae: vnde id hauriant; licet vbi paululum processerit is, qui Euangelij do-
 ctrinam cum Catechismo Romano coniunxerit, id ipsum subinde inueniet in distri-
 butione earundem explicationum Euangelicarum praestitum magna ex parte. Quo-
 niam vero quod tempus intercedit inter incuntem annum, & Quadragesimam, eod-
 dem tempore pleriq. licentius in Bacchanalibus debacchantur, ideo non tam, quo-
 nam modo omnino Euangelis Dominicarum quadret Catechismus Romanus,
 quam quid praecipue tunc ex eo futurum sit vsui populi, aliquando recitari expe-
 diet: Quamuis non fuerit postea longius (vbi Sacerdotes, & Alumni Catechismum
 ipsum versauerint, & eius partes habuerint perspectas) cum per se ipsi senta inde
 Euangeliorum, tamquam e propriis, & aptis locis depromere poterunt. Et quidem
 vbi haeresis irrepsisset, aut inualuisset, possent pro rerum varietate, quae sese offe-
 runt in ipsis Euangelis, aliquid dici eorum, quae Ecchius in suo Enchiridio aduersus
 haereses, & Franciscus Costerus Theologus Societatis nostrae, in suo de Controuer-
 siis libro fufus, (sed optime) attingit. Vbi vero Sacerdotes, & Alumni progressus
 in praedicatione Diuini verbi fecerint, versare summo cum fructu poterunt Dispu-
 tationes Roberti Bellarmini Societatis eiusdem Theologi, contra omnes huius, &
 aliorum saeculorum haereses. Huius vero auctoris materiarum, de quibus agit, or-
 do, & capita cum catalogo aliorum perutilium Auctorum addentur, vbi egeri-
 mus de Theologia controuersa cum haeticis, vt cuius liceat odorari, quid cuiq.
 Euangelio quadrare possit, cum vsus id, vel necessitas Auditorum poposcerit. At-
 qui & piorum librorum, qui cuilibet hominum vocationi, siue (vt vocant) statui
 conueniant, nomina, & materias saltem noscere incipient, de quibus egi-
 mus ad finem superioris libri. Ex iis vero, quae de ratione docendi Catechismi
 paullo antea scripsimus intelliget Parochus, siue Alumnus Ecclesiasticus, qua cha-
 ritate, ac moderatione concionem quisque suam non solum texere, verum etiam
 instillare in audientium animos poterit prudenti cum zelo, qui neminem
 (multo minus Magistratum, siue Episcopos) laedat. Denique si ea, quae in
 opusculis pijs de oratione, & meditatione, de memoriali vitae Christianae, de Sym-
 bolo Apostolico tradidit optimus vir, & Theologus Ludouicus Granatensis, ad
 Euangelium & Catechismum docendum accommodauerint Alumni, operae pre-
 cium magnum exister. Quod si a prandio solus ipse Catechismus, siue Doctrina
 Christiana docenda fuerit, meminerit Parochus, vt probe rationem teneat, qua
 ordinatè, ac sine taedio tradenda sit. Et rationem quidem eius tradendae (vti &
 concionandi) optimam percipiet ex primis huius quarti libri capitibus, quae omni-
 no erunt legenda, Magnopere quoque expediet, si eodem pomeridiano tempore
 in tres partes distribuerit sermonem suum, ne aliquo affectu taedio Auditores, dese-
 rant tam sanctum opus. Alteram, qua vnum, vel alterum Catechismi articulum ex-
 ponat: Alteram, qua breui recitentur insigniores historiae, vel mortes eorum, quos
 sequenti hebdomade Catholica Ecclesia publice commemorat, & celebrat: Tertia
 in qua prima, vel secunda, vel tertia oratio, quae in sacro dicitur, explanatur ad ca-
 ptum Populi, vt omnes vnanimè id a Deo petant, quod Spiritus sanctus distauit
 Ecclesiae. Sic enim auditores diutius, ac iucundius intererunt. Haec verò vbi Clerici
 addidicerint, & ipso vsu fuerint experti, attentè meditentur, quae Iacobus Syman-
 ca Pacensis Episcopus, libro de catholicis Institutionibus, optimè de Conciona-
 toribus scripsit, haec autem sunt quae sequuntur.

Cum

Cum ab haeticis Concionatoribus, & Praedicatoribus maximum periculum
 Christiano populo imminet, prouidendum est diligenter, ne quispiam praedicare
 audeat, qui examinatus & approbatus non sit. 2. Neque laici praedicare publicè
 debent, neque feminae: id enim Paulus Apostolus prohibet, ac iure Pontificum ve-
 titum est. Et sicut docet Gerson, & rebus ipsis frequentissimè comprobatum est,
 mulierum doctrinae fragiles & suspectae sunt. 3. Quod si Praedicator examinatus,
 & approbatus aliquid scandalosum, aut suspectum dixerit, ab Inquisitoribus vo-
 candus est, & statim cogendus, vt publice illud retractet, vel pio, & Catholico sen-
 su populo exponat: & praeterea corrigendus, & admonendus est, ne talia iterum pre-
 dicare audeat. Si verò haeresim aliquam praedicauerit, puniendus quoque
 est, pro modo criminis; & officio praedicationis priuandus: Ea enim poena infligen-
 da est illis, qui grauius in officio delinquant. 4. Praedicator autem esse debet ap-
 prime eruditus, doctus, irreprehensibilis, maturus, & pavidus, sicut B. Petrus conti-
 nuit: debet quoque gratiam docendi habere, & in ipsa doctrina discretus esse, ne
 aut tacenda proferat, aut dicenda taceat: Adhaec, eligendus est idoneus, moru ho-
 nestate, aetate, doctrina, probitate, prudentia, & vitae exemplo comendatus. 5. Ca-
 uere insuper debet Praedicator, ne proluxa, nimiaq. loquacitate odiosus fiat: Breui-
 tatem, (vt inquit Origenes) auditores Ecclesiae diligunt: etenim breuis, & prudens
 sermo, & auditur libentius & attentius, & melius memoriae commendatur: E con-
 trario, satietas inimica est auribus, quemadmodum cibus superfluous corporibus,
 vt ait Gregorius Nazianzenus. 6. Debet praeterea prudens esse, vt pro ingenio
 discipulorum semetipsum possit aptare, ne secreta mysteria, quae vulgi captum exce-
 dunt, coram indignis, & non intelligentibus referat. Qui enim ea docet, quae ab Au-
 ditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem
 id proculdubio facit. Perfectorum est (vt inquit Paulus) solidus cibus, nec spargen-
 da sunt margaritae ante porcos. Accedit Mercurius ille Trismegistus in Asclepio
 dicens: Tractatum tota numinis maiestate plenissimum, irreligiosae mentis est, mul-
 torum conscientiae praedicare. 7. Super omnia verò praedicatorum irreprehensi-
 bilem esse oportet, cuius vita doctrinae respondeat, vt edificare possit fide, doctri-
 na, & morum disciplina. Vt enim Io. Chrysostomus eleganter scripsit: Nihil est do-
 ctore frigidius, qui verbis dumtaxat philosophatur: neque enim hoc doctorum est,
 sed histrionis, & hypocritae. & alibi inquit: Multum nocet, qui quod docet, non fa-
 cit. & Aristoteles. Circa humanas actiones, minus creduntur sermones, quam ope-
 ra, nisi sint operibus concordēs. Verba cum discrepant à vita, non sunt nisi verba,
 id est gloriolae, ac venditiones. Et Cyprianus lib. de duplici martyrio: Efficacius
 est vitae, quam linguae testimonium, habent & opera suam linguam, habent suam
 facundiam, etiam tacente lingua. Et Lactantius. Malunt homines exempla, quam
 verba: quia loqui facile est, praestare difficile. & Hieronymus. Erubescit, quamuis
 praecleara doctrina, quam propria reprehendit conscientia. Et Oceano scribens, ait:
 Perdit auctoritatem docendi, cuius sermo opere destituitur. Praeterea, in eandem
 sententiam plurima sapientissimi Auctores multi frequentissimè docere solent,
 quorum pauca in praesentia memorasse sufficiet. Theophylactus, inquit: Quan-
 do docens facit quae docet, alleuat onera, exemploq. suo consolationem affert di-
 scipulis: quando autem nihil horum facit, quae docet, tunc quae docet graui onera
 videntur discipulis, ita vt à doctore nullam rectè faciendi vim accipiant. Et Gre-
 gorius. Cuius vita despicitur, restat vt eius praedicatione contemnatur. Et Leo Ma-
 gnus: Validiora sunt exempla, quam verba: & plenius est opere docere, quam vo-
 ce. Et Isidorus. Tam doctrina, quam vita clarere debet Ecclesiasticus doctor: Nam
 doctrina sine vita, arrogantem reddit: vita sine doctrina inutilem facit. Auctori-
 tate magisterij caret, qui quod docet non facit: Doctoris vitio etiam ipsa doctrina
 vilescit: quia dum non viuunt sicut docet, ipsam, quam praedicat, veritatem contem-
 ptibilem facit. Qui bene docet, & male viuunt, aequatur cereo, qui bonam quidem
 alijs lucem praestat, se verò in malis suis consumere videtur, atque extinguere.

Praedicator

Petr.

Origenes.

Io. Chry-
stomus.

Arist. lib.
10. Ethic.

Cypr. libro
de duplici
martyrio.
Lactan. li.
4. Diuina-
rum Iustit.
Hierony-
mus ad Pri-
cipiam Vir-
ginem.
Theophy-
lact. in Lu-
cam.

Greg. Ma-
gnus.

Leo Magn⁹
serm. de S
Laurentio
Isidor. li 3
de summo
bono.

Idem

Idem ipse bonum malo coniungit, lucem tenebris miscet, veritatem mendacio mutat. 9. Terrici quidam, atque arrogantes Prædicatores, egregiam laudem, magnum, & memorabile nomen referre se putant, si in concionibus publicis, quo iure, quâ iniuria Episcopis detrahant. Quasi verò id Christianæ libertatis magis sit, quam procacitatis, & insolentiæ. Honorandi sunt Episcopi non modo qui bene præfunt, sed etiam discoli: nam & hi secreto sunt admonendi correctione fraternali, non publice traducendi per ora hominum: id enim prælati ipsis non prodest, subiectis verò plurimum nocere solet. Atque, ut quidam rectè inquit: Sunt qui solum inobedientiam & rebellionem subditorum nutriendo, vitia culpant superiorum, etiam dum absunt. Nihil plausibilis audit invida plebs, quàm Superiorum vitia prodere, augere, culpate. 10. Tales igitur Concionatores temerarij, & insolentes leuere puniendi sunt. Clemens V. in Concilio Viennensi inquit: Religiosis in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ districtius inhibemus, ne in Sermonibus suis Ecclesiarum Prælati detrahant. Et Patres Concilij Senonensis aiunt. Nonnulli prædicatores benevolentiam vulgi captantes administratoribus tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus detrahunt: subditos suis maioribus rebelles, & inobedientes reddunt. Et post aliqua: Si Prælati Ecclesiæ, & Principibus detraxerint, ac Populum ab inobedientia Superiorum retraxerint, nos volumus tales tam ineptos, & perniciosos Concionatores ab officio prædicationis suspendi, & à suis Superioribus, pro modo, & censura excessus acriter puniri. 11. In Concilio quoque Lateranensi, hæc post alia decreuerunt Patres: Inhibemus omnibus, & singulis Clericis, sæcularibus vel regularibus, cæterisque cuiuscumque status, gradus, & ordinis existant, qui onus prædicationis assument, ne de cetero in Sermonibus suis publicis futura ex litteris Sacris constanter prædicent: sed ex Diuinæ vocis præcepto Euangelium omni creaturæ, cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione declarent: & pacem ac dilectionem mutuam, à Redemptore nostro tantopere commendatam, ubique fontes, non scindant vestem inconfutilem CHRISTI, sed ab Episcoporum, & Prælatorum, ac aliorum Superiorum, eorumque status scandalosa detractio, quos coram vulgo, & Laicis non modo incaute, sed & intemperanter reprehendunt, & mordent, & ab eis malè gestorum, expressis, quandoque nominibus, aperta & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem Clementis Papæ V. quam tenore præsentium innouamus, & approbamus, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus.

Non detrahendū Episcopis: nec Principibus. sæcularibus.

Clemens v. in concilio Viennensi. Punienti Concionatores temerarij.

Concil. Lateranense sub Leone x. sess. 11.

Ratio prædicandi Euangelij.


Brixie in officina Petri Martini Marchetti. 1588.

Porrò de Prædicatione Euangelica ingens Latinum volumen (quod antea medio cre Hispanicum fecerat) edidit Frater Ioannes Segobienensis Ordinis Prædicatorum: Quo volumine in quattuor libros distributo, agitur de forma studendi, atque docendi Scripturam Sacram, & de Concionatoris officio plenissimè disseritur, cū triplici Indice. quorum primus doctrinas Concionibus applicat iuxta Euangelia, quæ in Adventu, & Quadragesima prædicari solent, vsque ad Trinitatis festum, & commune Sanctorum.

Ex hoc autem Auctore plura peti possunt. id potissimum, vnde intelligatur, quantum topere obfit Christianæ Reipublicæ Concionandi intermissio: ac quibusnam (præcipuè Episcopis) ea necessitas incumbat; id quod ille sexto primi libri capite attigit.

Ceterum si quis vniuersum Concionatoris officium in tabellam redactum cuperet, ut se ad Angelicum, & Apostolicum hoc munus lucrandi animas Christo paraturus, eam habeat ob oculos, breuissimam hanc, qualem vides, inspiciat.

Remo-



IUVANDARUM PARÆCIARUM
 effcax, & commoda ratio, quæ etsi imprimis ad Episcopos spectat,
 pertinet, quoque tamen ad Sacerdotes, qui vt Episcopis inserviant, in Seminarijs instituuntur.

Caput XVIII.



AE magno Reipublicæ commo præstari possunt in diœcesibus quantumvis hæreseos, aut aliorum vitiorum morbo laborantibus hæc sunt.

Episcopus siue (si eius absentis vicem gesserit) Archidiaconus, atque adeò Vicarius hoc vnum sibi certissimè persuadeant, multa esse, quæ Diuina ope effici possunt, aduersantibus licet, tū Laicis, tum ipsismet Sacerdotibus, si serio in nomine Domini se operi Angelico, & verè Christiano accinxerit; quale est animas pretioso Christi sanguine redemptas cum Deo benedicto coniungere, & ei (quoad eius fieri possit) quàm intimè vnire.

Hæc enim vnio animarum cum Deo, ipsissimus finis, & scopus est, ad quem labores Episcoporum, & cogitationes omnes sunt referendæ. Ratio autem vniendarum animarum cum Christo eiusmodi ineunda est, vt ea sapiat Spiritum Christi, vereque Euangelica sit. Euntes (dixit Dominus Apostolis) docete omnes gentes. Docendi itaque sunt primum, quos in rectam viam perducere cupimus, tum quòd amor non fertur in incognitum, tum etiam quòd aliæ omnes extrinsecus adhibitæ medicinæ, nihil penè sine illa primaria efficiunt. Munda quod intus est calicis (ait Dominus) vt id, quod deforis est, mundum fiat. Hoc autem idcirco dictum velim, quòd nonnulli cogitant, si, (quod vocat) brachium sæculare sibi desit in concubinariis amouendis, vel aliis abusibus tollendis, sese nihil vnquam promoturos. Quam sententiam deposituros esse sperandum est, si sequentia in cordibus suis pernecessaria fundamenta iecerint. Primò, negotium regendarum animarum non ex potestate humana, sed ex gratia, viribusque Diuinis pendere. Data est mihi potestas (inquit Christus) in cælo & in terra; Porro hanc facultatem datam pro sui mensura Episcopis, & Parochis in bonum animarum, nec vnquam illam de Ecclesia sublatam fuisse, cui & Dominus se affuturum promiserit vsque ad sæculi consummationem. Secundo, Deum Optimum Maximum: quamuis secundis causis vtatur, bonorumque Principū operam in Catholicæ religionis propagatione mirificè amplectatur, atque remuneret, velle tamen, vt per orationes, sanctissima Sacrificia, ieiunia, eleemosynas in hunc finem collatas, Verbum Dei, colloquia de cælestibus rebus, id Episcopi consequi

Vnio animarum cum Deo.

Nota

sequi curet, omnibusq. conatibus à Deo, & accipiant, & acceptum agnoscant. **A** Querite (inquit) primum Regnum Dei, & iustitiâ eius, & hæc omnia adijcientur vobis, id est Principes, bona temporalia brachium sæculare, atque alia omnia. Mira enim vis est, quæ Principes, & subditos agit ad bene merendum de Ecclesia, cum vident Episcopos, & parochos enixè operam dare, vt gloria Dei sincere propagetur. Eoq. tandem ipsimet veniunt Principes, vt colla ipsa, nedum temporariam potestatem pastorali virgæ, si recta teneatur, velint, nolint, cogente Deo subijciant. Tertio. Si per viam iuris (vt aiunt) & in foro fori primo tentetur, vt Parochi in viam redeant, concubinaq. dimittant, præsertim vbi tot hæreses vigent, habentq. tot subterfugia apostata, & carnales homines, vix quicquam effici posse, quod solidum constansq. sit; neque enim ponitur securis ad radicem arboris, sed per viam conscientie in conscientias hominum penetrandum est, quorum animis Diuina gratia **B** per aliquam denique illabitur rimam, cum Deus cooperantium sibi laboribus incrementum & pollicitus sit, & continenter præstet, si perseuerent. Quarto. Visitaciones illas celeres, interrogationesq. licet permultas, ac minutas quæ ab Episcopis, seu Vicariis interdum fiunt, admodum vtilis non sunt, nisi alia quædam præcesserint, de quibus mox dicemus; quia neque tempus, quod visitationibus impenditur tam diuturnum est, vt si Parochi indocti sunt, tunc institui re vera possint, vt si fuerint coeno rerum carnalium immergi, inde amoueri queant, vbi speciem concubinarum præsentem habent, filiorumq. voces fortasse exaudiunt, mentibusq. minime liberis vtuntur, quibus liberioribus vtentur, si amanter euocati per aliquot dies ad ciuitatem ab Episcopo, quæ paulo infra dicturi sumus, prius audirent. Quinto. Non mirandum esse, si nonnumquam breuissimum tempus duret ipse Visitacionis fructus. Quis enim ex agro non identidem exculto, ac sanè iterata seminum iniectione fructum sequentibus annis speret? Animos enim hominum agros animatos, non sine causa nominat Clemens Alexandrinus. Proinde qui dum viuunt Episcopus, Episcopus haberi, redditibus frui, potestatem exercere vult, tam diu & pascere, & docere, & instituere debet Parochos, quibuscum primaria cura, sollicitudo, & labor impendi debet, vt consultissimum Episcopo esset, siue ei, qui eius vice fungitur, si nulla vnumquam die domo sua abesset aliquis parochus, qui cum de animarum salute serio ageret. Nam ita quasi per proprios Syphones aqua sapientie caelestis facillimè in gregum ipsorum sitientes fauces deriuaretur: quando quidem (vt Sanctus inquit Dionysius Areopagita) per superiora Deus influit in inferiora: quæ cur non exarescant, si altiorum fontium ora obstruuntur? Sexto. Episcopo **D** non defuturam materiam agendi cum suis, si eos libros, Synodosq. perlegerit, quas præter antiquos Patres optimi nostræ ætatis Episcopi coegerunt, Borromeus, Paleottus, & alij. Ita enim multa sunt in iis, ac præterea in Vrbe Romæ piis operibus multiplicibus (quorum ratio, narratioq. scripto poterit ex Vrbe procurari) vt semper nouus affuturus sit cibus spiritualis, quo animæ esurientes recreentur. Septimo. si antequam quicquam sequentium rerum ordiatur, semel per mensem Episcopus suæ, suorumq. ministrorum salutis serio ante omnia sic studuerit, vt finis officii sui ratione bidui, triduiue spacio altè degustata, totiusq. antea vitæ peccatorum confessione perito Confessario facta, totius anni menles, & tempora propriis functionibus, orationi tamen imprimis, & consultationi cum aliquibus bene sentientibus assignet. Ne scilicet in agendis rebus perturbatio intercidat, neque dum **E** instructio animarum, ac præcipuè parochorum, & Ludimagistrorum sedulo procuranda est, ea decidendis causis temporariis impendatur, aut dum hæc temporaria aliquando tractanda sunt, aliis in rebus tempus teratur. Videbit enim Episcopus, quicq. Episcopatum curam gerunt, quanta animi tranquillitate, quæ inordinata molestia afferebat, ea, si ordinata sunt, agi absoluiq. Diuino auxilio possint. Quippe ordinis & iustitiæ opus est pax, sicut per Prophetam aliquando locutus est, qui nunquam mentitur Deus. Octauo. Non esse despondendum animum, nisi quæ tractantur conscientie Parochorum, statim dent manus, & monitis, ac prioribus illis instructionibus

Nota

Nota

Nota

A structionibus acquiescant; quin potius sæpè mirandum esse, eos peiora non commisisse, quos numquam paternis colloquiis demulcemus, quos numquam institui-
mus, quos donis aliquibus non ornauius, vt quemadmodum faciebat magnus animarum Pastor, tum restituenda corporum valetudine, tum cibo corporeo pascendis animabus allicerentur, & disponderentur: ad fidem, atque amorem Domini. Itaque si alia artes prius docentur, tempusq. aliquot annorum iis addiscendis pernecessarium est, quid statim querimur, nos nihil proficere, cum præsertim inchoatum negocium non persequimur, qui tamen temporarias lites, quæ præ animarum amissionè nullius momenti sunt, vsque ad exitum serio persequimur? Quid (inquam) quasi gladij tantum ferrei opus sit animarum conuersio, illico ad extrinseca remedia intrinsecis, & his quidem efficacissimis relictis) oculos manusq. ante alia vertimus? Nono. Maximam, & super quàm quod dici, cogitarive possit, repositam esse in cælis coronam gloriæ iis, qui sedulo huic muneri sese accinxerint, quale quantumq. est (vt supra attigimus,) quæ ipsorum Angelorum, & ipsius Domini gloriæ propria functio est, sedula salutis animarum procuratio. Postremò, patere non nostris modo, verum etiam omnium gentium obtutibus, quæ in hæreticorum, & infidelium, carneq. ipsa humana vescentium prouinciis longissimè distitis quotidie sine ope humana fiunt, vt laus ex Deo sit, non ex hominibus. Quinam enim inter Iaponios sex millia leucarum ab Europa distantes adiuuat eos, per quos sine per-
ra, siue sacculo, siue brachio sæculari Regna fidem Christi Domini receperunt, & subinde recipiunt? Quæ quidem & apud nos fiunt, si iisdem rationibus imprimis vti voluerimus, quibus vsus est Dominus IESVS in Religione Christiana plantanda, & propaganda. Ita enim interea nouellæ plantationes excreuant, nouiq. operarij, quos omnibus viribus sumptibusq. conandum est, quàm plurimos fieri in Seminariis rectè institutis, è quibus deinde idonei facti educantur in vineam Domini, ac diocesum necessitatibus opem ferent, dum & animabus veterum Parochorum non contemptis, eorum quoque Paræcijs cum Christo vniendis facilius, quàm fortè existimatur, hac ratione via sternatur. Cum ergo ceterarum omnium animarum vnio cum Deo, tum præcipuè eorum sedulo sit procuranda, per quos tamquàm per membra magis communia reliqui ad suum finem adduci possint, finis hic semper in oculis gerendus est, qui quidem est, vt à Deo creati & facti, ad eius item obsequium, cultum gloriæ, nos nostraq. omnia sincere, pleno corde, & volenti animo referamus. Quanam verò sint illa magis communia membra, facili negotio vnusquisque intelliget, si dispiciat in Reipublica Christiana præter Episcopos, & magnates quattuor hominum genera esse, per quæ si probi sint, maxima commoda, sin improbi fuerint maxima damna ad vniuersam Christi hæreditatem manant. Hi autem sunt Religiosi, siue Regulares; Parochi, Gymnasarchæ, Bibliopola.
Cum Parochis igitur ita agi potest. Ex his qui minus inuites videantur, vel ad quos maiores Paræciæ pertinent, euocet, (ac viatico si opus fuerit misso) aliquem ad se humaniter is, qui spirituale Episcopatus curam gerit; dicat autem se ex multis Parochis aliquos delegisse, quibuscum separatim, & priuatim cupiat de quibusdam rebus non exigui momenti agere. Inter eos illum esse, de cuius prudentia, ac certè sinceritate confidat. Aliqua enim esse in ipsa diocesi, quæ possint aut curari, aut adiuuari suauiter. Tum enumeret nonnulla, quæ nihil ad illum pertineant, ne in suspicionem veniat callidè secum, aut astute agi. Porro ea sint, quæ vel ad libros, qui ab hæreticis disseminantur, vel ad Scholas, & Ludimagistros spectant. Addat, num quem cognoscat, qui in Scholis fungi rectè suo munere possit, an si quid resciverit, quod ad librorum malorum disseminationem attineat. Quod si Parochum viderit capere quanti momenti sit puerorum, & Scholasticorum institutio, exquirat ex eo, quinam è sua paræcia viderentur aliquando futuri iuuandæ Ecclesiæ Dei magis idonei. Quærat item, num quis Diaconus, vel Subdiaconus, aliusve sit, qui eorum ingenia tantisper possit tractare, dum pro temporum qualitate, & ratione ad Episcopatus Scholam, aut aliò possent promoueri. Inquirat deinde, num aliqui sint

Nota

sint laicis, quorum opera, fideliter (si quando ferret occasio) posset vti. Inde sensum A
 insinuet se ad quærendum, quinam ex finitimis Parochis eiusmodi esse possent, à
 quibus aliquando fidum consilium de rebus alicuius momenti peti posset, vt ani-
 mabus diœcesis suæ subiectis aliqua ratione medicina adhiberetur. Ita verò speran-
 dum est, Parochum ipsum specimen aliquod ingenij, zeli, doctrinæ, vel contrà da-
 turum, è quibus prudens Episcopi mens facile coniciat, qua se ratione facilius in
 animum Parochi insinuet, materiamq. habeat, vnde sequentibus diebus cum eo-
 de colloquatur. Porro vbi non nihil horum ab ipso resciverit, poterit ita postridie
 eius primæ, secundæve diei sermonè ordiri. Cognoui Amice è tuis verbis, te meis
 coeptis magnopere posse prodesse, si pro tuo munere eam negocij huius partem sus-
 cipias, quam facile intelligo te, & amplexurum, & laturum. Cum autem hoc Sanctæ
 Sedis Apostolicæ consilium sit, vt ad pacem, concordiamq. in hac diœcesi fo- B
 vendam, vna, eademq. ratione in Sacramentorum, & aliarum rerum eiusmodi ad-
 ministracione utamur, necesse erit, vt per hosce paucos dies inter nos tractemus
 hanc rem, antiquamq. tuæ Ecclesiæ hac in re consuetudinem simul perpendamus;
 denique quid remedij videatur tibi facilius, quod sine vlllo strepitu, aut multa la-
 bentibus Mundi rebus queat adhiberi. Quod vt inter nos, vt dixi, præstare com-
 modius queamus, saltem decem, aut quindecim dies esset tibi vnà mecum manen-
 dum, quo tempore vel tu si quid habes ad manum, vel ego aliquem Sacerdotem
 mittam ad tuam Paræciam, qui Sacrum, & reliqua faciat, donec eò redieris, quod
 quidem erit Deo iuuante, quam primùm. Vbi hoc actum fuerit, tum singulorum
 dierum aliqua, vel hora, vel semihora esset illi assignanda, qua Parochum Episco- C
 pus, seu Vicarius, vel alius aliquis prudens, & zeli boni plenus, bene percepta prius
 hac tractandi ratione, alloqueretur. Primo cum Sacramenta fuerint ad eum fi-
 nem instituta, vt homo esset gratiæ capax, sine qua ad vltimum finem nemo possit
 peruenire; nec verò Deum in hac vita, quemadmodum necesse est, colere: finis
 autem hominis sit, vt Deum toto corde, totis viribus, tota mente adoret, ei seruiat,
 ad eum vniuersa referat, quidquid per Sacramenta agitur à Parocho, ita debere
 præstari, vt per ea (vti diximus) animæ vniantur cum Deo, seu iunctæ prius à diabo-
 lo, & mundo. Tum Episcopus de Sacramento Baptismi agat quam breuissimè, rem,
 nomen, modum tractans; atque ea simul attingens, quæ fortasse propria sunt Diœ-
 ceseos; atque ita quasi à Parocho consilium petens, eiusque consilium secutus faci-
 lius possit, si qui in ea re abusus irreplerint, auferre. Sequentibus autem diebus de D
 reliquis Sacramentis tractet, in quibus non deerit occasio (præsertim de Sacramen-
 to poenitentiae) illum interrogandi. Num aliqui sapè peccata confiteantur. Num
 aliquis concionator ad frequentem vsum Eucharistiæ oues illas adhortatus fuerit.
 Quod si qui sunt, qui hoc consilium secuti fuerint, expedit, vt eorum nomina in li-
 bro scribatur distinctè, vt iis sciat Episcopus suo tempore vti tamquàm fidelioribus,
 vel ad agnoscendum Paræciæ statum, vel ad alia, siue aggreddenda, siue perficien-
 da, vbi maturuerit tempus. At quoniam dum Parochus apud Episcopum commo-
 ratur, fortassis reliqua diei parte esset otiosus, nisi quid aliud ageret, duo illi præ-
 scribi poterunt. Alterum vt manu sua scribat ea, quæ cupit Episcopus de eorum-
 dem Sacramentorum administracione, de nominibus piorum, de aliis item rebus co-
 gnoscere. Alterum vt perlegat eam Catechismi Romani partem, & constitutiones
 Synodales, quæ ad id de quo agendum erit, aliqua ratione spectabunt. Ita enim E
 fiet, vt & paratior veniat, & ea incipiat profundius meditari, quæ fortasse num-
 quam antea cogitarat, aut intellexerat. At quod de Sacramentis dico, ita intel-
 ligendum est, vt primò de articulis; mox de præceptis, denique de Sacramentis, &
 de oratione, ad quæ quattuor capita vniuersa Catechismi materia redigitur, sum-
 matim agatur. Ex quarum rerum collocutione, tria, vel quattuor saltem commoda
 existent; quibus, nisi omnino ferreus, aut lapis sit Parochus, proficiet primùm in se-
 ipso, deinde in iis quorum animas Deus ipsius manibus quasi depositum tradidit, in
 die tremendi iudicij sibi restituendas. Primo igitur commodū erit, quod obiter post
 articulos

A articulos fidei, præceptave exposita, poterit interrogari: Num quis sit, qui do-
 ctrinam Christianam, seu Catechismum in suis paræcijs pueros per horæ spatium,
 singulis saltem dominicis possit docere. cui interrogacioni si ipse responderit, se-
 ipsum (si ceteri desint) hoc officium libenter præstaturum: tum dici poterit, à tua
 charitate hoc sanè ipsum erat expectandum: quin ego quoque tuum consilium lau-
 do, & exemplum tuum secururos alios non diffido: Tum illi, & ratio tradendæ
 Christianæ doctrinæ de qua ratione sequenti libro agitur, & eius facilitas indi-
 canda, & indulgentiæ, seu condonationes peccatorum, quas Pius Quintus,
 & Gregorius X I I I. concessere docentibus, & discantibus Catechismum,
 erunt illi & tradendæ, & declarandæ. Ac vero item dono dandus erit aliquis nu-
 merus doctrinarum Christianarum, seu Catechismorum, quos suæ Paræciæ pue-
 ris, vbi eò redierit; Episcopi, suo ve nomine distribuatur gratis. Quo beneficio ille-
 cti parentes sensim ex puerorum votibus Catechismum & ipsi addiscent, ac si
 quem Catechismum Lutheri, alteriusve hæretici apud se habuerint, non difficulter
 abijcient: quin etiam fortasse Parocho ipsi tradent; qui eum pro Episcopi, vel In-
 quisitoris consilio, aut comburet secreto, aut ipsis mittet.

Hoc itaque constituto subdere poterit Episcopus. Nonne putas quibus in vicis
 aut oppidis per annum desunt concionatores, fore facillimum, vt aliqui sacerdo-
 tes aut ipsi parochi, vel ex scripto, vel memoriter partem aliquam Romani Ca-
 techismi iussu Pij. V. editi populo inter Missarum sollempnia per dimidium tantum
 horæ recitent, vt habeat populus aliquam institutionem ad pietatem; nec de pa-
 rochis, aut Episcopis conqueratur, nos eorum lanam abradere, eos vero
 non pascere. Verbi gratia, si diebus Dominicis Quadragesimæ Catechismi Ro- C
 mani pars illa reciteretur, in qua de sacramento poenitentiae, & de sacrosancta
 Eucharistia agitur, vt animi ad expianda peccata rite disponantur; diebus ve-
 rò Paschæ articulus de resurrectione; octaua Paschæ de Baptismo: Die Pente-
 costes articulus de Spiritu sancto, & ita deinceps aliquid pro ratione festorum
 exponantur. Tempore autem quod est inter Natiuitatem Domini, & quadra-
 gesimam aliquod ex decem præceptis, præsertim quibus fornicatio, & alia eius
 generis prohibentur: quippe quod ijs temporibus nitatur fatanas quam lon-
 gissime homines amouere à pietate, quam alioquin per verbum Dei, concio-
 nesq. quadragesimales populus, si cum timore Domini præpararetur, posset vber-
 rimè percipere. Ita & Euangeliorum (vt aiunt) currentium quædam capita bre-
 uiter possent exponi, quæ quidem capita à Petro Canisio Theologo Societatis
 I E S V propter rudiores collecta sunt, Germaniceq. ac Latine edita, sic itè vite
 nonnullorum sanctorum, præsertim quæ summatim in Breuiario per annum reci-
 tantur, atque orationum, quas fundit Ecclesia ad Deum permultè, vt populi eo-
 dem Spiritu, quo Ecclesia agitur, in petitionibus consentiant. Quam rationem in
 explicatione Euangeliorum, quæ opera Nicolai Gallerij Canonici Patauini emif-
 sa, est, legere quilibet poterit.

Vbi vero ad sacramenta ventum erit, latè patebit campus de fine, & præstan-
 tia ordinis sacri, de poenitentiae sacramento, de reseruatis casibus, de virtute
 confessionis generalis si recte fiat; deque ipsis indulgentijs lucrandis. Quam-
 quam satis erit illa summatim attingere, quæ Parochum ipsum permouere que-
 ant ad intelligendum quænam sit voluntas Domini beneplacens erga seipsum: sci-
 licet, vt tam salutaris, remedio ipse inprimis utatur, ad delenda, quæ patraffet,
 peccata. Denique vbi de oratione, & orationis modo aliquam ex assignatis huic
 negocio horam Episcopus, siue alius eius loco cum parochus impenderit, iuxta
 ea quæ tum in Catechismo de hac re, tum à nonnullis alijs dicuntur, quales
 sunt Bonauentura, & Nauarrus, tum ita illum postridie alloquatur Epi-
 scopus.

En Amice sat ingenti cum gaudio horum dierum colloquia tecum habui.
 Videor enim mihi videre, si quos tui similes inuenero, exitum negocij nostri
 Ii futurum

futurum ad Dei gloriam perfacilem. Sed quando qui animarum curam gerunt, maximo omnium munere funguntur, caelestiq. negotium tractant, in quo pertractando Patris sapientia naturam humanam, & eam quidem ab omni labe & macula liberam & mundam assumpsit; age, quin tu & ego peccata nostra confiteamur, Tu quidem cuiusq. Sacerdoti volueris, ego item Confessario meo, quem satis probum, & peritum medicum expertus sum.

Quod si id efficere, & nouus homo ad tuam Paraciam redire cum magna benedictione velis, si quid opus habes mea auctoritate, facultateve, in quibuslibet casibus reseruatim absolueudis, vel in censurarum dispensatione in foro conscientiae, ego verò libentissimè tuo Confessario in bonum conscientiae tuae hac vice. quantam habeo tibi concedo.

Si ergo Parochus his auditis propensionem aliquam ostendat, se id facturum, duo erunt tractanda; Alterum vt illi Confessarius prudens, & beneuolus ne desit, qui illum amanter, & efficaciter iuuet. Alterum, vt ad perficiendum hoc negotium, orationes & Missae aliquorum adhibeantur: quandoquidem nec volentium, nec currentium est, Parochum in viam rectam adducere, sed miserentis Dei; cuius tamen coadiutores sumus; cum vero ille nos de sui bonitate confidere intelligit, copiose suam gratiam nobis non solum impertit, verum & mensuram dat coagitatam, & supereffluentem.

Quibus ita peractis, Parochus, etsi non facturus est illam confessionem, dimitti tamen perbenignè poterit, nulla indignatione ostensa. Quin etiam aliquibus libellis seu Catechismo Romano donandus erit, vt nulla ei praebeatur occasio, non bene de Episcopo, atque inprimis de Diuina erga se misericordia, cogitandi. Quae tandem misericordia efficiet, vt aut hoc semen in corde Parochi maturescat, aut saltem bonitas Dei iustificetur, aliosque operarios meliores Episcopo supeditet.

Expediet etiam, si pauper fuerit, viaticum ei tradere, atque aliquos exiguos Petri Canisij Latinos Catechismos, quos scholasticis det gratis, nomine Episcopi, ac subinde alij pij libri per eundem Parochum poterunt etiam nomine Episcopi dari ijs, qui rectius in via Dei ambulant, quorum lectio etiam improbis eò erit vtilior; quò eiusmodi piorum hominum conatus dirigere solet, ac mirificè iuuare Dominus IESVS.

Denique vbi Episcopus cum Parocho conuenerit de missione litterarum inter sese, ita vt singulis mensibus, aut saltem altero quoque mense Parochus ad Episcopum de statu suae Paraciae scribat, poterit illum cum Domini benedictione dimittere; Mox autem Episcopus tum orationibus ad Deum fufis; tum certis diebus, quos assignabit, scribendis litteris ad Parochos, perget promouere quod coepit, libris, petitione consilij, & aliarum rerum etiam praescriptione (quamquam suaserim, vt ne facile promulget leges, atque edicta) seu piorum aliquorum operum institutione. Neque enim Deus cessat Episcopo salutem animarum sitienti plurimas id consequendi rationes proponere: Et sanè (vti superius diximus) non Apostoli tantum, eorumque discipuli atiquitus inter medias persecutiones, colluuiemq. omnium malorum, perfidiae, haeresum, peccatorum, & effusionis sanguinis Martyrum; verum etiam nostro ipso tempore, & vbi haereses plurimae scaturerunt, atque vbi Principum non recte sentientium gladius expugnare catholicae religionis propugnatores, tentauit, atque a deo inter medios Antropophagos & Indos, quibus nunquam affulserat lumen Christi, paucissimi viri Sacerdotes, nulla ope alia, nisi bonae vitae, verbiq. Diuini innixi, vexilla Fidei orthodoxae, sublati idolis cultuq. daemnonum euerso, potentissimi plantarunt.

A SPECTANTIA AD EPISCOPOS, ET PAROCHOS,
qua tamen referuntur ad Superiora. Caput XIX.



PRIMO diximus noscendā esse Pastoribus vim functionis suae. Quae nimirū in hoc sita est, vt animae adducatur quò à Deo sunt conditae, ac pretiosissimo CHRISTI sanguine redēptae. At & Pastorū, & orationum rationaliū, id est nostrū, is est finis, vt dum in tenebris peccatorum iacēt: vel si quādo etiā in haeresim, atq; perfidiā ruerint, contentur tamen erigere mentem, ac cogitent, ecquid tamē erit, si, vt coeperunt, agere perrexerint. Quid (inquā) interea cupiat Deus. Hoc est. quid ab

hominib; abs se creatis Creator ipse requirat. Requirit certè, vt eum reuerētissimè colamus: obsequamur ei in omnibus: eum ex toto corde amemus, expectantes beatam spem, & aduentum magni Dei. Et hic sanè Christiani officij finis est, ac solidissimum fundamentum; vti supra innuimus, ac sapientissimè esset monentium. Eo autē in cordibus altissimè collocato, lux admirabilis se exerit, atque notitia comparatur ad vitam optime statuendam, ac versus caelestia dirigendam.

Verumenimvero cum ad finem hunc naturalibus viribus, quae sunt imbecilles, ac libero arbitrio, quod debile est, peruenire non possimus, ideo Gratia necessaria est, quae nos praeueniat, & prosequatur. Quare attentissimè dispiciendum est quibusnam, & quanam ratione soleat Diuina eam bonitas largiri. Ac quod ad nos attinet, submouendi sunt inprimis omnes eiusdem Gratiae obices. Hi autem sunt Peccata, quae inde potissimum existūt, quod praesentibus Mundi, & caducis rebus abutimur: in quas quo magis immergimur, eò efficaciore Gratiae praesidio egemus, quo per poenitentiam reducamur in viam, à qua defleximus. Ad poenitentiam verò excitandam permagni momenti sunt. Examen conscientiae, Confessio peccatorum, Iudicij, mortis, poenarum, ac similibus Diuinæ iustitiae operum exacta Meditatio, atque iterata perpensio.

Deinde unicuique media alia, id est virtutes seriò amplexandae sunt, quibus perfectionem suam, & finem assequatur, quò scilicet aeternae felicitatis particeps aliquando factus, sempiternam perpetuo Maiestatem, cum caelesti Curia laudare possit. Quam ad rem magno opere faciunt, quae de vita Christi meditationes habentur.

Parochus igitur (quemadmodum & potissimum Episcopus) vt forma fiat gregis ex animo, haec primò in se habeat. Itaque optandum est, vt per aliquot dies Deum feruentius oret, tam vt hanc gratiam assequatur, quam vt re ipsa experiatur, quam excellens haec via est ad reuocandas animas in viam, vt recta tendat ad suum finem. Secundo. Vtatur oratione, & sanctissima sacrificia offerat, tam sua, quam suorū ad sui ipsius, atque sui gregis procurandam à Deo salutem. Atque eam orationē numquam intermittat, licet superuenientibus alijs negocijs videretur obrui. Nam cum à Deo Gratia impetranda sit: quotidie verò, immo singulis pene momentis tentationes, & negocia sese ingerant, quibus diabolus molitur nos ad se trahere, certe singulis etiam horis orandum est; Neque enim nisi summis de causis Dominus iussit, vt sine intermissione oraremus.

Intelligat porrò, nō satis esse, si qui bona mente, prudentia, doctrina, & ceteris huiusmodi dotib; sint praediti: verū esse necesse, vt donū habeat gubernationis. Inter dona. n. gratis data, hoc connumerat Apostolus. Quod quidē donū nisi Episcopo & Parocho adfit, ac vero alia in ijs sint, ob quae à suo munere abdicari nō debeat; ad ministros certe habeat eiusmodi, qui hisce donis ad gloriae Dei sint ornati. Inprimis autē magni refert, vt suas ipsorum animi perturbationes, malasq. pronitates superare didicerint. Et verò ad hoc gubernationis donum pertinet dexteritas, compassio, non indignatio, atque vt agnoscant subditi, Episcopum suo munere scire fungi ex charitate, quod medium perefficax est ad lucrandas voluntates. Vt autem subditi hoc intelligant, & credant Episcopum talem esse, re vera talis sit, oportet.

Totius suae Dioceseos statim primò cognoscat, quidq. & quamobrem passa sit, quibusve remedijs egeat, & an illa remedia commode adhiberi possint. Quòcirca expediet, ut in tabella habeat descripta loca, obligationes, personas, & cetera omnia distincte, ut omnibus ordinatè suam operam prestare, aut alijs distribuere possit.


Cum dico loca, intelligo etiam reditus, quando hoc & ad opera sua prestanda, & ad alia multa magnopere facit. Cum dico obligationes, idcirco dictum velim, ut sciatur qua quodq. sacerdotium, seu Parœcia conditione affecta sit, ut pro conscientia debito cunctis queat satisfieri.

Cum dico personas, ut Catalogus habeatur tam Ecclesiasticorum, qui causam Domini adiuvare possint, quam Laicorum, qui fideles Ecclesie defensores, vel pietatis promotores esse possint.

Cum autem Episcopus nihil ex se ipso possit prestare, præter bonum desiderium, & exemplum vitæ, atque ad eò hanc vicariam Domini operam, quæ sita est in doctrina, qua animæ adducantur ad suum finem, qui est Deus, & vita æterna; propterea huic tamquam præcipuo muneri Hierarchiæ Ecclesiasticæ in primis omnino, ac serio dare operam debet. Nam cum hominum voluntates, quæ sunt Domini actionum acquiri debeant, (his tyranice, ac violenter, quod est contra Ecclesie mansuetudinem, Spiritum, agere velimus, quodq. diu durare nõ potest) voluntates autè disponi sine charitate, & sine prævia intellectus cognitione nequeat, propter ea instruendus primus est unusquisq. Amor enim non fertur in incognitum. Atque hoc est, quod Dominus inchoare voluit ab Apostolis, quodq. (ut diximus) formadæ Christianæ Ecclesie per necessarium fundamentum est. Eunt (inquit) docete omnes gentes. Id quod si intermittatur, cū diabolus, & Mundus, & Caro non desinat spergere aduertiariã doctrinam, & cæcitatè: certe pars potissima officii Pastoralis inter mittitur: Vnde fit, ut cum homines scire appetant, desit autem iis pabulum doctrinæ Catholicæ, facile labantur ad audiendos malos, & hæreticos ministros, ac ceteros eiusmodi, qui loquuntur placencia: quemadmodum & accidit iis, qui cum triticeum panem non habent, furfuraceum libenter comedunt. Cum verò Episcopus nec ubiq. esse possit: nec verò Cõcionatores, & Doctores tot, aut eiusmodi habere possit, qui huic muneri tam necessario satisfaciant, reliquum est, ut ad illud, quæ diximus catalogum recurrat suorum; ex quo intelligat quot habeat ad hoc opus promovendum idoneos operarios. Hi autem ferè erunt Parochi, Cõcionatores, Religiosi diuersorum Ordinum, aliiq. Ecclesiastici, Præceptores seu Gymnasiarchæ, Præfeti Sodalitatum, Præfeti, & Ministri Nosodochiorum, Bibliopolæ; reliqui autem, ad quos pertinet magis doceri, quam docere, Laici sunt, de quibus suo loco dicemus.

QUAE DE RELIQUIS OFFICIIS

Episcoporum, Nunciorum Apostolicorum, Cardinalium, nemq. & Regum, & aliorum Principum, atque Ducum exercitus, deq. operibus pietatis noscenda sunt à Sacerdotibus, qui in Seminarijs instituti fuerint: & vnde nam peti possint. Caput XX.



lib. 7. epist. cap. 48.

AM quæ de Synodis habendis, saltem prænosceda sunt à Sacerdotibus, ut ea possint suggerere Episcopis hæc sunt. Primò Gregorius Magnus. Non incognitum (inquit) vobis esse credimus in Romana Ecclesia iam dudum constitutum esse per singulos annos ad decorem, & utilitatem sanctæ Ecclesie generale Concilium apud Sedem Apostolicam esse tenendum. Itaque Gulielmus Durantes, Ioannes Andreas, Hostiensis, Panormitanus grauiter dolebant, quod saluberrimum hoc negocium negligebatur, sicq. conciderent edificia priuquam reficerentur, quod in tot iam collapsis hoc seculo Regnis cernitur re ipsa accidisse. Synodus Tridentina Concilia Prouincialia, & Diocesana statuit.

Causa

A Causæ vero, quæ tractabantur in hisce Concilijs, inter alias hæc potissimum erant. Quæ ad corrigenda vitia Episcoporum pertinebant, si quid contra generalia Concilia, aut ius commune ab eis gerebatur. nam alij, si delinquebant, ab ipso Episcopo per se, vel Synodo Diocesana puniebantur. Ut olim Episcopus non poterat Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum, nisi cum Concilio Diocesana Synodi deponere; quod quidem cernitur in concilio Hispalensi secundo. Sic æquum non erat, ut Metropolitanus grauius aliquid contra Episcopum sine consensu totius prouinciæ statueret.

F Si hæc Prouincialia Concilia iuxta antiquam consuetudinem fierent, multo plures (inquit Doctor Michael Thomassius) essent in eis habentes vocem decisiuam Presbyteri, quam Episcopi.

B De querelis autem contra Episcopos agi solitum fuisse in his Concilijs, docet Leo: Et vero bini conuentus singulis annis habebantur. Nisi autem Metropolitanus poterat de ijs rebus statuere, ad Pontificem Maximum referebatur. eadem sunt in Concilio Tridentino.

C Et quidem querelæ contra quoslibet potentes viros tam Ecclesiasticos, quam laicos tractabantur ut extat in Concilio Toletano Quarto, ex quo multa peti possunt, quæ ad Concilia Prouincialia pertinent. Aderat porro Regius executor, ut faceret quæ in iis erant statuta contra sæculares. Sic autem Rex magna molestia leuabatur, præsertim cum à laicis Magistratibus pauperes nimis vexarentur. Episcopi enim (ait Synodus ille) sciunt curam sibi impositam à Deo in protegendis Populis, ut, si sacerdotalem non admittant admonitionem & spernant, eorum populorum insolentiam Regis auribus intiment. Nimirum, ut quos sacerdotalis admonitio non fleuit ad Iustitiam, Regalis potestas ab improbitate coërceat. Si quis verò Episcopus id neglexisset, Concilio erat reus. Idem expressum est in Carthaginensi Quinto Concilio, & Africano, idemq. refert Gratianus.

De Synodo Diocesana habenda. Ex Verbis Isidori summatim.

Extat vero Isidori ordo de celebrando Concilio. Ex quo ordine quod prima, secunda, tertia die agebatur, seu in Prouincialibus, seu in Diocesanis Concilijs colligi potest. Nam & quomodo, hora diei prima ante solis ortum eijciebantur omnes ab Ecclesia, obseratisq. foribus præter unum ostium, cui assistebant ostiarij, Episcopi primo, deinde Presbyteri, deinde Diacones probabiles, quos ordo postceret interesse, & qualis esset confessus, ibi refertur: tum quid dicebat Archidiaconus, ut ad orationem faciendam omnes monerentur. Post orationem, quidam Diaconus alba indutus codicem canonum in medium proferens capitula de Concilijs agendis proferbat, primum de Concilio Toletano Quarto E. R. A. 18. Item ex Concilio Toletano Quarto E. R. A. 3. Item ex capitulis orientalium Patrum, quæ Martinus Episcopus de Græco in Latinum vertit E. R. A. 18. de Synodo faciendâ. Item ex Concilio Chalcedonensi E. R. A. 18. Item ex Concilio Agathensi E. R. A. 25. vel aliud de Canonibus, quod Metropolitanano aptius visum fuisset, ut legeretur: singulisq. titulis Metropolitanus Episcopus Concilium alloquebatur exhortatione, quam ibi ponit Isidorus.

E Ea exhortatione habita Diacones, & Religiosi vniuersi intrabant ad audiendam doctrinam, sicq. Archidiaconus legebat canonem Toletani Concilii xi. E. R. A. prima, ne tumultu Concilium ageretur. Quo Canone perlecto Concilium Ephesinum perlegebatur. deinde collatio pariter, & instructio de mysterio sanctissimæ Trinitatis habebatur, simulq. & de officiorum ordinibus. si in omnium sedibus eiusdem celebritatis vnitas teneretur. Pro his quoque causis, prout spatium diei permittebat, etiam Epistolæ Papæ Leonis ad Flavianum Episcopum de erroribus Eutycheris, & mysterio sanctissimæ Trinitatis legebantur, Canones quoque de

li 3 vnitatè

vnitate officiorum, nec ad aliud aliquid transibatur priusquam ista omnia fuissent **A**
explicata.

Præcedebant tres dies Litaniarum, in quibus nil aliud agebatur, nisi sola collatio de mysterio sanctissimæ Trinitatis, & de ordinibus sacris, vel officiorum institutis. Ita vt lectio semper congruens ordini, & causæ, quæ quærenda erat, antecederet.

Quarto die reliquæ causæ, per ordinem admittebantur, sicq. omnes, qui de Religiosis in retroactis diebus pro spiritali instructione interfuerant in Concilio foras egrediebantur residentibus aliquibus Presbyteris in Concilio, quos Metropolitanus probauerat honorandos. Concilium nullus soluere debebat, nisi fuissent cuncta determinata. Deinde Episcoporum manibus subscribebatur. Postea Canones, qui in S. Synodo constituti erant coram Ecclesia in publico relegantur, quibus **B**
explicitis respondebatur in Choro. Amen. deinde ad locum redeuntes, vbi in Concilio resederant, canones ipsos subscribebant.

Admonebantur quoque a Metropolitano de Pascha ventura, quo futurum erat die. Quo tempore item proximo sequenti anno ad Synodum conuenire debebant. Eligebant etiam ex Episcopis, qui cum Metropolitano dies festos Natalis Domini, & sanctum Pascha deberent celebrare. Post hæc dicente Archidiacono, orate: omnes simul in terra pariter se prosternebant, vbi diutissime orantes, vnus ex maioribus orationem dicebat.

Nulla est Domine humanæ conscientie virtus, quæ inoffense possit, &c.

Huic orationi paterina benedictio adiungebatur, qualis est ibi in Isidoro: in quo deinceps oratio diei secundæ & oratio diei tertiæ sequuntur, sed hæc duæ videntur **C**
referendæ ad secundam & tertiam illorum trium dierum, in quibus collatio de fide & doctrina habenda erat nam eo in loco tantum exposuit orationem diei primæ.

De Visitatione Diocesium Quinam libri extant.

Franciscus Pavinus Rotæ Auditor plenius, quam alij, vt refert Felinus. Speculator in tit. de Inquisit. S. quando, & qualiter.

Archiepiscopus Florentinus in Sum. 3. par. tit. 20. cap. cum seq. vbi de forma visitandi, Inquisitione, & faciendâ.

Petrus Episcopus S. Pauli prouinciæ Tolosana, qui nisi diem antiquorum deurrasset, ordinatius scripsisset.

Ab his autem plurima multis nouissimis additis se accepisse ingenue fatetur Paulus Fuschus Episcopus Sarnensis, qui libros 2. de Visitatione & regimine Ecclesiarum edidit, quibus agit vbi, & quo modo prælati, & subditi in vnoquoque statu se habere debeant iuxta sacros canones conciliorum omnium, maxime Oecumenici generalis Concilii Tridentini, atque summorum Romanorum Pontificum nouissimas constitutiones. Qui liber est satis copiosus.

Manuale visitatorum de Iurisdictione spiritali duobus libris cõplectens (vt titulus præfert) visitationi subiacta ad diuersos visitandi modos, omnibus qui huiusmodi munus gerunt, admodum vtile, & commodum. Feliciano Episcopo Auctore. Is vberimus est sine intermixtis auctoritatibus.

Episcopale, siue Archiepiscopale Italicè editum Bononiensis Ciuitatis, & Dioceseos. Nouum examen ordinandorum, in quo breuiter ea continentur, quæ pro vnoquoque ordine suscipiendo scitu magis necessaria à peritioribus iudicantur. Auctore **E**
Fratre Nicolao Orifico Bonfilio Senensi Carmelita Ethurriæ prouinciali.

Quæ sacerdotes, qui fuerint in seminarijs, prænosse debeant ad legatos, & Nuncios Apostolicos iuuandos.

Cum inter ea munera, quæ sancta Apostolica Sedes viris prudentibus defert, præcipuum sit, quod Apostolicis ad Principes Nuncijs, siue legatis demandatur,

A tur, magni momenti fuerit, si Sacerdotes, qui plerumque è Seminarijs iam deligentur, sciant, quibus potissimum in rebus sita sit eiusmodi legationis ratio: Nam ad eundem finem orationes, & sacra dirigent; & exemplo, eaq. laboris parte, quæ ad sese pertinebit Apostolicum Nuncium commodius adiuuabunt. Et quidem Nunciorum Apostolicorum is est finis, vt à Christi Vicario in Terris ad Principes Terrarum missi, negotia Christi procurent. Ea verò sunt præter maiorem Dei gloriam,

salus propria, & aliena, præsertim Principum, & Episcoporum. quæ omnia potius caelestia sunt, quam humana. Hæc vero procurari efficacissime possunt, si Nuncii primo seiplos, deinde familiam totam, Deo iuuante, ab omni specie mala, peccatorum separent: Id vt fiat, præstat pauciores, ac probos aulicos, quam plures, & improbos secum adducere: magnus enim comitatus, & ornamentum est virtus,

B ad conciliandam omnem auctoritatem: cum qui secus existimauerint, dignitatemq. crediderint in conuiujs, in ornatu domestico, ceterisq. externis rebus esse sitam, neque felicem negotiorum exitum habuere, nec satis intelligere vili sunt officium hoc, cum Apostolicum sit, Apostoli (quæ vox idem designat, quod missus, siue Nuncius) virtutes spirare debere; quæ quidem cruci Christi, modestiæ, pietati semper inhiant. Accedit necessitas noscendi hominum mores, & ingenia; in quibus item actionum earum, quas Nuncii exequi debebunt. Quamobrem si quid Sacerdotes, qui eos comitabuntur rescire illarum rerum liquidius poterunt, quatenus id negotio Diuino promouendo queat commodare, prudenter curabunt. Quemadmodum autem ad legatos, siue Nuncios Apostolicos pertinet; vt & sibi amorem principum concilient, ac, cum iis, de rebus ad pietatem spectantibus, opportune colloquantur; ne videlicet Principes ipsi suspicentur, si alijs de rebus cum ipsis egerint, iam sedi Apostolicæ præcipuam curam non esse Religionem: sic ad Sacerdotes spectat, vt oblata occasione id ipsum cum Aulicis Principum præstent: Sic enim omnes sensim erga Apostolicum Nuncium afficiuntur: quo amore vix dici potest,

C quantum coniungendis cum Deo, ac cum Pontifice Max. Christianis Principibus efficiunt. Atqui cum eorumdem Nunciorum, siue Legatorum munus potissimum sit, vt Episcopi Synodos cogant; quæ verò decreta sunt, mandent executioni, expedit, vt Sacerdotes prænoscant; vnde hæc ratio cogendarum Synodorum liqueat, quæ ve faciliorem ad eas viam complanēt: Hæc verò tum ex ipsis Synodis, tum ex libris, in quibus continentur Acta Mediolanensis Ecclesiæ à Carolo Borromeo Cardinali, cuius capita inferius adscribentur tum ex Doctore Thomasio, atque Isidori libello de ratione habenda: tum Synodorum facili, & quidem grauissimis rationibus, constabit. Id enim certum est, quod & ab Legatis Apostolicis summo opere pendendum est, Licinium Imperatorem in Oriente nulla pestilentiore machina potuisse Religionis Christianæ progressum impedire, quam prohibendis

D Episcopalis Synodis, quæ ab Apostolis cõceptæ, atque inde vsque ad Tridentinam continuatæ, saluberrimæ in Ecclesia (vt inquit Augustinus) fuerunt. At præter Synodos, solent cordationes legati in tabulas, siue catalogum referre meliores Episcopos, ac vniuscuiusque dioceseos, operarios; vt cum hoc Pontifici Maximo innotuerit, his pro ratione temporum aptioribus ad Dei gloriam vti possit, in tam multis, quas se Reipublicæ Christianæ offerunt, necessitatibus. At & Archiepiscopi ab Synodo Tridentina monentur, vt ad eundem Pont. Max. quæ ab Episcopis sunt, scribant. Quare tum hæc, tum quæ de Diocesium visitationibus dici possent, ea omnia ex sequentibus iidem Sacerdotes haurirent.

Meminerint autem Sacerdotes, vt tamquam ex optima penu pleraque, quæ ad Praxim Episcopalem attinent, intelligant, & sibi faciant familiarissima ea, quæ nõ tam scripsit, vt modo dicebamus, quam in rem contulit Carolus Borromæus Cardinalis, sic autem penè omnia in iis libris continentur, quæ inscribuntur, ac diuiduntur in capita sequentia.

Nota

ACTA Mediolanensis Ecclesiae sub Carolo Borromæo S. R. E. Cardinali, A
eiusdemq. Ecclesiae Archiepiscopo, in tres partes diuisa, Quarum.

PRIMA continet ACTA quinque
Conciliorum Prouincialium.

SECUNDA octo Diocesanas Syn-
odos: & Instructiones varias.

1. Fabricæ, ac suppellectilis Ec-
clesiasticæ.

2. Prædicationis Verbi Dei.

3. Oblatorum S. Ambrosij.

4. Pro Confessariis.

5. Pro administratione Sâctissimi
Sacramenti Eucharistiæ.

6. Pro Sacramêto confirmationis.

7. Pro initiandis Sacramento Or-
dinis.

8. Pro celebratione officiorû pro
mortuis.

9. Pro sollempnibus processionib.

10. Pro Litanis triduanis.

11. Pro sollempni processione sâctif-
simi Corporis Domini.

12. Pro Oratione quadragesimæ ho-
ratum.

13. Pro oratione sine intermissione.

14. Pro benedictione ædium.

15. Pro celebratione Iobilei anni
Sancti.

16. Cerimoniarû ad vsum Sacerdo-
tum pro Sâctissimo sacri-
ficio Missæ.

17. Pro vsu notitiæ status Cleri.

18. Ad vsum conficiendi status ani-
marum.

19. Ad vsum Vicariorû foraneorû.

20. Regulæ congregationum fora-
neorum.

TERTIA verò pars complectitur.

1. Litteras Pastorales.

2. De oratione vespertina, & or-
dinem ipsius institutæ.

3. De oratione sine intermissione:
& ordinem eiusdem.

4. De supplicatione, & oratione
publica.

5. De Aduentu.

6. De septuagesimâ.

7. De Iobileo anni Sancti.

8. Litteras Pontificias de Iobileo
anni Sancti concessio ciuitatis,
& diocesi Mediolanensi.

9. Instructiones, & Regulas ad v-
sum Iobilei sancte celebrâdi,
cum litteris pastoralibus eius-
dem generis.

10. Litteras Pastorales.

11. De septem Basilicis stationa-
libus instar almæ Urbis Ro-
mæ.

12. De gratiarum actione pro se-
ptem Ecclesijs stationalibus
concessis.

13. Indulgencias certis Ecclesijs
stationalibus Mediolani con-
cessas instar Basilicæ, Urbis
Romæ.

14. Ecclesias stationales viris sepa-
ratim constitutas à feminis.

15. Monitiones Pastorales impen-
dente periculo pestis.

16. Indictionem supplicationum,
ieiuniorum pestis tempore, &
librum precum in pestilentia.

17. Litteras Pastorales de mendic-
is in vnum locum cogendis.

18. De pietatis deuotionisq. exer-
citationibus Quarantænæ tẽ-
pore, & litteras Pastorales de
Quarantena.

19. Litteras Pastorales de aspersio-
ne aquæ Sanctæ, & benedi-
ctione ædium.

20. Instructiones ad vsum benedi-
ctionis ædium.

21. Litteras Pastorales de barba
radenda.

22. Litteras Pastorales de Visita-
tione Cleri, & populi, ac de
preparatione.

23. Litteras de ijs, qui contagiosas
vestes surripuerint.

24. Litteras Pontificias de Indul-
gentia populo Mediolanensi
concessa.

25. Litteras Pastorales de tribus
sollempnibus processionibus vo-
ti publici causa.

26. Litteras Pastorales de sollemp-
ni officio, piisq. suffragiis pro
defunctis pestis tempore.

27. Librum monitionum Pastora-
lium ad populum Mediola-
nensem.

28. Litteras Pastorales de proces-
sionibus sollempnibus, pro gra-
tiarum actione peste extincta.

29. Litteras Pastorales de obitu
Serenissimi Filij Regis.

30. Litteras Pastorales plenas Pa-
ternæ obiurgationis & cohorta-
tionis ad tollendas morum
corruptelas.

31. Litteras Pastorales de transla-
tione Sacrarum Reliquia-
rum.

32. Litteras Pastorales de transla-
tione Sacre Imaginis Beatæ
Mariæ Virginis. Sermonem
Cardinalis, & Archiepiscopi
in exequiis Serenissimæ
Reginæ Hispaniarum.

33. Regulas Contratriarum.

34. Prorogationem Synodi, Prouin-
cialis, & Diocesane.

35. Indictionem trium Synodorû
Diocesandarum.

36. Prorogationem Synodorû Diœ-
cesanarum.

37. Edictum de Visitatione.

38. Contra concubinos.

39. De Clericis habitum Cletica-
lem non induentibus.

40. De Residentia.

41. De hæreticis, hæresumve no-
mine suspectis.

42. De dierum festorum cultu.

43. De sacrosanctis Ecclesijs.

44. Litteras monitionum de Do-
minica prima quadragesi-
mæ.

45. Edictum, & Decretum de Do-
minica prima quadragesi-
mæ.

46. Edictum de obseruantia qua-
dragesimæ.

47. Edictum de Bibliopolis, & im-
pressoribus.

48. Edictum de ordinatione.

49. Varias formulas.

FINIS LIBRI QVARTI.


ARGVMENTVM IN QVINTI LIBRI.

IS, quæ hæcenus ad Catechetica Theologiam spectan-
tia diximus, succedunt, quæ de Ordinibus Regularibus,
etiam Militarib. dicenda sunt: Mox quæ aliqua ratione per-
tinent ad Sodalitates illas, in quibus ad pietatis opera certis
africæ legibus tum Scholasticis, tum reliqui vel nobiles, vel
populares (videlicet ipsi quoque opifices) incitantur, vt ad meliorem vi-
tam aspirent: Hæc verò omnia cum Christianæ Reipub. Seminaria sint vti-
lissima (in quibus nimirum Religio potissimum epitet) Res postulat, vt de
his, quæcumq; ad eadem instituenda, conferuanda, augêda faciunt, agamus.

D CAPITA LIBRI QVINTI.

- 1 Religiosos ordines in Ecclesia Dei diuini-
tus institutos semper existisse.
- 2 Religiosorum ordinum Monasticos, ac Presby-
terij quinam antiquius finis, & officia.
- 3 Quamdiu, & quam ratione olim instituebantur,
qui in Religiosas familias petebant ad-
mitti. Agitur de diuerso Nouitatus tempo-
re pro varia hominum ratione, vel tempo-
rum ipsorum.
- 4 Quanam post trium Votorum, & aliarum Re-
gularum obseruationem præstat, vt Religiosi
doceantur.
- 5 Quanam auctores perlegi possint ad confirman-
dos in vocatione sua Religiosos; vel ad eru-
diendos alios.
- 6 De Seminarijs, & Ordinib. Regulariû Militum
Quod et ad quoslibet alios milites pertinet.
- 7 Quæ leges partim à Viro nobilissimo, partim ab
alijs de ratione instituendi Seminaria Mili-

- taria fuere propositæ, Pio V. Pontif. Max.
& Philippo Regi Catholico: Partim Greg.
XIII. qui ea, si vixisset, volebat instituere.
- 8 Quanam liber scribendus esset, vnde materia
quàm aptissima existeret ad informandos,
tam milites, quàm Sacerdotes, qui cum ijs in
expeditionem, ac bella mittuntur.
- 9 De Sodalitatibus Scholasticorum, & aliorum,
quibusnam operibus pietatis, se debeant im-
pendere: quæ de illis scripsere. Vbi &
nonnulla de libris spiritualibus.
- 10 Principum filijs, qui vel secularem, vel Ec-
clesiasticam vitam acturi sunt, quinam potis-
simum libri sint prælegendi, vt maturè ad
rectissimam administrandæ Reipub. ratio-
nem instituui possint.
- 11 Aulici, qui Principum negocia procurant a-
pud alios Principes, quid potissimum doceri
debeant.



ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

Liber Quintus

BIBLIOTHECAE SELECTAE,

Qui item est de Theologia Catechetica.



RELIGIOSOS ORDINES IN ECCLESIA DEI Diuinitus institutos semper existisse. Caput Primum.



QUOD secundo huius Operis libro diximus, notitiam status, atque ordinis Reipublicae Christianae maxime ad Diuinam historiam intelligendam conferre, id etiam hic repetendum est; Nimirum eandem notitiam ad eiusdem Christianae Reipublicae statum iuuandum, operarioque ipsius rectissime institutos, esse pernecessariam. Quare vigesimum secundum eius Libri caput in primis legendum erit: mox ea, quae sequuntur attentius perpendenda. Sic enim quisque pro ratione vocationis suae, quae huc adtentur, vtilissime excipiet.

In Ecclesia igitur Dei, quae circumamicta varietatibus, sicut castrorum acies ordinata suas semper habuit tamquam subsidiarias copias, varios Religiosorum ordines semper existisse extra omnem controuersiam est eis, qui vel à Maioribus rerum gestarum historiam accepere, vel scripta piorum etiam vix attigerunt.

At eos, ut Diuinitus institutos, ita ad fidei, pietatisque propagationem, Rerumque publicarum, & communis boni conseruationem fuisse pernecessarios: Ac quibus in locis esse deserunt; Fidei quoque, & Religionis nostrae sanctissimae aedificia, quantumcumque firmissima, corruisse, non ita omnes forsitan perpenderunt. Quippe nec de illis temere obloqui, nec in perniciosissima causa, fallacissimos latanae astus iuuare, nec denique sibi ipsis exitium afferre sempiternum ausi fuissent. Quis enim ita excors, & suae salutis prodigus esset, qui, cum Ordinum à Deo institutorum nomen conuelleret, aut falsis obrectationibus, neque cognita, neque cogitata re, Sancta Instituta labefactaret; non videret se & haereticorum causa patrocinari Diuina omnia peruertentium; & difficillime tam multis ablatam famam posse restituere? quae

^a Concil. Lugdunon. sub Greg. 1. in 6. de religio. domi. c. unico S. sanctio. ^b Vienon. sub Clem. 5. cleme. exim. de verb. signifi. ^c Nicola. 3. exije qui se minas.

A minimè restituta mortem in sinu numquam intermorituram gestaret, & denique summo Christiani orbis malo multiformis & sapientiae, & liberalitatis Diuinæ fontes obstrueret? Quamobrem nos, quibus caeleste hoc beneficium collatum est, & veritas defendenda est, atque ratio monstranda, vnde nobis in nostra vocatione firmandis, & aliorum erroribus refellendis ad maiorem Dei gloriam perspicuus aditus pateat.

Nemo itaque est, cui natura instum non sit proposita sibi rei finis desiderium, in cuius finis disquisitione quanto meditatur attentius, tanto à reliquis rebus accuratius auocat mentem, & in seipso ad illum comparandum virium suarum quasi conuentum habet, Sodalitatemque. (ut ita dicam) instituit. Iam in opificibus, atque aliis omnibus idem spectare licet, qui aut priuatum, ne inturbentur extrinsecis rebus, vel aut perfectius quem vitae cursum, aut opus inchoarunt, absoluant, diuersi eiusdem artis homines vnà in aliquem coetum coguntur.

Et verò ut ad Diuinam imaginem, similitudinemque conditi sumus, atque ad caelestia latentem in nobis igniculos retinemus, quanto ad potiorem finem consequendum, sempiternamque illam patriam anhelamus ardentius, tanto efficacius moras omnes abrumperem, nodosque dissoluere deberemus: à quibus, dum saeculi curis implicamur, si non semper improbis, certe noxiis, & iter ad Deum remorantibus impedimentis retrahimur. Quapropter nullis saeculis non fuere, qui, ut propius adhererent Domino, fortiusque in tam insigni proposito perseverare possent, sese aut à communi aliorum consuetudine non secreuerint, aut spiritualibus etiam votorum vinculis, & arctiore erga Deum obsequio sponte obligarint: intelligentes videlicet, hanc quoque à natura inditam seu vim, seu legem, ut contractus non nisi fide data firmentur: connubiaque ipsa consensu, & promissione mutua sint rata: Milites item nisi adigantur iureiurando, oblata qualicumque occasione diffluant, ipsamque quam polliciti sunt fidem plerumque frangant, aut deserant.

Iam huiusmodi rerum vestigia cernuntur in veteri testamento. Enoch enim, ira ambulauit cum Deo, qui & illum transtulit. Nazarei. Elias. Elifaeus Filij Ionadab, Filij Rechab; Filij Prophetarum; Judith, quae in ieiuniis continenter, & cum cilicio vitam agebat: Virgines, quae in templo Salomonis, & tempore Machabaeorum in septis, tamquam monasteriis clausae asseruabantur: Anna Phannells, & ipse quoque Ioannes Baptista, quem monachorum Ducem, & Principem Chrysostrum, & Hieronymus, Praepositumque, & Anachoretam Bernardus nominarunt.

At ubi apparuit gratia, & benignitas Saluatoris nostri, remediaque vulneribus Mundi curandis praedestinata proposuit, tum adumbratos antiquitus Religiosorum ordines Christiana lux clarissime expressit; & naturae corruptae reluctantes stimulos ostendit nouis gratiae viribus posse retundi, ac superari. Scilicet procedente tempore ineffabilis quoque Diuinæ Maiestatis bonitas, erga nos progrediebatur in melius, & quae lex ad perfectum non adduxerat homines, per eum implebatur; qui se ut omnibus imitandum praebuerat, ita ex caelestis suae sapientiae thesauris diuersa charismata, & distinctos munerum in Ecclesia gradus promebat. Quamobrem cunctis quidem tradidit communioris vitae precepta: Verum quoniam solidiora prius erant iacienda fundamenta, & quasi praecipua mystici corporis membra, vel

E neruos, & ossa ante alia efformanda, ideo ad eminentioris vitae, atque doctrinae exemplum formam perfectorum hominum, & Religiosorum ordinum ad viuum effinxit, atque spectandam omnibus proposuit. Sic Virgo natus è Virgine, quaquidem (ut ait Augustinus) virginitatem vouit, & paupertatem, atque obedientiam usque ad mortem (mortem autem crucis) conlecravit in seipso, & variis rationibus allectos ad insigne illud viuendi genus discipulos confirmavit, qui postea quasi reliquorum hominum Duces, nouam virtutum praestantissimarum faciem per se, atque alios homines perfectos monstrarent orbi terrarum, vnde plurima deinde quasi Evangelicae militiae munimenta, religiosorum, & religiosarum praedia vbique dis-

^a Gen. ^b Num. 6. ^c Lib. 3. ^d Lib. 4. ^e 3. Reg. 19. ^f 4. Reg. 4. ^g Jerem. 24. ^h 4. Reg. 2. ⁱ 6. ^j Judib. 8. ^k Lib. Machab. 2. c. 3. ^l Luc. 2. ^m Marc. 3. ⁿ S. Chryso. Hom. 1. in Martii, & Hom. de S. Jo. Bap. ^o S. Hiero. ad Euseb. chris. de custodia Virginitatis. ^p S. Bernard. ser. de excel. vita Ioan. Bap. Vide S. Hiero. Eccl. hist. lib. 1. c. 12. ^q Nicophor. lib. 3. c. 39. ^r S. Hiero. in Apologia pro libro contra Iovinianum. ^s S. Aug. de Sancta virginitate. c. 4.

sponde-

sponerentur. Inde igitur breui tanta vbertatis erupit seges, vt importata in horrea Domini vacuas deiectoru Angeloru sedes noua caloru letitia repleuerit. Et quod multo antea praedictum fuerat a Propheta Regio, rum (quemadmodum inquit Augustinus) impletum est. Ecce enim quam bonum, & quam iucundum est habitare fratres in vnum. Ista (inquit ille) verba Psalterij, iste dulcis sonus, ista melodia tam in cantico, quam in intellectu monasteria peperit. Ad hunc sonum excitata sunt fratres, qui habitare in vnum concupierunt. Iste versus fuit ruba ipsorum, quae sonuit per orbem terrarum, & qui diuisi erant, congregati sunt in vnum.

Ac ne quis postea suspirandi ad ollas Aegypti, & manu apposita ad aratru respi- ciendi retrò caperet occasionem, quasi hominibus, Dei filium non liceret imitari, ille praeter vitæ suæ exemplum, Doctrinæ quoque (vt diximus) auctoritate caelestem hanc viuendi rationem suafit, & comprobauit. Huc enim illa tam saepe repetita in Euangelij spectant, quæ ex amantissimi cordis immensa charitate pronūciabat. Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: Et si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesauru in caelo, & veni sequere me. Huc inquam pertinent, quæ de Eunuchis scriptu est, qui se castrauerunt propter Regnu Dei, atque illud. Qui potest capere ca- piat. Ac quidquid dixit, de promisso esu ligni vitæ, de calculo candido, de nomine nouo in calculo candido, quod nomen nouum nemo scit, nisi qui accipit, de catico nouo quod nemo poterat dicere, nisi illa centum quadraginta quattuor millia, qui empri sunt de terra, quique cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt.

Et ne quis item iure posset obiicere libertati arbitrij nostri, tanti doni oblatio- nem (Deo licet aspirante) non posse capi; vel Religiosos Viros suscepto saluberrimo consilio nullam meliorem coronam promerituros, quam laicos, qui legis præcepta seruassent, illud inculcarat. Qui potest capere capiat. cum alibi dixisset iis, qui communiorem Christianorum vitam sectaturi essent. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Siquidem (ait Ambrosius) consilium inuitat voluntarios, præcep- tum verò astringit etiam inuitos. Vbi præceptum est, ibi lex. Vbi consilium, ibi gratia. Præceptum vt ad naturam reuocet, consilium vt ad gratiam prouocet.

Et sanè Diuinæ sapientiæ verbum iteru pensandum est, qua perfectos vocat, qui sese religioni arctius obstrinxissent, nimirum quod recta currerent ad brauium, & abstinerent ab omnibus. quodq. Diuinæ Prouidentia confisi Patrem, Matrem, Fra- tres, & animam ipsam reliquissent.

Hoc igitur quasi classico excitati Apostoli, votum primi Deo vouerunt, & infra- cto etiam animo vsque ad mortem reddidere, excepto filio perditionis Iuda. Dixe- rant enim (ait Augustinus) potentes illi, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te, hoc votum potentissimi vouerant. Sed vnde hoc illis? nisi ab illo de quo dictum est, Dans votum vouenti?

Tam potentes igitur Duces illico secuta sunt agmina piorum, qui se suaq. po- nerent ante eorum pedes, qui nihil suum esse dicerent, quorum anima esset, & cor vnum: qui quidem cum citissime ad crucis vexillum conuolassent, vniuerso orbi Christiano semitam strauerunt ad pietatem. Nimirum & exaltato Domino super terram, & Spiritu sancto misso de caelo, vis illa pretiosissimi sanguinis pro nobis ef- fusi hostium etiam corda rapiebat in Diuinum amorem, & nouam nouæ Legis gra- tiam ostendens, benedicebat fortitudini suæ, & opera manuum suarum suscipie- bat, promissasq. olim in mysterio manifestationes, & veritates Leuiticæ tribui, quæ parentibus suis diceret nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nesciuit filios suos, in Sancto illo primorum Christianorum coetu complebat.

At qui Summi ipsi Duces Apostoli doctrinam Iudæis, gentibusq. ignoratam, & inuisam prædicantes, eructabant verbum bonum. Inter quos Paulus apertè clama- bat. Bonum est homini mulierem non tangere. Qui Virginem seruat, melius facit, quam qui nubit: seq. hac in re, Spiritum Domini habere, & consilium dare, quod ipse

In Pl. 132.
Vide Hier. epi. 11. ad Paulinu de instr. Monachi.

Math. 19.

Math. 19.

Apoc. 19.

Ambros. li. 10. epi. 82. & lib. de vi diuis.

Aug. lib. 17 de Ciuitate Dei.

A. 4.

Malach.

Clem. Ro. de doct. Apo- stolicis lib. 6.

En

ipse accepisset à Domino, testabatur. cū econtrariò mulieribus, quæ primã fidem ir- ritam fecissent, damnationem cõminaretur, sicuti fecit aduersus Nicolaitas Ioãnes Euãgelista. Et verò ad virginitatẽ vouendã alias, vt Theclã, hortabatur, quẽ admo- dũ & Iphigeniã Matthæus, qui Martyriũ quoq; pro tam ingenti facto perpeffus est. Iamq. e Iudæa finibus excede- bat taliũ hominum institutio cum Marcus Euãge- lista vtriusq; sexus homines pios redigere cõp̃it in ordinẽ, atq; religiosioribus le- gibus coercere, vt continenter Diuinæ Laudes decantarentur, & virtutibus Chri- stianis, hisq. perfectissimis etiam ipsa potissimum excoleretur Aegyptus, quæ pri- ma inter gentes cum Dominum excepisset infanctem, veterem Dæmonum cultum verissima vnus Dei adoratione depelleret.

Essæi Religiosi illi vocati sunt, quorum meminit Philo Petri Apostoli familiaris: quoq; Christianos fuisse, atque ad eos historiam illam referri, Epiphanius, Hiero- nymus, Eusebius, Nicephorus, Cassianus testes sunt grauisimi. cum & Epiphanius addat Essæos à nomine IESV appellatos fuisse, deducta voce à Iassa voce He- bræa, quæ salutẽ & curationẽ designat. Inde ergo quasi e Paradiso deriuata fluẽta, quæ totum orbẽ irrigarunt, & à tẽpore Apostoloru inchoatã Religiosoru ordinũ di- sciplinã vsque ad Abbatis Pauli, & Antonij ætatẽ perdurasse probat Cassianus.

Quibus, ac sequentibus sæculis penè incredibile dictu est, quã multi nomina Sa- cra illi militiæ dederint: vt cum Dioscoro, & Ioanni Eremita subessent plurã mona- steria, vni quoq; Serapioni ad Arsenoiten decẽ ferme Monachoru millia subiicerẽ- tur: Sed & in Ponto (vt in monodica Basilij scribit Gregorius Nazianzenus) & in Aegypto, & Palaestina, in Syria, in Mesopotamia (vt ipsemet Basilius refert) ac vero, & in Cypro vbi eruditus est Epiphanius, & apud Alexandriam (vt inquit Nicepho- rus, & ante hunc Sozomenus) & in Berlehem, reliquaq. Iudæa (quemadmodũ Hiero- nymus testatur) atque in Thracia, Illyrico, & Italia, ipso quoq; Constantini tem- pore, addo etiã in Perside, & in Gallia passimq. in Oriente Monasteria fuisse insti- tuta, pleriq; omnes testes sunt iidem Sozomenus, Nicephorus, Hieronymus, Seue- rus Sulpitius, Palladius, Theodoretus, Cassianus, Euagrius, Et qui non?

Certè in Concilio Niceno Monachorum statum fuisse approbatũ, atq; in eo de Monasterijs, de Vita, & moribus, deq. ceteris omnib. quæ siue ad monasterioru Ab- bates deligendos, siue ad Monachorum admisionem spectant, diligentet actũ fuis- se, ipsius Concilij canones ex Arabica lingua translati perspicuã fidem faciunt. Ad

quæ graue Ruffini, Socratis, & Sozomeni accedit testimonium, qui fatentur, Virgi- nes Diuino dicatas obsequio, ac Templo Hierosolymitano ad inseruiedum fuisse assignatas, quo tẽpore Helena Constantini mater Hierosolymam ad quærendã Do- mini crucem venit. Cum etiam ex Oriẽtis Monasterijs nonnulli Sacerdotes in bello capti, atq; in Europã abducti, Imperante Cõstantino, Deoq. semper melius aliquid prospiciẽte, Germaniã, vita, doctrina, miraculis permouerint, vt fidẽ amplecteretur.

Cum vero postea Basilius sanctissimis legibus Religiosos communitet, tamq. Euangelica lux in Occidentem illata latius caliginem Africæ, atq; Europæ, di- scussisset, Augustinus ad hoc sanctum vitæ genus annumerari voluit. Deinceps au- tẽ Benedictus, quiq. illius regulas plurimi sunt amplexi, & Bernardus, ac ceteri Or- dines, præcipueq. ij quattuor quos Mendicantium vocamus, illuxere mundo; mi- nantemq. ruinas Ecclesiam indefesso labore pro data sibi mensura, vel sustenta- runt, vel instaurarunt. Interim autem alij, atque alij identidem in quibusdã provin- cijs emerferũt, siue in Hispania Hieronymiani, siue in Gallijs Minimi, siue alibi Ca- maldulenses, atque in primis Carthusiani; qui velut nouæ cohortes prodierunt in campum, & animas plurimorum e laqueis diaboli in sanctam Domini libertatem, vel vita, & voce, vel assidua ad Deum oratione asseruerunt.

K k At ne- chiũ ad marcellum. Seuerus Sulpitius de obitu Martini lib. 1. Palladius in Lausaca historia. Theodoretus de vitis Sanctorum Patrum. Cassianus de institut. Cenob. & Patrũ collationibus. Euagrius lib. 1. hist. Eccl. c. 21. & lib. 4. c. 7. Niceni Concilij ex Arabico collecti can. 64. 65. 66. 67. & 68. in editione Alphonũ Pisani. Ruffinus lib. 1. c. 8. Socrates lib. 1. c. 17. Sozomenus lib. 2. c. 2. S. Augustinus tract. 1. de communi vita & moribus Clericorum.

Chrvost. Oecumen. Theophyla- tus fide in- terpretant. i. partu Epi- phani. i. p- misionem Ambrosius p- fessionẽ. Augu. vorũ vide Epi- phaniũ 2. li- bro cõt. he- reses. here- si 48. Aug. de S. Virgi- nitate c. 33 & de Adul- terinis con- iugijs c. 4.

+ Philo de vita contẽ- platiua, siue de se se is. Epiphaniũ lib. 1. to. 2. aduer. hær. Hier. in Ca- tal. script. Eccl. Euseb. li. 2. Eccl. hist. c. 15. 16. & 17. Niceph. li. 2. c. 15. Cassia. de institut. cenob. lib. 1. c. 2.

Epiphan. hær. 19. Sozom. lib. 1. hist. Eccl. c. 12. & 13. Sozom. li. 6. c. 28. & 19. Niceph. lib. 1. c. 34. S. Basil. ep. 79. Niceph. li. 1. c. 19.

Sozom. lib. 6. c. 31. & 32. S. Hiero. in Epitaphio Pauli. Sozom. lib. 6. c. 33. Niceph. li. 9. c. 14. S. Hiero. in Epitaphio Marcellæ, & in Epita- phio Fabio Iq ad Ocea- num. Paula & Eusto-

Nota

At neque in Sacerdotibus tantum, & monachis, atque virginibus sapientissimus hic Diuinæ providentiæ ordo eluxit, verum etiam in militaribus viris apparuit. Cum enim ad prælia Domini præliandum, cælesti fortitudine, armisq. solidioribus quàm sint ferrea, opus esse intelligerent, tantum abfuit, vt religiosorum vitam, & leges aut sibi noxias, aut militaribus expeditionibus impedimento futuras iudicaret, vt varij militares ordines voto se, ac regulis ipsorum, quantum arma tractaturis pro fide Christi sat erat, obstrinxerint. Inde Hierosolymis qui nunc Rhodii, Melitenesq. equites aduersus Barbaros pro sanctissima nostra religione fortiter ac sine intermissione pugnant: Inde item Balduino Rege, ac Gelasio secundo Pontifice, Templarii equites extiterunt; quibus & postea Bernardus regulam scripsit; cum & in redimendis captiuis & peregrinos ad sacra loca deducendis, ac cerrando pro fide Christi Domini, si quemadmodum magnos fecerant progressus, ita perseuerassent, eorum bona, ordoq. hæcenus stetit. Secuti sunt Teutonici, qui postea quam cessere Hierosolymis longo post tempore a Federico secundo Imperatore annuente, Prutenos, totamq. Saxonibus finitimam illam regionem, atq. Liouoniam quàm Balthicum alluit mare, ab idololatria reuocarunt. Ita a Alexandro tertio Pontifice equites Sancti Iacobi, aliiq. antea Sanctio Rege, qui Calatrana dicitur: Ac qui Iesu Christi in Lusitania a Ioanne XXII. Pontifice, & qui Iacobo Aragonia Rege alteri ad seruos redimendos, Beatæ Virginis vel mercedis: alteri Montefæ equites Gregorio IX. Pontifice vocati, confirmatiq. sunt. Atque vt breui dicam, Alcantaræ equites, & qui patrio vocabulo Dela banda Alphonso Rege, quiq. antiquitus Damaso Pontifice, & Valentiniano Imp. instituti sunt equites S. Lazari, ac deinde ab Honorio tertio multos post annos, & ab Alexandro quarto priuilegijs & honoribus aucti, & approbati; ne nihil dicam de ijs, qui nostro sæculo a Emmanuele Philiberto Sabaudia Duce equites S. Lazari & S. Mauritij; & Cosimo Mediceo magno Etruria Duce, S. Stephani nominantur.

Tantum momentum habet ritè suscepta religio, vt communito votis animo, & certa professione quasi obsignato ipsi quoque milites liberio rem vitam cohibeant, & eorum cælitum, quos patronos sibi deligunt, ductu, summa quæq. pericula subeant, imperterritoq. animo difficillima sæpe perumpant. Atque hæc de varijs Regulariū ordinibus Diuinitus institutis dicta sint satis.

RELIGIOSORUM ORDINUM MONASTICES,

ac Presbyterij quinam antiquitus finis & officia.

Capitulum II.

HTSI vero familiæ hæc, de quibus locuti sumus, cognatione inter sese maximam habent, quod ferme omnes (Monachus præcipue, atque Presbyterium) tria sollempnia vota Paupertatis, Castitatis, Obedientiæ profitentur, quibus natura religionis continetur: Alii tamen Monasticæ vitæ, alii vero Presbyterij fines, ac diuersa pene vtriusque status olim officia extiterunt. Monachorum illa propria erant, iugis oratio, psalmodia, vigilia, ieiunia, & alia exercitationes, Diuinorum contemplatio, atque ipsa viuendi ratio victu, vestitu, & loco, a reliquorum hominum communione iuxta nominis etymon distincta. Et Dionysius Areopagita cum Monachos constituisset superiores quidem plebe, clero vero inferiores, sed qui propter vitæ puritatem proxime ad functiones Ecclesiasticas accederent: & illorum statum, vitamq. adscripsisset, testatur ab Apostolis vocatos esse Therapeutas à legitimo Dei cultu & contemplatione, cui vni totos se dedebant, & monachos dictos ab indiuidua illa & singulari vita, & à rebus alijs separata, quam profitebantur. Præterea apud eundem Dionysium vniuersus ille Consecrationis Monasticæ ritus, secessionem hanc & separationem, ac transformationem in vitam vnicam, & Dei contemplatricem designat. Extant

A Extant hæc de re plurima Patrum decreta apud Gratianum, & apud Iuonem. Ex Concilio quidem Niceno Canon sexagesimus primus inter Arabicos legitur. Vt Monachorum conuersatio iuxta ipsorum nomen à reliquis sit discreta: In Chalcedonensi autem cap. 4. Monachorum vita oratione, ieiunio, quiete, & clausura definitur, Hieronymus vero ad Riparium, ad Paulinum, ad Heliodorum, ad Rulticum, & ad Desiderium, solitudinem, orationem sine intermissione, vigiliis, laborem manuum, Diuinorum contemplationem, ac vitam pœnitentem ex Apostolico instituto prorsus ab alijs seiunctam, & pro eorum nominis ratione singularem, propria illorum esse docet. Ad eundem quoque modum Monasteriorum instituta describit Chrysostrus: Domus (inquit) luctus sunt Monasteria, vbi cinis, atque cilicium, vbi solitudo, ieiunia, terrenorum duritia seculorum, nullæ ibi perturbationes, nullæ curæ, tranquillo nempe in portu nauigant; alta ibi quies, & silentium. Et pleraque alia quæ de Hymnodia Psalmorum, canticis, & scripturarum studijs elegantissime persequitur. Quæ eadem commemorat Augustinus libro de moribus Ecclesiæ Catholice; ac de opere Monachorum. Extant item Alctetica Pachomij, & Basilij, quæ hæc confirmant. At vero Presbyterorum, & Religiosorum sacerdotum illa propria officia sunt ex ipsa Christi institutione, vt saluti hominum procurandæ tamquam coadiutores Dei incumbant, disciplina morum, & doctrina Fidei alios ædificent, verbis ministerio, sacramentorum administratione, vita exemplari, & oratione populo profint; denique (sicut à Dionysio traditum est) vt purgent, illuminent, & perficiant alios: quæ actiones propriæ sunt Ecclesiasticæ Hierarchiæ, quam Christus secundum exemplar illius cælestis in terris instituit, hoc est, vt legatione inter homines pro Christo fungerentur: & opus illud promouerent, quod Christi atque Apostolorum est, quodq. solum toti Ecclesiasticæ Hierarchiæ fuit demandatum: quam institutam à Christo Domino accepimus ad retinendam doctrinam ab eo traditam puritatem, atque ad excitandos & iuandos homines, vt æternam salutem consequantur. Quæ cuncta adhuc clariora sunt ex Euangelicis, & Apostolicis libris; atque ex ipsa Patrum canonica institutione, vno ore dicentium, Ordinem vniuersum Sacerdotum vni huic operi consecratum fuisse, vt ab omnibus alijs curis liber, & immunis esset; ne qua re impediri, vel retardari posset ab eo ministerio, quod principem locum in Ecclesiâ Dei tenet. Ac quidem Gregorius Nazianzenus quid addat Presbyterium ad Monachismum, quæ & quales virtutes in eo requirantur, qui tractaturus est de æterna animarum salute, grauiissime & eleganter describit.

B Vtriusque autem huius vitæ Sacerdotalis, & Monasticæ status, & officia plerique Patres inter se contulerunt, vt Chrysostrus, & Nazianzenus: Sed Ambrosij testimonium audiant viri pij. Is enim scribens ad Vercellenses, cum commemorasset Eusebium ex Monacho creatum Episcopum, vtriusque simul vitæ exercitationes retinuisse, vt in ciuitate positus Monastica instituta seruaret, & Ecclesiam regeret ieiunij sobrietate, ita demum de vtraque vita subiunxit. Hæc duo in attentiore Christianorum deuotione præstantiora esse quis ambigat? Clericorum officia, & Monachorum instituta, ista ad moralitatem, & comitatem disciplinæ, illa ad abstinentiam assuefacta, atque patientiam, hæc velut in quodam Theatro, illa in lecreto; spectatur ista, illa absconditur: idèo bonus quidam athleta ait. Spectaculum facti sumus; hæc vita in stadio, illa in spelunca; hæc aduersus confusionem sæculi, illa aduersus carnis appetentiam; hæc subiiciens, illa refugiens corporis voluptates; hæc gratior, illa tutior; hæc se ipsam regens, illa semetipsam coercens; vtraque tamen se abnegans, vt fiat Christi. Et post pauca. Hæc ergo dimicat, illa se remouet; hæc illecebras vincit, illa refugit; huic mundus triumphatur, illi exultat; huic mundus crucifigitur, & ipsa mundo, illi ignoratur; huic plura tentamenta & ideo maior victoria, illi infrequentior lapsus, & facilius custodia.

C Sic etiam inter laudes Athanasij hanc non in postremis connumerandam docet

Nazianzenus de laudibus Athanasii.

In oratione funebri ad Basilium.

Gregorius Nazianzenus, quod actionem tranquillam, & actuosam tranquillitatem consociauerit, & perualum suo exemplo fecerit, monasticae vitae professione, potius morū grauitate, quam corporis secessione imitari atque exprimi posse. Rursum idem Theologus scribit, Basilium primum excogitasse solitariam vitam Monastico cultu traducere; Cum solitaria (inquit) vita, & ciuilibus, ut plurimum, inter se diffiderent, neque vtraque omnino vel commoda, vel incommoda sua pura, & immixta haberet, verum illa quidem tranquillior esset, magisque sedata, Deoque coniungens. E contra haec occupator quidem, & fructuosior, verum à tumultibus minus libera, praclare eas inter se reconciliauit, ac permiscuit: pietatis quidem gymnasia, & Monasteria extruens, non tamen longo intervallo remota ab ijs, qui simul viuunt, nec veluti muro quodam distinguens: ut nec contemplatio communicationis expers esset, nec actio tranquillitate, & contemplatione careret: sed quemadmodum terra, & mare, ita etiam haec duae vitae commoda sua inter se communicantes ad vnicam Dei gloriam concurrerent. Hoc igitur Basilij studium, & inceptum, quos in posteriorum Religionum institutione progressus fecit in eandem instituto ad suum finem peruenisse videamus; nam Monastica disciplina, & Sacerdotii virtutes, & utilitates ita vnus vitae communione permixtae sunt, ut verae illius solidae virtutes, atque utilitates Sacerdotij ministerijs, & exercitatione extra vmbra, & solitudinem positae, illustriores fiant, & quam maxime fructuosae. Quippe Sacerdotij ministeria religiosi virtutibus adiuta, tranquillitatem animi, & puritatem non impediunt, sed potius perficiunt, & oratione, ac Diuinorum contemplatione quasi accensa, feruentius, & cum vberiore animarum fructu exercentur. Vnde item fit, ut aliorum utilitas cum propria utilitate coniuncta semper sit, nam in omni ministerio, & actione ad renouationem spiritus perpetua veteris hominis mortificatione, ad augmenta virtutum, ad maiorem Dei gloriam Religiosorum ordinum Auctores, & Duces semper aspirarunt.

QUAM DIU ET QUANAM RATIONE OLIM
instituebantur qui in Religiosas familias petebant admitti. Agitur
de Nouitiatu diuerso pro varia hominum ratione
vel temporum ipsorum.

Caput. III.

Cassian. De instit. lib. 4. cap. 32. 33. De instit. lib. 4. c. 3. & 36.



VM tempus probationis & Nouitiatus vnà cum ipso Religionis statu institutum sit ad explorandum qua propositi constantia, quouue quisque ardore mentis sit religionem suscepturus, ac pondus huius professionis melius intelligere & reperiri possit; constans hoc fuit primorum illorum Patrum consilium, ut admittendi probarentur, diutissimo ac difficillimo examine, ne facile suscepta professio, facile etiam & cum graui scandalo desereretur. Quare renunciaturus sacculo (ut auctor est Cassianus), primo multis diebus pro foribus Monasterij excubans omnium genibus aduolutus & despectus, perseverantiae & humilitatis experimentum aliquod dabat: deinde anno integro inseruire illum in Xenodochijs peregrinis oportebat, priusquam congregationi reliquorum Fratrum adnumeraretur: postea demum Fratrum numero adscriptus, alijs obedientiae & tolerantiae experimentis exercebatur sub disciplina alicuius senioris: donec profectus illius, & conuersationis virtus multis, & longissimis probationibus explorata, euidenter agnita esset, & vsque ad hoc tempus vestimenta saecularia, quibus indutus ad monasterium venerat, seruari solita fuisse tradit idem Cassianus, ut si tandem iudicio seniorum satisfaceret, illa pauperibus distribuenterentur: sin minus, exutus veste Monastica, & saeculari rursus indutus, è congregatione Patrum

A fratrum dimitti posset. Eo igitur tempore signum erat Candidatum religionis tum denique Monasticae insignibus initiari, & professionem facere; Neque vero ex hac Patrum traditione vllum professioni tempus praefixum colligitur, quippe quod possum erat in iudicio Maiorum post primas illas religionis exercitationes; Quam rem nec eo dummodo, neque ea mensura temporis fieri posse ratio euidenter demonstrat; rationi enim consentaneum est, ignotos, siue tenerioris aetatis, quorum inconstantia suspecta est; vel grandiores ob vitae antea vitia diutius, & difficilioribus esse probandos; Maturiores autem, & qui in virtute progressus aliquos fecerunt, facilius ac breviori tempore in probationibus versatos, ad professionem esse admittendos. Scribit autem idem ipse Ioannes Climachus Isidorum quemdam primarium ciuem Alexandrinum, quod esset ingenio aspero & intractabili, totos septem annos pro foribus Monasterij probatum, priusquam dignus iudicatus esset, qui Monasterium intraret. Et Basilium, quem Magistrum huius exercitationis Beatus Benedictus agnoscit, in Regulis suis disputatis, interrogatione X, nullum tempus Nouitiatus praescribit; sed hoc in Superioris facultate positum relinquit, ut facilius probentur, qui in superiori etate studiose vixerint diutius: quorum autem inconstantia suspecta sit, iis adhibendum censet temporis spatium, ut grauioribus experimentis de illorum natura & perseverantia periculum fiat. Rursum interrogatione XV. cum docuisset pueros tenerioris aetatis in Monasterio recipi debere, quem morem Patres in Eremo religiose obseruauerunt, & modum praeterea tradidisset, quo instituendi separatum & informandi essent professionis tempore, illam in vniuersum regulam tradit, firma tamen aetate, & ratione probe adulta ad professionem virginitatis admittendos, & multo dierum dato spatio his, qui sic initiandi sunt, ad deliberandum de hac re, ut quid sibi expediat seorsum positi, secum constituant. Isidorus quoque Hispalensis, qui in gratiam Monachorum Occidentis regulam vitae Religiosae ex Patrum veteri disciplina collegit, eadem fere scribit quae ex Cassiano retulimus, ut generatim apud hos Patres, qui Monasteriorum Orientis, & Occidentis mores litteris prodiderunt, nullum certum tempus probationis agnoscas; quamquam in ipso Oriente apud Tabennios, qui peculiarem quamdam vitae rationem à reliquis Monachis variantem Pachomio magistro, ac duce acceperunt, totum triennium pro Tyrociniis religiosorum praescriptum legimus. Floruit hic Pachomius sub Constantino Magno, pater innumerabilium Monachorum, & in insula quadam, quae Tabenna nominata est, aeterna tradidit, & regulam vitae huius suis Tabennensis conscripsit, quam ab Angelo eum accepisse plerique Ecclesiastici Auctores tradunt, & in summo honore apud Monachos Orientis fuisse Hieronymus est auctor, qui eam regulam latinam edidit. Is igitur vir tantus Religiosae vitae Dux in ea regula, quam Angelorum ministerio edoctus fuerat, illud in primis statuit: ne quis ad aliorum contubernium admitteretur, nisi post Nouitiatus triennium, quo tempore Nouitii paululum mutato habitu difficilioribus operibus exercendi essent, & probandi, num in studio Religionis perseveraturi essent, & certamina vitae spiritualis retinere possent. Ego vero illud crediderim; hoc tempus triennii probationis pro his tantum institutum, qui a adulta aetate ad Monasterium venirent: pueros enim, quos tenera adhuc aetate in Pachomii Monasterijs nutrirunt, & ad disciplinam informari, ex gestis ipsius, & regula ipsa constat diutius esse probatos, ratione manifesta conuincitur. Hanc autem regulam Pachomii imitatus est Iustinianus Augustus qui authentici. colla. 1. tit. 6. inter alia de Monachis sic statuit: Sancimus ergo sacras sequentes regulas eos qui singularem conuersationem profitentur, non prompte mox à Reuerendissimis Praefulis venerabilium Monasteriorum habitum percipere Monachalē, sed per triennium totū, siue liberi sint, siue serui, expectare, nondum Monasticū habitum promerentes, sed tonsura & veste eorum uti, qui Laici vocantur, & manere Diuina addiscentes eloquia; & Reuerendissimos eorum Abbates requirere, vnde eis desiderium vitae singularis accesserit; ne forte illa maligna occasio ad hoc eos inducerit,

K k 3 rit,

rit, experimentoq. percipienda est eorum tolerantia & honestas; non enim est facilis vitæ hominum mutatio.

Citatur nouella hæc Constitutio Iustiniani à Photio in Nomocanone 4. 11. cap. 3. ab Iuone Carnotensi p. 7. c. 153. Eadem fere statuit idem Augustus nouella 123. c. 52. quam Constitutionem, quæ de his loquitur, qui ad Monasterium nondum cogniti veniunt, habemus apud Burcardum l. 8. c. 20. & Iuonem p. 7. c. 41. sub nomine Toletani Concilij Quinti. Apud Gratianum verò 17. q. 2. c. si quis incognitus: sub nomine Bonifacij Papæ: Tria igitur hic adnotanda sunt, quibus à Iustiniano triennij huius institutio grauissime confirmatur. Primum, diligenti, & longo examine explorandam esse eorum vocationem, qui Religionem cupiunt, quo nimirum spirituducantur, quemve ad scopum tendant; ex fine enim Religiosi, & vocatione futuræ vitæ ratio sumenda est. In qua re quiuis error grauissimus esse solet: Deinde certum periculum facere, de illorum patientia & honestate, quæ duo maxima præsidia sunt vitæ Religiosæ. Tertium non esse facilem hominum mutationem. Et facile quidem est in oculis Dei subito honestare pauperem: At si pronuntiandum, vel iudicandum est ex his, quæ frequenter accidunt, multum est assueta relinquere, difficileq. à seculari vita ad Religiosam firmo, & constanti pede transire: Ita vt in eo, quod semel aliquis coeperit, nec desitutor, nec tepidus postea futurus sit. Illud præterea in hac constitutione interim animaduertendū est, Iustinianum, cum sacras regulas in his Nouellis dicit, eas semper intelligere, quæ vel ab Apostolis, vel ab Apostolico sæculo tradita sunt. Quare hanc triennij institutionem antiquiorem Pachomio existimare possumus: & valde verò simile est, in Monasteriis à Sancto Marco Alexandria institutis eam Apostolico illo sæculo viguisse. Iosephus enim de captiuitate Iudaica apud Esseos hunc morem fuisse scribit, vt candidatis disciplinæ suæ non statim pateret aditus, sed triennio primò probatos, & de illorum perseuerantia fide facta ad communem congressum, & conuictum Sacramento prestito admissos: sub Esseorum verò nomine Philo vitam Monachorum B. Marci scripsit in libro de Vita contemplatrice; cuius meminere Hieronymus, & Eusebius. Conferat prudens Lector Iosephum cum Philone, & vtrumque eorumdem vitam scribere comperiet. Pauca quidē excipio, quæ Iosephus ex Iudaica superstitione in suo libro interfert. Sed quoniam in Esseorum nomen incidimus, placuit hoc obiter annotare: Essei siue Iessei primi exercitatores huius vitæ Religiosæ, Epiphanio Auctore, à IESV nomine vocantur à Iassa Hebræa voce, quæ salutem & curationem significat, à cuius vocis significatione Therapeutarum Græcum nomen impositum est, quo Monachos ab Apostolis vocatos testatur Dionysius. Idem ergo nomen Iesseus & Therapeuta à IESV nomine desumptum est, & vtroque idem Religiosorum institutum significatur.

Eccles. 11.

Triennij nouitiatius

Cap. 12.

Hæresi 29.

de Eccles. Hier. c. 6. Euf. lib. 2. cap. 17.

Probationis tempus annus 53 legè apud Iuonem p. 10. c. 124.

19. q. 3. ca. Monasterijs.

Biennium probationis.

Nota
Iosephus

Nota

A sociari, quis possit dicere quanto sit grauius ad Dei seruitium improbatos applicare? Hactenus Gregorius. Cuius testimonio vides pro varietate hominum varias probationes institutas: Nam milites triennio probantur, quod à militari vita ad Religiosam difficilis sit mutatio; Aliis verò annua probatio iure communi instituta satis est. Præterea Trullana Synodus, cum nonnulla de Monastica vita statueret, de Anachoretica & solitaria illud deffinit. Quadriennio toto multis modis in Monasteriis probatos, & accedente Episcopi examine, & iudicio ad illam admitti posse. Sed hæc Trullana deffinitio laxior est, vt sunt pleraque alia, quæ in Canonibus huius Synodi continentur. Illa verò, Isidori libro de Officijs Ecclesiasticis secundo, seuerior, & antiquior, Patrū gestis, & huic institutioni magis est cõsentanea. Sic enim habet. Anachoretæ exercitatione Cœnobiorum probati in omnibus Monasterij disciplinis per viginti annos ad hanc contemplationem per obedientiam obligantur; quoniam enim Anachoretica vita difficilis esset, propterea viginti annos illam præmeditari in Monastica disciplina necesse erat, & tam longa probatione ad arripiendum hoc vitæ genus præparari.

Can. 41. Anachoretica, & solitaria vita quid.

De ætate autem illorum, qui Religionem ingressuri essent, diuersa probatione, aut temporum, aut locorum tradita sunt. Et quamquam in vniuersum pueri tenera adhuc ætate Monasteriis à parentibus oblata sub Religiosa disciplina nutriebantur, non tamen à patribus vno modo deffinitum accepimus, qua ætate illis Religionem ingredi liceret; Extat Concilij Romani sub Syluestro primo Decretum, quo, postquam de ea ætate, qua Virgines consecrandæ sint, cautum est, de Professione Monachorum sic decernit.

Ætas admittendum. 20. q. 1. & 2.

c. 10.

C Nulla vero schemata Monachorum oportet fieri ante vigesimum quintum annum propter scandala, & vt xxv. anno, euacuato iam omni seruore diaboli, inueniat sibi mundum vas Spiritus sanctus. Multa quidem in hoc Concilio obscure traduntur, variæq. sunt lectioes, sed huius loci sensus planus est, ne vllus videlicet induat habitum Monasticum ante vigesimum quintum annum, hoc est, professionem faciat; hanc enim vocat Concilium schemata Monachorum. At & supra dictum est, ex Pachomio, & Iustiniano, probari olim consueuisse Nouitios veste Laica, aut parum distincta; atque inde forsan in Religiosis familijs distinctio habitus Professi, & Nouitij introducta est, cum veste Laica probarentur, & alia veste, id est Monastica & Religiosa, professio fieret: cuius rei meminit etiam Dionysius. Sed ad Decretum Romanum quod attinet hac ratione vigesimus quintus annus statuitur. Propter scandala, inquit, euitanda, atque vt ætas adolecentiæ lubrica & efferuescens, tam longa, & tam matura probatione comprimeretur, nullumque periculum esset ad sæculum cum scandalo redeundi, quod eo tempore, cum Ecclesia Christi adhuc inter gentes versaretur, maxime timendum erat. Gregorius autem Magnus posteriore sæculo, quo adulta iam erat Ecclesia, prohibuit quemquam ad Religionem admitti ante decimum octauum annum, non quidem in vniuersum, sed his tantum in locis, vbi est durior Congregatio Monachorum, vt in Insulis: quamquam ætatis mensuram Patres Concilij Oxoniensis generalem in omnibus Monasterijs esse voluerunt, nisi euident vtilitas aut necessitas aliud suaderet: Et Cardinalis de Turrecremata testatur hoc ipsum petatum esse in Concilio Basiliensi. Marcellus vero Papa his, qui in minori ætate Monasterijs oblata sunt, si quinto decimo ætatis anno permanere professi fuerint, redeundi ad sæculum licentiam denegat. Quanta igitur hæc varietas, vt pro ratione temporum, locorum, ac personarum, à vigesimo quinto ad decimum quintum deuentum sit. At illud sextæ Synodi numquam vsu Rom. Ecclesiæ receptum est, decem annorum tempus ad amplectendam vitam Monasticam sufficere. quamquam in potestate Episcopi sit diutius expectare, si ita conuenire iudicauerit. Verum est, quod Leo Aug. (auctore Theodoro Balsamone) hunc Canonem ita temperauit, vt vndecimo ætatis anno ingredi Monasterium liceret, sed ante sextumdecimum tonderi prohiberit, & ante quintumdecimum testamētum condere. Quæ Constitutio æquior est.

Schemata Monachorum. Ita legit Ayala de tradit. voto contin.

Item Iouenrius in summa. D. de Reg. c. ad nostra. c. super eo. c. 6. Eccles. Hier.

Vide Philon. vbi de habitu candido Iesseorum.

Ante 18. annum ne quis ad Religionem admittetur c. 40. temp. Greg.

Ætatis annus 15. ad profess. Pro ratione temporum loc. & perso. variata est. p. fessio.

Ætatis 15. anno poterat ingredi sed non tonderi vsque ad xvj.

Multa

Ius commune de etate.

Conc. Trident. De virginib. Nouitijs & professis 1. ad Timo. 5. 20. q. 1. Inueniunt. 27. q. 1. Diaconissam.

1. Timot. 5. Anni xxvij probationis. c. 10.

Ita legit Ayal. vbi supra. Ritibus vngendi verticem virginis profectis.

Quando breuiabatur tempus professionis.

In Conc. Mileuit. ca. 26.

In Cartag. 3. can. 4.

In Afric. ca. 127.

In Turon. 2. can. 21.

In Turon. 3. can. 28.

In lib. 1. capitularium Carol. 107. Can. 18.

Tempus aliud admittendarum virginum. Can. 19.

Nota


Causae cur differatur vel contraheretur tempus probationis.

Multa vero in Concilijs Toletanis traduntur, quae consulto omittimus. De Monachis hoc addo. Cum quartus decimus annus aetatis iure communi ad professionem faciendam satis esset; nunc Concilij Tridentini Decreto sextus decimus requiritur. Hanc porro varietatem in virginum consecratione & velatione contigisse paucis monstrare possumus. Diaconissae ad Catechesim foeminarum, & ad alia quaedam Ecclesiastica olim eligebantur. sexagenaria vero iuxta praecipuum Apostoli. De virginibus eligendis ad sanctorum ministerium; quod praecipuum secutus est Gregorius cum hac aetate, id est sexagenaria, virgines Abbatissas consecrari praecipuit. sed Concilium Chalcedonense c. 15. ad Diaconissarum creationem quadragesimo aetatis anno diligenti praecedente probatione fieri statuit; cuius varietatis causam sexta synodus notat, quod vegetiore facta Ecclesia, & Paganorum metu sublato, minus periculi timendum esset. At vero in virginum velatione Patrum concursus sententia est, virginem non velandam, nisi multo tempore probata iam pudicitia, ne quod scandalum pateretur Ecclesia Dei propter adolescentularum leuitatem, ne qua occasio daretur aduersario maledicti gratia, si quaedam post satanam retro abirent, vt Apostolus monuit. Extat Canon Concilij Romani, sub Syluestro primo. Ne vllus Episcopus virginem sacratam benedicat, nisi eam probauerit per viginti septem annos; quia ibi probatur pudicitia vera, si per tot annos eam custodierit. Post vncta vertice introducatur ad nuptias Christi. Haec tenet Syluestri canon. Sed illud frequentiori Patrum consensu definitum est, velari posse virginem vigesimo quinto aetatis anno, situmque esse in potestate Episcopi propter periculum pudicitiae, aut si ita exigent vel parentes, vel tutores, aut si immineret mors, ne sine gratia professionis decederet, hoc tempus minime expectandum. Habetur haec definitio in plerisque Concilijs. Et ita definitum est a Pio primo 20. q. 1. cap. virginum. Ibidem Gelasius c. deuotis. Et in hoc Decreto illud obiter adnotatur: Gratiam Professionis a Gelasio cum gratia Baptismi conferri. statuit enim sacrum velamen virginibus imponendum, aut Epiphaniarum die, aut festis Paschalibus, nisi (propter mortis periculum, ne sine hac gratia decedant,) hoc tempus sit expectandum, sicut (inquit) in Baptismo, qui statis sollempnibus diebus celebrandus est, sed morte imminente, ne quis sine gratia decedat, quocumque tempore fieri potest. Refertur inter canones Basilii, virginem ad professionem admitti posse decem & septem annos natam, non tamen passim, sed eam cuius diu examinata & probata fuerit perseuerantia, & vt admittatur, multis precibus contenderit.

Denique Aurelianensis synodo statutum est, virgines illas triennio esse probandas, quae inclusae perpetuo non tenentur. Atque haec tenet de veteri Monachorum disciplina, ac de variis probationum institutis dictum sit, ex quibus hoc plane colligitur; antiquiores huius vitae Duces & Institutores in hanc vnam rem totos incubuisse, vt Tyroneo spiritu atque his Dei donis praediti essent, quibus professioni, quam suscipiuri erant, plene & cumulate satisfacerent, in hac re examinanda eo diligentius & prolixius vacasse, quo aut ardua magis, aut difficilior foret professio, aut ipsi propter aetatem, aliave antea vitae impedimenta, minus maturi, minus idonei, minusque explorati essent. Et propterea in Antistitum, Episcoporumque iudicio totum hoc positum esse, qui de vniuscuiusque vocatione & profectu iudicarent, & an ad illam spiritus mensuram peruissent, quae professioni par esset.

QUAENAM POST TRIUM VOTORUM, & aliarum Regularum obseruationem praestat vt Religiosi doceantur. Caput 1111.

ESTANT alia, quibus si Nouitiorum animi praemuniantur, ingen- tem sibi tranquillitatem, Ordinibus autem religiosis vtilitatem parient. Haec sunt iudicium, atque discretio: charitas: religio: notitia denique rationum earum, quibus calumnias aduersantium, aut Religiosae Vocationi obstrepentium depellant: quales sunt, qui Ob-



A. dientiam caecam condemnant: qui item contractum claudicari asserant, si quis iuri suo renunciet, seq. totum iis regendum sic tradat, vt etiam ab iis dimitti possit, ac si qua eiusmodi sunt alia, de quibus optimi Theologi egerunt, quos suo loco indicabimus.

Nota

Quod ergo ad discretionem spectat, stupidi, aut obscuri esset iudicii, si quis cogitaret, quoniam religiosae vitae sese addixisset, ideo non curandum esse magnopere, quoniam modo cum proximis, ac praesertim cum fratribus, hoc est, qua charitate, dexteritate, ac prudentia sese gereret; Quare libri quibus de discretionem agitur perlegendi sunt attentè, animiq. Nouitiorum prudentibus monitis, atque interrogationibus identidem roborandi, vt sciant primum homines esse se, nimirum quibus ratio insit, quae propria vis, naturaque nostra est, cuius rationis vltus si delit, nemo quantamcumque exteriorum deuotionem praesferat, euadet alius, quam aut perparum vtilis, aut certe quasi truncus, & stipes: sane vero religiosis domibus, qui hoc iudicii dono caruere, plurimum sapissime incomodarunt; dum videlicet, cum rerum imperiti, ac rudes ad religionem venissent, illico res pro suo modulo non metirentur, plusque aequo auditi sunt, vel ipsi temere, atque inflato animo Seniorum iudices ausi sunt esse.

Porro iudicium, & discretionem mirifice charitas iuuat, quae facile sentitur, num in corde haereat, si cogitetur, num ex amore, an odio: ex inertia, an solertia; ex studio discendi, an ex tumore, & indignatione subdendi se iudicemus, cogitemus, loquamur, operemur. Charitatis autem, etsi, quoniam ipsius modus est sine modo, certa lex praescribi non potest, maximè tamen excitatur, ac quasi illustratur, & rerum particularium doctrina, & declaratione, ac propriis Auctorum libris, qui de ea egerunt, nec non peritatis huius circumstantiis Regularum rectè expositis, & inuicem collatis, aliis denique huiusmodi, (vt ita dixerim) directionibus, quae nec semel, neque obiter sunt tradendae.

Nouitij igitur, cum vel de maioribus, vel de reliquis Patribus, ac Fratribus, aut item de saeculi hominibus cogitant, instruendi sunt accuratissime, vt ad iudicium charitatem, ad charitatem autem, atque iudicium perfectionem Religionis, tamquam optimum condimentum adhibeant. Haec enim adiunctae iudicio, & discretioni fructus vberimos ferunt: Quemadmodum fit, cum intellectus veritate aliqua apprehensa, in ea non sinit sese, sed voluntas item excitatur, mouetur, atque roboratur ita, vt speculatio in rem, & praxim conferatur: hoc vero tanti momenti est tam in superioribus, quam in subditis, vt dicere non dubitem, quin ex hac discretionem potissimum pendeat tutissima Religionum directio.

Nota

Quin & maximi momenti fuerit Nouitijs, si non tam ad meditandum, quam ad imitandum sibi proposuerint ipsam Christi Domini vitam; & quidem non solum in reliquis, verum etiam in eius cum hominibus conuersatione. Ecquanta enim sunt, quae Aeterna illa Patris Sapientia ad captum nostrum sese accommodans, vt omnes e peccatorum laqueis eximeret tamquam radios suae bonitatis, vbique iaciebat? nimirum, quod cum hominibus circumspectissime agens, & his liberi arbitrij ius relinquens, neque eos coegebat vquam, nec tamen sine ipsorum consensu sanabat.

Sed & permagni momenti fuerit, vt re ipsa Religiosi initio doceantur assuescere, ne quid in seipsis statuunt, sed neque procliuus sint ad quicquam de aliquo credendum, ni prius rem optime intellexerint, omnibusque rationibus eruere veritatem quaesierint, siquidem hoc ad eos spectauerit. Cum vero Christus Dominus ipsissima sit Via, Veritas, & Vita, ad huius item examen tamquam ad pondus Sanctuarij pendenda sunt & nostra, & aliena, vel facta, vel cogitata.

Ac quoniam eam mentem Religiosus status aliquibus potest iniicere, qua vel homines saeculares non admodum aestimentur, quasi illi in fluctibus agitentur, nos in portu nauigemus; vel quasi nudae ceremoniae habeantur si, qua decet humanitate, ac mansuetudine nos erga illos, aut inter nos praestemus, propterea ipso opere docendi

cedi

Nota
 cendi erunt, vt quæ agunt, ea sine strepitu, sine animi tristitia, sine spiritu timoris, sine audacia, aut eo vitio, quod sapiat impudentiam, operentur in verendis cubilibus, in claudendis portis, in qualicumque opere faciendo. Si quid enim inconsiderate agunt, quod rurorem excitet, intelligant id posse esse impedimento eorum, qui vel Deum orant, vel ad conciones sese parant, vel decumbunt ægroti, vel si quis in palæstra religionis recentissime admissus aliquo modo turbetur. Quod ipsum intelligendum est, si quis altiore voce orationes fundat ad Deum, si recitans priuatim officium alius cantet; si cum seniores comitatur, vel cum externis comedit, vel alios religiosos alloquitur, si scribit, aut agit, serio ne, an circumspecte tamquam Domini opus faciat; hæc enim omnia miram iudicio recte formando, atque allucindis ad Dei amorem aliorum animis notitiam afferent.

Nota
 Iam quæ de obedientia cœca solent obijci ab iis, qui virtutis istius vim haud gustarunt, docendi sunt à Scriptura, à Patribus, à Miraculis, eam maxime commendari. Nihil vero aliud cœcæ obedientiæ nomine intelligi, nisi obedientiam puram, perfectam, ac simplicem, sine discussione eius, quod imperatur, vel causæ, cur imperatur, & solo contentam, quod imperatur, nisi videlicet quod imperatur peccatum esse constet, sic enim Ioannes Climachus cœcam nominauit. Est autem hæc ratio subiiciendi proprii iudicij, ac sine vlla quæstione suscipiendi quicquid superior iusserit, non solum Sanctis Viris vsitata, sed etiam perfectæ Obedientiæ studiosis imitanda omnibus in rebus, quæ cum peccato, manifesto coniunctæ non sunt. Nā quicquid (ait Bernardus) vice Dei præcipit homo, quod non sit certum displicere Deo, haud secus accipiendum est, quā si præcipiat Deus. Nec vero repugnat perfectæ obedientiæ, si quis id, quod sibi forte occurrit contra Superioris mandatum, eidem Superiori cum debita reuerentiâ, & humilitate proponat, modo paratus sit voluntatem, & iudicium suum cum eo conformare, quod iudicat, & vult is, quem loco Christi habet.

Nota
 Hanc autem obedientiam ex Diuinis litteris Basilius, aliiq. Patres deducunt, si quidem Scripturæ passim docent obediendum esse Prælati, ac Præpositis, non secus atque ipsi Domino, modo non constet contrarium esse Domino, quod iubent Prælati. Qui vos audit (inquit Christus) me audit. & Paulus. Obedire Dominis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, & alibi. Quodcumque (ait) facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus, Domino autem perfectam, simplicemq. atque adeo cœcam obedientiam deberi ab hominibus, vt non quarant cur aliquid eis præcipiatur, contenti, quod præcipiatur, nec vllus negare audebit, & Scripturarum exempla id manifeste docent. Reprehenditur enim Eua, quæ Satanam dicentem, Cur præcepit vobis Deus, &c. non continuo est auersata, vt notant Chrysostronus, & Bernardus. Abraham è contrario mirifice laudatur, quod iussus egredi de Terra sua, & migrare in alienam Regionem, & rursus vnicum filium proprijs manibus immolare sine vlla tergiversatione, aut mandati discussione, promptum se obtulerit ad obsequium.

Nota
 Hanc eandem perfectam, simplicemq. obedientiam summo consensu Sancti Patres docuerunt, atque ij præsertim, qui varijs temporibus, aut ordinum religiosorum Duces extiterunt, aut in eisdem ordinibus insigniter claruerunt. Basilius, qui Monachorum in toto Oriente Pater, Monachi (inquit) libentissime, & diligentissime obtemperant suo Præposito, nec ab eo eorum, quæ sibi imperantur, rationem reponant, & alio loco ait, Quemadmodum Pastori suo oves obtemperant, & viam quæcunque ille vult ingrediuntur, sic qui ex Deo cultores, cultores pietatis sunt, moderatores suos sequi debent, nihil omnino ipsorum iussa perferentes, quando libera sunt à peccato. Et infra obedientem cum instrumeto fabrorum comparat, quod non sibi eligit opus, quod faciat, neque fabro vlla ratione resistit, sed absque vlla discussione, aut resistetia simpliciter se moueri ab opifice sinit ad quod ille voluerit.

Nota
 Hieronymus Pater Monachorum, Præpositum (inquit) Monasterij timeas vt Dominum, diligas vt Parentem, credas salutare quicquid ille præceperit, nec de maiorum

Lucæ 10. Ephes. 6. Coloss. 4. Gen. 3. Chryf. homil. 16. in Gen. Bernar. in ferm. de S. Andrea. Gen. 12. & 22. Basil. in Const. Monast. cap. 20. & sequentibus. Bened. in Reg. cap. 5. Bernard. in tractatu de præcept. & dispensatione. Vincen. tius in tractat. de vit. spirituali c. de obedientia. Bonau. in specul. discipl. parte 1. c. 4. Basil. in li. Monast. const. c. 20. & 23. Hier. ep. ad Ruitic. de instit. Monachi.

A maiorum sententia iudicet, cuius officij est obedire, & implere quæ iussa sunt. Augustinus ex præcipuis Religionum Fundatoribus vnus, ait. Vt obedientia religiosi Deo sit acceptabilis, debet esse prompta sine dilatione, deuota sine dedignatione, voluntaria sine contradictione, simplex sine discussione, perseverans sine cessatione, ordinata sine deviatione, iucunda sine turbatione, strenua sine pusillanimitate, & vniuersalis sine exceptione. Qualiter nos audimus nostros Superiores, taliter nostras exaudiet Deus orationes.

B Ioannes Cassianus referens instituta Monachorum Aegypti, quorum Auctores fuerunt Sanctissimi Patres Antonius, Macharius, & alij, inter alia sic loquitur. Sic vniuersa complere, quæcumque fuerint à Præposito suo præcepta, tamquam si à Deo sint cælitus edita, sine vlla discussione festinant, & nonnumquam etiam impossibilia sibi imperata ea fide, ac deuotione suscipiunt, vt tota virtute, ac sine vlla cordis hæsitacione, perficere ea, aut consummare nitantur, & ne impossibilitatē quidem præcepti pro Senioris sui reuerentiâ mentiantur. Et alibi referens monita Sancti Pynuphij præclarissimi Abbatis ad Nouitium quendam se præserte data. Verū (inquit) & quartum hoc præ omnibus excole, vt stultū te secundum Apostoli sententiam facias in hoc mundo, vt sis sapiens, nihil scilicet discernens, nihil diiudicans ex ijs, quæ tibi fuerint imperata, sed cum omni simplicitate, ac fide obedientiam semper exhibeas, illud tantummodo sanctum, illud vtile, illud sapiens esse iudicans, quicquid tibi vel lex Dei, vel Senioris examen indixerit.

C S. Benedictus. Mox (ait) vt imperatum aliquid à Maiore fuerit, ac si Diuinitus imperetur, moram pati nesciunt in faciendo. Et paullo post. Non suo arbitrio viuetes, sed desiderijs, vel voluntatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio, & imperio in cœnobijs degentes.

D S. Gregorius Monastica professione, & magisterio insignis. Vera (inquit) obedientia nec Præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit, quia qui omne vitæ suæ iudicium maiori subsidio in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur operatur: nescit enim iudicare quisquis perfecte didicerit obedire, quia hoc totum bonum putat, si præceptis obediat.

E Ioannes Climachus. Dominus (ait) illuminat cæcos obedientium ad conuendendas Magistri virtutes, idemque eos excæcat, ne defectus videant, contra vero bonis omnibus infestus Dæmon facere conatur, & eodem loci inquit. Cum tibi cogitatio suggererit, vt Prælatum aut diuidices, aut damnes, ab ea, non secus, quā à fornicacione desili. Nec prorsus huic serpenti requiem præstes, non locū, non initiū, non ingressum. Loquere ad huiusmodi Draconem, atque eū his verbis incesse. O maligne seductor non ego iudicem meum iudicandum suscepi, sed ille mei Dux est.

Cæsarius Arelatensis, qui in florentissimo Monasterio Lirinensi ante annos nongentos vixit. Quicquid (ait) tibi à Senioribus fuerit imperatum, accipe tamquam de Cælo, sicut de ore Dei prolato, nihil reprehendas, nihil discutias, in nullo penitus murmurare præsumas, totum iustum, totum sanctum, & vtile iudica, quicquid tibi à Prelato videris imperari.

S. Ioannes Damascenus non oblectabatur in iis, quæ ipsi imperabatur, in lingua murmur non erat, nec vlla in corde disceptatio, hoc vnum in media mente, non secus atque in tabulis penitus exculptum, & incisum habebat, nempe, vt in omni negotio, & edicto sine murmuracione, & velut Paulus præcipit, sine disceptatione, quod imperatum est, faceret.

S. Bernardus. Siue Deus, (inquit) sine Homo mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendū est cura, pari reuerentiâ deferendū, vbi tamen Deo cōtra tatis indicium est, statuta Seniorum studiosus discutere, hæsitare ad singula, quæ iniunguntur, exigere de quibusque rationem, & male suspicari de præcepto, cuius causa latuerit, nec vquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit, quod forte libuerit, aut non aliter licere, seu expedire monstrauerit, vel aperta

S. Bonau. in opusc. octo collationū. cap. 3.
 Io. Cassia. lib. 4. de instit. renunciantium cap. 10.
 Io. Cass. cod. lib. c. 41.
 S. Bened. in Reg. cap. 5.
 S. Greg. li. 4. expositio. in li. 1. Reg. c. 4.
 Io. Clim. Tractat. de fuga inanis vitæ, gradu 4.
 Cæsari⁹ in homil. 2. ad Monachos.
 De quo Io. Patriarcha Hierosolym. in eius vita scribit.
 S. Bern. in tractat. de præcept. & dispensatione.

Bern. in sermo de conuers. Pauli.

aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Idem etiam Bernardus alibi ait. Felix coeciras, qua male quondam illuminati in prauaricatione, tandem in conuersione oculi salubriter excocantur. Et paullo post. Hæc dico charissimi, quia vereor, ne quis forte sit inter vos, qui solo se somnio præsumat illuminatum esse, nec iam æquanimiter patiatur ad manum trahi, sed ductorem sese profiteatur aliorum. Cui enim nec dum cura administrationis iniuncta est, cui nec dum credita dispensatio, cui nec dum præceptum, vt videat, & provideat his, qui apertos oculos habentes, nihil vident, quid hoc præsumere tentat, nisi quia meditatur inania, & quasi somnia vana sectatur?

Bonauent. in vita Prædicti. ca. 6. hoc refert.

S. Franciscus, cum quæreretur ab eo, Quis esset verus obediens iudicandus; corporis mortui similitudinem pro exemplo proposuit. Tolle, inquit, corpus exanime, & vbi placuerit pone; videbis non repugnare motum, non mutare situm, non reclamare dimissum; quod si statuatur in cathedra: non alta, sed ima respiciet; si collocetur in purpura, pallefcet. Hic (ait) verus obediens est, qui cur moueatur non diiudicat, vbi locetur non curat, vt transmutetur non instat, euectus ad officium solitam tenet humilitatem, plus honoratus plus reputat se indignum. Hæc ille.

Thom. in 1. 2. q. 1. 3. ad tertium. Bonaue. in Spec. discipl. part. particula. 1. cap. 4.

S. Thomas Aquinas. Subditus, inquit, non debet suo iudicio definire, sed in vnoquoque Superioris iudicio stare.

Ide in parte 2. opusc. & 2. part. multi Diuini amoris. Vmbert. V. Generalis ord. Præd. in epist. ad suos fratres de tribus. cap. 5.

S. Bonauentura. Illud (ait) optimum dixerim obedientiæ gradum, cum eo animo opus iniunctum recipitur, quo & præcipitur: cum ex voluntate iubentis pendet intentio exequentis. Numquam de maiorum sententia iudicent, quorum officij obedire est, & implere quæ iussa sunt.

Ibid. c. 6.

Ibid. c. 9.

Sed multo copiosius, & apertius de coeca obedientia differuit Venerabilis Vmbertus Quintus Generalis Magister Ordinis Prædicatorum in Epistola, quam ad suos Fratres de tribus Voris dedit. Sic enim inquit. Vt autè obedientia vestra Omnipotenti Deo sit acceptabilis, audeat quisque habere promptam sine dilatione, deuotam sine dedignatione, voluntariam sine contradictione, simplicem sine discussione, ordinatam sine deuiatione, iucundam sine turbatione, strenuam sine pusillanimitate, vniuersalem sine exceptione, perseverantem sine cessatione. Et paullo post. Quapropter Dilectissimi, sitis sicut aurum ductile, & quasi virga flexibilis, quæ recta, & curua redditur ad libitum artificis; sitis, vt Rotæ volubiles, quæ secundum impetum spiritus mouebantur: sitis vt iumentum apud Deum, cuius dorso indifferenter quælibet imponuntur. Et alibi. Tam simplex etiam sit obedientia vestra Fratres, & iniuncta sine discussione facientes, iudicetis de vestro, nec in minimo vos habere, nam quisquis intentionem præcipientis iudicat, bellum intrinsecus parat, per hoc enim, quod causas mandatorum, quas ignorat, discutit, in labyrinthum erroneum sese ponit.

MIRACULA obedientiæ Coecæ. Io. Casia. lib. 4. de Infit. renun. cap. 23. August. lib. de cura pro mortuis. ca. 17.

Io. Casia. lib. 4. c. 24. de instit. re. punc.

Seuer. sulp. primo dial. log. de virt. Oriet. Monachorum. Io. Clim. i tract. de fuga manis vite. gradu.

Deus item coecæ obedientiæ perfectionem sibi gratissimam esse testatus est: scribit enim Ioannes Cassianus, Sanctum Ioannem Abbatem obedientiæ merito, ad tantam Prophetiæ gratiam peruenisse, vt Imperator Theodosius non ante auderet bella suscipere, quam oraculis eius fuisset animatus, cuius rei meminit etiam Augustinus.

Seuerus Sulpitius mirabile refert exemplum simplicis obedientiæ de virga sicca, quæ ferè triennium à quodam, qui ad religionem recipiendus aduenerat, irrigata floruit. Quare inquit, Ego ipsum ex illa virgula arbulculum, quod hodieq. intra atrium Monasterij est ramis virentibus, vidi, quasi in testimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantum fides possit ostendens.

Ioannes Climachus, Achatium fuisse (inquit) iuuenem Summæ obediētæ, eamque omnino perfectam, ac coecam exhibuisse vsque ad mortem indiscreto, ac crudeli cuidam Seni, à quo sine vlla causa quotidie contumeliis, & plagis afficiebatur: post mortem autem vocanti se de sepulchro alteri cuidam Seni, ac dicenti, Achatii Frater, putasne mortuus es? respondisse in hæc verba, Et fieri quomodo potest Pater, vt moriar homo obedientiæ deditus?

Grego-

A S. Gregorius scribit, Maurum Sancti Benedicti discipulum ad Abbatis imperium tanto imperu simplicis obedientiæ cucurrisse ad Placidum adiuuandum, qui in Lacum deciderat, vt per aquam sicco vestigio, quasi per aridam ad iactum sagittæ iuerit, atque redierit: quod quidem miraculum post Petrum Apostolum, vt idem Gregorius ait, inuitatum Benedictus Mauri obedientiæ non dubitauit adscribere.

Greg. li. 2. dialog. c. 7.

An verò, vt homo homini obediatur, periculo se exponet peccandi in Deum? præsertim cum constet, Prælatum esse errori obnoxium, & falli, aut fallere posse? Hanc dubitationem proponit Bernardus, & soluit, respondens sic. Sed homines, inquis, facile falli in Dei voluntate de rebus dubijs percipienda, & præcipienda fallere possunt. Sed enim quid hoc refert tua, qui cõscijs non es? præsertim cum teneas ex scripturis, quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia Angelus Domini exercituũ est. Requiritur, dixerim, legem: non quam vel authentica vlla scriptura tradiderit, vel ratio manifesta probauerit: de huiusmodi quippe nec præceptor spectandus, nec prohibitor auscultandus est, sed quod ita latere, aut obscurũ esse cognoscitur, vt in dubium venire possit, vtrum nam Deus sic, aut aliter forte velit; si non de labijs custodientibus scientiam, & ex ore Angeli Domini exercituum certum reddatur, à quo denique Diuina potius consilia requiruntur, quàm ab illo, cui credita est dispensatio mysteriorum Dei? Ipsum proinde, quem pro Deo habemus; tamquam Deum in his, quæ aperte non sunt contra Deum, audire debemus.

DILVNTVR obiectio- nes. Bern. in li. de præcep. & dispensatione.

At dixerit aliquis, perfecta illa obedientia antiquitus feruori primorum illorum Regularium conueniebat, at nunc alia tempora, & mutati hominum mores, aliud forte postulant. Cui dicendum est, hanc fortasse obiectioem locum habituram fuisse, si initio nascentis Ecclesiæ obedientiæ huius perfectio, à Sanctis viris commendata, sæculis succedentibus à Religionum fundatoribus neglecta, vel repudiata fuisset. Verum cum initio per Antonium, atque Macharium, deinde per Basilium, Hieronymum, & Augustinum; postea per Cassianum, Ioannem Climachum, Cælarium, Benedictum, Gregorium, propioribus denique sæculis per Bernardum, Franciscum, Bonauenturam, Vmbertum prædicata, atque ab omnibus Religiosis Ordinibus probata fuerit, non est, cur suspicandum sit, eam hisce temporibus nostris non conuenire. Deinde si vitæ asperitas, altissima paupertas, silentij disciplina, orandi assiduitas, aliæque religiosæ virtutes, in nonnullis Religiosis Ordinibus, non minus hoc nostro sæculo laudantur, quàm antiquis temporibus laudarentur: nulla ratio est, cur non etiam obedientiæ exactissimæ obseruatio commendari debeat, cum obedientia institutis regularibus primum locum teneat, vt post omnes veteres Patres docuit S. Thomas.

Nota

S. Thom. in 2. 2. q. 186. art. 8.

At (inquit) periculosa forsan videbitur obedientia coeca, cum si ita religiosi Præpositis suis crediderint, fieri possit, vt Præpositus errores aliquot doceat, & hæreses occasione obedientiæ disseminentur, ac propagentur: Quod sane metuendum non est. Nam si hoc ex obedientia religiosorum metuatur, multo magis metuendum erit ex obedientia simplicium Populorum, qui Parochos, vel Episcopos suos audiunt, cū è suggestu concionantur. Quamuis enim non voverint populi obedientiam Parochis, vel Episcopis, tenentur tamen obedire Præpositis suis, eisq. subiacere, vt Apostolus monet, & obedientiã eisdẽ in his, quæ manifesta nõ sunt, exhibere coguntur, neq; enim discernere possunt homines rudes, verũ ne, an falsum, iustum, an iniustum sit, quod Parochi, vel Episcopi docent. Ac fieri quidem possent, vt Episcopus, vel Parochus aliquis clã hæreticus factus populũ seducere, & hæreses suas propagare tentaret, at non permetteret Deus, aut Pastorũ aliorum vigilãtia, vt is error diu lateret; patefactus autem, continuo Apostolicæ Sedis iudicio dånaretur. Ceterum sicubi Deo permittete, Populus Pastori suo facile credens, seducetur: Non ideo tamen Catholicus vllus docere auderet, dehortãdos esse populos ab obedientia Prælatorum, ac persuadendum iis, vt ipsi se Iudices Pastorum suorum

Nota

Objectio

Hebr. 13.

Nota

facient, & doctrinam, & iussa maiorum discuterent, siquidē ex hac libertate lōge maius hāresum nouarum periculum timendū esset, vt hodie inter Lutheranos, quorum est propria ista libertas, accidere videmus, quam vnquā timendū fuerit ex obedientia simplici populorum. Est autem longe minus periculum seductionis in ordinibus religiosi, vbi plurimi sunt viri docti, quā in Paræciis popularibus, vbi sæpenumero nullus est peritus, præter vnum Parochum. Quare si plebeis hominibus in his, quæ ad Deum pertinent, simpliciter credendum est Pastoribus suis, iisque obediendum, ac subiaccendum multo magis Religiosi Præpositis suis in iis, quæ manifeste Diuinæ Legi haud repugnant, perfectam, simplicem, atque adeo cæcam obedientiam debent exhibere.

QUINAM AUCTORES PERLEGI POSSINT
ad confirmandos in vocatione sua Religiosos, vel ad erudiendos alios præter eos, quorum mentio facta est, tum priore, tum quarto libro huius Bibliothecæ. Cap. V.

- Agapetus Diaconus in admonitorio ad Iustinianum Cæsarem.
- Antonius Monachus cognomento Melissa in suis sermonibus.
- Athanasius exhortatione ad Monachos.
- Augustinus in nonnullis opusculis, in Regula, & libro de vita Heremitica ad fororē, præsertim autem regula ipsius, Hugonis de S. Victore, & Vmberti quinti ordinis Prædicatorum Generalis Magistri cōmētariis doctissimis illustrata, & Dilingæ apud Ioannem Mayerium edita 1581.
- Basilii in Regulis lōgioribus, & breuioribus, Benedicti Regula cū commentariis Ioannis Turra crematæ, & Smaragdi Abbatris, S. Bonauentura.
- B. Brigitta in Regula ordinis sui.
- B. Bruno Carthusianus.
- S. Diadochus Episcopus tractatu de perfectione.
- B. Dominicus in suis Constitutionibus.
- B. Dorotheus Archimandrita in libro de vita recte instituenda.
- Ephrem Syrus in opusculo de ratione recte viuendi: ac certe in omnibus suis sermonibus: qui nouissime Romæ editi sunt, magna aliorum accessione, qui nunquā prodierant in lucem.
- Franciscus de Paula.
- Franciscus Richardotius Atrebatensis Episcopus de Regula Parochorum, siue de officio Parochi, & eius Vicarij.
- Gregorius Nazianzenus in suis carminibus.
- Gregorius Pifides in opere de vanitate vite.
- Hieronymus Platus Societatis nostræ de bono status Religiosi.
- Ioannes Casianus in Collationibus Patrū.
- Ioannes Climachus in suis gradibus.
- Ioannes Trullus Aragonius Prior S. Christianæ in Hispania, De ordine Canonicorum Regulariū, quod opus omnibus Religiosis, & Clericis vtilissimū reuera est, editum

- est autem nouissime anno 1590. Bononiæ apud Ioannem Rosium.
- B. Iordani de Saxonia ordinis Heremitani S. Augustini quatuor de quatuor cōmunionibus locali, spiritali, temporalis, proportionali, qui libri sunt vtilissimi, & quibus Regula S. Augustini declaratur. Editi sunt Romæ tum Latinè, tum Italicè, cum antea diu latuissent.
- Isaias Abbas in præceptis vitæ religiosæ.
- Isaias presbyter libro de contemptu mudi.
- Iustinus Martyr, vel potius, qui nomine Iustini Martyris circumfertur, qui scripsit Epistolam ad Zenam, & Serenum fratres de perturbationibus fugiendis, & vita recte instituenda.
- Marcus Heremita in libris de lege spiritali, & præceptis salutaribus.
- B. Martinus Dumenfis Episcopus in formula honestæ vitæ.
- S. Methodius in epistola ad Monachos.
- Nilus Abbas in Paranesi ad vitam spiritualem, & in libro, quem Asceticum vocat.
- B. Pachomius, eiusq. discipulus Orestes, siue, vt alij Arifsius, de quo vide Bibliothecam meā sacram. Pachomius igitur Regulam scripsit, quæ è Syriaco, Græcoq. in Latinum S. Hieronymus conuertit; quæ cum primò Romæ edidisset Achilles Stadius Lusitanus multo emendatior postea prodijt vnā cū Casiani Collationibus, ex Typographia Vaticana Dominici Basæ.
- Fr. Paulus Morigia Ord. Iesuatorum Italicè scripsit Historiā originis omnium religiosorum ordinum, qui hæcenus extitere, cū eorum fundatoribus, quove tempore, & Imperatore fuerunt; cū origine itē militarium Religionū, de quibus pluribus illustribus mulieribus, quæ Regna spreuerunt, vt vitam religiosam agerent. Venetiis excusit liber.
- Petrus Damianus libro de contemptu sæculi. De Profectibus Patrū, vbi variæ veterum Abbatum

A Abbatum sententiæ circa vnāquamque virtutem proponuntur: liber sic manuscriptus extat apud Episcopum Vestanū. Sophronius in prato spiritali. Thalassius Monachus opere de vera continentia, & regimine mentis. S. Thomas opusculo aureo contra retrahentes homines ab ingressu Religionis.

DE SEMINARIIS, ET ORDINIBUS MILITARIBUS. Quod etiam ad quoslibet alios milites pertinet. Caput VI.

DOST Ecclesiasticorum Seminaria regularium, Diuinæ providentiæ placuit, vt militum quoque ordines aliqui regulares extarent. Nam etsi Ethnicis sua militiæ rudimenta fuerunt, manca tamen ac mutila erant, quod nõdum exemplar fuerant assecuti, ad quod tamquam ad formam perfectæ militiæ se efformarent. Sanè verò Magistratus, dum dictante natura in laudem bonorum vindictam autem malorum, gladio ac potestate utebatur; Externa verò sæpenumero vi prohibebatur, quo minus posset administrare Iustitiā; præsidia militū & fœdera inuenit, vt & populi in pace quiescerent, ac Religio promoueretur. Sed precedentibus sæculis successere militum regularium ordines, quorum aliqui fecissent progressus ingētes, nisi deinceps officium suum deseruissent, atque adeo in hæresim incidissent. Nā ceteri, qui etiamnum pro Christianis aris, ac focus excubias agunt, Catholicæ religioni maximo fuere præsidio; dum siue maritima, siue terrestria cum fidei hostibus bella committerent. Horum autem cum adhuc extent leges atque instituta, ex his sanè finem ac media quemadmodum item ex aurea quæ dicitur bulla vnusquisque petere poterit. Veruntamen quoniam in eos ordines cooptari nonnunquam ij tentarunt, qui nondum firma iecere fundamenta militiæ: vel adhuc pueri à parentibus potius, quàm ex mature suscepto consilio eius generis vitæ se dederunt; Nec fortasse desunt, qui propter humanum nescio quod decus, non autem inprimis ob vnā Dei gloriam equites eiusmodi creati voluerint. deinde verò quoniam non cessat inimicus homo (si possit) voluptatum & carnis visco iuuentutem hac illac in bellicis expeditionibus discurrentem irretire, idecirco in hosce in spiritu iuandos magno opere incumbendum est.

Cum ijs itaq; qui longius à semita instituti sui deflexerunt, pertentandum erit, vt primo Christianæ vocationi intelligant esse sibi omninò satisfaciendum, si salui esse velint: id autem non difficillimè, Deo iuuante effici posse, si primo peccatis omnibus ritè per Sacramenta expientur. Hæc vbi ad effectum perducta fuerint, leges, & ratio militaris instituti altius illorum mentibus instillentur. nimirum vt liquidius noscant, si ij, qui fidem homini frangunt, habentur & iure dicuntur perfidi, qua nota inurendi sint, qui Deo, cui vouerāt, fidem fregerint; ac simul res sacræ militiæ additas subtraxerint. At aliis, quorum vita modestior fuerit, suadendum erit, vt suorum peccatorum confessionem sacerdoti, quàm poterunt diligenter, semper enuntient: Eucharistiam frequenter sumant: totamq. posthac vitam eò instituunt, vt veros Dei exercituum milites decet: quæ quidem omnia cum voluptate sensim haurient ex ijs libris, quorum nomina vel materiæ subiiciuntur.

E Põtificali quidē Romano, in quo scripta sunt, quæ faciūt ad benedictionē cuiuscūq; militis, & ensis, & armorū, ac vexilli bellici: quæ benedictio solet impertiri pificētibus. in subsidiū, ac defensionē fidei Christianæ, seu Terræ sactæ recuperationē.

E cerimonijs item quæ adhibentur, cum aliquis in Equitum Rhodiorum, qui dicuntur Melitenfes, admittitur. Quamobrè has, quæ instar ceterarū erunt, præstat hic breuissimè adscribere. Cereā primo, & candidā facem (quæ charitatē designat) gestans, atq; ante altare procubens in genua, talarē indutus vestē (libertatis signum) minimè præinctā, petit ab eo, cui facultas sit, vt se admittat. Tum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti deauratum ensē eo nomine accipit, vt Catholicam tueatur Ecclesiam, hostes abigat, & domet: parcat subiectis, morti, si fuerit opus, seipsum pro fide exponat: ea omnia in virtute Crucis faciat, quæ capulus

Necessitas militariū Seminariorum.

Finis & media militarium ordinum. Bulla Aurea. Ratio reuocandi in viā equites qui firma nõ iecissent fundamenta militiæ.

E quibus locis petenda sit materia ad milites iuandos. Cerimoniarum declaratione, quæ adhibetur creandis equitibus Rhodiis.

Cereæ fax quid. Ensis deauratus.

Baltheus.

transuerso ferro significat. Deinde cingitur Baltheo, vt sciat sibi castitatem esse feruandam. Euaginato ense ter percutitur in humero, vt meminerit sibi graua ob Christi honorem esse toleranda. Eundem ipse mox ensẽ de manu equitis capiẽs, ac stringens, terque aẽrem punctim feriens, hostes Catholicæ fidei in nomine SS. Trinitatis iis gestibus se prouocare ostendit. Rursus deterfũm brachio ensẽ imponens in vaginam, indicat se fore posthac ab omnib. vitiis mundissimi, quẽ prudentia in cunctis rebus comitetur, Iustitia impellat ad conseruandas res publicas, fortitudo muniat, tẽperantia moderetur. Tum manu tradentis militarem ordinem humeris admota excitatur, monetur ne in peccatis torpescat, aut dormiat; vigilet autem in fide Domini, aspires ad verum decus, res gerat insignes, quas strenuẽ tractet. Vbi aurata calcaneis calcaria à duobus equitibus admouentur, docetur vt stimulos cõtinenter ad quãlibet laudabilia gerat in animo: aurum pedibus conculcet, tanquã lutum: nec vnquam agat quidquã animo liberali indignũ, quantumq. ab hostib. auro ad id inuitaretur. Cereã iterum face accẽsa, in manibus accepta, & Diuino Verbo publicẽ, ac sacro Missæ auditõ; operibus autem pietatis, atque hospitalitate (quin etiam redemptione captiuorum) ei commendata, narratis item laboribus, quos in eo subiturus est ordine, in quo suam libertatẽ cuilibet equiti suo superiori traditurus sit; interrogatus demum num graui ære alieno obstrictus, vel matrimonio sit iunctus; numve in altero ordine Regulari victurum se vouerit, aut professionem ediderit: an verõ inter Rhodios equites viuere decreuerit, vt iniurias aliquas vlcisceretur, atq; à sæculari Magistratu esset immunis: vbi, quæ opus sunt, respondit, professionem edit, atque in aliorum ordinem adsciscitur. Hæc vbi acta sunt, Missale, super quo sollempniter tria vota professus est, portat ad altare, & inde illud reportans ad eum, à quo accipit insignia equitum, fit particeps priuilegiorum, & cõdonationum, siue indulgentiarum, quas Sedes Apostolica Rhodiis equitibus concessit. Tum indictis, quæ singulis diebus ei recitandæ sunt orationes dominicæ, & Salutationes angelicæ centum, quinquaginta, vel precibus horariis Beatissimæ Virginis, aut pro defunctis, totidem item precationibus Dominicis ac salutationibus angelicis pro singulis qui ex hac vita inter eos decedunt: pallium quo equites indui solent, ostenditur, sublata in altum eius parte, vel limbo, ac manicis, vt asperrimæ vitæ meminerint, quam duxit Io. Baptista vir sanctus, quem tutelare ideo equites habent, vt imitentur. Manicas induens obedientiæ leges induat, Oõogonam Crucem, eamq. ex pura linea tela candidam accipiens, monetur sanguinis, quem profundere libens debeat & à Christianorũ finibus hostes repellat. Monetur item puritatis, atque octo beatitudinum quas consequetur, qui legitime eam gestantes Crucem militauerint: ad extremum fune ad collũ imposito, vt Dominici iugis, quod subire debet, recorderetur, in pace dimittitur. Professionis autem hæc forma est.

Excitatio. Calcaria deaurata quid.

DIVI NI VERBI AUDITIO. Narratio laborum.

INTERROGATIO.

Missale ad altare portatur.

Participatio priuilegiorum, & indulgentiarum.

Recitatio quotidiana precum.

Pallij ostensio, & sublatio.

S. Io. Bapt. Tutelaris ordinis rhodiorum.

Cruis octogona ex linea tela quid.

Funis collo impostus.

Professio.

Equitum. Legum expositio, siue constitutio num.

Ratio meditando.

Meditandi constitutio num.

Quid inculcandum maxime equitibus.

Castitas cõmendanda maxime militi.

Excitatio. Calcaria deaurata quid.

Participatio priuilegiorum, & indulgentiarum.

Recitatio quotidiana precum.

Pallij ostensio, & sublatio.

S. Io. Bapt. Tutelaris ordinis rhodiorum.

Cruis octogona ex linea tela quid.

Funis collo impostus.

Professio.

Equitum. Legum expositio, siue constitutio num.

Ratio meditando.

Meditandi constitutio num.

Quid inculcandum maxime equitibus.

Castitas cõmendanda maxime militi.

Castitas cõmendanda maxime militi.

A lam crucibus vestem sine interiori cruce, hoc est, carnis mortificatione, vix quidquam promoturam: Interim sciat, se & sui, & reliquorum, si quibus malo fuerit exemplo, poenas (ni respiscat) æternas esse daturum. Ceterum quascunque Equiti nouitio institutor tradere poterit spirituales medicinas, eã ad ipsius, & Reipub. Christianæ salutem magnopere facient: Dies, verõ & horas ei assignare, quibus vitæ huius fugacissimæ iactura non fiat; dum nempe lectioni & operi item militari, dumq. honestis animi laxationibus id temporis, quod satis futurum sit, adhibuerit, auertet animum à turpibus, accendet ad honestissima. Et pauci sanè ita exculti præcursores erunt alijs, vt & ipsi perueniant ad metam. Miram enim vim habet Virtus, ac cum Virtute coniuncta Religio.

Spiritualia monita, & tẽporis distributio.

Virtus coniuncta, cõ religione mirã vim habet.

B QUAE LEGES PARTIM A UIRO NOBILISSIMO, partim ab alijs de ratione instituendi Seminaria Militaria fuerẽ proposita Pio U. Pont. Max. & Philippo Regi Catholico, partim Gregorio XIII. qui eas, si vixisset, volebat instituere. Caput VII.

C **A**M verõ hæc addi posse viderentur, quæ à viris & prudentibus & Reipub. Christianæ amanti, summis Principibus nostra ætate proposita fuerẽ. Nempè vt Seminaria siue collegia militaria fierent, in quibus nobiles adolescentes, qui militiæ essent vacaturi, solida fortitudine imbuerentur, vt ætas illa sanctè acta reliquas ætates in Dei obsequio stabiliret. Sic verõ qui licentius viuere assueuissent, è meliorum exemplo probiores euaderent; ac denique Christianæ Reip. omnes; qua decet fortitudine, tẽperantia, prudentia, iustitia, & in primis Catholica religione sincerissima inferuissent. Primo quidem Rector præfesset Collegio, cui omnes obedirent, qui omnia moderaretur. Protector esset Princeps is, in cuius ditione Seminarium esset. 2. Magistri deligerentur, qui religione, moribus, eruditione, maturaq. ætate essent insignes. 3. Admissi adolescentes, Regulas, & leges Seminarij perlegerent. Nec deessent, qui summatim eis illas exponerent: nã postea id planius effici posset. 4. Quindecim, minimum, dies in prima illa probatione separati ab alijs uiuerent, vt eo tempore vacarent considerandis illis legibus, atq; habendis alijs quibus spiritualibus meditationibus, quæ pro captu eorum essent tradendæ; deinde item faciendæ confessioni generali omnium peccatorum. 5. Essent certa tẽpora, quibus simul cõuenirent, sermones & colloquia de rebus Diuinis & moribus ritè for mandis auditori, seq. ipsi ad Dei timorem atq; dilectionem excitaret, vt à vitiis omnibus quàm longissimè abessent. 6. Rector priusquam aliquẽ admitteret, iuberet, vt à suis Consultoribus examinaretur de iis, quæ antea de qualitate admittendorũ fuissent constituta. Vbi vero examinatus fuisset, simul agerent Rector, ac Consultores; deinde (si Rectori, vel Protectori visum esset) admitteretur; sin minus: dimitteretur benigne; eiq. animus adderetur, & ostenderetur, an posset, ac deberet aliã vocationẽ sequi, vel locum deligere, in quo si Christianè uiueret, sciret se cum diuina gratia non minus, (ac fortasse multò melius) ad altiores virtutum gradus ascensurum. 7. Mane hora daretur surgendo, orando, audiendo sacro; Quo absoluto, humanioribus disciplinis, ac postea alijs item discendis interessent per sesquihoram: mox siue conscendendis & agitandis equis, siue tractando omni armorum generi darent operam: suoq. tempore cetera discerent, quæ sequenti capite dicentur. 8. Qui altioribus disciplinis minimè essent idonei, hi saltem latinam linguam ad discerent, legendis nimirum historicis vtilem. 9. Si quis ex istis animum ad sacerdotium applicaret, sperans se in castris sacra illa functione, atque hortationibus fructuosius, quàm armorum tractatione Christianæ Reipub. inferuitorum; operæ pretium esset, vt quàm optimè institueretur; id quod tum ex iis, quæ diximus vbi actum

LEGES MILITARIAS Seminarij.

DE RATIONE legendi historiarum li. 16.

est de Seminariis clericorum, tum è libris & ratione studiorum militarium mox li-
 quebit. 10. Idem quod manè actum esset vsque ad prandium in studiis; fieret item
 vsque ad coenam: nimirum post eam horam, vel sesquihoram, quæ honestæ laxatio-
 ni animorum addicta fuisset. At post coenam, ubi hora altera honestis itidem collo-
 quiis & laxationi esset impensa, litaniz simul in facello, quod domi esse deberet, re-
 citarentur. Antea vero quàm se ad quietem componerent orarent per horæ qua-
 drantem, conscientiam coram Deo examinantes. 11. Confessarij certi essent, qui
 statim temporibus adolescentium confessiones (nemine prætermissis) exciperent.
 12. Nunquam iurando aliquid confirmarent, sed sermo illorum esset; est, est,
 non, non: quemadmodum Dominus docuit. 13. Omnes sine clamore & vocifera-
 tione, sed quietè & tranquillè agerent, ut modus conuersionis, maturitas gressus,
 urbanitas, & erga cunctos mansuetudo, indicaret tam suam, quàm Præceptorum probi-
 tatem. 14. Charitatè & misericordiam erga proximos, largitionè elemosinarum,
 quâdo hoc iis liceret, exercerent. 15. Siqua similtas publica inter viros nobiles Vr-
 bis, aut adeò ignobiles, & priuatos quauis occasione exoriretur, Rector (nisi gra-
 uibus aliis negotiis distineretur) cum duobus Alumnis è prouectioribus, qui sibi
 aptiores viderentur, adiret ad eos Magistratus, apud quos esset auctoritas sedan-
 darum discordiarum. Tum Seminarij nomine enixè illos precarentur, ut suam au-
 ctoritatè interponerent, qua pax componeretur. Quidquid autem Rector effecis-
 set, nobilibus Seminarij alumnis postea referret, ubi negotium esset absolutum. Sic
 enim ad pacificandos homines & (cum essent in castris) ad componendas militum
 dissensiones affuescerent. 16. In communi coenaculo simul sederent cum Præfe-
 cto, cæterisque ab eo designatis præceptoribus. 17. Inter edendum legerentur
 post Scripturæ Sacræ, & pios alios libros, historiographi eorum bellorum,
 quæ Christiani aduersus fidei hostes gesserunt. 18. Loci commodi, patentes &
 communes essent, ubi singuli in singulis lectis, tela ductili & aliquanto inter se spa-
 tio distinctis dormirent: Noctu lampades arderent, nec deessent viri graues, qui &
 iacentes interdum obseruarent, ac singulos visiterent hora & tempore noctis oppor-
 tuniore. 19. Induerent vestes honestas nigri coloris, nec sine aliis in publicum
 prodirent. 20. Nec domi nec foris arma gestarent; eadem verò in Seminariis non
 haberent apud se, sed apud custodem à quo acciperent, quoties ad ea tractanda ef-
 fet opus. 21. Nemo foris pernoctaret, neq; externos inuiseret, nisi Rectore iustis-
 simas ob causas cõsentiente. 22. Intra atrium, & aedes Seminarij nulli mulieri pa-
 teret aditus, ne matri quidem ipsi, aut sororibus. 23. Qui in Seminarium admitte-
 rentur, afferrent quæ sibi necessaria futura essent, delaturi secum, ubi emitterentur;
 nisi quis ea Seminarij alumnis pauperioribus ad vsum relinqueret, ac dono dare
 Seminario mallet. 24. Si quis morienti aut discedenti aliuo frater esset, qui eius
 loco posset in Seminarium admitti, omnia quæ fratris fuerant, illi assignarentur, ut
 iis vsque ad discessum is vti posset, nisi ipse posset, ac vellet noua afferre. 25. Mo-
 dus iniungendarum poenitentiarum, vel mortificationum, etsi plerunque esset pro-
 captu nobilium, ut lubentius eas sumerent, perq; eas proficerent in virtutibus, ta-
 men si quid grauius vrgeret, miscendum esset cum oleo vinum, atque corripiendi
 acrius, qui id commiserunt fuissent. Scirent autem omnes cum primum admitteretur,
 fore ut nihil foedum permitteretur. Siquid aliquando appareret, sibi certo persua-
 derent eos, qui fuissent noxii, vel occasionem peccandi aliis præbere vellent, dimit-
 tendos esse; quod tamen non esset faciendum, nisi maxima de causa, & cū aliter Se-
 minario, ac reliquæ nobilitati non posset rectè cõsuli. 26. Rector proprias regulas
 haberet, quas singulis mensibus legeret, & mandari executioni curaret. Commu-
 nes autem Seminarij leges publicè legerentur singulis mensibus in refectorio.
 27. Morienti alumno aut iam mortuo præstaret vnusquisque ea suffragia, quæ à
 suo Rectore præscriberentur, siue sacri audiendi, & elemosinæ, seu precum & mor-
 tificationum. 28. Instituti iam alumni ubi in bellicas expeditiones missi essent, si
 quid ijs, vel aliis, in bello accideret, quò collegæ, qui adhuc in Seminario moran-
 tur,

A tur, animari ad pietatem, atque ad fortitudinem possent, monendi essent, ut aliquã-
 do scriberent; sic tamen ut ne quid, quod cederet in aliorum Principum quorum-
 cumque bonam famam deminuendam, vel aliquorum iniuriam, aut ad secreta de-
 regenda, literis committerent. Alius autem, & insidiarum hereticorum, ac similibus
 scribi possent, ut reliquorum alumnorum animi præmuniretur, & ad eas cauendas
 docerentur. 29. Principes, ad quorum ditiones alumni spectarent, oratione, pa-
 ternis monitis, gratia, subsidio, vigilantia, librorum vel armorum dono rem promo-
 uerent, sanè aliquibus prudentioribus è suis mandarent, ut huiusmodi Seminaria
 interdum inuiserent. Inde verò cognoscerent de moribus & vita alumnorum, tum
 ab ipsis Rectoribus, tum ab aliis quibusdam melioris famæ nobilibus, qui in illis vel
 essent, vel iam vixissent: Tum quæ comperissent, scriberent omnia, & referrent se-
 cretò Principibus, ut cõstaret quem quisque in virtute progressum faceret, ac quis
 cui muneri aptior esset futurus. Hæc verò cuncta quati momenti futura essent ad
 Christianam Rempub. formandam: ad militiam, & Duces militiæ optimos habē-
 dos ad manum: ad grassatorum & factiosorum hominum cœtus omnes extirpan-
 dos; intelligent, qui rem tantam æquissimo animo perpendent.

QUINAM LIBER SCRIBENDUS ESSET,
 vnde materia quàm aptissima existeret ad informandos tam milites,
 quàm sacerdotes, qui cum ijs in expeditionem, ac bella
 mittuntur. Cap. VIII.

C RIPISERE autem plures de disciplina militari prudenter, ac do-
 ctè, siue Græci & Latini antiquitus, siue nostro hoc sæculo patria lin-
 gua non pauci. Quorum huic capiti catalogum adreximus. Verum-
 tamen quoniam ea integrè non sunt persecuti, quæ ad nobiles, qui
 sese militiæ dederunt, excolendos, atque ad sacerdotes informan-
 dos, quos in castris verlari necesse sit, viderentur apprimè conduce-
 re: nos cum multis abhinc annis aliquam earum rerum ideam concepissemus, eam
 hic ad excitanda ingenia, quæ meliorem faciliè comperient, exprimemus.
 Primo igitur necessitas libri, quo methodus ea traderetur, petenda esset, è primo
 capite Ideæ, quam huic Bibliothecæ præfiximus. Deinde hæc capita siue libri ei-
 dem operi infererentur.
 D Primum de Sapientia Dei, quam ille distinguendis officiis, ac disponendis re-
 rum politicarum ordinibus siue gradibus adhibuit: hinc enim, qui Deo vocante, ad
 militiam accesserit, intelliget fuisse ordinem militari finem quendam, & media recta
 constituta. Qua de tota re B. Thomas de regimine Principum: Chryostomus Iauel-
 lus, ubi politica Platonis, atque Aristotelis cum Christiana Theologia contulit,
 præter alios egerunt.

Secundum, quisnam finis Christiani militis sit: qui quidem finis nõ est mundanus
 honor, siue dignitas: neque Imperij, aut finium duntaxat propagatio: neque vindi-
 cta: nec caro: neque diuitiæ. Quæ omnia sumptis efficacibus argumentis à natura,
 ab Ethnicis item, qui eius ductum rectius secuti sunt, demum à diuina lege, non tam
 E aitari, quàm destrui poterunt. Extant Dialogi Remundi Sebundi à Petro Dorlando
 Carthusiano collecti, in quibus mirum est, quàm egregiè quidquid ad huc finem at-
 tinet, tractet à capite trigesimo quinto dialogi quarti, vsque ad trigésimum octauum.
 Idem fecit Ioannes Auila concionator Hispanus libro optimo, quem inscripsit,
 AVDI FILIA, tertio præsertim & quarto capite. Huc spectant quæcunque
 aduersus singulare certamen, siue monomachiam, aut duellum plerique sapienter
 scripsere, ipsumq; in primis nouissimum edictum siue diploma Clementis Octauis, de
 quo supra locuti sumus, At & Lælius Zanchus tractatum edidit inter sacrum & læ-
 cularem milites, qui hæc appositè persequitur. Neque verò me fugit egisse alios de
 honore,

honore, ac vera nobilitate, quales fuere Oforius Syluensis Episcopus, Flaminius Nobilius, & ante hosce Ioannes Baptista frater meus suis dialogis. Veruntamen quæ ex Sebundo, atque Auila promenda esse diximus, medulla coelestis veritatis est, neque ab his seungenda, quæ è fontibus peripatericis, siue alii, siue frater deduxerant. Quin & audio extare confutationem Puncti honoris Latine, & Gallicè, quæ nondum peruenit ad manus meas.

Tertium, è quibus hominum generibus, & quasi partibus vniuersum militiæ corpus constitui debeat. Quam ad rem facit originis, & variorum ordinum militarium narratio planior, quos ad calcè prioris huius libri capitis attigimus quam breuissimè. Ad diuersa autem hominum genera, è quibus constanter exercitus, spectant sacerdotes, animarum curatores, & Verbi diuini concionatores, de quibus post.

Quartum, quinam ad militiam admittendi, ac quomodo probandi. Quinam itè dimittendi, nempe hæretici, infames; improbi, nomen Dei & sanctorum blasphemantes, seditiosi, denique tractandis armis inhabiles, & puidi. Sanè duo illa exempla tum Amatiæ Regis, qui Deo iubente, centum hominum millia dimisit, quos ex Israële iam schismatico triginta millibus è tribu Iuda conscriptis adiunxerat: tum Gedeonis, qui paucissimos retinuit in castris, illustria sunt exempla, vnde vberius ista tractentur. Postea respondendum ex Augustino, Orofio, & aliis, si quis afferret aliquid, vnde appareret delectos fuisse milites è variis generibus hominum, etià à Christiana religione dissentientium. Porro ad delectum habendum pertinent, quæ Leo Imperator de apparatu bellico & plerique alij, quos paulò post recensimus, scripta reliquere.

Lib. de Ciuit. Dei.

Quintum, causæ iusti belli quænam sint. Quisnam bellum possit gerere. Quid antea tentandum. Quibus Ducibus & Principibus milites suam operam præstare debeant. An infidelibus inferendum sit bellum, & quatenus. Quæ cum alijs, tum Dominicus Soto libris de iustitia & iure, Io. Molanus lib. de rebellibus, & Petrinus Bellus, pertractarunt. Nos itè aliqua, vbi de iuuantis Indis, deq. natura noui orbis egimus.

Sextum, bellicæ virtutes qua ratione comparandæ, seruandæ, augendæ. Quomodo item in fide præmuniendi milites, si vel aduersus Barbaros, aut Turcas, vel contra hæreticos sint educendi. Nam est optimè quædam huc afferri possunt è Theodoro de curatione affectionum Græcarum, atque è Ioanne Chryostomo, Tractatu, siue Homilia. Quod Christus est Deus, præcipue vbi iam Ariani, & Samosatani, atque Ebionitæ nouas Atheismi non tam scintillas, quam flammæ excusserunt; ex Lactantio item de Christiana Iustitia, & ex Augustino, atque Orofio: pro ratione tamen præsentis sæculi, magni momenti fuerint, quæ Hieronymus Saonarola in fine libri de triumpho Crucis: Ioannes Auila de Christiana fide, eodem, de quo diximus, atq; altero spiritualium eius epistolarum libro: necnon quæ Ludouicus Grana in Introductione ad Symbolum de hac re scripserunt. At in primis Notæ, atque proprietates veræ Ecclesiæ erunt docendæ, siue ex operibus Roberti Bellarmini; siue ex iis, quas nos edidimus, dum Septentrionalem Regem istas de nobis querentem, instituere.

Vide 8. lib. huius Biblioth.

Septimum, num liceat, vel adeò necesse sit militem, aut Ducem vacare studiis literarum. Qua de re extat longa Oforij Syluensis Episcopi disputatio, vbi agit de officio Principis & Regis.

Octauum, quinam historici, & quo ordine legendi sint: Id verò petendum est tum è priore libro huius Bibliothecæ, tum vbi de Historia Humana post librum de Medicina, est actum à nobis.

Huc ratio tradendæ Geographiæ pertineret, adnotatis gestis, & locis illustrioribus, vnde illorum facta paterent, in quibus fortitudo & patientia eluxerunt. Machiaveli interim, Sleidani, Nuæ, Bodini, ac similibus placita: obsceni quoque Poætæ, & fabulosa Amadisij, Primaleonis, & aliorum eiusmodi, quos supra confutauimus, sic erunt detegenda: vt ab ijs Christiani milites omnino abhorreant. De quibus priore libro huius Bibliothecæ satis est dictum.

Lib. primo Biblioth. Selectæ, cap. 26.

Quod

A Quod si fuerit cum ijs militibus agendum, qui raptim conscripti, nulla fuerint militari disciplina imbuti: tunc quidquid ad pietatem, ad fidem, ad obedientiam præstandam, ad ferendos labores atinet, sensim castrenses concionatores edocent. Auctores autem & loca è quibus haurire bellicas hortationes facillè possint, ferè hæc erunt.

Quæ de bello S. Thomas 2. 2. quæve in eum Interpretes scripserunt.

Quæ de causis bellorum, ac quid belli tempore cunctis agendum sit, ex libello exemplorum veteris & noui Testamenti Nicolai Hanapi: & ex Pauli Orofij historiæ libri septimi trigésimo sexto capite. Hæc autem initio militibus proponenda sunt. Expiatio conscientia: Continentia ab inferendis iniuriis. Patientia in laboribus & molestiis. Zelus pro defensione patriæ. Et hæc quidem ex capite quarto S. Bernardi ad milites templi. Ex S. Augustini epistola ad Bonifacium, & ex Bernardini de Bustis sermone (in primis) trigésimo quinto partis secundæ.

Quæ de honestæ mortis septem generibus ex serm. 39. eiusdem Bernardini Busti primæ partis.

Quæ de contemnenda morte, quandoquidem vita hæc miserrima est, & aliquando moriendum, & mors bellica gloriola: sparsum ex eodem Bernardino præsertim serm. 27. part. secundæ.

Quæ de mysticæ rerum bellicarum explicatione ex Bernardini eiusdem serm. 35. part. secundæ.

Quæ de militum conditionibus, idem eodem sermone.

Quæ militiæ leges, & militum instituta serm. 27. & 29. parte eadem, idem Bernardinus Bustus.

Qui modi excitandi milites ad pugnam, & mortem ex sermone cap. 1. B. Bernardi ad milites Templi, item cap. 3. & 4. item sparsum ex eiusdem Bernardini Busti memoratis de militia, & mortis generibus, sermonibus.

Victoriam à Deo expectandam esse: & post partam victoriam triumphum institui posse, in quo gratia simul agantur Deo, ex indice Bibliorum Antuerpiensium Ioannis Harlemij, & aliqua ex Bernardi sermonibus ad milites.

De patientia ex sermone 8. Bernardini Busti part. 2.

Consolatio eorum, qui pietatis studia colere nolunt, aut verentur propter aliorum iudicia, & irrisiones, ex Bernardini Busti serm. 38. partis primæ totus sermo; præcipue versus finem.

D At plura etiam extant in summa B. Antonini: In Dionysio Carthusiano in libro de statibus, vbi agit de milite: In Damhouderio de variis hominum statibus, atque in alijs eiusmodi: In Martini Alpezcueta Nauarri capite 11. numero 34. in capite item 15. at in 18. c. & num. 25. quomodo fama aut restituatur aut condonetur. Et in voce Miles in Syluestro, & in voce Bellum. In Simanca quoque de Catholicis institutionibus, præter illa quæ docent de dimittendis proximo debitis. Catechismus Romanus in oratione dominica. De diligendo autem inimico, ac de Sole, quæ Deus oriri facit super bonos & malos, Paulus à Palatio: deq. monitis Ioannis Baptistæ ad milites Didacus Stella suis in Lucam commentariis. Beata verò Brigitta libro secundo suarum reuelationum c. 8. 9. 11. 12. 13. Bernardinus de Bustis de Saccomano paradijs, qui est trigésimus quintus secundæ partis: Quæ in expeditione pro recuperanda terra sancta tempore Godefridi Pontifex ad milites: Quæ Platina correctus in oratione de eadem expeditione: Quæve de ea in Viris Regum Galliæ à Paulo Aemylio scriptis.

Addendum hoc loco Interrogatorium militum in Sacramento confessionis exigendum; Quod quidem ex Angelo de Clauasio, Laurentio Pætio, Nauarro, Martino de Frias, Ioanne Polanco, & alijs colligi facillè potest; quodq. extat capitibus 26. 27. 28. Catecheseos, seu instructionis dioceseos Neapolitanæ à Patre Antonio Nucerio Eugubino ordinatæ, præter ea, quæ de maritimis classibus dici possunt: quibus quidem earundem interrogationum maior pars conuenit.

Quales

Nota

9. Quales debeant esse Generalis, siue Imperator exercitus; primarij item A consiliarij, atque ministri, quam ad rem pertinent quæ dici possent de mensa, quam Hispani & Lusitani vocant conscientia. De materia item consultandarum rerum. De sine ipsius Generalis. Deinde quales ij, qui ad foedera iungenda, & ad pacem tractandam mittuntur, Tum denique quanta ratio habenda sit, vt optimos facerdes & Concionatores adducat in castris.

Præter hunc librum alij essent peritiles: Primus in quo selectiores vitæ illustrium Imperatorum Christianorum, siue etiam veteris Testamenti continerentur. Quæ quidem extant, at non proprio libro collectæ, qui alioquin facile gestari: & ad manus possent haberi: quales sunt vitæ Theodosij, Martiani, Caroli Magni, S. Ludouici Regis Gallia, Alexandri item dicti Scæderbeckij Albanæ Principis: quæ in varias linguas versæ, magnum haberent momentum ad pietatem, quibus addi possent vitæ aliqua, & Martyria illustrium militum.

Secundus epistolarum selectarum, quæ ad militarem ordinem spectant: quales sunt Bernardi ad Templarios, Augustini ad Bonifacium, Ferrandi Diaconi Carthaginiensis ad Reginum ducem, pleraq. S. Catharina Senensis hortantis ad transmissionem maris. Io. Auilæ ad quosdam, & aliorum. Quæ licet non integrè ad id pertinent, reliqua tamen quæ attingunt, sunt vtilissima.

Tertius homiliarum ad milites habitarum, tam ex antiquis, quàm ex recentioribus collectarum, quæ habentur insignes. Sed vt hæ sunt in magnis voluminibus penè abditæ, ita neque leguntur, nec facile tradi possunt, neq; a deo sciuntur, vel adeo præ nimio onere ferri nequeunt.

ELENCHUS ALIQUORUM, qui scripsere de re militari.

Achilles Marotius de magistro Generali militia.

Aegidius de regimine Principum.

Aeliani philosophi liber de castramentatione Græcorum, & de antiqua ratione instruendarum acierum, & ductorum militarium appellationibus, Græcè & Latine Theodoro Gaza interprete: agit autem inter alia quomodo bella maxima aliquando ex paruis causis orta sint. Item de inducijs, de defectorum poenis. De Romanis qui insidias non admittebant.

Aemilius Macer.

Agapitus diaconus ad Imp. Constantinopolitanam.

Venetis edita.

Alexandri dicti Scanderbeckij vita, & acta Italicè.

Andræ Alciati libellus præcedens librum Notitiæ, de magistratibus, ciuilibusq. ac militaribus officijs, partim ex hac ipsa notitia, partim aliunde desumptus.

Antonij Possenini miles Christianus.

Antonij Gueuaræ quadraginta regulæ veterum equitum dela Banda: deinde de equite, ac de officio Ducis in bello.

Antonij Schneebergeri Medici liber de bona militum valetudine conferuanda, ex veteribus rerum bellicarum historijs, præstantium medicorum libris erutus, Cracouia editus anno 1544.

Antonij Massæ contra vsu duelli.

Artemidorus de Militia.

Augustinus ad Bonifacium.

S. Bernardi monita ad milites Templi.

Bernardinus de Bullis pluribus locis de quibus supra.

Brufonius de militia.

Catharina Senensis epistolis ad eos, qui desinabantur in expeditionem terræ sanctæ.

Carolus Sigonius libro de Repub. Atheniensium pag. 213. in editione prima, vbi agit de Sacramento militari, quo iuuenes se obstringebant, deq. omni eorum militia.

Ciuitatenis de Repub. Christiana.

Cornazani liber de disciplina militari metris Italicis.

Coruinus in Apophth. de bono duce.

Dominici Cyllenij ad Emmanuelēm Philibertum Sabaudia ducem de veteri & recentiori scientia militari.

Emundi Augerij Pædagogus ad arma Gallicè.

Ferrandus Carthaginiensis ad Reginum ducem de septem Innocentia regulis.

Flauij Vegetij Renati libri quattuor.

Franciscus Antonius de iuuandis militibus Hispanicè.

Francisci Petrarchæ de vsu victoria.

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

Gregorius Nazianzenus 2 oratione in Paschate, & Nicetæ in eum de militibus Euzonis

A zonis & Monozonis, qui in Syria. Hanapus de Victorijs diuersorum bellorum.

Hieremias Paduanus de arte bellandi, vbi & de militia, officio, & laudibus militum, & Sacramento eorum, deq. eligendis ad militiam seu officium bellicum.

Hieronymi Vreæ de vero militum honore. Iacobi Mag. in Sopholog. de militum regimine, & quod Victoria omnis sit à Deo.

Ioannes Auila in initio Tractatus Audi filia, & epistolis suis, vbi de vero honore.

Ioannes Carnutenus de re militari. Ioannes Genesius de honestate rei militaris libri tres.

Ioannes de Indagine de bello iusto, vel iniusto.

Ioannis Surgeti Enchiridion militare.

Isidorus de re militari libri 18. Etymolog.

Iulius Africanus de re militari Græcè.

Lactantius Firmianus de Christianorum fortitudine lib. de Iustitia cap. 14.

Leo Imperator de apparatu bellico. Sed vide emendationem Latine versionis, de qua in primo libro huius Bibliothecæ. Io. enim

Checus hæreticus falsauit versionem in iis quæ pertinent ad religionem.

Ludouicus Cælius Rhodiginus. Quenam Victoria nobilissima.

Lumen animæ de militia part. 2. cap. 149.

Manipulus florum de militia.

Mapheus Vegius de re militari.

Martinus ab Alpizcueta Nauarrus vbi de bello & milite.

S. Maximus de bello & pace.

Maximus Tyrius quod agricolæ vtiliores, quàm bellatores, ferm. 14. & contra ferm. 13.

Melchior Soiterus de stratagematis Turcarum.

Melissus qui est coniunctus cum Theophilo Alexandrino.

Modesti de vocabulis rei militaris liber.

Nicephorus Callistus lib. 10. c. 23. & vt Imperator cingulum militibus adimit.

Onofander de optimo Imperatore, artem autem militarem complectitur, latine verò est versus à Nicolao Saguntino, Italicè autem à Fabio Cotta,

Orbicius de nominibus ordinum, militum, & Ducum; deq. ordinibus exercitus.

Petrus Dorlandus, Vide Remundus Sebundus.

Petri Lagnerij Imperator ex Cicerone.

Petrinus Bellus Albenus Iureconsultus de re militari, & de bello. In vniuerso autem hoc opere, præter illa quæ de re militari tractantur, obiter multa quæ ad ciuilem administrationem attinent, attinguntur, quo nomine omnibus Iudicibus valde vtilis existimatur. Quinetiam cum breuissimè, sed tamen plenè, pleraque contineat, quæ de hac materia militari Theologi, ac Iureconsulti scripserunt, existimauerim magnum operæ pretium vt ab ijs qui sese his negotijs immiscunt, attentè legatur.

Petrus Ribadeneyra opusculo Hispanico, quo de iuuandis militibus agit.

Polybius de militia, & castrametatione Romanorum, quæ Ianus Lascaris Latine, & Græcè edidit.

Polyeni stratagematum ad Antonium & Verum Imp. libri 8. quibus rei militaris doctrina continetur, nunquam antea in Latinum à Græco conuersi. Stratagemata item nongenta Græcè extant.

Remundus Sebundus dialogo quarto vbi agit de honore vero.

Rinaldus Corfusus Corrigienus de pacificatione.

Roberti Valturij ad Sigismundum Pandulphum Malatestam de vniuersa re militari libri 12. vberes, multò emaculati, ac picturis, quæ plurimæ in ijs sunt, elegantioribus expressi, quàm cum Veronæ inter initia artis Calcographiæ anno 1483. euulgarentur.

Sexti Iulij Frontini de stratagematis libri 4.

Stobæus de militia & viribus corporis. De militum iureiurando. De Imperatoribus, & consilijs ad bella.

Tertullianus de corona militis.

Theobaldi Episcopi, qui antea vir fuit bellicosissimus vita ex Surio.

Thomas Aquinas de regimine Principum.

Thomæ Sallij practica militaris ad pietatem Gallicè.

Anno 1563 primo prodiit in lucem Venetijs apud Gasparum de Portonarijs.

Impressi Parisijs apud Christianum VVeche-lum sub insigni scuti Basiliensis, anno 1539 Parisijs apud Christianum VVechelū 1533

DE SODALITATIBUS SCHOLASTICORUM,

& aliorum. Quibusnam pietatis operibus se debeant impendere:

Quive de illis scripsere: Ubi & nonnulla de Libris
spiritualibus. Caput IX.



SEQUITUR aliud Seminariorum genus, quod speciem Religiosæ familiæ præ se fert: quandoquidem certis legibus ad pietatem constitutum facit, ut ad perfectionem aspirent. Id vero fit per Sodalitates, siue Beatissimæ Virginis, siue aliorum, quibus curæ est in Cœlis patrocinium nostrum.

Franciscus
Costerus.

Et quidem, ut hac de re agens monet è nostris Theologus Franciscus Costerus, haud difficile est, adolescentes, dum Præceptorum curæ committuntur, in officio retinere; sed maximè curandum est, ut sic eorum animi pietate imbuantur, ne metu tantum, aut gloriæ cupiditate, aut alterius rei contemplatione virtutem sectentur: verum ut animis ipsis Dei meritum concipiant; Diuinoque amore succensi ad studia incitentur; utque ea, quæ ab aliis hauserint, aliquando in proximorum utilitatem conferant. Sic enim constantius virtutem, ac pietatem colent, neque ad oculum seruiunt; & haud aliter priuatim, nullo teste conficio, quam palam rectè viuunt. Ad quas res (inquit) efficiendas, tametsi experientia docuit, valere plurimùm pias cohortationes, egregiarum virtutum exempla, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta, quotidianum Missæ sacrificium; iudicatum tamen, et re ipsa deinceps comprobatur, multum momenti habiturum, si adolescentes piis, sanctisque legibus in vnam societatem conueniant, & ad rectè sancteque viuendum semetipsos quibusdam quasi vinculis astringant.

Porrò leges (ubi rectè res geritur) solent esse huiusmodi, ut quæ Sodalitas sub patrocinio sanctissimæ Virginis Dei Matris instituta est, hæc admittat, & foueat illos, qui studio Christianæ pietatis incensi, ab omni vitiorum labe, & contagione refugere, & diuinitus impertita sibi charismata, ac dona tueri, atque augere nituntur: quive præstantia virtutis adducti potius, quam vilius metu supplicij, disciplinam ita adamarunt, ut in ea quàm diligentissimè retinenda, atque obseruanda ad Christi Domini gloriam, & Virginis Matris honorem exemplo suo ceteris prælucere maximè cupiant. Quotquot autem huiusmodi Sodalitati nomina dant, dum in probatione versantur adhuc, vel postquam probati, admissique fuerint, sua peccata confessione Sacramentali expiant, non solum ad mentem, animumque ritè purgandum, sed etiam ad plenariam indulgentiam consequendam, si quam huic eidem Sodalitati summus Christi Vicarius tribuit.

Sacramentum confessionis octauo quoque die, sacrosanctæ Synaxeos quintodecimo: nec non festis diebus Beatissimæ Virginis (nisi Confessario secus videatur) obeunt. Id autem quò fructuosius faciant, adhibent præparationem diligentè, tum inquirendo in semetipsos, & omnia sua dicta, facta, cogitata probè recognoscendo quotidie (quo toto de genere, ac ratione vel à Confessario, vel ab eo Patre, penes quem Sodalitatis cura est, docentur) tum pijs aliquibus libris de Confessarij nihilominus auctoritate, ac sententia perlegendis: Absoluta vero Synaxi, omnes in Oratorium Sodalitatis ingressi, quadrantem horæ in gratijs Diuinæ Bonitati agendis infumunt. Cum autem ad tuendam sanctimoniam, ad maiorem indes gratiam à Domino IESU Christo ineundam, oratione, ac meditatione secundum sanctissima Sacramenta, nihil sit efficacius, idcirco singulis minimum Dominicis diebus, festisque Beatissimæ Virginis manè ubi surrexerunt, statim in Oratorium conuenientes, horæ dimidio in vita Christi Domini, aliisve rebus è Præfecti præscripto, mente, animoque pie, atque accuratè versandis insunt. Ad hæc pro Ecclesia Catholica laborante, pro fidelibus defunctis, pro infidelium conuersione, hæreticorumque

rumque reductione, pro Sodalitate ipsa, pro bonè de se, vel priuatim, vel publicè meritis, prout à Præfecto moniti fuerint, precantur.

Ad præcipuum cultum, memoriamque Beatissimæ Virginis retinendam, atque ad eius præsidium, & noua semper bona promerenda, horarias quotidie eiusdem Beatissimæ Virginis preces, Rosariumve religiosè persoluunt, singulos item illius festos dies non sine sollempni ieiunio celebrant. Stato die singulis mensibus in Oratorio simul omnes ex Officio Defunctorum, quò appellatur, pro Sodalibus iis, qui ex hac vita migrarunt, Nocturnum vnum, laudesque recitant.

Quoquo mense inuente, Sanctorum nomina de more fortiuntur, adscripta non modo certa re, quam à suo quisque Sancto precibus expètant, sed etiam virtute, in qua potissimum eo mense præsidio, atque ope eiusdem Sancti se exercent: cuius ubi natalis dies aduenerit, suam in eum deuotionem pro suo quisque animi sensu (nequaquàm tamen incòsulto Patre, vel Præfecto aliqua pœna voluntaria restatur.

Sodalium ter in hebdomada conuentus habetur, die Dominico sub finem precationis ad audiendam Patris exhortationem; item quo die feriantur à studiis, denique Sabbato hora diei minimè incòmoda. Agitur autè in ijs, de rebus partim ad Sodalitatis publicam, partim ad pietatis, & sanctimoniam studium pertinentibus, præsertim verò de Sanctorum, & eorum maximè, quos eo mense præcipue venerantur, gestis egregijs; ut exemplis eiusmodi ad officium, virtutemque vehementius incitentur.

Aliquoties in anno præcipuas Ecclesias religionis causa cuncti simul obeunt. Certus etiam eorum numerus ex Præfecti descriptione se se interdum ad publica valetudinaria conferunt: ibique tum in humilibus ministerijs, curandisque clementer pauperum corporibus ægrotorum, tum etiam in rudioribus animis Christiano Catechismo excolendis sedulo versantur.

Curant quàm diligentissimè, ut pacem, atque concordiam non modo ipsi inter se, verum cum ceteris æqualibus tueantur; seque mutuo pro Christiana charitate ad omnem virtutem opportunis adhortationibus, ac monitis incitant; ab omni vel maledicti, vel obtrecationis genere maximè cauent; nullumque sermonem inducunt, qui aut offendere quempiam possit, aut hanc animorum consensionem, ac vinculum vlla ex parte dissoluere. Atque ut reliquos ætate, doctrinaque ipsi antecellunt, sic etiam prudentia, modestia, grauitate præstare conantur. Denique ad sacratissimam Dei Matris exemplar, in qua perfectissimarum omnium virtutum splendor elucet, ita sese conformare nituntur, ut in qua nam sodalitate versantur, ex ipsismet eorum actionibus, moribusque facile quiuis intelligat.

Cum ergo aliquis virtutum studio accensus in hunc numerum adscribi exoptat; rem ad Patrem eum, penes quem Sodalitatis cura est, defert. Ille vero ubi tū ex ipso totam petitionis causam, consiliumque cognouit, tum etiam de illius vita, moribusque quæsiuit; si non repudiandus esse videtur, primùm omnium Sodalitatis leges, atque instituta proponit, ut probè perspicere possit, quid oneris officijue in ea societate ineunda suscipiet, deinde mensis ferme spatium probata eius virtute, ac perseverantia, consultis, si qui alij sunt, Superioribus, aditum ei ad Sodalium conuentus, quàm dicunt Congregationem, aperit: sic tamen, ut ex eo die alterum insuper mensem in probatione versandum sibi esse intelligat, quo demùm exacto de confirmatione ipsius itur in suffragia, quorum ille parte, si plus dimidia, ornat⁹ fuerit, eodè, quo ceteri iure, Sodalitis habet.

Toto autè probationis tēpore, nullū ei vel suffragij ferendi, vel sententiæ dicendæ ius est: ad eos duntaxat coetus, atque colloquia in quibus de rebus diuinis in vniuersū, nec nisi nominatim euocatus accedit. Ipsius interea est fundamentis virtutū, & sanctimoniam firmiter iaciendis, animo confessione expurgando vacare: itemque precandi, conscientiam examinandi, præparandi, se ad Sanctissima Sacramenta rationè à Patribus huic muneri destinatis addiscere, neque verò confirmatur in Sodalitate quiscquā, nisi prius huiusmodi piarum exercitationū saltem rudimenta posuerit.

Cure ipsa, diuturnoque vsu còpertum sit, quanti cuiuslibet Societatis interfit, eam ab improbis, & impuris hominibus castam, integramque seruare, propterea si quis

Qua ratio-
ne in Soda-
litate ad-
mittantur.

de sodalium numero, immutata (quod absit) voluntate, solutius, licentiusque se gereret, quam ut ferendus esse videretur: denique si aliquoties, & priuatim, & publice monitus, aliisque remediis amanter adhibitis, nihilominus ad sanitatem redire negligeret, ea de re (superiore approbante) ad coetum sodalium referretur, quorum si pars maior minime retinendum esse censeat, omnino dimittitur. Dimittendi autem causae sunt illae praecipue. Si contemptui sodalitatem habuerit, eiusue instituta, piaque functiones irriferit. Si in scholarum, vel Seminariorum, vel in sodalitatis leges ita peccare perseverauerit, ut crebris idcirco animaduersionibus puniatur. Si arcana sodalitatis enunciauerit. Si in Praefecti electione cum alio conspirauerit, aut minus bona fide suffragium tulerit. Si superiores minus reueritus, minusque iis dicto audiens fuerit, videlicet Praefecto cubiculi, Magistris, Repetitoribus, itemque sodalitatis Praefecto. Denique si adeo se male gesserit, ut satis appareat, non modo nihil ipsum in virtute, ac pietate proficere, sed etiam exemplo suo reliquis obesse.

De ijs, qui ad probationem de-
nuo admittuntur.

In ijs autem, quae modo enumerata sunt, si quis ita deliquerit, ut certis tamen de causis nondum plane exterminandus esse videatur, is ad probationis alterum tyrocinium reuocatur, quem ille siue dolorem, siue notam, & ignominiam aequo animo quasi medicinam salutarem accipere, studioque flagrare debet eius loci recuperandi, ex quo per ignauiam, ac negligentiam excidisset: ad summum omni conatu, viribusque contendere, ut praeclaris actionibus, illustribusque omnium virtutum exemplis praeteritas culpas, offensiones, & scandala redimat.

Ad conuentus vero Sodalium non nisi nominatim a Praefecto accersitus aduenit, sed etiam separatim subfello, & quidem vtriusque suffragij, ac sententiae dicendae iure priuatus: ea insuper lege, ut ipso cuiuslibet conuentus initio aliquam vitro sibimet poenam demisse, ac suppliciter a Patre deposcat.

Huius autem iteratae probationis summum est spatium mensis vnus, quo exeunte, nisi ita satisfecerit, ut recipiendus videatur esse, tum vero prorsus eraditur ex albo Sodalium.

De Magistratibus, & Ministris.

Sodalitatem administrant Praefectus, & Consilij duo. Primum in sodalitate locum obtinet Praefectus, creaturque vna cum ceteris sodalitarum, siue item Seminarij Praefectis vicissim in singulos quattuor Beatissimae Virginis festos dies, in quos tot sodalitarum comitia collata sunt, estque tempus Magistratus eorum a festo in proximum festum Beatissimae Virginis diem.

Vbi dies Comitiorum aduenit, mane in sancto Missae sacrificio sacra synaxis, & pia in eam ipsam rem precatio adhibetur. A prandio deinde in aulam cuncti conueniunt, habitisque de more latinis orationibus, & sancti Spiritus hymno praedecantato, vnusquisque proposita sibi vnus Dei gloria, & re sodalitatis publica, suffragio suo potissimum eligit, quem omnium maxime idoneum ad huiusmodi praefecturam in Domino iudicat. In quem suffragia plura conferunt, is renunciat Praefectus, eodemque die, vel proximo in priuatis cuiusque sodalitatis coetibus Consilij pluribus item suffragiis eliguntur: In Comitibus autem Reptori quidem Seminarij suffragiorum duorum, Patri vero sodalitatis vnus duntaxat est ius.

Qui de futura electione cum villo seorsum egerit, quique die ipso Comitiorum a sacra Synaxi abstinerit, is vtroque suffragio, vel (ut appellant) voce actiua, & passiva omnino priuatur.

De officio Praefecti.

Partes sunt Praefecti praecipue, precibus, exemplo, verbis communem sodalitatis in virtute progressum, & singulorum ad pietatem promouere: & hac ipsa de re interdum & cum Patre, & cum suis Consiliariis agere: si quos a sodalibus in officio segniores animaduertit, eos vel per se, cum Pater id expedire iudicauerit, vel per Patrem ipsum priuatis monitis, & hortationibus excitare. Quae ad sodalitatis utilitatem, ac profectum pertinere in Domino iudicauerit, de iis in publico reliquorum coetu agendum curat, saltem semel in mense. Omnibus autem in consultationibus (comitiis tamen Praefectorum exceptis) ius est illi suffragij duplicis. Nonnunquam etiam Patri in memoriam reuocat morem inuisendi valedudinaria, & pra-

A & praecipuas Ecclesias: aliaque pia ministeria ex instituto obeundi: Quos habet suscepti muneris adiutores, ij ut in officio sint, diligenter curat, & omnium sodalium mores, ac vitae rationes obseruat: in id vero praesertim inuigilare conatur, ut Seminarij, & sodalitates leges, atque instituta in rem conferantur, Patremque monet eorū, quae minus recte custodiri cognoscat: eiusdemque consilio omnibus in rebus obtemperat.

In ipsis quoque Consiliariis est gradus, siquidem alter superior, alter inferior, vel secundus vocatur, vtriusque autem est omnibus in rebus, quae ad Sodalitatem pertinent, adesse Praefecto, & quidquid ille praescripserit exequi. Sed superioris Consilij munus est proprium, sortiendi singulis mensibus ineuntibus sanctorum nomina, adscriptis (ut antea diximus) certis virtutibus, ac petitionibus, in schedulas tempestiue referre, earumque virtutum, ac petitionum indicem habere apud se. Atque vt cuiuslibet vita Sancti stata narretur hebdomada, natalem sancti diem, & eius nomen, cui sanctus obtigerit adnotat, monet suo tempore singulos. Nullum praeterire mensem patitur, quin Sodalitatis leges in coetu publice recitet, quarum de obseruatione sollicitus ad Patrem refert, si quid emendatione dignum animaduertit. Omnia sodalitates decreta separatim in codice refert. Suffragia praeterea cum in consultationibus, tum in Comitibus idem distribuit, & colligit ad Patrem deferenda. Absente Praefecto superior Consiliarius vicem gerit Praefecti.

De officio Consilij superioris.

Huic est curandum praecipue, ut Oratorium cum reliquis diebus, tum vero quibus conuentus habendus est, subfellijs, aliisque rebus ad id necessariis instructum sit. Idem Altaris ornamenta, omnemque sacrorum apparatus sedulo, accurateque tuetur, datque operam, vt omnia rite composita, mundaque sint, festis praesertim diebus, multoque maxime Beatissimae Virginis sacris: quo toto genere quid agendum, quidve obseruandum sit, Praefecti sententiam, & voluntatem exquirat. Quo die sodalium coetus est habendus cognoscit a Patre, quinam adesse debeant, eosque tempestiue deinde vocat, notatque deferendos ad Patrem, si qui defuerint. Prima cuiusque mensis hebdomada officium, quod vocant pro Mortuis, & Psalmodiam ex instituto persoluendam Patri in memoriam redigit, conuocatque mature Sodales in locum huic pio muneri destinatum. Initio sui ministerii sodalitates omnem supellestem, & instrumentum per apophasim, vel (vt aiunt) inuentarium adnotat, eiusque inuentarii exemplum dat Praefecto: eiusdem supellestem, & instrumenti rationem in exitu redditurus. Nihil eorum, quae sodalitates sunt, aliis commodat, nihil ite ipse aliunde mutuatur Patris iniussu. Hac ferme sodalitates Beatissimae Virginis, & eiusmodi aliarum sunt leges. Jam vero de spiritualibus libris, quibus maxime inuuantur, qui in has Sodalitates cooptantur, duo praecipui sunt, praeter alios illos, quos supra memorauimus, vbi de Religiosis egimus. Alter Francisci Costeri Latini iam, atque Germanicus Christianarum Institutionum in gratiam Sodalitates Beatissimae virginis. Alter Italicus Guilielmi Baldefani nomine editus, qui stimulus ad virtutes inscriptus est. Et quidem audio tertium esse, quem Parisiis emisit Claudius vadanus Presbyter hoc titulo. Pia, & Christianae Institutiones pro societate Beatissimae Virginis Mariae. At hic nondum peruenit ad manus meas. In libro quidem, quem Costerus edidit, qui & nomine Bullae sodalitates erat primo emissus, post professionem orthodoxae Fidei iuxta decretum Concilii Tridectini, quam sodales edunt, agitur de modo confitendi: Examinandi conscientiam: Audiendi sacrum: Audiendi

De officio inferioris, vel secundum Consilij.

verbum Dei: Orandi: Meditandi: vespere sese ad quietem componendi: Mane surgendi: Mysteria Rosarii recitandi: Remedia contra diuersa vitia, noscendi: Cerimonias Ecclesiae intelligendi: Altius gustandi orationem Dominicam, salutationem Angelicam, & Symbolum fidei. Vere igitur aureus est liber, & a qualicumque adolescente (non tantum studioso, vel sodali) numquam deponendus e manibus. Eodem autem spectat, quem Polonicum similem (at omnibus communiorem) Martinus Lateranae nostris euulgauit magno Polonicae nobilitatis bono. Sed qui Guilielmi Baldefani nomen praefert, stimulus ad virtutem, vtilissima continet: Quippe qui discretè ostendit necessitatem ferendi adolescentibus auxiliij aduersus intemperantiam.

MARTINVS LATERANA.

Orationes, quibus eidem resisti possit. Et hæc quidem vtraque decem primæ partis capitibus. Secundæ vero duodecim capitibus dignitatem, pulchritudinem, fructus, precium honestatis, eiusq. vel consequendæ, vel conseruandæ remedia. Tertix denique partis capitibus decem virtutes adolescenti Christiano proprias persequitur. Hortor autem & seniores, & prouectiores, vt qui liber Hispanicè primū, deinde & Italicè inscriptus est, Ars feruendi Deo; ac Tractatus, Audi filia; & Epistolæ Ioannis Auilæ attēte legantur: vix enim facile verbis assequar, quot inde ad Dei gloriam bona consequentur, quibus cordi sit cælestis hereditatis æternitas.

Auila

PRINCIPUM FILIIS, QUI VEL SÆCULAREM, vel Ecclesiasticam vitam aduri sunt, quinam potissimum libri sint prælegendi, vt mature ad rectissimam administrandæ Reip. rationem institui possint. Cap. X.

GREGORI
XII. PONT.
MAX. CURA
ERGA FILIOS
PRINCIPUM.



PRIMUM illud maximi momenti est cogitare, in Principum filiis sitam esse spem pene omnem subleuandæ christianæ Reipublicæ. Quod cum Gregorio Terriodecimo Pont. Maximo persuasissimum esset, ad curam instituendorum seminariorum adiecit alteram istam iuuadi Principum filios, quacunque ratione posset, hoc est, allegationibus, litteris, donis, Religiosorum hominum monitis, euocationibus, ac quantiscunque sumptibus. Quamobrem & antequam huic Mundo oculos clauderet, vidit, si qua cadentium rerum futura erat erectio, hanc ex sollicitudine ista pendere summopere. Cum vero plures, quorum supra meminimus, sapienter scripserint de institutione Principum: (S. Thomas Aquinas in primis) nos teneriorum, (nempe adhuc puerorum) educationem spectantes, quæ his prælegenda iudicant viri probi & prudentes, modo dicemus.

Capita aliqua de perfectione Christiana primo instillanda filiis Principum.

Vbi igitur vsu aliquo rationis valuerint, nonnihil de perfectione Christianæ Religionis innocētibus adhuc, atque puris illis mentibus omnino instilletur; Inde nimirū virtutum Christianarum præstantiam sensim percepturis, & fontem agnitis, vnde Ethnici deriuarunt in suos libros, siquid boni deprompsere. Expedit autem quàm quod maxime, vt prius hoc, quàm ipsa Gentilium rudimenta degustent: quorum præcepta qui prius addiscunt, ægre demum de Diuina sapientia concipiunt, quod erat primo concipiendum.

Compendium Vitæ D. IESV Christi. Vbi de necessitate, & vtilitate docendi catechismi. Proverbia ecclesiasticæ Sapientix liber præferendi Epicteto, Iocрати, & alijs.

Facti grandiusculi compendium aliquod Vitæ Domini IESV CHRISTI & audiant, & memoriæ mandent: Id vero diximus vel ex Petro Galarza, vel ex Iansenij in suam Euangelicam concordiam præfatione esse petendum: nam vterque id præstitit per diligentem. Si quis autem nosse cupiat rationes, quibus ad hoc procurandū permoneamur, eæ fusius scriptæ sunt in quarto libro, vbi actū est de Theologia catechetica. Accedat iam grandioribus, selectarum sententiarū ex Proverbijs, & Ecclesiasticis, siue item Ecclesiasticis, ac Sapientix libellus, præter Christianum catechismum, qui facile (at grauior) & pro capto principum exponatur. Cur enim hinc potius quàm ex Iocrate, Epicteto, & alijs, quos postea legere ipsimet poterūt, haud ordiantur? In eos vero libros, quod iam monuimus alibi, scripsit breuiter ac docte idem Iansenius. Iam si principum filij politicæ ac bellicæ administrationi adiecti fuerint, laudauerim illis prælegi Iosue, & Regum historias eorum, quos Deus in sacris litteris summa prouidentia posteris proponi voluit. Si quis autē ex iis, quibus cura hæc incubuerit, putauerit cōmentariū Andree Maffi esse adhibendū ad Iosue librū interpretandū, curet omnino, vt sit ab iis, quib⁹ id sacra Sedes Apostolica mādauit, expurgatus; Nā & errores qui in eo sunt, cum alii, tū Theologi Hispani in suo indice expurgatorio adnotarunt. Qui vero Poëtæ audiendi illa ætate sint, peti inde poterit, vbi de iis tum priore, tum postremo huius Bibliorhecæ libro scripsimus; Quemadmodum & de historicis, ac de comparandæ veræ eloquentiæ ratione diximus iis locis, qui earum facultatum materiis fuere attributi.

Ac qui-

A Ac quidem Duci rei bellicæ futuro peritiles etiam erunt septem illæ Regulæ innocentix, quas S. Ferrandus Carthaginensis Ecclesiæ diaconus misit ad Reginum comitem: libellus enim hic paræneticus est, siue adhortatorius: qui quidem hunc titulum præfert. Qualis esse debeat dux religiosus in actibus militaribus. Vixit autem Ferrandus ante centum supra mille propemodū annos. Extant item Græcè & Latinè Basilij Imp. exhortationū capita sexaginta sex, quib. sanè oīa, quæ ad boni & pij principis officium spectant, accuratissimè à prudētissimo Imp. descripta sunt.

BASILEI Imp. liber edictus à morali Parisijs.

B Sin Principum filij futuri sint Ecclesiastici, tria inter alios libros opuscula Augustini Valerij Cardinalis Veronæ suadeo, vt audiant, vel identidem legant. Primum, quod est de Vita Caroli Borromæi Cardinalis: nam, etsi hanc deinceps alij conscripsere, habet tamen ea Valerij scriptio, vt nitorem, ita maiestatem; addo etiam breuitatem commodam, quæ Principes ipsos decent; Reliqua pertinent ad Cardinalis & Episcopi officium eadem breuitate, maiestate, nitore conscripta.

PRINCIPUM filijs, qui futuri sunt ecclesiastici, quinam libri prælegendi sint. AVGVSTINI vs Valerius Card. EPISTOLA Ioannis Amle optima de ratione administrandæ Reipub. edita est Italicè, Florentiæ, ac Romæ.

Ceterum, quando hic pietatem, ac salutē populorum præcipuè quærimus, sciant pij Principes, ex omnib. quæ hæctenus de efformando Principe legimus, nihil nos (post Diuinam scripturam, quæ omnes omnium libros superat) vidisse, quod maiore sapientiā, ac rectiore verissimæ Politix methodum sapiat, quàm vberem Ioannis Auilæ epistolā Hispanicè Assistenti (sic enim vocat ciuitatis illius Prætorē) scriptā, quæ extat in eiusdē Auilæ litterarū spiritaliū libro. Eā igitur animi adolescentiorū Principū, qui nondū fuerint mūdānis opinionib. imbuti, si altè cordi infixerint; mirū est, quàm diuitem iustitiæ ac misericordiæ sibi atq; alijs suppellectilē cōparabūt: certe qui tanti boni erūt auctores, dignam diuina clementia retributionem accipient.

Auila

C Iam verò reliquis Magistratum, ac reliquorum nobilium filiis nemo non intelligit hæc eadem futura conuenientissima: cum iis etiam quadrent pleraque, quæ de clericorum, & militarium ordinum Seminariis diximus, si Ecclesiasticis functionibus, vel Christianæ militiæ sese addixerint.

MAGISTRA TVM, & reliquorū nobilium filiis, quid prælegendum.

Internuncijs, & alijs eiusmodi, quinam vtiliores, & commodiores libri Cap. XI.

INter eos, qui de legationibus, vti & de pacificationibus scripserūt, Conradus vir catholicus, & doctus vtilissima procurandis publicis negocijs euulgauit. Primi quidē libri Personas (ait) triplices esse; Quasdam mittere legationem. Alias mitti. Reliquas, ad quas legatio mittitur. In mittentibus igitur, duo considerari, qualitatem, seu conditionem ipsorum; & modum mittendi. Qualitatem attendi, quod alij Ecclesiastici, alij sæculares sint: In vtroque autem statu aut corpora, siue collegia, siue singulares personas. Modum mittendi duplicem esse: Quosdam enim mitti cum mandatis, alios absq. mandatis. Priorem modum esse proprie legationem: posteriorem dici liberam. Mandatorum autem quædam esse libera, quædam diffinita. Diffinita duobus modis tradi. Quædam de re agenda, expressa quidem, sed sine certo agendi modo: quædam vero simul cum re agenda expressa, certum quoque agendi modum expriment. Rursus duplicia esse mandata: manifesta videlicet, & occulta: Manifesta, quæ cum litteris. Occulta, quæ vel licita, vel illicita: Illicitorum quædam posse in perniciem Reipublicæ tradi, quædam vero ad iniurias, & damna priuatis inferenda, quæ litteris non consent: Rerum denique sub legationem cadentium, quasdam esse sacras, quasdam prophanas. Prophanas vel belli, vel pacis. Quæ belli sint, quædam bellum antecedere, quædam interciderē, & intergerendum bellum accidere, quædam bellum sequi. Rursus res, de quibus legationes mittantur vel inconsultando, vel in exequendo versari. Consiliorum autem quædam ad disceptationes pertinere, quædam sine disceptatione capi. Quorum vtraq. esse pacis, aut belli. Hæc primo libro.

At secundo agitur de ijs, qui mittuntur, & Legati vocantur. Omnes autem mitti possunt, qui legationis munere fungi non prohibentur. Ceterum à Legationis munere quædam excludunt, status, ætas, sexus, casus, & vitæ turpitudine. Legatorum igitur quidam cum demandata iurisdictione, quidam

quidam sine iurisdictione mittuntur. Eorum, quibus mandatur iurisdictione, quidam A
Ecclesiastici sunt; quidam saeculares: Et in utroque genere legatio interdum
vni, interdum pluribus mandatur. Porro Legati Ecclesiastici quidam ab vno, qui-
dam a pluribus mittuntur. Etenim ab vno mittuntur Legati Romani Pontificis, Le-
gati Archiepiscoporum, Episcoporum &c. A multis vero mittuntur Legati Syno-
dorum siue vniuersalium, siue particularium. Ceterum eorum, qui a summo Ponti-
fice Legati mittuntur, quidam dicuntur Legati de Latera, quidam Legati nati. Ci-
uiles autem Legati interdum de vna, interdum de pluribus causis, interdum de vni-
uersitate causarum cognoscenda, & disceptanda mittuntur. In personis itaque eo-
rum, qui Legati esse possunt, sex considerantur, scientia, virtus, gratia, numerus, offi-
cium, & beneficium. Scientia, vt sint idonei: & rerum, propter quas mittuntur, pe-
riti, atque legationi, quam suscipiunt, sint pares. Scientia autem sub se habet pru- B
dentiam, & eloquentiam. Prudentiae partes sunt, monastica, & politica. Politica in
deliberatiua, iudiciali, & praecipua diuiditur. Prudentiam vero natura ad-
iuuat. Ea est promptitudo, & habitus, quae homini a natura inest, quae quid tum sibi,
tum aliis proficiendum, fugiendumque sit, prospicit. Quam nos solertiam, & sa-
gacitatem appellamus. Denique prudentiae adiungitur experientia, quae ex multa-
rum rerum memoria constat: Quam historiarum diligens lectio parit, & adiuuat.
Eloquentia vero Legatorum in iudicando, deliberando, & demonstrando versa-
tur. Primum genus, quod iudiciale vocatur, accusationes, querelas, contentiones
de iure, & possessione continet. Ad secundum genus, quod deliberatiuum; siue sua-
forium appellatur, consultationes, sententiarum dictiones, petitiones amicitiarum,
induciarum, pacis, captiuorum, pecuniarum, deprecationes veniae pertinent. In ter- C
tio genere laudationes, & vituperationes ponuntur. Virtus partes habet Iustitiam,
Fortitudinem, & Temperantiam: Iustitiae duo sunt genera, iustitia vniuersalis, & iu-
stitia particularis: Iustitiae vniuersalis, quae & legitima dicitur, opera sunt, leges con-
dere, conditas definire, definitas exequi curare. Lex autem alia vniuersalis, alia po-
situa dicitur. Naturalis partes sunt, religio, pietas, gratia, vindictio, obseruantia,
veritas. Ab his ius gentium trahitur, iurisdictionum bella, seruitutes, quae a vindica-
tione trahuntur. Item conuentiones, & contractus; in quibus fides seruatur, quae a
veritate ducuntur. Ceterum ius posituum, consuetudinem, mores, & legem scri-
ptam continet. Iustitia vero particularis, quae aequitate seruatur, vnicuique tribuit,
quod suum est. Partes eius sunt, distributiua, & commutatiua. Porro fortitudo est
virtus, quae circa pericula versatur: Eius partes sunt, Fidentia, Patientia, & perseue- D
rantia. Temperantia denique est rationis in libidinem, atque in alios non rectos im-
petus animi firma & moderata dominatio. Huius partes sunt, Continentia & mode-
stia. Continentia circa voluptates victus & Veneris versatur. Modestia in tribus
consistit, quorum primum est, vt appetitus rationi obtemperet se eundem, vt con-
deremus quanta res ipsa sit, ne maior aut minor cura & opera suscipiatur, quam cau-
sa postulet: tertium, vt ea seruemus quae ad liberalem speciem & dignitatem perti-
nent, habita ratione temporis, loci, & ordinis. Gratia, naturae, consuetudine, & hu-
diorum participatione comparatur. Ad humerum pertinet, quorum numero Legati su-
per vna pluribusve rebus mittendi sunt. Numerus autem Legatorum constituitur ex
more, legibus, & arbitrio mittentium. Haec omnia in secundo tractantur libro.
Tertio autem officia Legatorum, quae a personis, rebus, & ordine sumuntur. Per-
sonae triplicis sunt considerationis & respectus, vt pote ad eos, qui mittuntur, & ad eos
qui mittuntur: atque ad eos, ad quos Legati mittuntur; vt pro officio recte omnia
fiant. Res in cognitione & executione versantur. Cognitione in exercitio iurisdictionis,
& in deliberationibus agitatur. Iurisdictione duplex est, Saera seu Ecclesiastica, &
prophana seu saecularis: Et vtraque rursus duplex est, voluntaria videlicet, & con-
tentiosa. Contentiosa itidem duas complectitur species, nempe legitima iudicia, &
liberas disceptationes. Ceterum deliberatio in publicis contentibus fit & concil-
liis. Concilia autem quaedam vniuersalia, quaedam particularia sunt. Similiter &
execu-

A executio duplex est. Alia enim coniunctam habet cognitionem, alia merum facti,
& nudum ministerium continet. Prophana insuper iurisdictione versatur in rebus pa-
cis & belli: Res belli, quaedam bellum antecedunt, quaedam in bello, quaedam post
bellum, quaedam vero mixtim ante bellum, in bello, & post bellum geruntur. Ordo
in his omnibus certus pro diuersitate officij seruandus est.

Libro quarto agitur de immunitatibus & priuilegijs Legatorum.

L egationum quaedam gratuita sunt, quaedam ob lucrum suscepta. Legati qui gra-
tuita legationis munere funguntur, duplex beneficium habent. Vnum a lege,
& alterum ab homine. Lex namque naturalis, & ius gentium tribuit Legatis, vt a ne-
mine pulsari, spoliari, aut alia quacumque ratione violari debeant. Lex autem hu- B
mana, sua quoque priuilegia & beneficia tribuit Legatis. Ac primum quidem vt
sint a muneribus & oneribus ciuilibus immunes intra biennium finita legatione, si
longinqua fuerit. Deinde vt Reipub. causa abesse intelligantur, eoq. beneficio iu-
ris omnino gaudeant, quo gaudent ij, qui Reipub. causa sunt absentes. Postremo
vt ius reuocandi domum habeant. Ab hominibus quoque beneficia accipiunt Le-
gati. Primum ab ijs, qui eos mittunt. Deinde ab ijs ad quos mittuntur; nam ab vtrif-
que munera ex honesta causa accipere possunt. Certè qui ob lucrum legatione fun-
guntur, legatium, id est, salarium accipiunt ab ijs, qui eos mittunt.

*Libro quinto de Personis eorum ad quos mittitur legatio: & de eorum
officio in suscipiendis, dimittendisq. Legatis.*

P ersonae, ad quas mittuntur Legationes, vel publicae sunt, vel priuatae. Aut vna, aut
multa: Quaedam saera, quaedam prophana. Quae multae sunt interdum corpus consti-
tuunt, interdum nullum constituunt. In personis eorum, ad quos mittuntur legati, duo spe-
ciantur, auctoritas, & officium; Auctoritas in admittendis, audiendis, dimittendisq. lega-
tionibus versatur. Ita quoque partes eius sunt, admissio, audientia, dimissio. Auctoritate
vero per sese, vel per alios exercent ij, ad quos legatio mittitur. Admissionis lega-
torum partes sunt, exceptio, & audientia. Exceptionis partes sunt, hospitium & do-
na. Audientiae vero partes sunt, locus, tempus, indictio Senatus, seu concilii, Sessio, D
ordo audiendi. Dimissio, Responso, decreta, honores, protectionem, et renuncia-
tionem complectitur. Responso dantur, aut voce, aut litteris, aut partim voce, partim
litteris. Porro responso quaedam sunt extrema, quaedam media, quaedam
gratificatoria, quaedam negatoria: quaedam spem faciunt, quaedam rem ipsam praes-
tant, quaedam mitia & benigna, quaedam dura & aspera, quaedam certa & expedi-
ta, quaedam perplexa, quaedam magna & fortia, quaedam modesta, quaedam su-
perba. Decretum in Concilio fit a maiore parte Concilij, et subscriptionibus atque
figillis communitur. Maiorem autem partem, numero, auctoritate, zelo, et merito
metimur. Item manu propria, vel manu alterius subsignata. Honor exhibetur Lega-
tis. Primum, muneribus datis. Secundo, monstratis iis, quae sunt in pretio apud eos,
qui illos dimittunt. Tertio, adhibitis aliquibus qui eos prosequantur. Renunciatio
fit a legatis eis, a quibus missi fuerunt.

Cum vero quae ad institutionem principum, ac penè ad omnium genera statuum;
Quae de Politicis rebus viri eximij rectius libros emisere, huc faciant; quemadmo-
dum & historici, qui vsui rerum, atque Prouinciarum earum, in quibus agenda res
sunt, notitiam praebent, legendi sunt; propterea suis quoslibet locis in hac Bibliothe-
ca licebit visere. Sed non pigeat hic reperere id ipsum, quod nunc de Principum fi-
liis diximus; Nimirum Ioannis Auila Epistolam, quae Hispalensi Assistenti scripta
fuit, saepe ac sedulo esse legendam ab iisdem, qui res publicas tractant. Nam & si
ad Praefectos Ciuitatum ea in primis attinet, spectat tamen ad eos quoque, qui cum praef-

Auila

præfectis, Principibus, & Regibus agunt de communibus rebus. Et sanè idem ipse Auila, qui donum à Deo prudentiæ magnum erat consecutus, epistolas alias scripsit non tam spiritualibus, quàm & Politicis hominibus percommodas, & (ausim dicere) penè caelestes. Cum verò internunciis & eiusmodi aliis pernecessarium sit inter tot humanarum rerum ambages, atque peristafes lumen id, quo prælato in diuiciles obices non impingant, credant, ac firmissimè sibi persuadeant, nil abs se posse vtilius præstari, quàm si è cælo primum à Patre luminum, deinde ex ijs, quibus ille illuxit, continenter hauriant, quæ certissimum ductum ostendunt. Ex his autem hæc paucissima, sed grauissima nunc capiant.

1 Primo notendū esse quid ferre valeat humeris: imitandos videlicet baiulos, qui priusquàm sibi sarcinam imponant, attentant, nū forte sit grauior, quàm vires postulet.

2 Ne quis eat, nisi mittatur. Nam si Deo nec consulto, neque vocante, & ratione haud suggerente, atque peritissimis non approbantibus aliquis ingentia subire velit discrimina, concidat necesse est, læq; temeritatis det poenas.

3 Internuntium debere esse non tam Principis, quam Dei Legatum; atque vt ita dixerim, Angelum. Angelos porrò præter alia illa munera, quæ Diuina historia ex cutos esse commemorat, duo nascente Christo Domino potissimum annunciasse, quæ legentis omnibus inprimis, vt spectanda, ita annuncianda sint. Gloriam nempe Deo, & pacem bonæ voluntatis hominibus, in quem scopum qui recta non collinearit, qua nãtambet humanæ gloriæ speciem, aut etiam exitum nescio quem negotiorū consequatur, hæc non satis futura esse ad expedienda, minus autem ad procuranda Reipub. aut Principum negocia. Scriptum est enim. Nisi Dominus ædificauerit Ciuitatem, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.

4 Non priuato, sed publico, atq; (vt ita dicam) Regio animo opus ei esse, qui publicas res nomine Principū gerat: priuatum enim cōmodum, aut honorē qui quaerit, (cum ne I E S V S quidē se clarificauerit, vt Pontifex fieret) nec vera scribet, neq; serio res alienas ager, neq; tuebitur auctoritatē, aut libertatē eā, quæ perducendis ad effectū rebus necessaria est. Propterea verò ne in hos errores incideret qui à Prophetis, aut à Prophetarum Domino allegabatur, ijs mādaturū fuisse; ne quem per viā salutarent, dicerent autem Patri, & Matri; Nescio vos, videlicet Diuino negotio vacarent accuratissime; reliqua minus necessaria præ Diuinis negociis omittentes.

5 Proinde ad hæc obseruanda omnia excitandum esse amorem erga Deum, sine quo amore, qui est pater optimi, ac prudentis zeli, publicarum rerum administratos, quasi caminum sine igne, corpus sine animā futuros.

6 Nil ad eō persuadere, quam probitatem, atque latentem in corde virtutem.

7 Prudentiam esse à viris probis, atque prudentibus, non autem solum à seipso perquirendam: quare cū eorū consiliis, quidquid fuerit, tamquam aurum ad indicē conferatur. Nam & Moyse Deus præcepit vt septuaginta deligeret homines, quibus daturus esset de spiritu suo. Quin & idem ipse Moyse de temporariis quoq; rebus Deum consulebat. Ae Iosue dum nimium cōiecturis fideret, à Gabaonitis deceptus est. Salomon autem placuit Deo, quod Sapientiam ab eo petierit. Exrantq; caelestia illa monita. Cogitationes mortalium timidae, & incertæ prouidentia nostræ. Et qui confidit in corde suo stultus est. Et si quis erit consummatus inter filios hominū, si abfuerit ab illo sapientia tua, in nihilū reputabitur. Et Dominus dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia Principū, consilium autem Domini manet in æternum. Et cum defecerit prophetia, dissipabitur populus. Et Veh filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telam & non per spiritum meum. Verissimum itaque illud esse, sicuti ad humanam prudentiam acquirēdam magni refert, vt ad eam natura propensus sit, qui res agit publicas, sic ad Diuinam expedire maximè, vt ne quis suæ scientiæ fidat, sed à Deo lucem sapientissimè efflagitet, sacerdotes Deum timentes, perque eos Deum consulat. Diuinam legem euoluat, nisi huic rei sit idoneus, per eos euolui curet, qui eam nouerint, vt si humanis litibus dirimendis leges consulit, & Iurisperitos adit, hisque ingentem pecuniam plerunq; datur. Tanto magis adeat indifficillimis rerum nodis

ad

A ad eos, per quos hi solui possint, pecuniamq; pauperibus tanquam Christo, qui magni consilij Angelus vocatus est, tradat.

8 Iuuare, quæ Augustinus de Ciuitate Dei, Orosius, & Lactantius scripsere, dum Ethnica cum Diuinis conferunt.

9 Necessariam esse lectionem eorum librorum, quibus Macchiauelli, Bodini, Nux, atque similibus technæ aperiuntur.

10 Sleidani, & similibus improbas, & mendaces historias esse declinandas, quas si permissu Apostolicæ Sedis alicui legere licuerit, Ioānem Fontanum, & ceteros, qui eius imposturas monstrarunt, antea esse legendos.

11 His rebus menti præmunitæ cogitandum esse, vt talentum det ad vsurā. Quæsiturū sanè Deum, num ex ea legationis occasione pacem conciliauerit inter Principes, inter quos aliquid dissidij extiterit; num præ metu, aut alia de causa Principi suo in re mala obtèperauerit. Num ostiū, cum potuerit, Catholicæ religioni aperuerit: Num, quæ ædificare Principis sui, & aliorum animos poterāt, hæc potius scripserit, quam per fallacem discedendi speciē, eos in suspiciones aduersus alios traxerit: An rumores incertos scripserit: An rerum exitus ita obseruauerit, vt non facile crediderit, quidquid arte, astute à viris improbis, aut hæreticis spargitur: Num dignitatem Apostolicæ Sedis, & Ecclesiasticum ordinem reueritus, ac tutatus fuerit potius, quàm vt scripto, vel dicto, maiorem de ijs maledicendi præbuerit ansam. Hoc enim quasi cuneo finduntur animi, & ab Ecclesiā Christi sensim auertuntur: Num hæreticos quadantenus suspexerit, aut illorum hypocritis aliquam fidem habere cœperit, ac etiam vel libros, vel scripta ab ijs acceperit: Num erubuerit domi pios habere viros, & libros, quos sui, ac qui ad eum veniunt, legant: Num denique tanto abutatur munere ad fastum potius, quàm ad humilitatem, atque in Reipub. bonum, ad Dei vnus gloriam.

12 Quoniā vero ea temporū qualitas est, Sarana omnem mouente lapidē, vt omnis Ecclesiæ status corruat, quare & tentet, vt hæretici primo colloquia publica, vel priuata de religione, quasi cupidi veritatis petant. Soleāt autem aliqui, cum his petitionibus plus nimio pulsantur, consulere interdum eos, qui Principū aliorum nomine apud se commorantur, ideo consultum erit, vt internuncijs hæc, quæ sequuntur, habeant apud se, quæ aliquando Stephano primo Poloniae Regi, dum ab hæreticis vrgeretur, sed non flecteretur, quarenti à nobis respondimus.

D *Quæ Stephanus primus magnæ memoria Rex Poloniae eius nominis primus quaesuit, vt hæreticis publicum de Religione colloquium vrgerentibus, respondere maturius posset, sicuti, & fecit.*

Sis, quem V.R. Maieestas nouit, aliquo veri desiderio permotus vrgeat amplius, vt colloquio de religione instituendo inter sit, hæc responderem.

Primo, velitne Maiestatis Vestræ iudicio stare, vbi, quæ hæretici proposuerint, audiverit. Quod si consentiat, tum dici posset, scire quidem V.M. quæ illorum sectariorum dogmata sunt, ac quibus fundamentis nituntur, ac proinde frustra terendū non esse tempus, aut respondendum, cum omnia illa & antiquitus, & nostro sæculo diligentissime excussa, explosaq; sint, atq; adeo anathema in eos latum, qui eadem sentirent, aut crederent. Sin autē neget, ac ad verbum Dei scriptū tanquā ad iudicē, totum illud colloquiū referat, scio responsurum sapientissimū Regem, quod Constantinus Magnus in Concilio Nicæno respondit, sibi Imperij, non religionis habenas esse commissas, neq; se iudicem Ecclesiæ esse constitutum, qui eius filius sit, ac (quod ad religionem attinet) eidem debeat esse subiectus.

Si verò idē adhuc vrgeat, pertinere ad Regē, vt tot populorū salutē, atq; adeo suæ cōsulat, fieriq; posse, vt hæreticorū rationibus auditis, melius sapiat, eos certè nō putet amplius hæreticos, aut de iis secus quàm hæcenus fecit, sentiat: dici ad hæc poterit, pertinere ad Regem, qui Christianus sit, nec omni vèro doctrinæ circūfertur, quiq; antiquas historias perlegerit, & velit iuburandnm seruare, quo Regni cura suscepta

scepta sese Catholicę Ecclesię tutandę obstrinxit, vt quod Dei iudicio fieret, vt his A
 vendicatis, & clauis Ecclesię, & clauum huius Reip. simul perderet. Porro scire Ma
 iestati Regiä, quänä depromant sectarij pro suis errorib. tutandis, queq. pro illis dā
 nandis, & cōuincendis Ecclesia Catholica respōderit, cui nisi fidē habeāt, quid Re
 gię Maiestati crederēt? Vidisse deniq; in ipsa huius Regni administratione, quā suę
 salutis, & Reip. bono aduersarētur quidā, pro quib. omni dignitate ornādīs, quecūq;
 potuit, ac tātum nō vitā ipsam pdegerit; vt vix in animū inducere queat, hominē il
 lum, N. quiq. eius vel affeclā sunt, vel clientes haberi volunt, velle in re fidei nunc
 aures patientes adhibere eis, quā à Theologis Catholicis, mādante Regia Maiesta
 te, proponerentur. Præterea Christianos Imp. & Reges, quorū nomen ob rerū ge
 starū amplitudinē, & propter præstantiā, est adhuc post tot sæculā celeberrimū, quo
 riescunq. à sectariis ea de re, id est, de colloquio inter Catholicos & hæreticos infi
 tuendo, actū est, omnia ad id tribunal, quod in Ecclesia Catholica à Christo Domi
 no institutum est, retulisse. Itaq; Synodos legitimē coactas fuisse, deq. iisdē hæretib.
 sententiā prorsus eādē, quā à S. Synodo Tridētina lata est, fuisse promulgatā. Quā
 si quis quātuscūq. Rex videatur in dubiū velle reuocare, intelligere debet se primū
 quidem salutis suę iacturā, quæ vix vnquā sarciri possit, esse passurū; sed & eodē mo
 mento orbi Christiano testaturū se Imperatorū illorum, & Regum Christianorū ce
 leberrimorū fidē, cōsilia, pietatem improbare; probare autē eorum, qui illis dissimil
 limi fuere, ac propterea Imperia, & Regna pessum dedere, impietatem, temeritatē,
 perfidiā, quales habiti sunt, Iulianus Apostata, Valens, Copronymus, & reliqui, quorū
 memoria in maledictione est, & animæ æternis cruciatibus afficiuntur.

Eosdem porro Christianos Imp. & Reges pseudoeписcopis eadē arte vtentibus, C
 qua hæreticj nostrates vtuntur, respōdisse, an in verbi Dei explanatione iudicio tā
 tum suo, vel vnanimi Patrū, & eorū, qui Apostolorū discipuli fuere, credere voluif
 sent: Quæ respōsione sic fuisse percussos aliquādo pseudoeписcopos, vt amplius hūce
 re nō auderent. Cur enim (aiebāt veri illi Imperatores, & qui regnabāt ex Deo Re
 ges) nō habetis fidē Synodis legitimē habitis? cur si Patres à vobis, & antiqua ipsa
 Ecclesia stat, ad hāc nō prouocatis? cur illorum scripta non editis, ac profertis?

Præterea euidentissimum est, nō ita multos ante annos, vel cū (Sigismundo impe
 rāte) Boëmi defecerunt à fide Catholica; vel cū Vornatiæ, & Augustę eiusmodi col
 loquia institui Lutherani petiissent; vel Carolo IX. Gallię Rege, cū in cōuentu Pos
 sacio idē actū fuisset, nihil deniq; aliud securū fuisse, quā vbiq; funestissimas clades:
 Atqui hæreticos initio tanquā cuneū sese inferere in causā religionis conatos fuisse D
 se; quod vbi aliquorum oscitātia, & fide nimis imbecilla (sed nescio quo pretextu)
 pmissum est, tum miras scissuras extitisse, ac postea ab vno & ab altero apostata pe
 pendisse Principes illos, qui salua religione Catholica Deum ipsum propitium; Pō
 tificem Max. Patrem amantissimum; Reges, ac alios Principes fratres subditos de
 niq; obsequentissimos habituri fuissent. Quod si tā stupidos existiment esse catho
 licos, vt neq; præsentis Belgicę defectione, nec dissentientib. inter sese alijs hæreti
 cis, neq; cōfederatione ista ex Arianismo, Iudaismo, Mahometismo, Caluinismo,
 Anabaptismo, Lutheranismō, Picardismo, Ichismateq. cōflata excitentur ad ipsum,
 quo isti Vestræ Maiestatis aures obrundunt, elatis supercilijis moliantur, saltē hūc
 Regio nomini, & capiti honorem habeāt, ne in istud quatuor, vel sex Ministrorum
 apostatarum (si Deo placet) cōsistorium, tāquam ad tribunal, Regiā Maiestatem au
 deāt isto fallacissimo actu accersere. Neq; enim tā citō aliquid cōtrouersum in dis
 putationem veniret, quin statim audiretur prouocari nō ad Deum, sed ad Caluini, ad
 Lutheri, & eiusmodi aliorum verbum, atque iudicium.

Neq; porro ij sunt omnes, qui eiusmodi cōuentui, quem petunt, interessent, quib.
 datum à Deo sit, vt dogmata ipsa percipiāt, cum ceteroquin populus sensu magis,
 quā fide, ducatur, si in fide nutare inceperit. Quamobrem hæc publicē corā ijs agi,
 qui Theologica nō tractarunt accuratē, ijsq. ad iudicare aliquid in Ecclesia iuris,
 quæ non sunt Ecclesię membra; ab ijs autem ferri iudicium, quos neq; vnquam iu
 dices cōstituit, iudicet cui vel mica falis sit in peccatore, quid deniq; hęc cōmodi, vel
 digni-

A dignitatis cōsequi possent. Ceterum vt isti erubescāt, amplius Regiæ Maiestati nego
 rium faceffere, vel certē vt aperiāt oculos, aut acutius inspecta veritate, eā ample
 xentur, hæc ipse adijcerem. Nū ad verbum Dei rectē exponendū Synodos aliquas
 velint, saltē antiquas, quib. sanctissimi, doctissimi, iidemq. fortissimi, martyres inter
 fuere. Num itē admittere velint Patres eos, qui aut in Oriente primas tenuere; aut
 in Occidente, cū vocati sint, & essent re vera Doctores, eadē, quæ nunc vigent, hæ
 reses cōfutarunt. Si hoc probent, cur ex eis Verbum Dei, exponi nō curāt loco tot
 hæreticarū fabularum, quas edunt, & docent? Quod si eos errasse, & homines fuisse
 dixerint, cur idem de suis ministris potius nō sentiant? Deinde si sibi cōcedi cupiāt pu
 blicum de religione colloquium, cur primi nō sinunt à Catholicis idē ijs in locis in
 stitui, vbi auita fides floruit, & Euāgelij sparsa per Catholicos semina sunt, ac mira
 culis, & populorum, ac Regū cōsensione religio cōseruata, & aucta fuit? Præterea
 prodāt suæ cōfessionis Symbolum tot diuersarum sectarum sectarij, vt intelligatur,
 num id Calvinianorum, an Lutheranorum, an aliorum nomine vrgeāt. Ac forsā
 Vestra Maiestas Regia illico videbit, id accidere, quod Vornatię cōtigisse cum om
 nib. notissimum est, tum mihi, qui ei colloquio interfuit Emanuel Sabaudia Dux Se
 renis. dixit, nempe ipsos inter sese Lutheranos, vbi eorum fidei professio à Catho
 licis petita est, alterum post alterum recessisse, scēdissimo illo suo Euāgelij, & nouo
 rum de cōlo videlicet descendentiū cōmento, dum inter sese ea de professione
 mirificē dissentirent. Cum verō colloquium istud petunt, aut de sua, quā vocāt, re
 ligione sunt certi, aut ambigunt adhuc. Si certi sunt, quorsum id, nisi ad audientium
 subuersionem, ad suum errorem fouendum, ad Regiā, & rectā (si vnquā possent) men
 tem dimouendā, vtq. eā Ecclesię caput cōstituant, spectāt? At ab hæreticis caput cō
 stitui, ecquid aliud est, quā si quis à profugis, & rebellib. Dux cōstituitur? Sin autē
 incerti sunt, cur templa Catholicorum identidē prophanāt? Deo dicata in alienos
 vsus auertunt? de ipsa re quasi iudices, qui tamen iudices nunquā fuere, sententiā fe
 runt? Regiis ciuitatib. ius ipsum Catholicę religionis adimūt, quod in suis prædijs,
 & pagis ne attingi quidem volunt? Scilicet hoc esset subdola fraude sceprum Chri
 sti Regiæ manui imponere, & spinea nō Regiā corona caput Regium afficere, ac statim
 quasi sedenti pro tribunali illudendo dicere: Prophetiza, quis te percussit, quis
 tibi tributa alio detorquet: quis omnem religionem auferre; quis deniq; perpetuam
 Regno tuo, ac Regi tibi perniciem parere sedulo conatur? At & illa maximi pōde
 ris sunt, de quib. interrogari possunt: Num aliquo vnquā sæculo putant hæretici ap
 ud Christianos integrā Ecclesię fuisse formā. Quod si cōfessi fuerint, iam igitur illā
 promant per eos quos habent testes antiquitatis: nā his testibus nō detrectabitur
 à Catholicis fides. Sin nullā post Apostolos fuisse asserāt, putidissimum mendaciū,
 ac Christi Domini sapientissimā prouidentia indignissimum Regio iudicio explo
 dendum est. Et aut deniq; necesse fuerit, vt putent, à Regia Maiestate nouā instituen
 dā esse Ecclesiā, aut à seipsis ex proprio capite post sexdecim deniq; sæcula aliquā
 effingendam, cui an alij hæretici dexteris daturi sint, Regiæ Maiestatis Vestræ iudi
 cium esto. Interea si quid ex illegitimis Synodis citauerint, vnde fucum simplicio
 ribus facere studeant, viderint ijs, quæ in calce responsionum ad Septentrionalē
 nobilissimum virum ea de re scripsi. Ipsorum autem hæreticorum falsis citationib.
 siquis cordatus Theologus ita vtatur, vt eorum fraudes ex ipsis fontibus aperiat, fa
 cile conuincetur sese semper mentiri, nisi sanari voluerint.

Ad extremum, interrogentur, num vllam vnquā hæresim fuisse, perspectum ha
 beāt ex Annalibus antiquissimis, aut ex ipsimet Patribus, quos interdum magno
 pere extollunt, vt simplices decipiant. Num, inquam, abusam fuisse ipsa Diuina scri
 ptura aliquam sectā possint (non callidē, sed syncerē allatis eorum Patrum libris, nō
 suis detorsionibus) ostendere. Quod si ita sit, quæ admodum ex SS. Augustino, Hiero
 nymo, Theodoro, Epiphano, Damasceno, & alijs, præter ipsas legitimas & veru
 tissimas Synodos cōstat, hereses eādē inde illis obijciantur, vbi tanquam in spe
 culo suas scēditates aspiciant. Et aut erubescant, vt sanentur; aut si pergant esse in
 sanabiles, sanē laruas istas Catholici facilius agnoscent.

ARGUMENTVM LIBRI SEXTI.

HACTENVS de ijs, quæ agenda sunt cum domesticis Fidei, hoc est, cum Latinæ, Catholicæ, atque orthodoxæ Ecclesiæ Romanæ filiis. Proximè sequuntur Græci, atque Rutheni, ac reliqui Græcorum ritus sectantes, partim nobiscum sentientes, partim dissentientes. His igitur tanquam genti olim florentissimæ, & cuius antiqui Patres Ecclesiam illustrarunt, debetur hic locus. Quo causas cum illis non semel à nobis collatas, quantas, & quâdiu potuimus, scrutati, hæc habemus, quæ ad rectissimam fidem, atque ad mutuam charitatem inter nos statuendâ è sequentibus capitibus facere possint.

CAPITA LIBRI SEXTI.

- 1 *Causæ internæ, & externæ expenduntur, quibus facilius Religio, & charitas inter Græcos promoueri possint.*
- 2 *Græcæ linguae necessitas, & utilitas.*
- 3 *De vita eorū, qui ex Latinis adsciti, pietatē, ac disciplinas Græcos Alūnos docturi sint.*
- 4 *Postrema causa, præmiorem tenuitas, quibus Græci etiam inuitandi sunt, & fouendi.*
- 5 *Responsiones ad Regis Septentrionalis interrogationes, qui de salutis æternæ comparandæ ratione, ac de vera Ecclesia cupiebat institui. Eæ autē sunt, quæ sequuntur.*
- 1 *Num ij, qui omnia Ecclesiæ dogmata non credunt, possint æternam salutem consequi, dum tamen profiteantur se in Christum credere, & peccata odio habere?*
- 2 *An Schismatici saluari possint, cum ea, quæ ad fidem pertinent, omnia fere credant?*
- 3 *Cum inter Lutheranos, ij nominentur sacerdotes, atque Episcopi, qui res spirituales, & sacras administrant, nonne hi sunt aliqua ex parte sacerdotes, & Episcopi?*
- 4 *Ecclesia ne dici potest alicubi esse, ubi sacerdotes, & Episcopi vere, ac legitime consecrati non sint?*
- 5 *Cum Baptismus in Septentrione verus administratur, non ne saltem qui eo baptizantur, ad Catholicam, id est, veram Ecclesiam spectant, licet veros sacerdotes non habeant?*
- 6 *Licebit ne alicui ob metum mortis, aut ob rerum suarum amissionem, vel propter spem alios ad Catholicam fidem conuertendi, simulare Lutheranismum, aliamve heresim: aut publicè profiteri, se nolle Catholicæ Ec-*
- 7 *Licet ne sacrosanctio Missæ sacrificio interesse, vel Eucharistiam sumere, ubi sacerdos rite quidem olim ordinatus sit: postea vero fuerit Lutheranus, & adhuc sit, atque adeo, nescit an Ecclesiæ Catholicæ sit reconciliatus?*
- 8 *An Catholici ab Orientis Episcopis, qui à Romana Ecclesiâ dissentiunt, regulam credendi, & sacerdotum consecrationem petere in se possint?*
- 9 *Qui dicit se triumphantis Ecclesiæ & antiquorum Patrum doctrinam sequi num saluari possit?*
- 10 *Si quis obiecerit, Ecclesiam quoque Catholicam defecisse, aut ita egrotam esse, ut sensum veritatis amiserit, num differre ad Catholicos reditum debeat?*
- 11 *Sunt ne aliquæ notæ tam certæ, ut per illas Ecclesiam Catholicam ab omnibus alijs distinguere possimus?*
- 12 *Num verū sit, quod Lutherani, atque alij verbum Dei, & Sacramentorum administrationem, proprietates, ac notas Ecclesiæ esse dicunt.*
- 13 *An ut in Deum, ita in Ecclesiam credendum sit?*
- 14 *Cum certissimis argumentis articulus fidei de Ecclesia constet, quenam sunt causæ, quæ retinent homines in hæresi, nec verocitissimè tanto se laqueo exuant, antequam mors, quæ singulis horis imminet, eos capiat?*



ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

Liber Sextus

BIBLIOTHECAE SELECTAE,

Qui est de Ratione agendi cum Græcis,
& Rutenis.

*CAUSAE INTERNÆ, ET EXTERNÆ EXPENDUNTUR,
quibus facilius Religio inter eos promoueri possit. Caput Primum.*

INGENS fuit Græciæ splendor tum ob Christiani Orbis Imperium, quod in Oriente aliquando floruit, tum ob disciplinas penè omnes, quæ licet ab Hebræis initio manarunt, per Græcos tamen quoquo versus propagatæ sunt. At ubi Acatius, & alij quidam plus nimio sibi tribuentes, & ex præsentia Cæsarium magis, quàm è CHRISTI Domini instituto suam conixi sunt augere existimationem, atque auctoritatem; ac proinde Romanam Sedem omnium matricem Ecclesiarum aspernari cœperunt; secutæ sunt clades, quas communi cū dolore nostrorum, ac bonorū omniū Græcorū adhuc cernimus. Pertentatum igitur sæpe fuit per Synodos, perq. alia multa, ut tâta Christianæ Reipub. pars aciem ingenij in Veterum Patrum suorum dogmata pietatēq. intendēs ita nobiscum esset vna, quemadmodū proximis Apostolorum seculis fuerat concors atq. consentiens. Quod secundiorē exitum habuisset, si ea, quæ in Synodis sapienter decernebantur, fuissent vtrinq; à Viris, qui iuuentuti erudlendæ, atque excolendis populis deligi deberēt idonei, amanter ac sedulo declarata. Certè hoc in Russia non semel ipsi experimento didicimus. Nam apud Rutenos, qui olim à Græcis fuerant edocti, nec Florentinâ Synodum, nec Diploma, siue Bullâ Vniouis Eugenio Quarto Pont. Max. promulgatam, neq; verò vsquâ expositam comperimus. Quæ res cum Gregorio XIII. Pont. Max. immortalis memoriæ innotuisset, Missiones in Orientem, in Moscouiam, Byzantium, in Crætam; præterea collegia Romæ pro Græcis, Seminaria in Lituania & alibi pro Rutenis molitus est; quibus tam insignes nationes pristinum reciperent decus; ac litterarum & Religionis studiis diligentius informatæ Diuinam gloriam Deo aspirante, ac iuuante promoverent. Verum etsi ex ista Pontificis molitione nec dum tantus extitit fructus, quan-

tum utrique optabamus Latinae, & Graecae Ecclesiae filij; tamen ex ipso rerum per aliquot annos usu, ac praxi, liquidior hausta lux est; qua & impedimentorum causa iam patuere: ac viam ad ea submouenda posse facilius complanari cognitum est, sicuti mox dicemus.

Causae tum internae, tum externae siue extrinsecus aduenientes sunt. Internae referuntur ad varia hominum ingenia & mores, defectumque disciplinam, si non affectatum ab omnibus, certe vel ex ocio, vel alia e culpa contractum. Externae praeter alias, de quibus modo non est dicendum, pertinent: 1. Ad collapsas, quae olim floruerunt, Academias: quae neq. modo restitui, nisi aegerrime, atq. scilicet periculo possent, dum alienam Graeci in oriente dominationem ac iugum patiuntur. 2. Ad eos, qui quo longius abstrahere, quales sunt Rutheni, Moldaui, Circassi, & si qui alij sunt eiusmodi, eo grauiores in errores deciderunt, quibus interdum nec docti, ac ne Graeci quidem Episcopi praesumere. 3. Ad remissiores eorum curam, a quibus etiam inter Latini ritus populos iuari exemplo, atq. ad pietatem accendi potuissent: quales in Insulis Melita, Sicilia, Calabria, Apulia, & alijs in Italiae ciuitatibus, siue caenobijs degunt. 4. Ad illa, quae aliquando non omnino vere, (ac certe non ea, quae inter Christianos decet, charitate) fuerant Graecis obiecta. 5. Accessit hoc tempore Romani Calendarij emendatio, quam quidam minus rem intelligentes noluerunt passim admitti. 6. Ad falsatos Graecorum Patrum libros, quos aliqui etiam num versant: & ad errores, qui spectant ad eorum Rituales, in quodammodo ab hinc annos acerba quaedam maledicta Nicephorus Xanthopulus in latinam Ecclesiam male affectus coniecit: ex quo fit, ut populi odiu contra nos foueant, id verum esse opinantes, quod ille simplicibus obtrusit: quod tamen probi & ingenui Graeci aegre ferunt. 7. Ad speciem austerioris vitae, quae in Graecorum Hieromonachis, Metropolitibus, Archiepiscopis, atq. Episcopis plerisque, cernitur. 8. Ad nuptias, sine quibus ad ordines sacros non ascendunt, nisi fuerint professi Monachismum. 9. Ad vitam quorundam, qui nonnulla antea ad Graecos edocendos adsciti, rectius se gerere poterat. 10. Ad tenuitatem praemiorum, quibus essent Graeci alliciendi, tamquam orbi Patria, & bonis exuti, quique, si denique orthodoxae catholicae Ecclesiae Romanae fidei adhaeserint, Graecisque alijs iuandis praestare opera velint, vix interdum aliunde cibum consequi possunt.

CAESARVM
Internarj
expensio &
Remedia.

Ergo interiores causae contrariis tollentur causis, Nimirum elatio mansuetudine, atq. humilitatis virtute. Morum corruptio sublatione omnis occasionis peccandi. Ocium & affectata veritatis ignoratio, si animi incenduntur ad auitum decus, ac lectionem eruditissimorum Patrum, quos ex intima Graecia depromptos, vniuersa Occidentis Ecclesia suspicit, & in varias conuersos linguas, tamquam ditissimas merces in omnes Christiani orbis partes per maria, per ignes importat: Vt tanto maiori dignitati futurum sit ipsius Graeciae ciuibus si patriam penum non deferant; conetur, autem proprium quasi patrimonium, atque hereditatem repetere. Sed altiore indaginem habent adhuc intrinsecae illae, quas diximus, causae, si velimus contrariis causis ipsas abigere. Sane, cum fides donum Dei sit; dissensioque in rebus fidei maximas inuehat calamitates, donum ipsum fidei enixe petendum est a Deo, qui sapientiam abundanter dat petentibus, & non improperat. Quare maceria, quae diuisit Graecos a Latinis arte spiritus attentissima tollenda est; & orationi, atq. expiatio ni omnium peccatorum inprimis incumbendum; deinceps his quasi iactis fundamentis, reliqua sunt superstruenda. Ad orationem pertinent, quae dicuntur spiritualia exercitia, quibus animi in montem Domini ascendentes, segregantur a nebula terrenarum rerum, atque affectuum: deinde, ut luminis, sic coniunctionis cum lumine participes fiunt, ac cum mentes, in quibus rebus consentiunt, ad eadem facilius pertrahantur, idcirco de virtutum pulchritudine, de peccatorum feditate, de charitate erga Deum & proximum de quibus nulla quaestio est, agendum esset initio: Contraueria vero dogmata in alterum tempus rejicienda: nimirum ubi resedisset contentionis feruor: ac studia inuicem ad virtutem excitata quodam nexu intrinseco deum ista viam strauissent ad meliores progressus. Videlicet voluntatem priusquam intel-

lectus

A lectum lucrari debet in omnibus imitator CHRISTI; Qui illud aegrotis, caecis, & alijs tam laepe inculcabat. Vis sanus fieri? potes credere? Quid vis ut faciam tibi? Verum & de his planius agetur, quo loco de defectu institutionis Graecorum erit dicendum. Eo enim, & quot hominum Graecorum sint quasi classes, quibus non eadem omnibus instituendi ratio sit adhibenda; & quoniam libri tractandi sint, exponemus.

Iam de externis causis haec habemus. Primo si quid in Oriente nouari de religione tentaretur, non impune laturos, a quibus haec (ut ita loquar) camerina moueretur. Accedit, quod, ut haec tempora tulere tot haereses atque Atheismos, vix dubitandum est, quin ij, qui in Orientem nauigant, si partes sequantur aut Caluinianorum, aut claudicantium, subministrarent faces Magistratibus Turcis, per quas suspicarentur, quidquid de catholica religione ageretur, id spectare ad populorum motus excitandos. Ut ut autem haec vera sint omnia, circumspectioneq. prudentissima sit opus, non abiungenda tamen simplicitas est a prudentia: Quin illud reuocandum est ad memoriam, quod in D. Scriptura consignatum est. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Et vero haud tantum imminet a Turcis periculum, quantum fortasse prima fronte videtur. Ut enim taceam in Venetorum Insulis, & in Chio, quae iam Turcae paret, plures esse Graecos, qui quoniam Latinum sequuntur ritum, doceri possunt, & animari, ut veritate, ac probitate vitae alios roborent, aut ad Ecclesiae unitatem adiungant; certe in ipsa Chio, & in Vngaria permittunt Turcae, ut Ecclesiae Catholicae Romanae Sacerdotes suum praestent officium, Episcopos item habeant a Summo Pontifice ad id & consecrari iustos, ac destinatos. Et vero solidae pietati nil est inaccessum, dum serio & vere nil aliud, quam Christus cum charitate queratur. Cum ergo Turcae liberum cuique relinquunt, ut quam quisque velit siue religionem, seu religionis speciem teneat, modo aduersus Mohometis sectam, ne quid dicatur, omnis dubitandi cessat occasio: Huc vero facient, quae de ratione agendi cum Turcis dicenda suo sunt loco. Accedunt exempla quibus hanc in rem animus addi queat iis, qui de Christiana Repub. benemereri cupiunt. Nam & Turcarum praefecti nostris, qui, e Transylvania in planiciem Vngaricam descendebant, quam Turcae obtinent, fidem publicam concessere, quae possent vbiq. inter Christianos qualescumque praedicare Euangelium, & catholicam fidem, & Budae ipse Turcicus Praefectus, quem Bassam vocat, non semel Caluinianis Tepla ademit, quae Catholicis restituit: & in Chio, postquam redacta est sub Turcicam ditionem, cum omnes sint Graeci, partim Orientalium, partim Occidentalium ritum sequentes, datus est a Pont. Max. permisso Turcae Episcopus Franciscanus Monachus, qui munere suo libere apud eos fungitur: Ac cum haeretici quidam Byzantij a Turcarum Imperatore actu obtinissent, ut minister haereticus in eam Insulam nauigaret, Catholici Insulae eiusdem impetrarunt a Turca, ne cui haeretico ad se eam ob causam liceret appellere.

Sub Mosco difficilius quidem est catholicam docere religionem, quam sub Turca: quod iam in nostris de Moscouia commentarijs quoniam enarrauimus, breuius hic erimus. In ea sane libri Graeci nulli: Academiae nusquam: Qui Graece nouerit a nobis perquisitus, si quis esset, nemo vnquam apparuit: errores postea erroribus cumularunt: ac cum sese christianos praeter alijs omnibus iactitent, ad sui Principis sapientiam, tamquam ad oraculum referunt omnia: Ea opinione a teneris imbuti, nec alijs praeterquam Lituani vel Polonis, vel aliquando Germanis aditum ad sese concedentes, fit ut ceteros aspernentur Haereticos tamen, quos e Liuania olim abduxerant, & Anglos mercatores haereticos item apud se se habentes, ac ut his, sic & Tartaris permittentes, ut suis viuant legibus & erroribus, cum ab his tantum blasphemias aduersus catholicam Ecclesiam audiant, vix dici potest quam tenaciter suo schismati adhaerescant. Ad disceptationem tamen cum venissent, nec ipse Moscus, neque eius Metropoli, nec Episcopi, quos Vladicas vocant, ausi sunt aliquid hircere. Quin & manus dederunt aliqui: &

Extrinsecas
impedimē-
torum cau-
se, & earum
expensio.

SECVNDAR
causae ex-
pensio.

falsi plerumque sunt, si per suum, quem appellant Imperatorem liceret, se se libenter ad nostram Ecclesiam adiuncturos. Ergo cum hæc ita sint, Deo in primis videtur commendanda res esse, interea vero per collegia, quæ iam in Moscouiæ finibus instituta sunt procuranda est sensim eorum salus. Ac tamen rationes alias de Rutenis iuuandis attulimus nostris de Moscouia Commentarijs; Id vnum satis modo hic fuerit dicere, rem citius processuram, si Ruteni ad Collegium Græcum Gregorianum, quod est Romæ, euocarentur: Dum enim versantur inter suos, personatque eorum aures maledictis parentum, quæ in nos congerunt, nihil proficiunt. Idem fere contigisset de Germanis; qui ex hæreticis fuerant orti parentibus, si apud eos mansissent; sed ubi ad Urbem, & ad reliqua Seminarium longius distita traducti sunt, hæreses abiicere; ac catholica religione suscepta, disciplinis exculsi, alios è suis iuuerunt, & iuuant.

Id porro sciendum est, cum primum Synodus Florentina fuisset absoluta; cui quidem Isidorus interfuit Moscouiæ Metropolitæ, qui sedem habebat Chiouia, quæ est sita in magno Lituaniæ Ducatu; Magnum Poloniæ Lituaniæ Ducem, ac Regem ea conditione permisit Rutenis, ut pro ritu, & moribus suis templa obtinerent, si Eugenij Quarti, ac Synodi Florentinæ fidem professi essent, quæ compræhensa est in ea, quam supra memorauimus, Vnionis Bulla. Deinde si latinis Archiepiscopis, & Episcopis subijcerentur, remque publicam ne turbarent, quemadmodum accidat necesse est, cum vnus in Ecclesia visibilis Pastor, & ministeriale caput haud agnoscitur. Antiqua vero Poloniæ Regum vel ite eorum, qui memoria nostra vixere, diplomata Episcopis illis concessa huic veritati fidem faciunt: Quæ & Demetrius Solicouius Leopoliensis in Russia Archiepiscopus protulit Stephano, huius nominis primo, Poloniæ Regi, cum Ruteni quidam Vladicæ, siue Episcopi licentius in catholicorum Episcoporum iurisdictionem tentassent inuadere. Id igitur certum est si quid inde consequi solidi velimus, per Apostolicos Nuncios identidem esse procurandum, ut pristinus mos inuehatur professionis fidei catholicæ à Rutenis ex Eugenij Bulla faciendæ, vel eius, quam Gregorii XIII. mandato Græci Alumni in Vrbe profitentur, Nobiles autem Rutenos Adolescentes, vel alant ipse Rex, & Proceres, aut Episcopi in catholicis Gymnasijs, vel ad Urbem allegant: Nostri vero Societatis Patres, qui Vilmæ, Derpati, Polociæ, Leopoli, Camenecia fuerint, eandem Russiæ ytriusque Vineam colant; indeq. errores eos extirpent, quos Petrus Scarga ordinis nostri Regius concionator, proprio libello Polonico de Schismate Rutenorum profecutus est.

TERTIAR
causæ expé
sio.

Iam de remissione eorum cura, à quibus etiam inter populos Latini ritus Græci iuuari potuissent exemplo, atque ad pietatem accendi, verendum non est, quin plurimum à nostris peccatum sit: Magnos enim habet stimulos ipsa per se virtus, & charitas: quæ cum refrigescit non solum sibi, verum etiam ceteris obest. Refrigescit autem, si humana Diuinis, & caducarum rerum timor ita pietati præferantur, ut minor ratio religionis habeatur, Institutaque in Terris à Domino potestas, & sacramenta conuellantur: sic autem septentrionalibus Hæreticis ansam plerique nec cogitantes præbuerunt, augendarum virium aduersus Ecclesiam; cum è contrario æternum statuta sit Diuina illa sententia. Querite primo Regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Quocirca præeunte pietatis cura, & Rutenis, ac reliquis ad vnitatem fidei allectis, eorumq. filiis, quæ vera sunt, edoctis, cetera sane adderet qui nunquam mentitur Deus.

Veneti, quæ tantæ Reipub. pietas fuit, qua ve crescente, Oriens sinum aperiebat, in quem eos exciperet, cum Cretam cernerent non Italiae solum, verum etiam totius pene Christiani orbis esse propugnaculum, ingenti eam pecuniæ summa emerunt à Bonifacio Montis ferrati Marchione; quam postea, nullos inde reditus percipientes, communiuere; totque iam annos retinuerunt magno suæ Reipublicæ sumptu, non minore Christianæ Reipublicæ bono. Et viderant enim Insulam etiam eo nomine futuram opportunissimam vel sacræ traiectioni ad Domini

A Domini sepulchrum, vel qualibuscunque aliis in Orientem transmissionibus: quippe quæ Byzantio plus minus trecenta & quinquaginta millia passuum abfit: A Syria quingenta: Alexandria quingenta: ab ea quæ dicitur Caramania trecenta, ab Epeiro, & Cypro totidem. Itaque cum in hanc pedem intulissent, tertiam redituum partem Diuino cultui attribuerunt: hoc est, Archiepiscopatus ciuitatis, quæ dicitur, Candia: Episcopatus Caneæ: Rhetymnensis, Sytiæ, qui est adiunctus Ierapetra: Mylopotani: Chironessi, Arcadiæ, Chissami: Varia porro religiosorum ordinum cœnobicia excitarunt, in quæ tamquam spirituales colonias, & cœlestia præfidia ex Italia deuexerunt.

Ac tamē vt gentē Græcā amāter ad vnanimem cōsensum cū Latinis inuitarent, eidē gēti priuilegia cōcessere, inter quæ & id fuit, vt à magistratu quotānis exules, siue alia multati pœna aliqui ad eorū nutum libere dimitterētur. Quæ rōne prudentes, ac fide digni referunt idem pene quod per Synodū Florentinam attentatū est, effectum fuisse. Hinc enim etiam Rempub. esse assecutam, vt festum, quod vocant, laudum, sollempnioribus Anniuersarijs celebretur. Eo enim Sacerdotes omnes Græci in maiorem latinorum Aedem conueniunt, & publica supplicatione concinunt laudes, Diuinamq. eius Maiestatem pro salute summi Romani Pontificis, ac Reipub. Venetæ orant. Quare idem pietatis studium & aliò inuehendum, & in eadem Insula renouandum, plane, vt viris Religiosis cœnobicia impleterētur: Episcopi sedulo suas oues pascerent, ac Græcis bene facerent: Institueretur iuuetus: Populi sensim vnus labij fierent. Potens enim est Deus, qui si hætenus eam Insulam præseruauit, Religionis potissimum artibus diuissime esset.

C At de Græcis ea scripsisse, vel dixisse, quæ secus habebant, sæpe exacerbarunt illorum animos; vt minus erga Latinos afficerentur: Neque vero, qua decebat charitate, eos semper monuisse, nō potuit aliud efficere, quam quod dixerat per Ezechielem Deus. Quod infirmum fuit non consolidastis: quod ægrosum non sanastis: quod contractum non alligastis: quod abiectum non reduxistis: & quod perierat non quæsiuistis, eo quod non erat Pastor. Et quæ sequuntur.

QUARTAR
causæ expé
sio.

Equidem ipse, (vt ingenue, pro eo amore, quo feror erga Græcos, id quod est fatear) multa inter Ruthenos videram in quibus labuntur: Reliqua ex Episcopis, & alijs qui diu in Creta, & reliquo oriente versati fuerant, audiueram: Gabrielem ite Prateolū, Alphonsium à Castro, B. Thomam, & alios legeram de Schismate, atque (vt illi met inquirunt) de hæresibus orientalium tractantes: præter Florentinam Synodum, & Gennadium, quos mandante Gregorio XIII. magno Moscouiæ Duci inter alia dona obtuli, cui & partē Gennadij Rutenice verti curauit. Veruntamen cum quædam, non ita prorsus esse, sicuti relatum erat, accepissem, primum à Stephano Luciniano Cypro nobili, eoque Dominicani Ordinis Theologo, & Episcopo; deinde ab alijs; idē eadem in vnus ipsius veritatis gratiā huc placuit adscribere ad Dei gloriam.

Nempe apud omnes Orientales, qui Christiano censentur nomine cuiuscunque sint religionis, aut sectæ; nusquam permitti, vt clericus, qui maiore aliquo ordine sacro, videlicet Subdiaconatu, Diaconatu, Sacerdotio sit initiatus, vxorem, minus vero concubinam ducat: Matrimonio itaq; iungitur, antequam ad Subdiaconatum promouetur. Si secus fecerit, habetur apostata: in excommunicationem cadit: nec solum à Sacerdotali, verum etiam à Terodiaconatus, & hypodiaconatus, hoc est à sacri diaconatus, & subdiaconatus officio suspenditur: irritumque est matrimonium, filijq. ex hoc suscepti habentur spurii, & illegitimi. Quod si eiusmodi vxor huic decesserit, ipse vsque ad mortem in eodem penitentia statu permanet. Omni autem dignitate siue honore priuatus, nunquam ad maiorum sacrorum ordinum ministracionem redit. Ad ea quidem admittitur munera, quæ ad primam tonsuram, & ad minores ordines spectant: qui minores ordines, quoniam ad sacrorum ministerium pertinent, vocantur etiam Diaconatus: Ac propterea ab Orientali Ecclesia vniuersa (Latinis exceptis) qui primam tonsuram,

vel quattuor minores ordines sunt assecuti, communi vocabulo Diaconi appellantur. Quamobrem (inquit Lucinianus) qui putant Diaconos maioris ordinis, aut item subdiaconos vxorem ducere apud Græcos: Sacerdotes autem defungi sacerdotio, & characterem sacerdotalem amittere, vbi alteram demortuæ priori Vxori superduxerint, ij falluntur omnino.

Addit: In Cypro numquam inter eosdem Græcos permiffum fuisse diuortium, quo liceret nouas quære nuptias: Quod quidem fieri potuit, cum & Epiphanius cælibatus sacerdotalis defensor egregius scriptum reliquerit, limatos Apostolorum canones antiquitus apud Cyprios viguisse, qui alibi in oriente de eodem cælibatu non vsquequaque feruabantur illæsi. Quin etiam subdit Lucinianus, existimare se ne diuortium quidem in quatuor Patriarchatibus permitti: Quod hæc astruat, Iosephum, inquit, Patriarcham Constantinopolitanum, quod repudij libellum noluerit concedere Protouestiario imperij Trabifondæ motum fuisse Patriarchatu: sectam item ei barbam (quod Orientalibus Episcopis summo est ignominia loco) in exilium vero actum, & huic suffectum fuisse alterum Patriarcham à Mehemete secundo Turcarum Imperatore anno superioris seculi quinquagesimo quinto. Vt vt tamen res illa successerit, Diuortium alij permitti fat grauitè autumant: & adultera in monasterio inclusa, atq. superstitè: maritum alteram ducere vxorem. Quod quidem neque Euangelium: neque catholica permittit Ecclesia.

Negat porro à Græcis fornicationem simplicem existimari nõ esse peccatũ. Sed contra: cum eo qui fornicatus sit, Confessarium rigore vti canonum. neque sacram tempore Paschatis eidem Eucharistiam porrigere. Sin penitens concubinam (præsertim adulteram) aluerit, hunc, quamuis illam postea dimiserit, abstinere tamen à corpore Domini triennium, vel quadriennium. Quo elapso tempore sacerdotem cum duobus, aut interdum septem alijs sacerdotibus, stola imposita capiti penitentis, qui genua flexerit, recitare cum candelis accensis preces quasdam; lychnoque seu gossipio cum oleo exempto ex lampade, quæ coram sanctissimo sacramento continenter ardet, atque inde inunctis non nihil fronte, ac capite penitentis, additisque precationibus alijs, Eucharistiam ei vna cum alijs eam fumentibus tradere.

Inquit etiam pari à Græcis honore coli Eucharistiam, tam eam quæ diebus anni reliquis, quam quæ die Dominica consecratur: licet alij Græcis falsò obiecerint, hosce arbitrari excellentioris hanc esse virtutis, quam quæ ceteris diebus offertur.

Nec probat eos, qui putant à Græcis credi, non percipi corpus Domini ab ijs, qui in peccatis lætalibus iaceant. Quin solere sacerdotes cum porrecturi sunt dominicum corpus, effari illa Apostoli verba: Quicumque enim manducauerit indigne, reus erit corporis Domini, &c. Quod (inquit) argumento est, eos credere, conferri corpus Domini alijs quidem ad vitam, alijs vero in damnationem.

Negat damnari secundas nuptias à Græcis: primis sane haud inficiatur solere Græcos sacerdotes benedicere, sed non secundis.

Denique calumniam esse dicit eorum, qui asserant sentire Græcos, nec peccatum committi, si quis alteri ad vsuram commodauerit: Vel nisi quod debet restituerit, si possit, hæc enim & vere peccata ab ijs haberi, atque ab eorum sacerdotibus adigi pœnitentes, vt reddant, quod debent.

Postremo ait culpandos non esse Græcorum Metropolitanas, & reliquos Episcopos, aut adeo ceteros Sacerdotes; quippe qui multos errores tolerant, nisi sub iugo Turcico viuerent, per quod serpit ingens licentia: eos autem sacris interdicit, qui noxia commiserint, ni respiscant.

Hæc igitur cum à Religioso Theologo libenter accipimus: æquum est, vt etiam audiamus alios, qui de hac re disseruerunt. Excipimus autem semper Græcos orthodoxos, atque cum Sancta Romana Ecclesia consentientes, ad quos, quæ dicturimus, referri nequaquam volumus.

Extat B. Thomæ libellus ad Urbanum Quartum Pont. Max. quem ille inscripsit de Græ-

Nota

A de Græcorum erroribus, cuius trigesimo secundo capite asserit non minus solui Iesum ab ijs qui Spiritus sancti processionem à Patre, & à Spiritu sancto negarent, quam solui tentatum sit ab Ario, Macedonio, Nestorio, Eutyche, Pelagio, & eius modi alijs. Sed qui soluit Iesum, non solum in hæresim corruit, verum etiam (inquit ipsemet B. Thomas è Ioanne Apostolo) Antichristus est. Cum autem supra dixisset, eum qui diligenter inspicat in errores hæreticorum, animaduerturum hosce non aliò collineare, quam vt CHRISTI Domini derogent dignitati, non ita multo post disertè docet, idem ipsum fieri ab ijs, qui Spiritus sancti processionem à Patre, & filio: qui Romani Pontificis Primatum: Qui Eucharistia confectionem in Azimo: Qui Purgatorium negent. Diuinum autem illum Doctorem nemo (opinor) arguet, aut odii aduersus Græcos (solum enim de iis loquebatur, qui recte non credebant) aut imperitiæ: cum ceteroquin ad insinuandam in mentes humanas solidam charitatem, nihil sit veritate sincera Validius.

Errorem vero eum de negatione processionis Spiritus sancti à Patre, Filioque tributum iam multa ante secula inprimis Theodoro in Synodo Chalcedonensi, ac deinceps à pluribus Orthodoxis Græcis diligentissime (sicuti postea & à reliqua Ecclesia) exploratum, cum plerique omnes, tum accuratè è multis Patrum fontibus ostendit Robertus Bellarminus, altero primi Tomi suarum disputationum à capite vigesimo vsque ad trigessimum integrum.

Negari item non potest, quin postquam illa quondam celebres Academia extincta fuerunt in Oriente: neque sub tanto christiana fidei hoste, & male antea senti entibus quibusdam Constantinopolitanis Imperatoribus, hæreses multis ab hinc sæculis in vniuerso illo tractu inualuisse, & in alios populos irrepsisse. Nam & ab Armenis, Coptis, Georgianis, Syris, Iacobitis, Aethiopibus peculiare errores adhuc mordicus retinetur. Ac qui paucissimos ante annos propensissimi erga gentem Græcam Viri perdocti in Græciam nauigarunt, facile animaduertent, quantum plerique laborentur in materia, forma, ritibus, & vsu sacramentorum. Quin extat Græcè manuscriptus Symeonis Archiepiscopi Theffalonicensis liber de septem sacramentis; Qui Symeon ante sexcentos annos floruit, è quo apparet Ecclesias Orientales in numero quidè & administratione sacramentorum Occidentalibus magis congruisse: sed cum nondum editus sit hic liber, expectamus, quem è Græco Latinum fecit Federicus Metius Vir pereruditus & pius, cui addidit notas ad ea, quæ de Baptismo, & Eucharistia cautius in Simeone legenda sunt. Promittit etiam eiusdem versionem Gibertus Genebrardus Archiepiscopus Aquensis in Prouincia Gallia, cum capitibus aliquot de Vsu, & ritibus septem sacramentorum in Præfationis locum ex Vereribus Ecclesie Græcæ & Syriacæ patribus. Item ex Euchologio, Cabasila, Hieremia Patriarcha.

Attulere porro ii, qui è Græcia reuerterunt, peccari in multis, quæ haud difficillime corrigi possent. Nimirum adolescentes, quamuis pueri Eucharistiam sumpserint, non confiteri tamen peccata, nisi grandiores natu iam factos. Sacerdotes autem rarissime, ac tantum non semel in anno exhomologesim facere: Patres Græcos, qui doctissime scripserint, vix ab istis legi, quanquam plures perlegant libros hæresibus, & schismate refertos, & apocryphos. Sed & contra inquit Lucinianus in Monte sancto à Monachis, vt & Byzantii, & alibi à doctioribus versari Patres, in quibus sunt eruditi, licet Philosophiam, & scholasticam Theologiam non ita perdiscant, vt ad declinandos errores; & peregrinas voces necessarium esset.

Iam de superfluis quibusdam ritibus, qui in Melita Insula & in Sicilia viuunt Græci, satis ostendunt quid sentiant. Nam & constat, corpora demortuorum ab istis effodi, quos ab excommunicatione, atque à peccatis ijs absoluant, quæ fateri sacerdotibus erubuerint. Quæ quidem omiffam præ pudore confessionem, non obfistere, quo minus ad salutem valeat Hieremias nominatus Constantinopolitanus Patriarcha testatus est in sua contra Lutheranos fidei confessione: cui censuram Stanislaus Socolouius Theologus Polonus doctè adiecit. Ex quo quidè Socolouio nonnul-

Nota

nonnulla non mediocri momenti colligi possunt, quæ ad hanc rem faciunt. **A**
 Accedunt aliæ in cibis superstitiones; quippe qui putentur immundi si à bestiis contingantur: quibus ideo iterum à sacerdotibus benedicti curant. Venæ etiam sectio numquam post Eucharistiam, nisi extrema adsit necessitas: sanguinis, qui sponte è capite defluat, proiectio in fluuium, aut mare: vel in terram defossio. Aliæque huiusmodi non pauca. Nam quæ pertinent ad sacramentorum administrationem, atque ad ritus alios cognosci poterunt, ex Innocentij tertij, ex Pij Quarti, & Quinti diplomatibus, quæ hæc de re promulgarunt, atque ex alijs, quæ iam apud nos sunt ad eos iuuandos conscripta, quæ Deo iuuante, suo tempore edentur.

Ceterum qui nosse cupiat, quænam causæ fuerint cur inter Orientales & Occidentales non iidem omnino sint ritus, sicuti neque ieiunia; is legat quæ ista petenti obrulimus magno Moscoviæ Duci. Ea vera in nostra Moscouia extant, quæ Græce versa plurimum probis Græcorum ingenijs commodabunt. Nil enim nisi è Patribus Græcis, vel Latinis Vetusioribus, quos etiam Græcia in honore habet, depromptum est.

Addimus; experientia hosce omnes annos, qui à Gregorii tertii decimi Pontificatu vsque ad hunc sæculi huius nonagesimum tertium annu fluxere, comprobatum esse in Romano Græcorum collegio, quanto iudicio Romana Ecclesia à Petro, & Paulo Apostolis instituta latinis populis certas hoc in genere leges tradidit, quæ corporum, ciborum, & aëris qualitati congruebant; alias Græcis & ipsi tradituri, vel relicturi, salua Christianæ fidei summa, & Sacramentorum substantia, quæ omnibus eadem necessaria est.

Quod vero ad Romani Kalendarij emendationem attinet, hæc intelligant, qui erudiendi sunt. Nos quidem in refutatione quam aduersus Dauidem Chytraum hæreticum edidimus, de hac tota re egisse, sectione eius operis quarta, cuius noem capitibus sequentibus materiæ continentur. 1. Laboratum fuisse ab Hæbrajs, Ethnicis, & Christianis in motu solis, & lunæ ex æquo ut dies fasti rectè disponerentur. 2. Post Christi Domini aduentum eadem in re fuisse variatum, sed semper procedente tempore liquidiorum coelestium notitiâ creuisse. 3. Quæ autè à Synodo Nicæna de Paschæ obseruatione decreta sunt, ea prius fuisse ab Apostolis decreta. 4. Deum sapientissime, ut in alijs rebus quæ hoc seculo contigerunt, sic in hac correctione iuxta Nicænae Synodi decretum, permisisset ut laboraretur, ut vna Catholica Ecclesia Romana magis agnosceretur, atque inter qui cum ea

non consentirent manifestiores fierent. 5. Epistolam Magni Imperatoris Constantini ad omnes vbique Ecclesias, de sanctæ Synodi actis, & de sancto Pascha olim scriptam fauere maxime Gregoriani Kalendarij emendationi. 6. Quemadmodum Nicænae Synodi decreto de anni emendatione ac de Sacrosanctæ Paschæ festo ritè peragendo non acquiescentes grauissime reprehensi sunt, ita iuste reprehendendos, qui sese huic veritati opponant. 7. Epistolam Stephani primi Regis Poloniae ad Academiam Cracouiensem hac de re scriptam recordatissime docere, quo in pretio habenda sit eadem emendatio. 8. Protestantibus, & politicos quosdam, ac denique aliquos Mathematicos dum dolent à se, priusquam à Pontifice Romano non fuisse promulgatam emendati anni rationem, quanto plura commenti sunt ne promulgationem admitterent, tanto grauiora testimonia vel inuitos. veritati huic reddidisse. 9. Ex libro Bartholomei sculteti, qui (licet inter Protestantes viuit) aduersus vanas protestantium obiectiones respondet hoc ipsum patere. Sed & postea Christophorus Clavius Societatis nostræ primarius Mathematicus, librum de tota hac Kalendarij emendatione absolutissimum edidit Romæ, quo & Maestlinum hæreticum, & alios omnes qui obstrepere potuissent, planissime refellit: Is vero Maestlinus cum dudum in omnes spiras, ut anguis egregie verberatus, se contorsisset, ut Clauui validissimas rationes subterfugeret, ineptissimum denique, & plenum mendaciorum librum emisit, quo quanto se vere

mathe-

Romana ecclesia magno iudicio vsa in legibus tradendis de cibis & ieiunijs, in occidente, secus quam in oriente.

QVINTA causa de Kalendarij Romani emendatione. Synodus Nicæna.

Constantini magni Epistola.

Epistola Stephani Regis Poloniae de Kalendario.

Bartholomeus scultetus. Apologia Christophori Clauui de Kalendario Gregoriano.

A Matheseos omnis prodidit imperitiosum, tantò magis Sanctos Apostolicæ Sedis labores inuitus comprobauit.

Vt autem mittam antiquiora, quæ cuique veteres Orientis historias euolenti haud erunt obscura, suppositosque generalibus Synodis quaterniones falsos, & veros exemptos, sicuti etiam Florentina Synodus monstrauit: teruntur quotidie Græcorum Sacerdotum manibus, ac publicè populis recitantur libri seu dogmatum, siue sacrorum, in quibus pleraque falsa sunt. Quod ipsum Viri perdocti, qui inter eos eminent, ac conspicui sunt Ecclesiastica dignitate, ingenue fatentur. Vt etiam pernecessarium esse ostenderit & adedò Constantinopolitano Patriarchæ scripserint, ut emendati prælo darentur: Sic enim aiebant futurum, ut sensim plebs desuesceret ab erroribus ijs, quibus ingenia quoque Sacerdotum dementantur.

B Extat enim apud eos Rituale de quo diximus, in quod ab hinc ducentos duntaxat annos maledicta Nicephorus Xantopulus in latinam Ecclesiam pessimè affectus coniecit. Quæ maledicta præterquam quod non decebat, ut in Diuinis officijs recitarentur, ad nihilum valent vltra, quam ad odium Græcorum aduersus Romanam Ecclesiam fouendum. Quale illud est, in quo ad versiculum psalmi alludens. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, inquit; Confundantur omnes qui adorant azima. Et alibi Catholicum Doctorem vocant, feram. At hæc omnia neque apud Metaphrasten nec apud alios veteres extant, qui in honore ab ijs habentur. Addebant autem iidem ingenui Viri, posse quædam planius explanari. Nimirum. Animas sanctorum frui iam Deo, damnatorum autem igne torqueri æterno. Itaque è Rituali illo demenda esse verba, quæ sic habent. Animas esse quibusdam in locis, constare enim certò, tum ex Patribus, tum ex Florentina Synodo, Sanctorum animas Dei visione, & gloria frui, quanquam post resurrectionem sint consecuturi pleniorum, & absolutam gloriam; tunc enim, & corpora erunt suo modo glorificata; sicut contra qui nunc in Inferno damnati sunt, post eorum infelicem resurrectionem, plenissimam etiam in corporibus poenam luent.

Et verò in Patres Basilium, & alios, quos Typographi hoc seculo emisserunt in lucem, plura irrepere è fallatis codicibus manuscriptis, qui ex Oriente Venetias inuecti, adhuc in Bibliotheca S. Marci asseruantur; ut mirum non sit, si etiam hæretici septentrionales huius seculi, & noui Ariani, & alij eandem insistentes Viam mendacibus versionibus veritatem insulcauerint.

D Ex vno, vel altero Basilij loco nunc afferam, quod probis Græcorum ingenijs occasione præbeat circumspeditionis, & cordis in retegendis huiusmodi imposturis.

Anno igitur huius seculi trigesimo quinto Venetijs sunt Græcè edita Basilij opera apud Stephanum Sabium. Ac tertio Sermonem aduersus Eunomium conati sunt Spiritui sancto aliam, quam Patri, & filio naturam tribuere. Codex tunc impressus sic habet. *πὸς τὸ αὐτὸ ἀγνῆ, ἐν τῷ ἀξιώματι, καὶ τῇ τάξει εἶπεν ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, εἶπεν αὐτὸ καὶ τῇ φύσει. ἀξιώματι μὲν τὸ δαπτέρειον τῆς οὐχ. ἀξιώματι δὲ τῆς δόξης, οὐ τῆς δόξης λόγος, φύσις δὲ τῆς εἰρησίου οὐτὴ τῆς ἀγίων γραφῶν διδασκαλία οὐτὴ ἐκ τῆς προσηρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον διωατὸν συλλογιστικῶς.* At illud (ἴσως) inseruit aliquis Diuinæ Trinitatis osor, ut sententiâ Basilij dubiam faceret. Neque enim illud, ἴσως, cohæret cū ijs verbis, & asseueratione, quam ipse Basilius ibidem assert. Nec in versione Georgij Trapezuntij viri & eruditi & Græci extat. Is enim sic. Cur enim necesse est, si dignitate, ac ordine tertius est spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? Dignitate namque ipsum secundum esse à filio pietatis ratio tradit: Natura verò tertia uti nec à Diuinis Scripturis docti sumus, nec ex prædictis possibile est consequenter colligi.

E Paulo post fraudulenter quoque interposita illa Verba sunt, *ἢ ὄλωσ καὶ συγχωρήσασθαι.* Sic enim editus illemet Venetijs codex habet. *οὐτὼ δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀγνὸν ἢ καὶ ὑποβέβηκα τὸν ἕν τῇ ταξεί, καὶ τῷ ἀξιώματι (ἢ ὄλωσ καὶ συγχωρήσασθαι) οὐκέτ' ἀεὶ ἐκείτως ὡς ἀλλοεῖας ὑπάρχον φύσιν, καὶ τὸ ἀκόλουθον ἐκείθεν δηλον.* At neque illud cohæret,

Maestlinus imperitiosus omnis vera Matheseos. SEXTA CAUSA de falsis libris Patrum.

RITUALE Græcū Nicephoro Xantopulo corruptum.

1535.

hæret, nec in Verfione Trapezuntij legitur: Qui quidem sic habet. Ita videlicet & Spiritus sanctus, et si dignitate & ordine secundus à filio est, non tamen verifimiliter alienæ ipsi esse naturæ inde consequetur.

Deinceps & illud dolosè adiectum, ως λέγουσι, codex enim sic editus deprauatus est, vt ancipitem certissimi dogmatis faceret sensum. οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ἀξιώματα καὶ τὰ ἐν ὑποβιβλικῶν, ως λέγουσιν. Mox item quæ sequitur vox, φησὶ, eandem fraudem sapit. Ita enim cuderunt. παρελήφαμεν γὰρ αὐτὸ, φησὶ, εἰπὼν ὑπὸ πατρὸς, καὶ ἰσοῦ ἀριθμοῦ μόνον, αὐτὸ τὸ κενὸν ἐν τῇ ᾠδῇ δόσῃ τῆς σωτηρίας βαπτίσματος ᾠδῆς δὲ δόξως τὸ ἅγιον, ἐν οἷς εἶπε. πορὸς δὲ νέτερος βαπτίσματος εἰς τὸ ὄνομα τῆς πατρὸς, καὶ τοῦ ἰσοῦ, καὶ τῆς ἀγίας πνεύματος. Et Trapezútius igitur recte hoc quoque ex non falsato codice ita vertit. Sic inquit; profecto & Spiritus sanctus dignitate quidem ordinis tertius est. Accepimus enim ipsum tertium à Patre, & Filio numeratum, cum ipse Dominus in traditione salutaris baptismi ordinem tradiderit his verbis: Euntes baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Videt igitur, quisquis acutius inspicit in rei propositæ scopū, quantū ex paucissimarū dictionū subdola interpositione fieri naufragiū fidei possit in re omnium summa. Vniuersæ enim Diuinitatis negatio est (ostendit idem Basilius libro cōtra Sabellianos, Arium, & Anomæos) si quis æquali honore nō affecerit Spiritū sanctū, atque afficit Patrem, & filiū. αἴτε, inquit, μὴ πῶς τὸ πνεῦμα, οὐδὲ πῶς τὸ ἴδιον, ἀλλὰ μὴ πῶς τὸ ἴδιον, οὐδὲ πῶς τὸ πατέρα. οὕτως εἶπε ἡ ἀρχὴ οὐ τῆς πνεύματος ἀγίου, ἀλλὰ τῆς θεότητος ἀγίας.

Iam de Bibliotheca Photij, quæ μετέβιβλος, inscripta est; quam ve multi, & ij etiam perdocti aut Græcam, aut Latinam optarunt, nolim quemquam admodum angī. Ecquis enim fuerit Photius, quosve Auctores magna ex parte hæreticos in ea citet, quanta denique cautione inde lecernenda sint improba à probis, in Bibliotheca nostra sacra planius diximus in voce. Photius.

SEPTIMA CAUSA.

Iam de specie austerioris vitæ hæc dicimus. Austeritatem quidem hanc esse rem sanctam: cum rarissime frustra sibi quisq. blandiri debeat de prauarum affectionum, vel tentationū Victoria, nisi ciborū temperantiā sit affectus: Nec tamen desunt in Latina Ecclesia, qui in hac palæstra sese exerceāt variorum ordinū Monachi & sanctimonialis & alij. Veruntamen meminerint, qui de hac vitæ austeritate aliquādo cum Græcis placidè colloquerentur, vt eos doceant non tantum in ea situm esse præsidij, quin qui videbantur abstinentissimi Patriarchæ Constantinopolitani & Alexandrini, siue item ipsi Heremitæ, vel Hieromonachi in tumorem mentis prolapsi non multo post in hæreses præcipitauerint. Humana enim mens nisi in obsequium CHRISTI, demissione animi, sese prorsus captiuam reddat, subiiciatq. se iis, quibus vt subderetur, Diuinum Domini extat Decretum; velit autem absolui per eos, quibus aut nulla tradita est auctoritas, aut si quando collata est, eorum culpa interit, potius ieiunio superbo & maceratione corporis extollitur, & calcitrat, quàm vt eum consequatur Spiritum qui super humiles, & Diuina tremētes verba conquiescit. Et hæc enim causa fuit, quæ à nauigatione ad Orientalem Heremum reuocauit B. Fulgentium, vbi à Sardinia Episcopo cognouit, in ea quidem heremo abstinentiam à cibis, sed non ab heresi seruari.

OCTAVA CAUSA EXPÉSSIO.

Ad extremum, quod quidem ad hoc caput spectat, charitatem proponunt qui bene cupiunt Græcis, per necessariā Orientalibus alliciendis: atq; addunt, minimè esse mirandum, si errores ij, aut certe aliqui in Orientè irrepserint, quippe qui etiam in Occidentem permulti cum pestilentibus hæresibus inuasent. Quod eum negari non possit, admonitum vnumquemque velim, qua libertas e hæreses Occidentis infectatur imitati Apostolos & veteres Patres, ac Synodos & adeo ipsam Dominum, qui dixerit, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus: eadem esse ferendum, vt & Orientis hæreses ad sanitatem mentium, non ad ruinam infectentur. Vix autem ægrotus vnquam conualuerit, qui horreat aperiri aut morbum, aut causas morbi. Et cum tanti momenti sit, atque a deo omnibus hæresibus ostium patefaciat, pernegare caput Ecclesiæ ministeriale, sine quo Vniuersa ipsius

A ipsius mystici corporis Christi hierarchia concidat, necesse est; id vero vel aperte pernegent Orientales pene omnes, vel si qui autumant, si non sese aperiunt, vt deberent, (quod quidem metu, vel alijs de causis facere aliquos scimus) idcirco hinc sumendum esse videtur cum doctioribus, atque melioribus exordium ad membra cū capite concilianda; in quæ deinceps defluat vigor ille, qui faciat, vt omnes simus in animas viuentes, & vnanimis in domo Domini eodem Diuino pane pascamur, & ex eodem fonte potemur. Sed & prudentes Græci, quiq. ijs fauent, scio mirantur vnā Romanam Ecclesiam, & contra hæreses omnes omnium temporum atque omnium prouinciarum, Europæ, Africæ, Asiæ, constanter, ac intrepide semper inuictam; & vero vnā ipsam fuisse, quæ cum superioribus sæculis catholicam Christi Domini religionem quoquo verum, hoc ipso sæculo etiam in nouum Terrarum orbem, ad omnes & Indias, & Insulas, importauerit, nulla sacramentorum, rituum, dogmatum, ordinationum, aut hierarchiæ variata forma, vel modo. Quamobrem hæretici occidentis nec numerari debent in occidentali Ecclesia, quæ ex ea sponte deciderit: nec orientis errores in gratiam alicuius tegendi, vel propugnandi sunt, quando & hi reiecti sunt à catholica quæ vna est, orthodoxa catholica Romana Ecclesia: nec vnquā fuerunt à Patribus orthodoxis Græcis antiquissimis approbati.

Veruntamen scio ego, merito collaudandam esse Græciam, quæ (vt initio dixi) scientias & disciplinas pene omnes omnib. prouincijs tradiderit: Quæ etiam antequam esset Christiana Stoicos ediderit, qui mordicus virtuti adhererent: Quæ Platonicos, quos secuti sunt veteres & nostris probatissimi Patres: Quæ Peripateticos, quorum methodum ac philosophandi rationem commodiorem (reiectis tamen, qui sunt in Aristotele contra rationem ac veram philosophiam erroribus) amplexa est Ecclesia: Quæ deinceps vbi ad Christum accessit, tot Martyres, Confessores, Virgines, Theologos, Synodos pepererit: Quæ Pontifices Maximos Ecclesiæ dederit optimos, Euaristum, Higinum, Telephorum, Eleutherium: Antherum: Sixtum secundum: Eusebium primum: Zosimum: Theodorum primum: Ioanem VI. Ioan. VII. Zachariam primum: Alexandrum Quintum Cretensem, qui Patrum nostrorum memoria Theologiam professus Lutetiæ Parisiorum, commentaria quoque scripsit in Magistrum sententiarum: quiq. tanta pietatis & charitatis virtute emicuit, vt diceret, se, cum Mediolani esset Archiepiscopus fuisse diuitem: cū Cardinalis pauperem: cum Pontifex Maximus, mendicum. Hæc inquam scimus.

Alexandri Quinti Cretensis Pontificis Maximi Dictū.

D At vt maiorum virtutes posteris profunt, si easdem hi imitentur; sic Græci, si in istos inspexerint, eandemq. fidei & morum viam insiterint, vident; quanto ipsimet quoque succedentibus posteris erunt incitamento, atque ad omnem constantiam, & honestatem exemplo. Neque vero dubito quin optimi quique è Græcis sentiant Hebræos, quoniam à Deo edocti, legem, veramque religionem suo tempore seruauerint; Prophetas, Templum, sacrificia, sacerdotes à Deo ipso institutos habuerint, Veritatem in Græciam & in omnem Terram intulerint: propterea nunc quoque haud esse reprehendendos, cum tamen à fide recesserint, scripturas deprauauerint, & alto illo perfidiæ veterno consopiti iaceant in somniis, & tenebris suorum Rabinorum. Quare vbi opus esset, hæc ita comode essent proponenda iis, qui nosse veritatem cuperent, vt intelligerent tum nobis Antiquitatē patrocinari, si eiusdem vestigia sectemur: at non iuuare quempiam, cum ab ea consulto deflectat: calumnias autem non esse vel B. Thomæ, vel aliorum, quod contra Græcorum eorum qui recte cum alijs non senserunt, errores scripserint, sed zelum, atque pietatem; quandoquidem id fecere, non vt perirent, sed vt sanarentur: certe ne reliqua ea illustri natio iacturam antiquissimæ fidei pateretur. Id quod sane nos pro tenuitate nostra vel cum ipsius effusione sanguinis (si Deus tanto nos dono dignaretur) pro ijs qui extra semitam veritatis sunt, libentissimè faceremus.

At quoniam alii vel minimas iam Græcorum restare reliquias; vel linguam eorum non adeo esse vtilem falso dicunt, hæc habeant, quæ dicturi sumus ad Veritatem

Nō esse exiguas Græcæ reliquias

Not.

tatem ipsam tutandam. Ac primum latissime adhuc patent Græcorum ritus, & fi- A nes. Nam hi habent ab oru solis: Constantinopolitanum & tres alios Patriarchatus; à Septentrione Moscouiæ Vniuersum; & Lituaniz partem, hoc est albam Russiam, & rubram, licet hæc non nihil vergat ad orientem: A meridie Cyprum & Cretam in qua vna quatuordecim millia pagorum numerantur absque ciuitatibus, in quibus tamen omnibus latini tantum ritus sunt Episcopatus: Rhodum item, & Cyclades Insulas: Zacynthum, Cephaleuiam, Corcyram: præter Græcorum templa, quæ sunt, Damasci, Alexandriæ, Babyloniz, Tripoli: secundum Aegypti ac Iybiæ littus: in Melita, in Sicilia: Ab occasu item in Epeiro ac prope Dyrrachium: In Italia in pluribus ciuitatibus: in Apulia, in Calabria, in Campania, Neapoli, Liburni, Anconæ, Venetijs, atque ad maris Adriatici littus: ne quid dicam de iis, qui frequentes maria decurrunt, mercimonijs aut remigio addicti: Non igitur ita exigua sunt reliquæ siue Græcorum, siue aliorum, qui Græcū sequuntur ritū, vt spernendæ sint: Sed & si paucissimæ essent, Apostolici tamē dicti memores esse deberemus: qui inquit, Debitor sum Græcis & Barbaris. In quos Græcos licet Apostolus aliquando videtur fuisse inuectus, cum aliquos semper mendaces, vel ventres pigros vocauerit, non tamen gentem ipsam tantopere, quàm mores suggillabat eorum, qui nondum ad Christum sese adiunxerant: aut si qui sese adiunxissent, turbabant Ecclesias, & noua quædam dogmata spargebant: cum ceteroquin Græcos sæpe cõmendet, ac Titum, & Timotheum præter alios delegerit, qui fuere Græcæ Ecclesiæ columna: E quatuordecim autem canonicis epistolis, quas ad varios populos scripsit, duodecim ad Græcos ipsos miserit, Adeo nimirum Vineam illam excolendam susceperat, quam religionis capacissimam erat expertus. Quin C etiam Apostoli, siue Euangelistæ Græcis litteris Euangelia (vno excepto Matthæo) scripserunt. Ipsi vero septuaginta Interpretes, vti secundo libro monstratum est, vetus Testamentum tot ante Domini aduentum annos non sine causa Græce verterunt. Quæ tamen non nihil planius adhuc tractanda sunt infra, vbi de linguæ Græcæ necessitate, ac studio loquemur.

DE NVPTIIS ET VSY MATRIMONII IN SACERDOTIBVS GRÆCIS, ET RVENIS.

Vide auctoris refutatione aduersus Dauidem Chytræum sect. v. à ca. v. vsque ad xvij.

NONA CAUSA Defectus Doctrinæ.

Superiori sequens de nuptijs in Græcis & Rutenis Sacerdotibus nodus adiungitur, qui plerisque facile solui posse videtur: quod (inquit) à summis Pontificibus & Synodis matrimonij vsus is sit concessus. Quod quidem vt tolerantia sit factus: diu tamen hac tota re perpenſa, Græcarumq. legitimarum Synodorum, & Patrum sententijs expensis credūt mecum optimi viri, non minimam id fuisse causam, cur Deus Orientem hosti Christianæ fidei subiecerit. Nimirum aliorum mysteriorum, D & præsertim Diuinæ Eucharistiæ tractatio non solum in Græcis, & Rutenis, sed in Latinis quoque sacerdotibus summam continentiam, & castimoniam requirit, quam etiam hieromonachi & Episcopi inter Græcos profitentur. At quoniam de hac vniuersa cælibatus materia à nobis, quàm potuimus, accuratissime actum est in Refutatione Dauidis Chytræi, idcirco ad eam amandamus lectorem, ne hic breuitatis termini excedantur.

Et nona causa non vna, sed multiplex videri potest; quippe quæ defectum doctrinæ: Vsum meliorum Auctorum: linguæ Græcæ ignorantiam, ac vitæ improbitatem comprehendit eorū, qui è Latinis aliquando ad Græcos iuuandos adsciti sunt. Ea igitur causa multis tollenda est modis, qui propterea sunt planius declarandi. Defectum autem doctrinæ primò dicimus eum, qui ad intimas errorum causas, & E fomenta, deinde item ad Græcæ vetustatis, præcipue Synodorum, & Patrum: denique, quod caput est, ad Diuinæ scripturæ exactam notitiam attinet. Accedit ratio cum varijs hominum generibus agendi, quæ nisi adhibeatur ad praxim, facile scientissimus quisq. destruere posset magis quam struere.

De prioribus illis curandum est, ne apocrypha, ne pseudepigrapha, ne falsa, ne tantum edita typis; verum etiam manuscripta, & hæc quidem, quoad eius fieri possit, antiquissima, quæ cū sanis codicibus cõgruant; deinde & vt Synodorū primarum exemplaria habeantur ad manus, quæ quidem in Vaticana Typographia sub

A sub prælis sudare cæperunt emendatiora. Versio item Bibliorum à septuaginta Interpretibus, quæ emaculata his annis in Vrbe prodijt, (quæ secundo libro attigimus) facile cuique constabit, qui superiora meminerit, quive Diuinum hoc iuuandi animas negotium serio susceperit.

At de ratione agendi cum Græcis, quoniam ea spectat vel ad conciones populis habendas, vel ad alumnos instituendos, hæc ex vsu, ac præsentium rerum statu habemus, quæ dicenda sunt.

Tres eorum, qui Græcorum sectantur ritum, & dogmata, sunt quasi classes: Tres esse eorum classes qui Græcū ritum sectantur. Altera rudium, qualis est Rusticorum, & plebis: Aliorum altera, qui non scientias quidem adepti, sed rerum experientia, & libri alicuius patria lingua editi lectione sic lucis aliquid sunt affecturi, vt hinc Romanæ maiestatem Ecclesiæ: illhinc

B ærumnas, & calamitates Græciæ, casumq. orientalis Imperij sub Turcicum acinacem: hinc sacramentorum apud Latinos cultum: illhinc apud Græcos despicientiam cernentes, in eam sententiam venerint, vt Deus Ecclesiæ Catholice Romanæ & Occidentali magis adsit quàm Orientali. Tertia eorum est, quorum vsus, & experientia cum sit aliqua, abrepti tamen odio, quod ex prauæ consuetudinis vitio alit fatanas, controuersias (inuitis etiam eorum Episcopis, & prudentioribus Græcis) serunt: ac plerunque nescientes de quibus loquantur, aut asserunt, quid ve denique velint, Græcam cum Romana Ecclesia: ritus suos cum nostris conferunt: sacerdotes suos nostris anteponunt, nixi præcipue nostrorum quorundam improbitate, quam tamen de suis reticent: Neque vero pronuciare omnino audent errare nos, aut à nobis, quæ ad sacramenta pertinent, improbe fieri. Sed & sese recte sentire, atque in sua religione salutem posse consequi aiunt. Cum his igitur omnibus Iulius Carrarius Episcopus Rhetymnensis, is qui diu Episcopatum rexit in Creta præclaris prudentiæ, ac pietatis dotibus præditus non semel ad Urbem nauigauit, vt Insulæ illi consuleret, qui & postea laboribus ingentibus pro Ecclesia Christi defunctus, summo sui relicto desiderio decessit, scripsit mihi diu se, cum hac de re tota cogitasset, intellexisse denique, præstare vt potius de controuersijs nihil, quàm vt quidquam populo publice diceretur: nisi cum per commoda se daret occasio.

Tres esse eorum classes qui Græcū ritum sectantur.

Iulius Carrarius. De ratione agendi cum Græcis.

Qui igitur vel in Cretam, vel alio allegaretur, vbi ritus vigent Latinus, & Græcus, id sibi proponat, quasi loca illa omnia essent tanquam vnius labij populus sine factionibus, aut sectis: veruntamen in peccatis iacens, ac sterens vt reliqui in D Mundo: qui cum sit ad penitentiam è somno excitandus, via (vt aiunt) purgatiua magis, quàm illuminatiua iuuandus est: cui cum persuasum fuerit, vt vitam corrigat, & viuat in timore Dei, facilius quàm per disceptationes ad vnitatem adiungatur Ecclesiæ. Quamobrem & hinc efficitur, superuacaneum esse, vt à concionatoribus cum vtraque priorum hominum classe agatur è suggestu de controuersijs inter nos, & Græcos. At cum tertia classe non tam esse superuacaneum, quam etiam periculi plenum: cum improbi soleant ex aliquorum imprudentia concionatorum, seditiones mouere, atque animos etiam alienare illorum, quorum simplicitas veritati est proxima.

Sane vero nonnunquam de controuersijs agendum est, sed parcè, oportune, ac commode. Præterea ne de omnibus quidem ijs quinque, quæ olim præcipuè fuerunt: quas ve tum Synodus Florentina, tum Gennadius, & alij refutarunt. Iam quæ de azimo, & Eucharistia erat quæstio, hæc vix in Creta (quod & in reliquo Oriente puto) auditur, cum penitus extincta sit, vel certe sopita videatur.

Quare qui de hac loqueretur, rem prorsus obliuioni traditam, cum scandalo reuocaret in dubium. Processio autem Spiritus sancti à Patre, & Filio intelligitur à paucissimis, si tamen intelligi dicendum est. Ac mota ista quæstione, id demum sit, vt qui hæc ignorauerant, ad curiosiora excitentur: ac periculum subeant, vt partem veritati aduersantem complectantur, audientes à Græcis

De quibusnam controuersijs & quando agendum cum Græcis.

olim esse susceptam. Et certe, qui Patres orthodoxos haud verfarunt, facile A
 crederent Græcorum omnium eandem, quæ tantum erat aliquorum, fuisse senten-
 tiam. Reliquæ sunt. Visio Beatorum, quam facile admittunt. Purgatorius ignis, de
 quo haud difficillime cum Latinis conueniunt. Primatus Pontificis in Ecclesia, qui
 ægre iis persuadetur.

De hisce igitur quæstionibus proximis si quando sermo habendus sit, nec tota
 eam in rem infumenda est concio: nec disceptatione agendum: sed alliciendæ
 sunt ad veritatem fidei mentes tum exemplis, tum auctoritate Patrum: Quod
 quidem iucunde, ac cum eorum laude, qui docent, à Græcis excipitur. Ac ta-
 men frequens hisce de rebus sermo suspicionem iis iniiceret, quasi ipsos capta-
 re vellemus.

Sane cum in promulgatione Pontificii Iobilei concionator è nostris aliquando B
 in Creta de Summi Pontificis auctoritate, ac de igne Purgatorio egisset opportu-
 ne, probatus fuit ab omnibus: nec defuere frequentes Græci, qui iobileo potiri vo-
 luerunt. Reliqui autem propensissimi eodem ferebantur; cum qui in pagis, & in
 maris Aegæi Insulis vitam agunt, rem adeo salutarem haud omiserint. Concionum
 itaque fructus in ea gente, cum in primis in sanctitate, atque prudentia, tum in eo
 deinceps est situs; vt humana conditio, peccatum, redemptio, ceteraq. eiusmodi
 ad audientium captum exponantur: hi promoueantur ad obedientiam, liberamq.
 subiectionem erga Deum: Diuinaq. præcepta: ad Mundi contemptum: atque ad sa-
 tagendam, Deo iuuante, conuersionem suam. Quibus rebus si quis Græcus aurem
 præbuerit; non aberit longius, cum sine alia concertatione dabit manus, Romanæq.
 catholicæ doctrinæ fidem admitteat.

Porro si quis ex Italia eo mittendus sit, qui negotio isti vacet, cauendum est ini-
 tio ne sit ex ijs, qui ritibus Græcorum antea vsi, Latinos, ijs relictis, fuerint amplexi
 Vulgus enim has mutationes odit, nec inde iuuatur facile.

Vltus autem meliorum Auctorum hic fuerit, vt primo antiquiores & emendatiores
 tractentur: Athanasius, Gregorius, Basilus, Chrysostomus, Cyrillus Hierosoly-
 mitanus, & Alexandrinus, Maximus, Epiphanius, & alij fide ac pietate cele-
 bres. Scribere vero postea aduersus errores eorum, qui Christi tunicam incon-
 sultilem scindere conati sunt, Emmanuel Caleta Veccus Patriarcha Constantino-
 politanus, Georgius Protosingelus, Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius,
 Demetrius Cidonius, Bessario Cardinalis Nicenus, qui & postea fuit Patriar-
 cha Constantinopolitanus: Georgius Scholarius, qui deinde vocatus est Gen-
 nadius, cum Patriarcha Constantinopolitanus esset Creatus; Ioannes Chryso-
 stomus, Constantinus Lascaris, & reliqui: atque adeo sacra potissimum œcumenica Sy-
 nodus Florentina; qui cum omnes Catholici fuerint, ac doctè maleuolorum ma-
 ledicta confutauerint, suos gentiles magno zelo hortati sunt ad Catholicam veri-
 tatem amplectendam, atque ad debitam erga Romanam Ecclesiam obedientiam,
 & obseruantiam præstandam.

Et hi quidem Græce scripserunt; at non defunt è Latinis, qui latinè cum scri-
 pserint, vtilis sunt.

Leo nonus Pont. Max. Epistolis ad Episcopos Michaëlem Cōstantinopolitanū,
 & ad Leonē Acridanū. Anselmus Archiepiscopus Cātuarieſis Epistolis, siue opulcu-
 lis de Azimo. Rhabanus Maurus de Institutione Clericorū lib. i. c. 31. de Sacramen-
 to Corporis & sanguinis Domini: Quo itē loco probat ex sacrarū scripturarū aucto-
 ritate, offerendum esse panem sine fermento, & agit de processione spiritus San-
 cti. Hugo Etherius siue Etherianus aduersus errores Græcorum ad Alexandrum
 Tertium Pont. Max. & ad Patriarcham Antiochenum Græce & Latine. Chry-
 solanus Mediolanensis Archiepiscopus de Spiritu Sancto. S. Thomas Aquinas opu-
 sculo contra errores Græcorū; Et in prima parte Summæ, vbi agit de Spiritu Sancti
 processione, ac passim alibi. Ioannes quoq. Card. S. Sixti de Turri cremata in exposi-
 tione

VSVS ME-
 LIORVM AV-
 CTORVM.

QUI NAM
 GRÆCIS
 SCRIPSE-
 RUNT ad-
 uersus alios
 GRÆCOS.

Auctores
 Latini ad-
 uersus Græ-
 cos eos qui
 non recte
 sentiebant.

A tione Decreti de vnione facta in Synodo Florentina, definita in Concilio Latera-
 nensi Maximo, quod vocatum est generale Innocentio Tertio Pontifice Maximo:
 Concilium Lugdunense Gregorio Decimo Pontifice Maximo: De Summa Trini-
 tate & fide Catholica in primo, & sexto Decretalium; Concilium Tridentinum,
 cuius decreta ad fidem spectantia Matthæus Deuarius in Græcam Linguam aptif-
 sime conuertit. At & legenda sunt, quæ de hac re extant Pontificia Diplomata:
 Innocentij Quarti super ritibus Græcorum: Pij Quarti, cum Ecclesiis Græcorum;
 & earum Prælatos, & Administratores Visitationi, ac Superioritati Ordinariorum
 subiecit. Pij Quinti super Reuocatione licentiarum Græcis Latino more, & La-
 tinis Græco ritu Missas, ac alia Diuina officia celebrandi eatenus concessarum:
 Gregorii denique XIII. super Ereptione collegij Græci Romæ instituti.

Synodi Flo-
 rentina.
 Lateranē-
 sis.
 Lugdunen-
 sis.
 Tridentina.
 Vbi de dog-
 matib' quæ
 controuer-
 tebantur cū
 Græcis

Pontif. Ma-
 ximorū Di-
 plomata.

GRÆCÆ LINGUÆ NECESSITAS, ET Vtilitas. Caput II.

BARBROS à Græcis domitos fuisse præsertim disciplinis, elo-
 quentia, moribus, extra controuersiam est ijs, qui antiquas lege-
 runt historias: Græcos autem contra, domitos fuisse à Barbaris
 vbi disciplinæ, eloquentiæ vis atque vsus, & probitas illa morum
 auita exaruerit, loquitur ipsa res, atque Orientis, quem diximus,
 casus. At quoniam, quibus artibus respublice institutæ sunt, iisdem
 vbi ceciderunt, sunt instaurandæ; ideo pristinus ille decor reuocandus est, vt mo-
 rum probitate, ac disciplinis; sic eloquentia, & proprietate dicendi è Græcis
 fontibus hauita. Quam ad rem cum reliqua commoda inuitant; tum quasi iure
 suo Græcia nos cogit; quæ quidē adhuc in Latinis penè omnibus primariis discipli-
 nis possessionem retinet, quemadmodum sparæ vbiq. in ijs Græcæ voces te-
 stantur.

Quo autem accuratius hoc fiat, memores simus eius, quod non ethnici tantum,
 verum etiam Patres nostri summi Theologi dixerunt. Nam si quid Cicero didicit, vt
 tantus esset orator, scimus eum (vt ait Quintilianus) esse à Demosthene factum; ac
 Gellius falsus est ingenue se non potuisse non obscurissime dicere, quod à Græcis
 vno Verbo, & planissime diceretur. Quare addit Quintilianus, videri sibi sermo-
 nem ipsum Romanum non recipere illam solis concessam Atticis venerem; Nimi-
 rum (inquit alter) Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo Musa loqui: & alius
 ille audenter iubet. Vos exemplaria Græca, Nocturna versate manu, versate
 diurna. Hinc illud Ciceronis; Iouem non aliter locuturum, si loqui vellet, quam
 scripserit Plato. Ac Hieronymus qui Gregorium Nazianzenum habuit Magistrum,
 proprietatem Græcam, inquit, Latinus sermo non recipit. Quæ fuerit causa,
 cur & Cicero ad suorum vtilitatem semper cum Græcis Latina coniunxerit: & à
 Græcis Auctoribus studia esse inchoanda Quintilianus existimauerit, & alij dixe-
 rint sine Græcis litteris degustari posse philosophiam, non hauriri; Lucretiusque
 multa se Græce loqui affirmet ob Latinæ linguæ egestatem, ac rerum nouitatem: E
 variis autem nationibus extra Italianam scimus Græce scripsisse Phætorinum Gal-
 lum de philosophia: Philonem Iudæum non Hebraice magis quam Græce, Mu-
 sonium omnium Stoicorum Neronis tempore celeberrimum: Syros, Aegyptios,
 Thraces philosophiæ mysteria: Porphyrium è Phœnicia, vnde & in Græciam de-
 riuatos fuisse characteres diximus: Iamblichum è Syria: Hammonium, & Phi-
 loponum ex Aegypto: Simplicium è Phrigia: Ptolomæum Aegyptium Musicam, &
 Astrologiam: Nicomachum, & Iamblichum Syros Arithmeticam, & Geometriam
 non nihil; Hermetem Trimegistū, & Architam Tarentinum Dialecticam: vt inte-
 rim omittam quæ in Iurisprudencia, Medicina, & aliis disciplinis sunt scripta. Nam
 & hac

Martialis.
 Horatius.

& hæc suis quæq. locis ostendemus, & facile inde adhuc peri poterunt, quæ ad necessitatem & commendationem linguæ Græcæ faciunt: cum & Scipionis Carceromachi: Antimachi: Conradi Heresbachii: extant in fronte Græci thesauri, quæ de ipsius linguæ laudibus sedulo collegerunt. Sed, vt alia non essent, certè ipsius Diuinæ sapientiæ consilium, quo Diuinum veteris testamenti codicem in Græcæ linguam conuertit recentos ante annos, quàm Dominus in carne Mundo illuxerit: & plura tot Patrum scripta Græcè edi voluit, cum quibus collatæ in alias linguas ipsæ versiones ostendunt, quam mancæ, mutilaq. sint, vna excepta editione nostra Latina Vulgata, cuius dignitas ac celsitudo commendatur in Sacro Tridentino Concilio; Academia vero ipsè antiquitus in Galliis vti Massilia, Lugduni, & alibi excitata, quæve in Germanica, & Gallica lingua extant Græcæ linguæ vestigia, ipsæ autem prouinciæ plures, in quibus adhuc viget si non vetustioris, saltem quod inde fluxit idioma Græcū, vt in Græcia, in Asia minore, in tot insulis, parteq. Italiae & Siciliae, vt etiam Turcæ Græcam illam vulgarem cum Turcica lingua addiscant, & loquantur; ac proinde qui Græcè noscat, eos possit ad fidem allicere; hæc, inquam, omnia plusquam satis esse queant ad desideria excitanda, studiaque comprobanda eorum, qui studia Græcæ linguæ in Dei gloriam proponunt. Erat vero superioribus sæculis sparsa in Italia, & vicinis Prouinciis barbaries; sed Byzantij casus in Mehemetis manus, etsi orientali Imperio tantam intulit cladem, fecit tamen vt eo ex naufragio, qui salui ad oram Italiae appulerunt Græci viri, cum libris, & reliquijs Patrum, ac Philosophorum, barbariem magna ex parte eijcere, cultuq. linguarum, & scientiarum apud nos reuere incepterint: vt cum ex vltimis orbis finibus, aliquot ante annos memoria nostra nauigasset homo Iaponius in Italiam, deque eo quaereretur, ecquod tot gentium, quas loquentes in Europa audierat, idioma magis probaret, Græcum dulcius fluere, ac latente quadam suauitate, atque energia permulcere animum responderit.

Hanc igitur linguam vna cum latina ita discant necesse est, qui cum Græcis agere velint, vt neutra alteri officiat; intelligatur autem à Græcis Latinos eandem consequi posse; postquam & Cicero, & Claudius Cæsar, & Carolus magnus, ac tot scholæ in Europa, & in Asia floruerunt, è quibus præstantissimi labores in lucem venire, quos supra memorauimus.

DE VITA EORUM, QUI EX LATINIS ADSCITI
pietatem, ac disciplinas Græcos Alumnos docturi sint.

Caput III.

VT autè vtilius nihil potest esse probis moribus, ac bono vite exemplo, sic improbitate ac morum prauitate nihil potest esse nocentius. Cumq. res ipsa loquatur; vagique homines, qui acti fame potius quàm Diuini nominis gloria in hoc negocium sese intrudere, se centa commiserint flagitia, nil satius esse potest, quàm vt per Religiosos, & doctos Viros, qui CHRISTVM & animas sitiant, tota hæc res passim agatur: Hanc enim teri semitam, ita voluit Deus, vt & per Religiosas familias quæ Christiani orbis fuere seminaria, ipsos etiam alij, & institui filios Regum interdum fecerit. Hancque hoc sæculo sentibus & spinis obseptam aperiri vique ad xtremas Indias iusserit; superuacaneum vt sit aliunde quàm hinc, ad opus Domini, operas conducere.

POSTRE-

A POSTREMA CAUSSA, PRÆMIORUM TENUIAS, quibus Græci etiam inuitandi sunt, & fouendi. Caput III.

SI is omniū esset ardor, aut certe sensus, vt cælestibus præmijs, quæ æternum duratura sunt, inhiarent, necesse non esset, vt alijs humana mens præmijs alliceretur ad bonum. At quando ipse Dominus & in vetere lege Terram promissionis; & in noua centuplū in Terra promisit ijs qui sese sequerentur: ac vero quisq. proximus sit sibi ipsi; aliorum autè penuria, qui post absoluta litterarum studia esuriunt, præfenti obiectu magis auertat animos, quàm futuri præmij contemplatio inuitet: hæc quoq. humana præmia imbecillioribus, & quasi lactentibus necessaria sunt. Bessario Cardinalis in Creta sacerdotibus redditus aliquos de mensa ipsa sui Archiepiscopatus Constantinopolitani certos addixit, vt dum essent, qui excolerent animos, de victu solliciti non essent. Redditus tamè illa tenuitas, quodq. dati nō sūt, qui illos in officio continerent, ac (quod erat summi momenti) ad tantā palæstram instituerent & animarent, fecit, vt res denique omnis euanesceret, quamobrem dispiciendum est, quibusnam rationibus id consequi possimus, quod cupimus.

Primum autem id certissimum est, operariorum in Christi Vineâ tantam esse penuriam, ac necessitatem, vt qui litteris, & pietatē fuerint diligenter excolti, istis vix defuturus sit locus, in quo conuiescant. Nam & Episcopi Occidentis gratissimam eorum habebunt operam; quorum auxilio bonæ artes in suis ciuitatibus reuiuiscēt: ac cum simul cum Græcis latina coniunxerint, quasi ambidextri, vtraque in lingua vtilis erunt. Tum autem, si qui inceperint suggestus ascendere facundiam cum pietate è Græcis Patribus spirantes, iam hi chariores habebuntur, & Sedē ipsam Apostolicam facile permouebunt, vt sui quoq. hinc rationem habeat, vt ad sacerdotia, ad eas, quas diximus, Abbatias, ad Episcopatus, ac forsan item ad Cardinalatus promoueantur. Quod quidem Maiorum nostrorum memoria factum est cum Bessario Græco, & Isidoro Rutenorum Metropolitano. Cum vero sacerdotia in Sicilia, in Calabria, & in Melita insula sint, haud difficile à Catholicis etiam Regibus obtinebitur, vt in Græcos iā Romæ probatos, & extultos conferantur. Atqui Græci, qui sunt Venetijs, quorum numerus aliquot millium censetur, hinc magnopere afficerentur ad charitatem illam mutuam, quam peroptat Dominus, qui reliquit pacem discipulis suis. Sic autem & vndique filij ipsorum mitterentur, qui sub Pastore vniuersalis Ecclesiæ, sicuti pulli sub alis Gallinæ fouerētur. Quæ sane certissima, breuissimamq. methodus esset ad tantam christiani orbis partem, quasi modico, sed efficaci amoris fermento fermentandam. Videlicet cura animarum earum, pro quibus Christus, Apostoli, totq. alij martyres sanguinem ipsum fuderūt, reuiuisceret. Et beneficium, atq. vtilitas, qua sese Græci diligi, partemq. esse Ecclesiæ cernerēt, dū participes dignitatu, & bonorū re ipsa effectos se experirēt, maximo huic rei esset adiumento.

Accedit ad hæc, sedis ipsius Apostolicæ necessitas, quæ si in Orientem, aut in Moscuiam, vel Russiam eam, quæ Poloniae Regno continetur, allegare Nuncios, aut adeo inuisere cupiat, quæ diximus, sacerdotia Calabriae, Siciliae, Melitæ, Chij, Cycladum, Corcyrae, Zacynthi, Cretæ: quis nō intelligat, ex Græcis, quorū per aliquot annos, in Romano Græcorum collegio, & doctrina mores probati fuissent, sumi posse, qui vel ipsimet legationes Pontificias obeant; vel legatis, & Internuncijs adiucti, fidā Ecclesiæ operā præstēt? Certe nemo esset in plerisq. locis maritimis & ciuitatib. Episcopus, qui saperet, quin auide admitteret apud se aliquē ex istis, cuius consilio & opera Græci sic quasi protegerentur, vt simul ad veritatē cōmodius per hominē è suis allicerentur: cum & cōcionantē essent audituri libentius, à quo Patrū Græcorū auctoritates sua ipsorum lingua citari; & Latinos quoq. ex huiusmodi gente doceri eadē opera viderent. At & in Poloniae Regno, quando late patet magna pars vtriusque, quam diximus, Russiae, mirum est, quantum nobis etiam præsentibus, expetiti sunt tales, cum ab Episcopis in quorum diocesis plurimi ritu Græco viuunt, tum

à Principibus, & proceribus laicis, quorum ditionibus subduntur. Quæ vero hinc A
 alia commoda sequi possent, iudicium eorum esto, qui prouincias illas obicere Apo-
 stolici Nuncij; quiq; in Moscouiæ ingentem illum Europæ, & Asiæ tractum subin-
 de data occasione mittendi essent, cum freques Polonicorum legatorum à sua Re-
 publica & Rege accidat legatio; cui adiuncti Ruteni, qui fuissent in vrbe excul-
 ti, vel Græci, qui Rutenicam linguam è Slauica deductam addidicissent; vel Slauip-
 si, seu Epirotæ ostium religioni catholicæ sensim aperire possent, catholicos sane
 retinerent, ne in aliorum errores delaberentur. Et igitur non deesset Diuina Pro-
 uidentia quæ multiformis est, quæque voluit, vt hæc Ecclesiæ præcipua cura sit ope-
 rarios efformandi, & mittendi in Vineam suam. Vtinam vero ex Religiosis ordini-
 bus seligerentur aliqui probatissimæ vitæ, & charitatis, qui in Oriëtem mitterentur: B
 reliqui autem, qui in exilium potius quam ad alicuius Insulæ culturam missi iam
 fuissent, omninò reuocarentur: miro enim scandalo esse possunt, cum magis de-
 struat vnus, quam plures ædificent. Quod si Synodi, Prouinciales in maritimis qui-
 buldam vel tractibus vel Insulis frequentes haberentur, nemo non intelligit, quam
 facile disciplina morum, & alia in ipsis quoque Latinis restitueretur: Qui si recte vi-
 uerent, atque exemplo essent Græcis, plus sæpe proficerent, quam hæcenus multi
 à multis annis alij fecerint. Porro libri disseminarentur ad pietatem potius quam
 ad dogmata defendenda, & adeo populari Græcorum lingua conscripti: Nam & in
 nauibus, & Byzantii, & in Insulis, & in Asia minore, atque alijs in locis fructu fer-
 rent vberimum. Iam Florentinæ, ac Tridentinæ Synodi dogmata habentur, vt di-
 xi, Græce edita, quæ Græcis sacerdotibus dono danda essent: cum deinceps Cate-
 chismi Romani, quæ iandiu expectatur in Græcam linguam conuersio, esset futu-
 ra & Laicis, & Parochis Græcis vtilissima. Doctrinæ item Christianæ liber Petri
 Canisij huc pertinet: quæ omnia collegij Græci, quod Romæ est, prouectiores ad o-
 lescentes iam Deo iuuante cum prestare poterunt, tum à Theologis aliquibus, qui
 Græce nouerint expensa, tradenda essent typographis, vt ederentur. Denique ex-
 citarentur à concionatoribus, populi, & à sede Apostolica Religiosi viri, atque Epi-
 scopi, vt pro tanta re passim orationes, ac sacrificia Deo offerrentur.
 Et hæc quidem de Græcis, & Rutenis habeo quæ dicam. Veruntamen quoniam
 ex ijs non defuere, qui dum apud ipsos essem, de me pleraque quærent, quæ ad
 veram Ecclesiam pertinent, propterea huc adieci, quæ olim in Regnis septentrio-
 nalibus de rebus ijsdem Regi eorum respondi. D

Nota

RESPONSIONES AD REGIS SEPTENTRIONALIS
interrogationes qui de salutis æternæ comparanda ratione, ac de vera
Ecclesia cupiebat institui.

INTERROGATIO I.

Num ij, qui omnia Ecclesiæ Catholicæ dogmata non credunt, possint æternam salutem consequi, dum tamen profiteantur se in Christum credere, & peccata odio habere?

RESPONSIO.

De fide ad Petri c. 38.

SANCTVS Augustinus respondet: Firmissimè tene, & nullatenus
 dubites, non solum omnes Paganos, sed etiã omnes Iudæos, Hæ-
 reticos atque schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicam præ-
 sentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est Dia-
 bolo, & Angelis eius.

Ibidem ca. 39.

Rursus. Firmissimè (inquit) tene, & nullatenus dubites, quemli-
 bet Hæreticum vel Schismaticum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti ba-
 ptizatum, si Ecclesiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quanta scun-
 que Eleemosynas fecerit, si & pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse sal-
 uari. Omni enim homini, qui Ecclesiæ Catholicæ non tenet vnitatem, neque Ba-
 ptismus, neque Eleemosyna quamlibet copiosa, neque mors pro Christi nomine
 susce-

A suscepta, proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo hæretica, vel schismatica
 prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortem. Rursus. Numquid potest (inquit) vis Ba-
 ptismi maior esse, aut potior quàm Confessio, quàm passio, vt quis coram homini-
 bus Christum confiteatur, & sanguine suo baptizetur; & tamen neque hoc Bap-
 tisma Hæretico prodest, si quãuis Christum confessus, extra Ecclesiam fuerit occisus,
 quia charitatem non habuisse conuincitur, de qua Apostolus dicit: Etsi tradidero
 corpus meum, ita vt ardeam; charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Quod
 si propter hoc quia charitas deest, passio nihil prodest; nec illis prodest, quos in in-
 uidia intus, & malevolentia sine charitate viuere. Paulus dicit. S. item Cyprianus
 lib. de vnitate Ecclesiæ sic ait: Esse Martyr non potest, qui in Ecclesia non est: Ad
 regnum peruenire non poterit, qui eam, quæ regnatura est, derelinquit. Et infra:
 Cum Deo manere nõ possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimis noluerunt: Ar-
 deant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestijs animas suas ponant; non
 erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ: occidi talis potest, coronari non potest.
 Porro nemo integrè credit in Christum, qui omnes fidei Articulos non credit,
 quorum vnus est: Credo Ecclesiam Catholicam, quæ firmamentum est, & colum-
 na veritatis.

Tom. 7. de
 Baptismo
 contra Do-
 natist. lib.
 4. cap. 17.
 Similia
 Tom. 9. in
 Euang. Io.
 tract. o. pro
 pe sinem.
 1. Timor. 3.

INTERROGATIO II.

An Schismatici saluari possint, cum ea, quæ ad fidem pertinent, omnia serè credant?

RESPONSIO.

CVM qui in vno peccat (vt habet S. Iacobus) factus sit omnium reus; procul
 dubio, si quis, quæ docet Ecclesia, dicat se credere, non autem illi obediat, vel
 non obediendū esse illi doceat, reijcitur in æternum à Deo, cui obedientia plus pla-
 cet, quam victima. Itaque rectissime ait B. August. Neque Schismatici aliquid fi-
 bi ex ista mercede promittant, quia similiter vbi charitas non est, non potest esse iu-
 stitia. Dilectio enim proximi, malum non operatur, quam si haberent, non dilania-
 rent corpus Christi, quod est Ecclesia. Auelle (inquit S. Cyprianus) radium solis à
 corpore; diuisionem lucis vnitatis non capit: frange ramum ab arbore, fractus ger-
 minare non potest: A fonte præcide riuum, præcisus arescit. Salutem autem (in-
 quit S. August.) non potest habere, nisi in Ecclesia Catholica: extra Ecclesiam to-
 tum potest præter salutem; potest habere honorem, potest habere Sacramentum,
 potest cantare Alleluia; potest respondere, Amen; potest Euangelium tenere, po-
 test in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti fidem & habere, & prædicare; sed
 nunquam nisi in Ecclesia Catholica salutem poterit inuenire.

To. 3. lib. 1.
 de Ser. Do.
 in montec.
 9. & To. 4.
 quest. ex
 Mat. 9. 11.
 S. Cypria-
 nus de sim-
 pli. Præl. si-
 ue de vni-
 tate Eccle-
 siæ.
 Aug. To. 7.
 ser. super
 gest. cum E-
 merito vi-
 tra mediū.

INTERROGATIO III.

*Cum inter Lutheranos ij nominentur Sacerdotes, atque Episcopi, qui res Spirituales & Sacras admi-
 nistrant, nonne hi sunt aliqua saltem ex parte Sacerdotes, & Episcopi?*

RESPONSIO.

NEC nomen, neque rerum Spiritualium tractatio, sed rite suscepta Consecra-
 tio efficiunt Sacerdotium, aut Episcopatum. Si enim quærat, à quonam isti
 consecrati sint, respondebitur, ab Episcopo. Si verò rursus vrgeatur, ecquis Epi-
 scopum illum creauerit, ad id venietur, vt à seculari Magistratu eum fuisse crea-
 tum intelligamus. Itaque prudenter ac vere Serenils, quidam Rex dixit, hosce qui
 prodierunt, ex laica potestate, nec aliud quam ex Cancellaria seculari literas ha-
 buere, non esse aut Sacerdotes, aut Episcopos veros. Cum enim Consecratio sit
 opus supernaturale, & charisma istud diuinum atque character, quem veri Sacè-
 dotes accipiunt, nunquam Magistratui seculari à Deo concessus fuerit, vt ab eo
 conferretur; ac ne tributus quidem sit vnquam (neque enim minor potestas in ma-
 iorem agere potest) cumque Lutherus à quo ista falsorum Episcoporum, & Pasto-
 rum turba prodiit, nunquam Episcopus fuerit: cumq; nullus eorum impositionem
 manuum ab ijs habuerit, qui legitima ab Apostolis successione descenderunt: non-
 ne ex eorum numero sunt, quos in Asinio non veros Senatores Cicero, atque in
 Nouatiano Pseudopiscopos, & Pseudoparochos S. Cyprianus designarunt?
 Nam

Cicero in
 14. Anto-
 niana.

Nam Afrius (inquit Cicero) quidam Senator voluntarius, lectus ipse à se apertam A curiam vidit post Caesaris mortem; mutauit calceos; Pater conscriptus repente factus est. Sic isti cum expulsis, aut trucidatis ab asecclis Lutheri veris Episcopis, & Sacerdotibus, apertam curiam vidissent, illico (sicut momento pene tēporis ex putredine fungus enascitur) Superintendentes, ministri, cæteraq. fax eruperunt. Nouatianus vero (ait S. Cyprianus) in Ecclesia non est, neque Episcopus computari potest, qui Apostolica traditione contempta nemini succedens, à seipso ordinatus est. Ac infra: Aut Pastor haberi quomodo potest, qui manente vero Pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succedanea præsidente, nemini succedens, & à seipso incipiens, alienus sit & profanus? Quæ quidem causæ sunt, cur laici non solū Sacerdotum officium impie assument, verum etiam Reges sese tandem velint constituere: Quemadmodum & in Ciuitate Monasteriensi non ante multos annos tentauit quidam Anabaptistarum Dux; & his annis Galli, & Belgæ tentarunt alij in Gallijs, & Belgio. Quos autem conscientia stimulus in rebus Sacris vsurpandis, & retinendis non mordet, multo minus mordebit, ad ciuitates Regnaq. conuellenda, & ad Reges eijciendos. Quamobrem vbi hæresis altas egit radices, semper eam denique aut Ethnicismus, aut barbara aliqua secta, (vt in Africa & Asia cernimus) aut cum rerum Diuinarum obliuione, pestilens tandem anarchia, vel Regnorum mutatio est consecuta.

INTERROGATIO III.

Ecclesiane dici potest alicubi esse, vbi Sacerdotes, & Episcopi veri, ac legitime consecrati non sint?

RESPONSIO.

Respondet S. Cyprianus Martyr: Loquitur, inquit, illhic Petrus, super quæ adificata fuerat Ecclesia, Ecclesie nomine docens, & ostendens, quia etsi contumax, ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen à Christo non recedit, & illi sunt Ecclesia plebs Sacerdoti adunata, & Pastori suo grex adhaerens. Vnde scire debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo: Et si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse: & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum Sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt, quando Ecclesia Catholica vna est, scissa non fit, neque diuisa; sed sit vtiq. connexa, & coherentium sibi inuicem Sacerdotum glutino copulata. Hæc Cyprianus. S. autem Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos. Cum (inquit) homo mortuus sit Hilarius (videlicet quidam Hæresiarcha) cum homine pariter interijt & Secta: quia post se nullum clericum Diaconus potuit ordinare: Ecclesia autem non est, quæ non habet Sacerdotes, quorum glutino copulatur Ecclesia, & vbi Pastore legitimo populus non adhæret, ibi homines frustra sibi blandiri de Ecclesia, quam nullam, & proinde nec vllam salutem habent. Porro vt Regnū non est, cui Rex, Consiliarij, Legiferi, Præfecti legitime delecti, leges item ipsæ desunt, ita neque Ecclesia (quæ cum Regno in Scriptura sæpe comparatur) dicenda est, in qua antiquæ Ecclesiasticæ Leges silent, Archiepiscopi, Episcopi, Canonici, Sacerdotes, Monasteria, Spiritualisq. omnis potestas, & decor adempti sunt. His enim Ecclesie facies, & ordinis Hierarchici forma & dignitas stabat, & cernebatur. Cum vero ab aratro ad altare traductis bubulcis reliqua omnia, quæ Dei erāt, conuersa sint in rapinam & sacrilegium, atque hæc non solum tolerentur adhuc, verum etiam ipse verus omnis Ecclesie status explodatur, quis ibi Ecclesiam esse dixerit, qui tenebras lucem, lucem tenebras non dicat? Huc quoq. pertinet, aliorum Ecclesie nominum consideratio, quibus eam Spiritus Sanctus expressit: Turre, de qua mille clypei pendent: Vineæ, quam cœlestis plantauit agricola: Castorum aciei ordinatæ, contra quam inferi portæ nunquam essent preualituræ: Corporis, quod vnum sit, & vnum spiritum habeat. At hic nullam turrim, nisi Babelis, nullum speculatorem, nisi falsos Superintendentes subintroducitos, nullos clypeos cernis, sed montes Gelboe, vbi neque ros, neque pluuia vnquam decidit, vbi sterilis fides est, vbi abiecti sunt clypei fortium, vbi populus miserè perijt, aut turpiter in manus Philisti-

Lib. r. Epi-
hol. 6. ad
Magnum.

Epi. 69. ad
Pub.

CONSIDERATIO
NOMINUM
ECCLESIE.
ANTITHESIS
ECCLESIE
CUM
CONVENTICULIS
HÆRETICORUM.

A Philistinorum, id est, Apostatarum deuenit. Ita quoque nec vllam vineæ faciem vides; cum Apostolicis Constitutionibus & antiquissimis ritibus antiquatis, sepes, qua vinea sepiebatur, prostrata sit: cumque nullus palmes cum vite, nulli digni penitentia fructus, nullum torcular sint; canalia verò perrupta, & Sacramenta maxima ex parte sublata: nullus Paterfamilias, & cœlestis agricola, nullum opus bonum fructuosum appareant, vnde mercedē denarij, qui laborarūt, accipiant. Ferus enim aper ex sylua, id est, ex multiplicium errorū tenebris, in vineam irrupit, hancq. omnibus direptis, atq; fœdatis exterminauit, & sicut arefactū cucumerariū dereliquit. Præterea nec vllam castrorum aciem ordinatam isthic intueri potes. Quis enim aciem vocet, vbi nullus Imperator legitimus, nulla certa vexilla & signa, nullæ excubiæ & vigiliæ nocturnis precibus, nullus sufficiens commeatus, nullæ tubæ, quæ certum dent signum, sed confusus variarum hæresum strepitus conspiciuntur, aut exaudiuntur? Cum autem turbatis ordinibus talis iam Sacerdos sit, qualis est populus, diuiniq. humana sint permixta: anne abominationem istā desolationis sentis, quam S. Athanasius esse dicebat, cum Laici creare Episcopos, & Sacerdotes, res spirituales administrare, diuiniq. mysterij ac verbi tractationem sibi vsurpare, intolerabili temeritate sunt ausi? Iam vero nec denique vnum corpus isthic cernimus, quod vnum spiritum habeat: tum quoniam monstrum esset corpus, quod duæ anime regerent, (vnius vero formæ, atq; animæ, vna primaria operatio est, non discors, vel cum se ipsa pugnans; qua quidē discordia cum hæresis agatur, nō vnum, sed varios ea spiritus habeat necesse est) tum etiam, quod cui propria deest operatio, huic quoq. ipsa vita deest, ac spiritus. Cum vero isti quandam solum fidem informem ac mortuam agnoscant, ecquam Ecclesiam aut corpus viuum inter eos agnoueris? Præterea si euerio fundamento omnia ruunt, fide autem ac religione, & reliquis plerisque Articulis fidei deficientibus, in horū locum errores ijdem succedere, quos euidentissimum est antiquitus ab Ecclesia fuisse damnatos, nullam hic tu iam corpus aut Ecclesiam mihi ostendere poteris. Si quis autem præcisus in animante neruis, fibris, venis; primarijs item membris, corde, hepate, cerebro amotis, corpus tamē viuere dixerit, vtiq. cadauer potius istud fuerit, ad quod corui, id est, Apostatæ confluxerunt, quam corpus illud, ad quod (testante Christo) Aquilæ, hoc est, sapientissimi, & perspicaces Patres à terrena vita procul euolantes vnanimi contentu conuenerunt. Sed audiamus B. Augustinum. Videtis, inquit, quid faciat anima in corpore: omnia membra vegetat, per oculos videt, per aures audit, per nares olfacit, per linguā loquitur, per manus operatur, per pedes ambulat: omnibus simul adest membris vt viuant, vitam dat omnibus, officia singulis. Non audit oculus, non videt auris, non videt lingua, nec loquitur auris & oculus: sed tamen viuunt; viuunt auris, viuunt lingua; officia diuersa sunt, vita cōmunis. Sic est Ecclesia Dei, in alijs Sanctis fecit miracula, in alijs Sanctis loquitur veritatem, in alijs Sanctis custodit virginitatem, in alijs Sanctis custodit pudicitiam virginale, in alijs hoc, in alijs illud: singuli propria operantur, sed pariter viuunt. Quod autem est anima corporis hominis, hoc est, Spiritus S. corporis Christi, quod est Ecclesia: hoc agit Spiritus S. in tota Ecclesia, quod agit anima in omnibus membris vnus corporis. Sed videte quid caueatis, videte quid obseruetis, videte quid timeatis. Contingit vt in corpore humano, imo de corpore aliquo præcidatur membrum, manus, digitus, pes: nunquid præcisum sequitur anima? cum in corpore esset, viuere, præcisum amittit vitam. Sic & homo Christianus, Catholicus est, dum in corpore viuunt, præcisus, hæreticus factus est: membrum amputatum non sequitur spiritus. Si ergo vultis viuere de Spiritu Sancto, tenete charitatē, amate veritatem, desiderate vnitatem, vt perueniatis ad æternitatem. Hæc ille. Cum vero ex ipsis Euangelijs, Actis Apostolorū, Canonibus Apostolicis, & antiquissimis Synodis liqueat, nullam vnquam habitam fuisse veram Ecclesiam, nisi quæ ijs partibus constaret, quibus Catholica consistit: sanè nemo cordatus sibi imponi patietur, si quem dicentem audierit, Ecclesiam ibi esse, in qua antiquissima eiusdem Ecclesie ne vllum quidem vestigium existat.

Aug. tom.
10. serm. de
temp. 180.

IN-

INTERROGATIO V.

Cum Baptismus in Septentrione verus administratur, nonne saltem qui eo baptizantur, ad Catholicam, id est, veram Ecclesiam spectant, licet veros Sacerdotes non habeant?

RESPONSIO.

NIHIL sane prohibet. In fide enim Ecclesiae baptizantur, quotquot rite baptizantur: ac nisi extra Ecclesiam per haeresim aut perfidiam exeant, sunt et nostris, Catholicisq; sunt; aeternam vero salutem consequi possunt, si fidei fundamento superaedificent aurum, argentum, gemmas, sicut Apostolus scripsit: aut si in peccata prolapsi, denique veram respiscant. Verum quotusquisque est, qui cum adoleuerit, haud istis falsis Sacerdotibus adhaereat, eorum erroribus non imbuatur, falsa pro veris Sacramenta non sumat, atque etiam ubi vna cum ijs Ecclesiam Catholicam (quae est corpus Christi) blasphemare didicerit, tum moriens pestilenti pane, non autem vero Sacramento & corpore Christi Domini accepto, miserrime non pereat? Vnus (inquit S. Augustinus) est Deus, vna fides, vnum Baptisma, vna incorrupta Catholica Ecclesia: non in qua sola vnus Deus colitur, nec in qua fides retinetur: nec in qua sola vnus Baptismus habetur, sed in qua sola vnus Baptismus salubriter habetur.

INTERROGATIO VI.

Licebit ne alicui ob metum mortis, aut ob verum suarum amissionem, vel propter spem alios ad Catholicam fidem conuertendi, simulare Lutheranismum, aliamue haeresim: aut publice profiteri se nolle Catholicam Ecclesiam obedire, etiam si clam velit esse Catholicus?

RESPONSIO.

FAlsum bonum est verum malum, sicut vel ipse Philosophus dixit. Mala autem (inquit Apostolus) facienda non sunt, vt veniant bona. Itaque si quis haeresim simulet, quae res alijs scandalum & perniciem semper attulit, is flagitium Christiana veritate indignum committit. Deus porro, qui veritas ipsa est, neque ad veritatis aedificium extruendum mendacio nostro eget, nec vsus est vnquam. Quod si aliquando ante, quam synagoga Iudaeorum sepeliretur (Christianam scilicet initio nascentis Ecclesiae) aliquid Apostoli visi sunt in obseruatione Mosaicae legis simulasse, id non erat haeresim fingere (quod semper habitum fuit immane scelus) nec facinus aliquod perpetrare; cum Euangelio nondum plene promulgato, lex illa (quae fuerat ad tempus à Deo instituta, neque ex se mala erat) vim aut saltem dignitatem quandam tam diu obtineret, donec Euangelij lux altius exoriens, praeteritarum rerum umbram prorsus abigeret. Itaque cum quidam antiquitus idolo oblati viderentur (& si non ad eum finem, vt viderentur idololatriam consentire) quoniam aliqui scandalum pariebantur, eos damnat Paulus acerrime: quanto acrius damnasset eum, qui licet non haereticus nec idololatra, vna tamen cum haereticis voluisset sentire videri? Accedit exemplum Eleazari, cui cum sub capitis poena iussum fuisset, vt carnes suillas ederet, & secreto carnes alias non prohibitas, quae speciem porcinae haberent, amici offerrent: intrepidus mori maluit, quam fingere; nempe ne aliqui putarent ipsum legem transgredi, & idololatriam acquiescere. Quanto igitur minus licebit haeresim simulare, aut haereticorum falsis Sacramentis, vel eiusmodi aliis rebus sese immiscere, vnde alii vel erroris, vel confirmationis in errore sumant occasionem? At etiam plurima sunt exempla Martyrum, qui cruciatus acerbissimos pertulere, ne vel solo nutu perfidiae signum aliquod ederent, & Ecclesiam, quam Dei Filius veritate & amarissima morte fundauit, mendacio polluerent, & vitae foeda conuersatione desererent. Accedit veneranda illa, & tremenda Christi sententia: Si quis me erubescet coram hominibus, & ego erubescam eum coram patre meo. Quam si quis vere aestimat, fateatur necesse est, eum qui capitis sui & caducarum rerum maiorem, quam Christi Domini rationem habet, ac terrae coelum postponit, se nunquam coelum (nisi respiscat) consecuturum. Rursus (inquit Apostolus) Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem. Quamnam igitur salutem speret, qui cum esse debeat paratus vnicique, de ea, quae in nobis est fide

A fide interroganti, rationem reddere, confessionem fidei suae opportuno tempore non faciat? Addit porro Apostolus: Ab omni specie mala abstinete vos. At qui hoc habet speciem mali, quare & peccatum est. Quin etiam cum ab aliquo aliquid fit, vt haereticus videatur, id non speciem solum, sed rem quoque mali habet: praeter quam quod actiuum scandalum (vt cum Theologis loquar) ex se (licet inde alij scandalum non afficiantur) peccatum est contra ius diuinum & naturale. Quamobrem quis erit in sui & proximi salutem tam excors, vt naturalem ac diuinam legem, quam Christus venit implere, pro leuitate nostri capitis, (qui vermiculi sumus) putet esse abrogandam? At vero cum ea, quae ad diuinum cultum, fidemq; pertinent, ad primam Decalogi tabulam spectent; legesq; alias omnes, vel naturalia praeccepta praecellant; sane ubi agitur de fide sincere testanda, diuinus honor intrepide nostrae vitae praeponeendus est. Nec vero metus mortis, aut mundanarum rerum amissio est expauescenda. Timete eum (ait Dominus) qui potestatem habet mittere in gehennam. Atque alibi. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animam vero suam detrimentum patiat? Quamuis autem fidei Catholicae confessio semper & ubique (hoc est sine necessitate) facienda non sit; nunquam tamen haereticos nos esse, aut ipsorum ritibus nos adhaerere ostendendum est. Sed eo magis nos esse Catholicos testari debemus, cum ex nostra taciturnitate scandalum sequeretur aliorum. Quod quidem ad eos praecipue pertinet, qui publicam personam vel magistratum gerunt. Si qui autem putant sibi licere haeresim non solum fingere, verum etiam iisdem de causis, quas attigimus, iuramento confirmare, se non esse Catholicos: ii legant B. Augustini libellum de Mendacio, & ad Quod vult Deum de haeresibus, inter quas illos ab Ecclesia Dei damnatos enumerat, qui cum hoc ipsum sentirent: & facerent, Carmen illud vsurpabant:

Iura, periura, secretum pandere noli.

INTERROGATIO VII.

Licet ne Sacrosancto Missae sacrificio interesse, vel Eucharistiam sumere, ubi Sacerdos rite quidem olim ordinatus sit, verum postea fuerit, & adhuc habetur Lutheranus, atque ideo nescitur, an Ecclesiae Catholicae sit reconciliatus?

RESPONSIO.

Excommunicatus ab Ecclesia ligatur in caelo, vt S. Augustinus ait. Agit enim (vt ille ipse inquit) in Ecclesia excommunicatio, quod agebat in veteri testamento interfectio: omnique excommunicatus Satanam traditus est, quemadmodum praeter B. Augustinum S. Paulus ostendit.

D Et vero corporibus inflictae à daemonibus poenae, initio nascentis Ecclesiae, cum aliqui excommunicabantur, aperte designabant, quam horrendum sit incidere in excommunicationem, ex qua multo grauius animam affliguntur, quam cum corpora patiuntur. Apostoli vero atque Concilia, & Patres, hac excommunicatione non vt politico remedio, vel vt poetico spectaculo, sed vt ignis gladio pertinaces & impios semper ab Ecclesia refecarunt. Et gladium quidem ignis eam vocant illam, quae sub nomine Clementis feruntur Apostolicae constitutiones. Hi vero ex Ecclesia eiectioni, merito sunt abscissi à coetu Domini, & à vita immortalis, & gloria reiecti; atque apud iustos & pios homines inhonorati & inglorij; atque apud eundem Deum damnati: quibus abscissis, Ecclesia Dei magis quam antea ornata est, cum erat in ea membrum aliquod superuacaneum, & ab ea alienum. Quae cum ita sint, esto iudicium eius, qui seridè & sincerè ad vitam aeternam aspirat, num Christiano liceat de manibus excommunicati, & apud Deum & Ecclesiam publicè damnati Sacerdotis, Sacramentum accipere, aut eius oblationi, & sacrificio interesse? Quae enim participatio lucis ad tenebras, inquit Apostolus? At & de manibus pestilèntis hominis, cibum ob contagionis metum non audemus accipere. Et verò ab homine ab Ecclesia triumphante ac militante abscisso, Diuinam Eucharistiam sumemus? Peccant igitur multum qui hoc faciunt. Nec ille quoque non grauius à Deo plecteretur, qui verbo, aut ipso nutu id licere honestum ob finem aliquem esse assereret. Quod enim sua naturam malum est, id bonum esse nunquam potest. Quare non tantum qui faciunt,

1. Thess. 5.

In Ioan. Tom. 9. tracta. 50. To. 7. quæsti. super Deut. li. 5. cap. 39. To. 2. Epist. 75.

S. Clemen. constit. A. post. c. 24. 43. 47.

faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, eadem digni sunt poena. Atqui cum Sa-
cerdos, cui ab Ecclesia Sacris interdictum est, sacrificium offert, aut Sacramenta
ministrat, lethale peccatum committit: quamobrem & qui ipsi peccandi occasio-
nem præbet, eodem se miserimus laqueo implicat. Quod si (vt inquit Scriptura)
mendacium Deus abominatur: quam in negotio fidei erit abominabile, ipso Sa-
cramento, & re Sacramenti abuti? quæ quidem Christus Iesus, qui seipsum nobis
in Eucharistia misericordissime dedit, vt præter alia certissimum fidei veritatis atq;
vnitatis Christianæ symbolum esset, certè ab iis, qui ab vnitatis ipsa sunt præcisi,
nulla ratione vult sumi, vel ministrari: nec denique vult, vt à nobis in diuinis rebus
vlla cum ijs communio retineatur.

INTERROGATIO VIII.

An Catholici ab Orientis Episcopis, qui à Romana Ecclesia dissentiunt, Regulam credendi, & Sacer-
dotum consecrationem petere iuste possint?

RESPONSIO.

PElagiani antiqui hæretici cum fide & auctoritate Occidentalis Ecclesiæ, à B. Au-
gustino sic premerentur, vt non possent euadere, ad Orientis Episcopos se pro-
uocare fingebant, quibus ille ita respondit:

To. 2. Con.
Iuli. Pelag.
lib. cap. 2.

Iterum (inquit) te admoneo, iterum rogo, aspice tot ac tales Ecclesiæ Catholicæ
defensores atque rectores. Vide quibus tam grauem, tamq. nefariam irrogaris iniu-
riam. An ideò contemnendos putas, quia Occidentalis Ecclesiæ sunt omnes, nec
vllus in eis est cōmemoratus à nobis Orientis Episcopus? Quid ergo faciemus? cum
illi Græci sint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis sufficere debere, in qua pri-
mum Apostolorum suorum voluit Deus gloriosissimo Martyrio coronare: cui Ecce-
lesiæ præsidem B. Innocentium, si audire voluisses, iam tunc periculosam iuuentu-
tē tuā Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit vir ille Sāctus Africanis respō-
dere Conciliis, nisi quòd antiquitus Apostolica Sedes & Romana, cum ceteris te-
net Ecclesia? Et paulo post. Non est ergo quòd prouoces ad Orientis Antistites,
quia & ipsi vtrique Christiani sunt, & vtriusque partis terrarum fides ista vna est,
quia & fides ipsa Christiana est, & te certè Occidentalis terra generauit, Occiden-
talis regenerauit Ecclesia. Et post citatum Gregorij Nazianzeni testimoniu: Audis
(inquit) omnes vno corde, vno ore, vna fide id ipsum dicere, & hanc esse Catholicā fi-
dem non dissonante contestatione firmatam. An tibi parua in vno Gregorio Epi-
scoporum Orientalium videtur auctoritas? est quidem tanta persona, vt neque ille
hoc, nisi ex fide Christiana omnibus notissima diceret, nec illi cum tam clarum ha-
berent, atque venerandum, nisi hæc ab illo dicta, ex regula notissimæ veritatis a-
gnoscerent. Sed si vis, addimus & huic S. Basilium, imò velis nolis, addendus est.
Et paulo post: Vide iam vtrum sufficiant tibi ex Orientis Patribus duo isti tam infi-
gnes viri, & tam clara præditi sanctitate, & sicut fertur, etiam carne germani? Sed
dic non sufficere. Habemus alios Orientales Episcopos quattuordecim, Eulogium,
Ioannem, Ammonianum, Porphyrium, Eutonium, Porphyrium, Fidum, Zozymum,
Zoboenum, Nymphidium, Chromatium, Iouinum, Eleutherium, Clematiū, quos
vno loco simul inuentos, in istum confessum introducere valeamus. Et hæc quidem
B. Augustinus. Ex quibus facile colligi potest, sufficere nobis debere Occidenta-
lem Ecclesiam, in qua tot Martyres, tot ac tales Ecclesiæ defensores, ipsa à Christo
instituta veritatis cathedra sunt, à qua hæc quoque Regna Catholicam fidem acce-
perunt: ac proinde non sine crimine schismatis ab eiusdem ordine, ritibus, ac legi-
bus, nemini esse recedendum. Quod si tamen ad Orientis Ecclesias & Episcopos
etiānum prouocetur, cur non prouocatur ad antiqua Orientis lumina, quorum
cum Romana Ecclesia vna fides eademq. Ecclesia fuit? Neque enim, aut legem
cœlibatus inter Sacerdotes inuestam, aut hierarchicum Ecclesiæ ordinem teme-
re à laicis corruptum, ex antiquis Orientis Patribus poterunt afferre, qui Aposto-
licam normam secuti, nunquam suo tempore id permiserunt: quales fuere Sancti Ale-
xander, Athanasius, Cyrillus Alexandriæ, Sancti Chrysostomus Byzantij, Basilius
Cæsareæ,

A Cæsareæ, B. Gregorius Nazianzi, S. alter Cyrillus Hierosolymæ, B. Epiphanius
Cypri, B. Theodoretus Cyren. & plerique omnes alii Episcopi. Itaque, ab alienis
formam, fideiq. regulam petere, quid aliud est, quàm ex ruderibus & ruinis potius,
quàm ex integro, solido, pulcherrimoq. palatio, formam adificandi, aut ex abscis-
so ac demortuo membro, potius quàm ex viuo capite viuendi spiritum petere?

INTERROGATIO IX.

Quid ergo, si quis triumphantis Ecclesiæ fidem & antiquorum Patrum doctrinam sequatur, nonne sal-
uari possit?

RESPONSIO.

ECclesia triumphans, nullam iam fidem, aut spem habet: nam quod videt quis,
inquit Apostolus, quid sperat? Et Sanctorum quidem eorum, qui hinc migra-
runt in cœlum, fides & spes cessarunt, charitas verò mansit, nec vnquam excidet.
Eorum autem viuam fidem dum in terris versabantur, si quis in hac vita sequutus
fuerit, saluari sine dubio poterit. At eā integre sequi nemo dicendus est, qui in Ecce-
lesia militanti cum immanissimis hostibus, mundo, carne, Satana, perpetuū bellum nō
gerat: nec in alijs castris, vel sub alijs vexillis, aut alijs tessis & Sacramentis pu-
gnandum est, quàm quibus Iidem Sancti, cœleste stipendium meruerunt. Porro si
prius integerrima cum fide, & maxima cum humilitate in Ecclesia Catholica vixe-
runt, tantumq. abest, vt metu aliquo sese ab ea seiunxerint, aut in re fidei simulaue-
rint, vel leges ipsas Ecclesiæ præuaricati fuerint, vt pro his omnibus vitam, dirissi-
ma inter cruciamenta, profuderint. Quamobrem nec nobis temere triumphus ante
victoriam canendus est; cum qui coronari, & triumphantium in cœlo felicitatem al-
sequi velit, is legitime prius credat, & certet necesse sit.

Iam quod ad Patrum doctrinam cum Ecclesia consentientem pertinet, ex eorū-
dem sane Patrum vitis, & libris hauienda nostræ vitæ, doctrinæq. ratio est: vtrum-
que autem horum si quis fecerit, saluari poterit. Veruntamen in primis (vt dixi) se-
rio eorum fidem teneat, vitamq. imitetur, nec sibi frustra de alterutro blandiatur; si
neutrum faciat, aut sententias Patrum (nec eas forsitan omnino intelligens) dunta-
xat aliquas legerit, vel audierit. Ceterum qua ratione Diuina Scriptura, & Patres
legendi, intelligendiq. sunt, alibi dictum est.

INTERROGATIO X.

Quid vero, si quis obiecerit, Ecclesiam quoque Catholicam defecisse, aut ita ægrotam esse, vt sensum
veritatis amisisset, num quis differre ad Catholicos reditum debet?

RESPONSIO.

NEque Ecclesia Catholica vnquam defecit, aut deficiet, neque ægrotam esse, ac
proinde nemo differre debet, quin Catholicus fiat. Audi vero B. Augustinum In Psalm.
isti quæstioni respondentem: Sed illa Ecclesia (inquiunt de Catholica hæretici) 101. Con.
fuit omnium gentium, iam non est, periit. Hoc dicunt (respondet Augustinus) qui 2.
in illa non sunt. O impudentem vocem, illa non est, quia tu in illa non es; Vide ne tu
ideo non sis: nam illa erit, & si tu non sis. Hanc vocem abominabilem, & detestabi-
lem, præsumptionis & falsitatis plenam, nulla veritate suffultam, nulla sapientia il-
luminatam, nullo sale conditam, vanam, temerariam, præcipitè, perniciosam, præui-
dit Spiritus Dei. Hæc ille, qui & alibi adhuc pressus hoc ipsum vrget. Aut ista (ait)
Ecclesia, quæ nunc apparuit, antea perierat, & nunc resurrexit; aut non perierat, 2.
sed tantum latuerat, & nunc extulit caput. Non primum; quia tunc non potuissent
renasci ipsi, si mater perierat: Si periit, vnde ergo bonitas apparuit? de qua terra
germinauit? ex quo mari emerfit? de quo cœlo cecidit? Hoc igitur & nos Catholici
aduersus hos Lutheranos afferre possumus, qui sicut Donatistæ faciebant, de toto
orbe terrarum Ecclesiam periisse mentiuntur.

Præterea si Ecclesia defecit, aut ignoratur, vbi sit: id contigisse dicendū est; vel
ob doctrinæ mutationem, vel propter Sacramentorum numerum ab antiqua di-
uersum Ecclesia, vel ob nouum in ea ordinem (qui olim non fuerit) institutum: sed
hæc tantum abest, vt quidquam mutationis acceperint, nullo vt sæculo non
Pp eadem

eadem fuisse credita, aut usurpata ipsimet Lutherani Magdeburgenses fateri ex ip-
 A
 sis Patribus coacti sint. Alioquin tempus, locus, personæ monstrantur, quibus cerni
 possit, noua Sacramenta, nouumq. ordinem sacrum institutum à Catholicis fuisse:
 aut à legitimo aliquo & approbato Concilio superiora fidei dogmata conuulsa;
 vel Patres & Ecclesiae Doctores post quaestiones aliquas ab Ecclesia decidas, nouam
 e proprio capite eadem de re doctrinam inter populos sparsisse, vel aliū in Ecclesia
 Primatum, summamq. auctoritatem à Christo institutam agnouisse, quam quæ nūc
 sit. Quod si ita est, quid istos Lutheranos prohibet, quo minus antiquissima Conci-
 lia, Patres ipsos Apostolis vicinissimos, potius quam noua Apostatarum deliramen-
 ta ad verbum Dei rite exponendum, & antiquæ statum Ecclesiae ostendendum pop-
 ulari proponant? At quando istos sepeliunt, nec ex ijs docent, & pro verbo Dei sua
 figmenta venditant, & singuli varias & discordes Chimeras non Ecclesias excitat:
 discordatus quisq. iudicet, quam impudenti fronte, Ecclesiae Catholicae notam inte-
 ritus (quoniam ipsi interierunt) vellent inurere.

Nota

Restat igitur, vt fortè sic ægrotarit, vt quoniã si qui præsunt in ea, nõ semper pro-
 bi, propterea Spiritus S. illam prorsus deseruerit. At auctoritas eorū, cum à Christo
 pendear, neque super hominibus tantum, sed super Christo sit fundata, & in aliorū
 bonum tradita, aliaq. officij, alia vitij ratio sit, illa vel probitate augeri, vel impro-
 bitate minui nequit. Alioquin Apostolorum tempore nascens Ecclesia in morbum
 grauissimum incidisset, ex quo nunquam conualuisset. Intercideret item potestas
 omnis secularis, a Deo, inferiore licet gradu instituta, si statim ob peccata alicuius
 ægrotare, & eneruari deberet.

Sed fac vt Ecclesia sensum veritatis ex eiusmodi morbo amiserit, quinam eam sa-
 nabunt? certè Diuinæ oculis prouidentiae immenta sua sapientia, in Ecclesia tan-
 quam diuite officina (sicut eam S. Basilius vocauit, aduersus omnium generū mor-
 bos, omnia medicamentorum genera olim locauit in perpetuum. Quæ pharmaca
 per generalia legitimaq. Concilia, perq. alias rationes, erroribus & vitij extirpan-
 dis, à legitimis medicis adhibita semper fuerunt & profuerunt; neque vero Eccle-
 sia vnquam defuerunt, aut deesse possunt. Frustra ergo sibi aliquis illius sanandæ
 curam usurpat, quam quisq. suis morbis depellendis, nisi velit esse insanabilis, pro-
 curare ab ipsa vna Ecclesia deberet.

INTERROGATIO XI.

Sunt ne aliqua Nota tā certa, vt per illas Ecclesiam Catholicā ab omnibus alijs dignoscere possimus?

RESPONSIO.

Sunt sane, atque ita certæ, vt in articulis fidei qui extrant in Symbolo, comprehen-
 dantur. Sed in primis illud statuendum est, Ecclesiam esse visibilem cœtum, in
 quo qui sunt, ij eundem Baptismum, eandemque fidei Catholicae professionem habent,
 subiectionem verò, & obedientiam legitimis Pastoribus præstant.

Catechif.
Rom.

Cum itaque audis Ecclesiam, quæ vox euocationem significat, statim diuinæ gra-
 tia benignitas, & splendor menti tuæ illucescat: intelligatq. Ecclesiam ab alijs Re-
 bus publicis maxime differre. Illæ enim humana ratione nituntur: hæc autem Dei
 sapientia & consilio constituta est. Vocauit enim nos intima quidem Spiritus sancti
 afflatu, qui corda hominum aperit, extrinsecus autem Pastorum & prædicato-
 rum opera, aut ministerio. Et quidem Synagoga (vt docet Sanctus Augustinus)
 ita vocabatur, quia pecudum more, quibus magis congregari & cogi conuenit,
 terrena & caduca tantum bona spectabat: Christianus vero populus Ecclesia dicitur,
 quia terrenis & mortalibus rebus contemptis, cœlestes, & æternas inprimis
 conlectatur.

Contra par
me. lib. 3.
cap. 4.
August. ad
Vincent.
Epi. 48.

Cum vero aliquis nullam visibilem, sed inuisibilem Ecclesiam esse dixerit, ab
 hoc fuge tāquam à facie colubri, & prophanas vocum nouitates deuota. Nulla est
 enim (vt idem ait August. securitas vnitatis, nisi apud Ecclesiam, quæ supra mōtem
 posita abscondi non potest: & ideo necesse est, vt omnibus terrarū partibus nota sit.
 Itaque vbi Ecclesia manifesta non est, ibi nec Christus quidem (eodem testante) ma-
 nifestus

A
 nifestus esse potest qui per Ecclesiam non solum hominibus, sed Principibus, & po-
 testatibus in cœlestibus innotescit.

At cum eandem Ecclesiam esse intelligis cœtum, hunc non solum plebem, pecu-
 liaremq. ac nouam esse Rempubicam, quæ per Baptismum nomen Christo dede-
 rit, eiq. consecrata sit, crede; sed & ipsos Ecclesiae præfectos Episcopos, in quibus
 potestas huius Ecclesiae potissimum residet; verissimum enim illud Aristotelis est, ci-
 uilitatem id maxime esse, quod est in ea principale.

Nota

Ethic. 4.

Unitas Ecclesiae proprietates.

B
 C
 Hristianos autem ante omnia Spiritus sanctus edocuit, vnam esse Ecclesiam,
 quia hæc proprietate attente perspecta, ipsa se Ecclesiae pulchritudo, & veritas
 mirifice exerit. Nec porro vna tantum dicitur ob eundem finem, spemq. felicitatis
 æternæ: vel ob eadem media, Sacramenta nempe & leges: aut propter eundem
 Spiritum S. à quo gubernatur, & diuisiones gratiarum accipit; perinde ac ab anima
 corporeis membris vita tribuitur: verum in primis propter membrorum, id est, fide-
 lium cum suo capite & inter sese admirabilem vnitatem, atque connexionem.

Cum autem caput dico, Christum intellige, qui pro nostro capto sapientissime
 nos regat. Itaque quemadmodum verum est, quod ab Apostolo dicitur: Ipsum de-
 dit caput super omnem Ecclesiam: ita verum illud est, quod ipsemet Christus dixit,
 Et ego tibi dico Petre, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Eccle-
 siam, &c. Et Pasce oues meas: Neque vero quoniã Prorex in Regno constituitur, Re-
 gis potestas tollitur, sed salutem omnium melius prospicitur. At cum ordinatissime
 omnia faciat Deus, non tam quid ille absoluta potestate facere queat, quam quid
 nos deceat, spectandum est. Alioquin si visibile demas Ecclesiae caput, eadem ratio-
 ne Pastores omnes tollas necesse est, quos & fundamenta, & lapides, & rectores,
 ac tanquam visibilia quædam capita, loco Christi in priuatis Ecclesiis dedit, ad con-
 summationem Sanctorum in ædificationem corporis Christi.

Math. 16

Io. 21.

Christus itaque caput est super omnem Ecclesiam, id est, triumphantem, & mili-
 tantem, quæ est corpus eius, vt sit Deus omnia in omnibus: quia (vt inquit Theodo-
 retus) natura diuina circumscribi non potest. At non est hic omnia in omnibus, si-
 quidem hic alij sunt impij, alij scelerati, & peccatis dediti: Deus autem habitat in
 ijs, qui timent eum, & sperant in misericordia eius. In altera vita, tributa immorta-
 litate, & depulso interitu, & peccatis omnibus eiectis, erit omnia in omnibus, quan-
 do (sicut ait Sanctus Ioannes) similes ei erimus, Hæc ille. Tale igitur Ecclesiae ca-
 put est Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iunctu-
 ram subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque mem-
 bri augmentum corporis facit, in ædificationem sui in charitate.

Petrus autem, qui illi succedere, vt auctoritatem, ita vim omnem ab eodem
 capite acceperunt, vt rectissime S. Leo Primus, ita loquentem Christum faciat: Ego
 (inquit Christus inuolabilis petra: ego lapis angularis, qui facio vtraque vnium:
 ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoq. petra
 es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum
 participatione communia.

Leo ser. in
die annuer
sario allum
pt. suæ.

Itaq. nec aliunde (inquit S. Cyprianus) schismata, & hæreses obortæ sunt; quæ
 quoniam visibili in Ecclesia Pastori pro tempore à Christo constituto, tota frater-
 nitas non obedit, Ecclesiaeq. Romanae ob potentiorē (ait S. Irenæus) principalita-
 tem non accedit: ac propterea (vt S. Hieronymus docet) profanus est, qui cathedra
 Petri non consociatur, & extra hanc domū agnum vult comedere: Si quis vero obji-
 ciat (inquit B. Ambrosius) Ecclesiam vno capite sponso Iesu Christo contentā, præ-
 terea nullum requirere, in promptu responsio est. Vt enim Christum Dominum sin-
 gulorum Sacramentorum, non solum auctorem, sed intimum eius præbitorem ha-
 bemus (nã ipse est qui baptizat, & qui absoluit, & tamē is homines Sacramentorum

Iren. lib. 3.
c. 3. Hiero.
con. Iouin.
in medio, &
Epistol. ad
Damaſc.

externos ministros instituit) sic Ecclesiam, quam ipse intimo Spiritu regit, hominem. A
 lue potestatis Vicarium & ministrum præfuit. Nam cum visibilis Ecclesia, visibili
 capite egeat, ita Saluator noster Petrum, vniuersi fidelium generis caput, & Pasto-
 rem constituit (cum illi oues suas pascendas, verbis amplissimis commendauit) vt
 qui ei successisset, hunc eandem plane rotius Ecclesiam regenda & gubernanda po-
 testatem habere voluerit.

Ceterum non cum capite solum, sed inter sese quoque hæc vnitas est, ad quam
 significandam, huic articulo fidei, verba illa adiecta sunt: Credo communionem
Sanctorum. Quare eadem Sacramentorum communionem Catholicum colligantur,
 participetq. sunt omnium timentium Deum. Ac licet multa sint membra, vnum
 tamen corpus constituunt, in quo singula proprio, non autem omnia eodem mune-
 re funguntur. Sic postea ita apta inter se, & connexa sunt, vt si vnum doleat, aut gau-
 deat, condoleant & congaudeant reliqua mutuaq. sibi operam præstent, ac de-
 nique ad subleuandam aliorum miseriam prompta sint semper atque parata.

Accedit, Scriptores sacros, mirabiliter in omnibus, quæ ab Ecclesia fuere decre-
 ta, consensisse, quamuis diuersissimi illi, temporibus ac linguis, & in locis diuersissi-
 mis fuerint: quæ res tanquam Diuina à S. Augustino monstratur.

Aug. lib. 18
 de ciu. Dei
 c. 41.

Præterea omnia Conciliorum atque Pontificum decreta, mirificè in omnibus
 dogmatibus consentiunt: licet edita sint à diuersis hominibus, variis in locis, tem-
 poribus, occasionibus: & contra diuersissimas, immo sæpe contrarias hæreses. Quod
 vt est apertissimum signum vnus & eiusdem Spiritus sanctam Ecclesiam gubernan-
 tis: ita hoc esse verissimum, ostendit silentiū hæreticorum, qui licet omnia diligen-
 ter euoluerint, tamen nihil alacius momenti inuenerunt, quod possent repre-
 hendere.

Quæ omnia si in hæreticorum congregationibus considerentur (qui istam non
 solum cum capite visibili, & inter nos, sed inter nos quoque & Ecclesiam triumphan-
 tis ciues, communionem negant) nulla apparet vnitas, nulla Sanctorum commu-
 nio, quare nec vlla inter eos Ecclesia est. Quot enim hæreses, & antiquo tempore,
 & etiam hoc nostro ex septicipiti illa hydra Lutherana enata sunt, quæ de funda-
 mentis fidei; deque ipso Christo; de Sacramentis; de personis ipsius sanctissimæ Tri-
 nitatis, mirificè dissident, plus notum est, quam vt dici queat; proinde schismatici
 (vt superius monstratum est) nullam Ecclesiam habent, quos cum ramis, riuulis, &
 radijs, ab arbore, fonte, sole, præcis, apertissimè collatos, Opratus ait esse proten-
 tos de mendacio, non de radicē veritatis. Nō ergo, ait S. Augustinus, insultent hæ-
 retici per partes concisi: non se extollant, qui dicunt Ecclesiam: hic est Christus, ecce
 illhic. Qui dicunt ecce hic, ecce illhic, ad partes inducunt. Vnitatem promittit Deus.
 Reges in vnum collecti sunt, non per schismata dissipati. Sed forte (subdit) ista ci-
 uitas, quæ mundum tenuit, aliquando euertetur? absit Deus: fundauit eam in æter-
 num. Quid times? ne cadat firmamentum? Iam igitur vnā certissimam Ecclesiam
 proprietatem habes, ex qua item intellige, non mirum esse, si qui populos ab Ecce-
 sia separarunt, eos tam auidè & à Regibus terræ tandem Regna diuellere, atque Ci-
 uitates, & omnia præcipiti casu diripere, misericordissimo autem Dei iudicio esse
 factum, vt ipsi inter sese semper diuiderentur, vt Scriptura impleteret, quæ ait: Di-
 uisum est cor eorum, nunc interibunt: & omne Regnum in se diuisum desolabitur.

Quod an omnibus Hæresibus, Schismaticisq. euenerit, ipsa res clamat.

Sanctitas altera Ecclesie proprietatis.

Cathechis.
 Rom.

Ecclesia dicitur Sancta, quia tanquam corpus cū suo capite Christo toti⁹ sancti-
 ratis fonte cōiungitur, à quo sanctificatur & eius sanguine abluitur, solaq. le-
 gitimū sacrificij cultū, salutarēq. Sacramentorū vsū habet, per quæ tanquam efficacia
 diuinæ gratiæ instrumēta De⁹ verā sanctitatē efficit. Nec tñ quā sancta est peccato res
 non habet: Apostolus enim Corinthios sanctificatos, & sanctos vocat, in quibus nō-
 nullos

nullos fuisse perspicuum est, quos vt carnales, & grauioribus etiam nominibus
 acriter obiurgat. Hi enim quamdiu à corpore Ecclesie abscissi non sunt, mortua li-
 cet membra sint, iuuantur tamen à reliquo corpore, vt charitatis defluxū accipiāt.

Sancta item Ecclesia est, quia religio quam profitetur, nihil falsi in doctrina fi-
 dei, nihil falsi, aut iniusti in doctrina morum vnquam admittit. Lex Domini (inquit
 David) immaculata, testimonium Domini fidele, præceptum Domini lucidum. At
 Gentium, & Hæreticorum sectæ omnes absurda, pugnant, leues, inconstantes,
 libertatem carnis, & sexcenta alia monstra continent, nec Lutherani, & recentio-
 res alij hæretici sanctitatem quidem vllam in Sacramentis agnoscunt, nec merito
 Christi, & libertati, qua nos donauit, tantum tribuunt, vt veram nobis & inhæren-
 tem iustitiam sit imperitū, ac tanquam præcursores Antichristi iuge Christi sacri-
 ficium omni conatu abolere nituntur.

Sancta præterea est Ecclesia, quia doctrina eius est efficax, atque conuertens
 animas, vt ait Scriptura. Itaque sola Ecclesia Catholica, vbique fidei fundamenta
 iecit, & Christo annuntiato, nullis armis nulla vi, nulla eloquentia, sed virtute
 Spiritus, homines non ad delicias & carnis libertatem, sed ad perfectissimam vitam,
 ad cruce atque angustias pro Christo perferendas conuertit: sicque falso dæmo-
 num cultu sublato, veram religionem constituit. Quod vt antiquitus in omnibus
 prouincijs accidit, ita hoc sæculo in noui mundi, atque Orientis, & Occidentis In-
 diarum conuersione euidentissimū est. Verum neque Philosophi quantumuis cele-
 berrimi, vnquā populos ad virtutes solidas cōuerterunt, neq. hæretici vnquā alicu-
 bi integra fidei orthodoxe fundamēta iecere. Hoc enim (vt inquit Tertullianus) ne-
 gocium est illis, non Ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi: nostra suffodiunt
 vt sua ædificent. Quare Dominus de pseudopropheta dicit: Venient ad vos. Sed
 cum de veris Apostolis, legitimisq. Ecclesie Pastoribus locutus est, dixit. Exhibent
 in omnem terram, incipientes ab Hierusalem, prædicantes poenitentiam in remis-
 sionem peccatorum, & populum, qui erat dispersus, congregantes in vnum.

Deinde sancta est Ecclesia, quoniam in ea primum Patriarchæ atque Propheta,
 postea Apostoli & Euangelistæ; Doctores item, qui aduersus singulas hæreses for-
 tissime dimicarunt; atque institutores Ordinum Religiosorum, adeo sancti, casti,
 pij, & sobrij fuere, prorsus vt in his nihil habeant aduersarij, quod mordeant, nisi
 nimiam sanctitatem; quemadmodum de Monachis, ac de Doctoribus sui temporis
 fecisse hæreticos, refert S. Augustinus. Quam sanctitatem, quia nunquam in aliqui-
 bus ex suis ostendere potuerunt, seque (vt inquit Apostolus) desperantes tradide-
 runt impudicitis: mirum non est, si non solum peccent, sed peccando nunquam se
 peccasse fateantur, superbiā colentes; quæ vna omnium hæresum mater eos genuit.

Accedunt miracula, quibus Ecclesia semper vsque ad hæc sæcula, suæ doctrina
 vim atque sanctitatem testata est. Quamobrem necessaria fuisse miracula, vt mun-
 dus crederet, S. Augustinus dixit: ac plura suo quoque tempore ad memorias, re-
 liquiasq. Martyrū contigisse scribit, quæ neq. Lutherani Centuriatores diffiteri au-
 si sunt: sed veriti, ne tantis testimonijs, eorū fallacia cōmenta ruerent (sicut Pharisei
 & Scribae) potentia Christi splendorem, Satanæ potius quam Deo, perfide blasphe-
 mantes tribuerūt. Ac vero præter miracula, lumen Prophetarū fuit in sola Ecclesia
 Catholica; qua ite proprietate, sanctitatem Ecclesie à Spiritu sancto traditam Do-
 minus sæpe indicauit. Agabus enim, & Philippi filia quarum mentio fit in Actis A-
 postolorum; B. Antonius, de quo S. Athanasius in eius vita; Abbas Ioannes, de quo
 S. Augustinus: ac reliqui innumeri, de quibus SS. Hieronymus, & Gregorius, & gra-
 uissimi alij testes & historici, testimonium ferunt, multa diuinitus prædixerūt; quod
 neque Ethnici, nec Hæretici vnquam fecere: quia nulla apud eos Ecclesia est, cum
 in hac Sancta & Catholica sola Ecclesia, dispersiatur gratias suas Deus.

Itaque tot præsidijs à Christo munita Ecclesia deficere atque errare nunquam
 potuit, ac ne poterit quidem.

Primum quoniam verax est Deus, cuius verbo & merito, & instituto, non humanis
 præidijs

Superbia
 hæresū ma-
 ter.
 Miracula.
 Aug. lib. de
 ciu. Dei 22.
 c. 8.

Lumen Pro-
 pheticum
 in sola Ec-
 clesia ca-
 tholica.

prædij ipsa nititur: cœlum enim ac terra transibunt, verba autem Christi non præteribunt. Et verba Christi sane sunt hæc: Super hæc Petra ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et, ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi: Et, Spiritus veritatis suggeret vobis omnem veritatem: & tu Petre confirma fratres tuos. Ac rursus per Apostolum; Ecclesia quæ est Dominus Dei viui, firmamentum & columna veritatis: vt nemo nisi perfidus impiè se inde subducatur, vnde omnem veritatem orbi Christiano suppeditauit, & suppeditaturus est Deus. Verum hanc sanctitatem, id est, firmitatem atque soliditatem, Prophetæ quoque prius declamauerunt, cum scriptum sit, desponsandam à Christo in fide Ecclesiam, foreque vt is eam teneret, nec dimitteret: & Dominum electurum esse Sion in habitationem sibi. Hæc enim (inquit) requies mea in sæculum sæculi. Cumque in æternum Deus præparaturus esset semen Dauidis, quod est Christus, & Christi Regnum futurum esset in æternum, quoniam Deus fundauit terram super firmamentum eius: merito (inquit Sanctus Augustinus) firmati non inclinabimur in sæculum sæculi. Nihil enim firmitus isto fundamento: Infirmus fueras, sed firmum fundamentum te portat. In te firmus esse non poteris, firmus eris semper, si ab illo fundamento non recedas. Non inclinabimur in sæculum sæculi: ipsa est prædestinata columna, & firmamentum veritatis.

Iam vero Christus perpetua testificatione istam Ecclesiæ firmitatem commendauit; cum & in primis illis peracerbis Iudæorum oppugnationibus, deinde irruentibus persecutionibus Imperatorum per totos 300. annos, quibus etiã Pontifices plerique Maximi, ceruices pro Christi fide dederunt: postremo à ducentis variis hæresiarum circumquaque pulsata, atque cribrata Ecclesia, non solum permaneret, verum etiam creuerit; sicut vineæ (inquit Iustinus Martyr) ad vbertatem putatione prouocantur. Id quod presenti sæculo etiam manifestissime patuit. Neque enim tam cito Lutherus cœpit hæresibus Ecclesiam velle labefactare, cum eodem momento Deus in Indias, populosque frequentissimos (vbi vna ciuitas plus hominum, quàm integrum aliquod Regnum, continet) fidem Catholicam inuexit, quæ in dies longè, lateque propagatur.

At contra, omnes hæreses à Christo passo (summos licet Imperatores ac Reges fautores habuerint) sic euanescunt, vt neque vlla scripta, ac ne nomina quidem ipsa hæreticorum iam extarent, nisi hæc à Catholicis, qui eos redarguerunt, memoriæ mandata fuissent. Quamobrem & qui nos hoc tempore exercent Hæretici, ad nihilum (vt Dauid prophetauit) deuenient, tanquam aqua decurrens. Non ergo vos (inquit Sanctus Augustinus) terreant, fratres; quidam fluij, qui dicuntur torrentes: decurrit aqua ad tempus, perstrepat, mox cessabit: diu stare non possunt: multæ hæreses iam mortuæ sunt; cucurrerunt in riuus suis quantum potuerunt; decurrerunt, siccati sunt riuus, vix eorum memoria reperitur, & quia fuerint. Hæc ille. Veruntamen neque solum sancta hæc Ecclesia hæreticos, quique eis fauerunt, virtute diuina in nihilum redegit, tetra morte cladeque afficiens Iudæos, Herodem, Pilatum (qui seipsum interfecit) Neronem, Domitianum, ceterosque Imperatores, vnã cum hæresiarum, qui Catholicos persecuti sunt; sed & Imperia Regnaque Imperatorum eorum roborauit, & auxit, qui Catholicæ Ecclesiæ ex animo fuere addicti: quales fuerunt Constantinus Magnus, Theodosius senior, Martianus, Honorius, Theodosius iunior, Iustinianus, & Heraclius, (donec hi duo Catholicam religionem tenuerunt) Carolus Magnus, S. Ludouicus Galliarum Rex, atque alij, qui ex Deo regnarunt.

Universalitas, tertia Ecclesiæ proprietates.

Ecclesiæ Christianæ tertia proprietates est, vt Catholica sit, hoc est vniuersalis, nullo scilicet hominum, locorum, temporum genere definita, aut circumscripta. Redemisti nos Deus in sanguine tuo (inquit per S. Ioann. ipsamet Ecclesia) ex omni

Math. 16.

Luc. 22.

Vide Belasmiuum.

omni tribu, & lingua & populo & natione & fecisti nos Deo nostro Regnum. Ad quod Regnum, etiam quicumque in Christum credentes, Christum præcessere, idcirco pertinent, quoniam in eo angulari lapide, qui fecit vtraque vnũ, & pacem ijs qui prope & qui longe annunciauit (cum ipse sit primarium fundamentum) constituti, atque fundati fuere Prophetæ & Apostoli.

Catholica item dicitur, propter vniuersalẽ atque communem fidem, quam omnes, qui salutem æternam cupiunt, complecti debent, alioquin errorum diluuiò submergendi, quemadmodum contigit ijs omnibus, qui extra arcam Noë fuere.

Catholica deinde, quod sola contra omnes errores semper pugnaverit, ac pugnat, à nullo autem errore expugnatur. Credamus (inquit S. Augustinus) Ecclesiam Catholicam: ipsa est Ecclesia sancta, Ecclesia vna, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica, contra omnes hæreses pugnans, oppugnari potest, expugnari non potest: Hæreses omnes de illa exierunt, tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa: Ipsa autem manet in radice sua, portæ inferi non vincunt eam. Hæc ille.

An vero contra omnes errores sola semper pugnaverit Ecclesia Catholica, inde euentissimum est, quod cum primum aliqua hæresis sese exeruit, statim signo dato se in Synodis tanquam in acie calstrorum ordinata coegit, eamque hæresim anathemate percussit. Sic Patres scriptis, prædicatione, ac sanguine, hæreses omnes euellere curarunt. Quod autem ipsa contra hæreses fecit, id ipsum contra errores omnes præstitit. Quamobrem quacumque aditus patuit, impeterrita per maria, per ignem, ad omnes barbaras nationes penetrauit, ac continenter penetrat: vt extirpato idolorum ac vitiorum cultu, ibi simulachrorum fana in Christianorum templis conuertat, Crucisq. trophæum passim excitet. Quæ vna res, tam illustrem hanc Catholicæ Ecclesiæ notam reddit, vt cum ea tanquam Sol radios suos, & in vniuersum terrarum orbem, iuxta Prophetarum prædictiones, semper diffuderit; Lutheranas quoque & Calvinianas atque alias sordes latitantes in suis angulis & tenebris, præfaciat omnibus, quicunque vident istos, qui sese iactantes Euangelicos neque inter barbaros, neque vltra maria, ad inferendum Euangelij lumen libenter nauigant, & vero ex Ecclesiæ Catholice ruina, sibi suisque mulierum turbis antrum constituerunt, vnde foetores sub verbi Dei prætextu exhalant.

Iam si omnia sæcula percurramus, non aliunde Provincias ad Christum fuisset adiunctas ceruemus, quam ab ijs, qui ex Catholica Ecclesia prodierunt. Nam vbi Apostolicus sonus in vniuerso orbe terrarum inauditus est, ducibus illis primis vbique bellum aduersus mundum, carnem, Satanam indicentibus, Catholica Romanorum fides, sicut ijs Apostolus gratulatur, passim ad omnes peruasit: quæ postea tanquam vitis adhuc latius palmites extendens sparsa est: quemadmodum per omnes regiones nunc cognitas, ipsi suo tempore, id est, ante mille circiter quadringentos annos Sanctus Irenæus, & Tertullianus testati sunt. Clemens autem ipse Alexandrinus cum Orientis peragrasset Ecclesias, vt antiquarum Apostolicarum traditionum vestigia cerneret, eandem vbique reperit.

At Sanctorum Cypriani, Athanasij, Chrysoptomi, Hieronymi, Augustini, Theodoret, Leonis primi consecuta sunt tempora, quibus ipsi Catholicam Ecclesiam vbique viguisse docuerunt. Per sacram (inquit Leo) Beati Petri Sedem, caput orbis effecta, latius præsidet religione diuina, quam dominatione terrena: quamuis enim multis aucta victorijs, ius imperij tui terra marique protuleris, minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit. Ceterum Sancti alij Pontifices, Hilarius, Simplicius, Symmachus, Hormisdas, & alij vsque ad S. Gregorium Magnum, & post hunc multi sancti Pontifices, alijque per celebres Doctores secuti sunt, quorum sæculis videmus eandem Catholicam Ecclesiam semper mansisse; Id quod ipsi qui varijs in prouincijs erant, primum re ipsa, & doctrina, & loco, deinde litteris quas per vniuersum orbem scribebant, planissimum faciunt, præter ipsas Generales Synodos, quæ ex omnibus omnium orbis partium Episcopis collectæ.

August. de Symb. li. 2. cap. 24.

Ire. lib. 1. c. 3. Tertullia. lib. cont. Iud. cap. 3. Cyp. lib. de vnitat. Ecclesie.

Atha. de h. manit. verbi.

Chrysol. & Hier. in ca. 24. Matth. August. in epist. 78. & 80 ad Hesy chium.

Theod. 1. de legib. Leo ser. de SS. Petro & Paulo.

collectæ, idem manifestissime comprobant. At & hoc dilucidius fit, primo, si quæ Patres antiquissimi scripsere de moribus Ecclesiæ Catholicæ; ea conferantur cum nostris temporibus. Eadem enim in ijs prorsus videbunt extitisse, quæ apud nos (vt supra diximus) & manent, & alio propagantur: Tu vero Rex lege S. Augustinum de moribus Ecclesiæ Catholicæ, eiusq. Epistolas ad Ianuarium, Epi. 118. & 119. Patres item vetustiores vsque ad beatum Dionysium Areopagitam: ac deinde Apostolorum Acta, & ipsa Euangelia; facileq. & verbum Dei scriptum, & quicquid Spiritus sanctus promissæ veritatis suggestit semper Ecclesiæ, agnosces. Deinde cogita (vt antiquiora sæcula omittam, de quibus nulla controuersia est) Anglos Paganos, tempore S. Gregorij Magni missis à Pontifice ad eos Monachis, fuisse ad Christum adiunctos: sequenti sæculo, per S. Chilianum à summo Pontifice missum Francones Christianos factos: posteriore sæculo ingentem Germaniæ partem accessisse ad Christum per sanctum Bonifacium Episcopum & Martyrem, ad eam à Zacharia Pontifice Maximo missum. Postea à Corbiensibus Monachis Vandalos, ab alijs autem Suecos, deinde Bulgaros, Slauos, Danos, Morauos fuisse conuersos. Ita postea S. Adalberti Boëmiæ, ac Methodij Morauia Præsulum opera, plures populos, ac deinceps Hungaros, per alios à Pontifice Maximo missos, se ad Christianam Catholicam Ecclesiam aggregasse. Quod succedentibus temporibus, cum multis Saracenorum millibus, sancto Vincentio concionante; & in vniuerso iam nouo terrarum orbe, ad Occasum, ad Meridiem, ad Orientem, nostro hoc sæculo factum fuisse, atque continenter effici à sola (vt diximus) Ecclesia Catholica, nunquam vero ab hæreticis, clarissimum est. Quamobrem rectissimè Beatus Augustinus comparat hæreticos, non solum cum sarmentis præcis, quæ ubi cadunt, cum præciduntur, ibi manent: verum etiam cum perdicibus, quæ congregant pullos, quos non pepererunt: cum e contrario Ecclesia sit fecundissima columba, quæ novos pullos quotidie parit.

Præsentis ergo sæculi hæreses, non solum quia nullos vnquam populos ad Ecclesiam Catholicam adiunxerunt: verum etiam, quia neque omni sæculo, neque vbi que, nec inter omnes gentes cognita, receptæque fuerunt, Ecclesiæ nullam habent. Quod si Septentrionalis huius tractus angulum occuparunt, illico item in varias Sectas erupere; nullum vt fere oppidum sit (ne dicam domus) quod idem omnino in religione sentiat. Sin vero aliæ quondam hæreses, varijs in locis eodem tempore exorta sunt; & hæ quoque suis disidijs, vel inuitæ monstrarunt quàm esset vinculum Ecclesiæ Catholicæ indissolubile, vniuersaq. & communis Christianorum verorum fides inuicta. Ecclesia enim (ait S. Augustinus) vna & eadem vbi que, hæreses autem non eadem, sed diuersissime, quæ se inuicem non nouerunt, ac proinde nulla earum Catholica dici potest Ecclesia. Quare vt hoc Catholicum nomen in eadem Ecclesia eundem Patrem Augustinum constanter retinebat; ita Hæretici (præterquam quod ipso restante, illud Catholica nomen sibi nunquam vindicare potuerunt) etiam nostra hac tempestate sic exhorruerunt, vt à communi Christianorum Symbolo vocem ipsam Catholicam sustulerint.

Verum enim vero, vt plebi facerent fucum, Lutherus ipse initio sui Euangelij, biennij spatio, Paparum abolitum iri, ceteriq. eius affectæ hæreses suas vniuersum orbem non ita multum post occupaturas dictitarunt. Sed hi omnes tanquam plumbum demersi sunt in aquis vehementibus. Romanus autem Pontificatus stetit, ac Christo non mentiente vsque ad consummationem sæculi stabit. Cum illud interim cogitare sit absurdissimum, Ecclesiæ Catholicæ, post sexdecim sæcula, à VVittembergensibus, aut Genenensibus in vniuersum terrarum orbem, in quem olim Apostolorum sonus exiuit, esse diffundendam: Qua de re post annos tantum à Christo nato quadringentos, Donatistarum idem de se gloriantium stoliditatem S. Augustinus irrisit atque redarguit.

In ipsa igitur Ecclesia Catholica (sapienter docet Vincentius Lirinensis) ad quam non

D. Anto. 3.
p. hist. tit.
23. c. 8. §. 4.

Lib. 13. c. 6.
Fausl. c. 12.

Nota

Aug. lib. de
Paiso. c. 8.

Cont. ep.
fund. c. 4.

A non vna natio, non vnus angulus, sed maris multitudo conuertitur, id teneamus; quod vbi que, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Hoc est enim vere pro-prieq. Catholicum, quod ipsa vis nominis, ratioq. declarat: quæ omnia hæc vere vniuersaliter comprehendit?
Quæ cum ita sint, ille est verus, germanusq. Catholicus, qui quicquid vniuersaliter antiquitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit, id solum tenendum, credendumq. decernit: quicquid vero ab aliquo deinceps vno præter omnes, vel contra omnes, nouum & inauditum subinduci senserit, id non ad religionem, sed ad tentationem potius intelligit pertinere. Et hæc Lirinensis.

Origo ab Apostolis & successio, quarta Ecclesiæ proprietates, & Nota.

B Neque vero solum ob successiones Episcoporum ab Apostolis, verum & propter doctrinæ consanguinitatem (vt verbis Tertulliani utar) vera Ecclesia vocatur Apostolica. Itaque in Symbolo Patres diuinitus addidere Apostolicam; vt fidei nostre origine cognita, iam nunc eam primum hæud nasci, neque esse recentem, nec vero per aliud ministrorum genus, quàm per Apostolicum à Spiritu sancto regi intelligeremus: qui cum ei præsideat, fuit quidem initio datus Apostolis, sed deinde summa Dei benignitate semper in Ecclesia permansit.

Sicut autem in populo Dei, qui per carnalem generationem tempore veteris Testamenti propagabatur, nulli censebantur, nisi qui originem ducebant à duodecim filijs Iacob; nec vlli habebantur Sacerdotes, nisi qui descendebant à Leui per Aaron (quamobrem diligentissime successiones tunc seruabantur): Ita in populo Noui Testamenti, qui spiritali generatione multiplicatur, nulli sunt Christiani, nisi per Apostolos, vel eorum successores, aut ab alijs missos conuersi, nulliq. Episcopi, nisi qui eisdem legitime succedunt. Quare Patres ita diligenter Episcoporum successiones adnotarunt, quoniam per eas Catholica fidei claritas (inquit Epiphanius) ostenditur, & hæresum obcuritas producit. Edant (inquit Tertullianus) origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successionem ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquè ex Apostolis, vel Apostolicis viris habuerit auctorem, & antecessorem. Sic enim Romanorum Ecclesia Clementem à Petro ordinatum refert. Confringant tale aliquid Hæretici. Hæc ille.

Verum Irenæus ante mille circiter quadringentos plus minus annos, successionem Episcoporum Romanorum à Petro vsque ad Eleutherium: Eusebium, Hieronymum, & Prosperum, qui Chronicon Eusebij continuerunt: Epiphanius aduersus Carpocratias: Optatus Milenitanus contra Parmenianum, à Petro vsque ad Syricium: S. Augustinus ab eodem vsque ad Anastasium, qui tunc sedebat; & alij diligentè enumerarunt. Quamobrem aduersus Manichæos (inquit) In Ecclesia Catholica tenet me ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas Dominus commendaui, vsque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum. Quæ successio si tanti ponderis ad fidem adstruendam apud eos erat, quod in Cathedra Apostolica duodecim aut viginti, vel quadraginta tantum Pontifices Maximi, vsque ad ea tempora sedissent: quanti nam si nunc viueret, momenti fuissent, plusquam ducenti Pontifices sibi succedentes, quos Ecclesiam scimus administraffe? præsertim cum Sedes aliæ defecerint plures; Imperij autem Romani forma in ipsa vrbe Roma toties immutata sit, tum Cæsaribus aut interdum Regibus Gothorum; tum Græcorum Exarchis, aliquando vero Consulibus, siue iuste, siue iniuste dominantibus? Accedit ad hæc omnia, quod cum ipsa Vrbs non semel euerfa, totq. Pontifices ense fuerint percussis, innumerasq. hæreses (vt diximus) tanquam hostiles acies, Schismaticosq. acerrimos aduersarios passa sit; nunquam tamen eius successio defecerit: quæ omnia non nisi diuino consilio facta fuisse, quod nunquam dissolui potest, exploratissimum est.

Iam vero quod aliqui vel hæretici, vel hæreticorum libros tantum tractantes, aliquando schismate, vel muliere, nescio qua virilem sexum mentiente, fuisse inter-

Tertul. lib.
de præfer.

Catechif.
Rom.

Epi. 27.
hære. cont.
Carpocrat.
Tertull. de
præscriptio
ne.

Iren. lib. 2.
cap. 3.
In Chron.

Her. 27.
Lib. 2.
Aug. epist.
105. ad Ge-
ne. & in
psalm. cum
Donat. &
con. epist.
fund. ca. 4.

ruptam

ruptam istam successionem dicunt, id prorsus mendacij, calumniaeque, cum imperia mixta plena est. Etsi enim aliquando schismatici nomen Pontificis sibi usurparunt, quare & Antipapae vocabantur; non defuerunt tamen iidem temporibus, qui legitime creati Pontificatu fungerentur. Itaque & Antipapae coacti sunt falsa Pontificatus insignia deponere; & si quis legitimus Pontificatu ob quietem, aut pacem haeretici blaterant de Eugenio deiecto à Concilio Constantiensi, vel etiam Basiliensi, noluerunt caeci lumen videre. Nam & ipsamet Concilia, quae Pontificis Legato, plurimisque Episcopis absentibus, priuata aliquorum Sacerdotum (quod nunquam contigerat) auctoritate aliquandiu manserunt; tandem legitime iterum conuocata, quod temere decreuerant, resciderunt, seseque errore agnito, Pontificis Maximi potestati, iudicioque subdidere; sicut Lausanensis Synodus, quae continuatio quaedam fuit Basiliensis Concilij, Nicolao Quinto, qui tunc sedebat, se subiecit. At quod de Ioanne quodam inquit, qui cum esset foemina sexum mentita in Pontificatum irrepsit, id etiam blasphemum est. Quod autem Platina hoc mutuatum à quodam Martino Polono, vel Sigeberto scripserit; id eum iidem ipsi pro certo non afferant, sed dicant (ut fertur, vel ut aiunt) ostendit iam tunc ab iis quoque tanquam commentitium id habitum fuisse. Ceterum Anastasius Bibliothecarius, qui vitas Romanorum Pontificum usque ad Nicolaum, Benedicti III. successorem scripsit, florebat eo tempore, & electionibus Pontificum, Sergij II. Leonis IV. Adriani II. & Ioannis XIX. interfuit, nec ullam tamen Ioannis illius foeminae mentionem fecit. Sed quibus aliis solidis auctoritatibus & rationibus affictum istud mendacium prodatur, cerni potest in dialogis Alani Copi, & in aliis eiusmodi Auctoribus; Ac denique fusius in Francisci Turriani 3. lib. de dogmaticis characteribus: Postea vero in secundo libro, quem de Ecclesia & ordinationibus ministrorum Ecclesiae edidit, aduersus Andream Freyhubium falsum ministrum Academiae Lipsiensis. Nunc autem (ut redeam ad id, unde digressus sum) sciendum est, veteres Patres non aliorum Episcoporum aequè ac Cathedrae Romanae successores enumerasse, quoniam ex illa, tanquam vniuersalis Ecclesiae Pastoris, argumentum aduersus haereticos inuictum afferebant. Itaque & propria Episcopatum sedium nomina omittebant; quemadmodum Augustinus, Optatus, & ante eos Cyprianus & Irenaeus fecerunt: quod Cathedrae Petri dignitas, ut in eminentiore specula constituta; ita perpetuo successio nis promissa à Christo fuerat munita.

In Romana Ecclesia, inquit S. Augustinus, semper viguit Apostolica Cathedra Principatus: quamobrem nouorum Episcopatum institutio, ad neminem unquam particularem Episcopum spectauit (par enim non agit in parem) sed ad eum, qui toti praest Ecclesiae; quales fuerunt omnes Apostoli. Petrus quidem ex officio, ceteri vero ex delegatione: quare qui per ostium hoc ad regendam Ecclesiam non intrauerit, is est fur & latro.

Cum vero ab Apostolis aliquem Episcopum originem duxisse dicimus, vna cum successione, legitima ordinatio intelligenda est, quae sine duorum vel trium legitime ordinatorum consecratione nunquam est facta. Quod in Paulo, licet nec ab hominibus, neque per homines vocato, in Timotheo item cum impositione manuum Presbyterij, (Presbyterium enim ibi intelligitur Episcoporum aliquis numerus) in Apostolicis Canonibus, in Iacobo ordinato Hierosolymae à Petro, Iacobo, & Ioanne, in Concilio Nicæno, & Carthaginensi, perspicuum est. Inde autem veteres haeretici, quo facilius populis imponerent, simiarum more eandem ordinationis formam usurparunt, sed vtrumque in haereticis nostri temporis deest; primus enim VVittembergae Lutherus Episcopus dictus est; Basileae Oecolampadius, ut adhuc in eius sepulchro extat; Tiguri Zuinglius; Geneuae Caluinus. Quamobrem ex hoc ipso, Apostolicam Ecclesiam nunquam ante se fuisse crediderunt, aut se credere ostenderunt. Quippe nullos antea in ciuitatibus fuisse Episcopos, suo illo (si Deo placer) primatu testati sunt. Neque vero ab Episcopis vllis ordinati sunt, aut vllam habuere

Nota

Nota

A. G. 12.
Chy. Gibi.
1. Tim. 4.

A habuerit manuum impositionem, per quam ipsi Timotheo gratiam fuisse collatam in consecratione diserte docet Apostolus. Quamobrem iam tandem Septentrionales, oculos aperiant, & videant, num (quod & initio tibi, Rex, dixi, ac nunc iterum vrgeo) in istos illud B. Cypriani quadret: Hi sunt (inquit) qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione praeficiunt, qui se praepositos sine vlla ordinationis lege confutunt, qui nemine Episcopatum dante Episcopi nomen assumunt.

At neque apud haereticos fuit doctrina eadem, quae fuit antiquis; si enim (quod antea obiter attigi) Catholicam cum haeretica doctrina conferas; Patres omnes à nobis stare eo magis constat, quod ipsi Lutherani, & Sacramentarij, licet inter sese dissidentes, toti antiquitati se dicant aduersari, eiq. idololatriam impiam obijciant, iacentes blasphemias aduersus Christum, quasi promissis non steterit, aut per mille quingentes annos falsum in sua Ecclesia cultum tolerauerit. Centuriatores autem Magdeburgenses omni prope saeculo nascentis Ecclesiae, eadem apud Patres fuisse dogmata, quae Catholici retinent (velint nolint) veritatem coacti confitentur; quae illi nauos Patrum, nouelli censores vocant. Quare quod Brentius Apostata dixit, apud Catholicos fidem defecisse, vel quod alij haeretici, post S. Gregorium Magnum irrepsisse errores in Catholicam Ecclesiam commenti sunt: hi vel nihil legerunt in Patribus, vel lodes, quas ex farragine istorum haulerunt, eomunt, nescientes quae loquantur, aut de quibus affirmant. Sed illud absurdissimum est, quod idem Brentius somniat, quoniam nempe Apostoli à Caipha ordinati non sunt, & tamen Episcopi fuerunt; ita quoque Lutheranis hoc licere. Nesciunt enim, aut praecordis caecitate remissis ille non potuit, Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech institutum, à Christo incepisse, cuius Sacerdotij, non autem Aaronici primitiae fuerunt Apostoli.

INTERROGATIO XII.

Quid igitur est, quod Lutherani, atque alij verbum Dei, & Sacramentorum administrationem, proprietates ac notas Ecclesiae esse dicunt?

RESPONSIO.

SI ea tam certae essent proprietates Ecclesiae, ut qui verbum Dei & Sacramenta tractaret, Ecclesiam habere dicendus esset; certe nec Spiritus sanctus in Symbolo, quod est certa credentium tessera, istas proprietates reticuisset; Nec vero vbi verbum Dei, & Sacramenta quilibet profiterentur, vllum esse dissidium posset. Sed cum Anabaptistae à Lutheranis, & Caluinianis, in baptismo, ac plerisque alijs Christianae doctrinae capitibus; Lutherani à Sacramentarijs in Eucharistiae negotio, ut missa alia faciam: atque ideo ipsi inter sese Lutherani de numero Sacramentorum, deque verbo Dei mirifice dissideant: quanam ratione fidelis, per verbum Dei, & Sacramentorum administrationem, veritatem dignoscet? scilicet eo tandem veniendum est, ut credamus Christum Dominum, Ecclesiam tanquam tribunal certissimis illis notis sapientissime constituisse, in qua Spiritus sanctus per legitimos Doctores veritatem omnem doceret; Lutheranos autem & Sacramentarios, ceterosque haereticos atque schismaticos, quantumlibet Verbum Dei (ut & Satanam fecisse scimus) ac Sacramenta iactent, Ecclesiam tamen nullam habere, quamdiu in vna, Sancta, Catholica, & Apostolica non sunt.

INTERROGATIO XIII.

An ut in Deum, ita in Ecclesiam credendum est?

RESPONSIO.

IPsa Romana Ecclesia, suo nos Catechismo docet, sic inquit: Tres Trinitatis personas, Patrem & Filium & Spiritum sanctum ita credimus; ut in eis fidem nostram collocemus. Nunc autem mutata dicendi forma, Sanctam (non in Sanctam) profite-

In resp. 4.
Cyp. 1. de
simpl. praes
lator.Catechif.
Romanus.

profitemur, vt hac etiam diuersa loquendi ratione, Deus omnium effector à creatis A
rebus distinguatur, præclaraq; illa omnia, quæ in Ecclesiam collata sunt, beneficia „
Diuinæ bonitati accepta referantur. „

INTERROGATIO XIII.

Cum iam tot certissimis argumentis hic de Ecclesia fidei articulus constet, quenam sunt causæ, quæ re-
tinent homines in heresi, nec vero citissime tanto se laqueo exuant, antequam mors, quæ singulis
horis imminet, nos capiat?

RESPONSIO.

Causæ sunt non omnium eadem, quæ tamen sunt, vel timor offensionis suo-
rum, vel obdurata consuetudo, vel torpor quærendæ Catholicæ veritatis; vel B
metus, ne quis obstrepat, vel falsa persuasio, quasi nihil intersit, in qua quisque par-
te sit Christianus: ac denique dubitatio fluxæ dignitatis, & usurpatorum bonorum
amittendorum; vitæ item licentia, aut item suppliciorum timor. At beatus, qui in
consilio impiorum non abiit, nec in cathedra pestilentia, atque irrisorum stetit:
aut si steterit, quàm primum istis nocentissimis laqueis exutis, respilcat, & tan-
quam è somno letargico excitatus sanguine etiam ipso pro veritate profuso, eui-
gilet.

To. 2. epist.
48. ad Vin-
cen. prope
medium.

Audi vero ò Rex B. Augustinum nonnullas earundem causarum de sui tempo-
ris hæreticis afferentem. Alia (inquit) sententiæ multæ mihi nominatim comme-
morabantur, vt ipsi rebus agnoscerent, etiam in hac causa recte intelligi posse, quod
scriptum est. Quam multi enim (quod certo scimus) iam volebant esse Catholici, C
manifestissima veritate commoti, & offensionem suorum reuerendo, quotidie dif-
ferebant? Quam multos non veritas (in qua nunquam præsumperunt) sed obduratæ
consuetudinis graue vinculum colligabat, vt in ijs compleretur diuina illa sententia:
Verbis non emendabitur seruus durus: Si enim & intellexerit, non obediet? Quam
multi propterea putabant veram Ecclesiam, esse partem Donati; quia eos ad cogno-
scendam Catholicam veritatem securitas torpidos, fastidiosos, pigrosq; faciebat?
Quam multis aditum intrandi obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid
aliud nos in Altari Dei ponere iactitabant? quam multi nihil interesse credentes, in
qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati
erant, & eos inde discedere, atque ad Catholicam nemo transire cogebat? His om-
nibus harum legum terrores, quibus promulgatis Reges seruiunt Domino in timore, D
ita profuit, vt nunc alij dicant. Iam hoc volebam; sed Deo gratias, qui nobis occa-
sionem præbuit, iamq; faciendi, & dilationum moras amputauit. Alij dicunt, hoc esse
verum iam sciebam; sed nescio qua consuetudine tenebamur: gratias Domino qui
vincula nostra dirupit, & nos ad pacis vinculum transtulit. Alij dicunt, nesciebamus
hic esse veritatem, nec eam discere volebam; sed nos ad eam cognoscendam metus
fecit attentos; quo timuimus, ne forte sine vllis rerum æternarum lucris, damno re-
rum temporalium feriremur: gratias Domino, qui negligentiam nostram stimulo ter-
roris excussit, vt saltem solliciti quæreremus, quod securi nunquam nosse curauimus.
Alij dicunt, nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus, si
non intrarem; nec intrarem, nisi cogere: gratias Domino, qui trepidatio-
nem nostram flagello abstulit, expertos docuit, quam vana & inania de Ecclesia sua E
mendax fama iactauerit: hic iam credimus, & illa falsa esse, qua auctores huius hæ-
resis criminati sunt, quædo posteri eorum tam falsa, & peiora finxerunt. Alij dicunt,
putabamus quidem nihil interesse, vbi fidem Christi teneremus: Sed gratias Do-
mino, qui nos à diuisione collegit; & hoc vni Deo congruere, vt in vnitatem colatur,
ostendit. Et paulo post: Seruiant Reges terræ Christo, etiã leges ferendo pro Christo.

Nota

FINIS SEXTI LIBRI.

ANTONII POSSEVINI
SOCIETATIS IESV

Liber Septimus

BIBLIOTHECAE SELECTAE,
Qui est de Methodo tractandarum aduersus
Hæreticos controuersiarum.

E PLURIBUS, QUI MAGNO CUM FRUCTU VARIAS
rationes confutandi hæreses inuenerunt, Qui nam viderentur esse imprimis
tractandi. Caput Primum.



VAMVIS Theologia, quæ de controuersis Christianæ Fidei
agit, nõ tam ex altera, quam ex vtraq; parte Scholasticæ Theo-
logiæ respondeat: quoniam tamen hæc latius patet, atq; uniuersum
corpus Diuinarum, & humanarum actionum, quatenus in Deum
referuntur, amplectitur, ac deniq; peculiari quadam ratione tra-
ditur; idcirco de Methodo tractandarum controuersiarum aduer-
sus Fidei hostes, qui hoc seculo vexant Ecclesiam, hoc tanquam
proprio loco agendum est. Et necessitas enim propagandæ Fidei inter gætes, quæ hoc
seculo in nouo terrarum orbe apparuerunt, hoc requirit: & frequens cum hæreticis
pugna expeditioræ exigat viam, qua Religionis Catholicæ firmitas ostensa impetus
illorum omnes quàm aptissime frangat. Nec porro omnes nostri Scholasticæ Theo-
logiæ ita vacarunt, vel vacare potuerunt, vt simul sint assecuti, quomodo intelligi
possint ab iis, quibus Fidei nostræ reddenda est aliqua ratio. Neq; verò hæretici ca-
pere Scholasticorum argumenta queunt, argutum hoc disputandi genus aspernantes,
aut quasi inauditum, ac perdifficile reprobantes: præterquam quod cum necesse sit,
vt Regibus, & principibus in Repub. Viris Fidei Christianæ, ac dogmatum Ecclesiæ
Dei Veritas quadatenus innotescat; quoniam ratione hæc propugnanda sit, aut in-
nuanda, expedit maxime, vt ab iisdem (quatenus satis sit) pro captu eorum, percipiatur.
E Quod sanè plures antiquitus magna cum laude effecerunt, ipsis etiã ethnicis Impera-
toribus libros hac de re scribentes: sicuti fecere Quadratus, & Aristides Atheniensis
Christiani Philosophi ad Adrianum Imperatorem; Athenagoras ad Marcum
Aurelium Antoninum, & ad Commodum Romanos Principes, vt & antea Iu-
stinus Martyr, & alij. Atqui Lactantius Firmianus alios confutauit, quod
& Græci eo tempore, aut paulo ante, & paulo post, Clemens Alexandri-
nus, Eusebius Cæsariensis, Theodoretus, & reliqui præstiterunt; licet in
Lactantio Firmiano Hieronymus optauerit, vt quantum in alienis refutandis
præstitit, tantum præstitisset in nostris statuendis. Quod cum postea plerique om-
nes Theologi celebriores omnibus penè seculis perfecissent, suus huic seculo reli-
ctus est

Necessitas
huius Me-
thodi.

Antiqui ad
Imp. scri-
pserunt in
defensione
Christianæ
Fidei.
Aristides
Atheniensis.
Athenago-
ras.
Iustinus
Martyr.
Lactantius
Firmianus,
& alij.
In Lactatio
quid Hiero-
nymus desi-
derauerit.

Qq ctus est

etus est labor, eò illustrior, quò vel plures, quàm vnquam antea, hæreses cū Atheif-
mo pullularunt; vel eodem tempore vni catholicæ Ecclesiæ in omnibus orbis Ter-
rarum partibus dimicandum fuit de religione. Nam schismatici, hæretici, Iudæi
Pagani, Christiani itē, qui Christianam fidē eiurarunt, quasi in vnum conglobati ir-
ruerunt in Ecclesiam, si quo tandem cuniculo satanas, qui modicum sibi tempus in-
telligit superesse, firmamenta religionis catholicæ posset euellere. At eodem hoc
tempore mirum est quam constanter, atque intrepide viri doctissimi scripta, & pe-
ciora istorum assultibus obiecerint.

Alij igitur è Catholicis aliquos errores præcipuos hæreticorum, alij pene omnes
qui hoc seculo emerferunt; reliqui & paganorum, & ceterorum qui absumt à Chri-
stiana Ecclesia oppugnauerunt. Inter istos (vt mittam nunc Scholasticos Theologos,
qui tum S. Thomam interpretati sunt, tum proprias Tractationes hisce de rebus
scripserunt) Ioannes Ludouicus Vives, cum ad finem vitæ peruenisset libros
quinque de veritate Fidei reliquit: in quibus de Religione nostræ fundamen-
tis, aduersus Ethnicos, Iudæos, Agarenos, & peruersos Christianos ac-
curatè, & eruditè conatus est agere. Alteram vero methodum inijt Hieronymus
Sauonarola tum libello, qui inscriptus est Triumphus crucis, tum eò, quem
de christiana simplicitate conscripsit, viroque certe vtilissimo & efficacissimo.

Io. Ludou. Vives.

Hieronymus Sauonarola.

Marcellus Ficinus. Michael Medina.

Gregorius de Valentia.

Melchior Canus.

Io. Ecchius.

Thomas Vualdēsis.

Andreas Vega. Quest. 4.

Thomas Stapletonus.

Due scaturigines hæresum huius seculi.

Aliam Marcellus Ficinus, libro de Religione Christiana vnico, docto, & pio. Aliam
Michael Medina septem libris de recta in Deū fide, in quibus orthodoxæ fidei
origines, & causæ proponuntur, ac simul eius excolendæ, nutriendæ, & propa-
gandæ ratio proponitur, atque argumenta soluuntur quibus infideles, aut hereti-
ci eam impetere solent hoc seculo. Aliam Gregorius de Valētia Societatis nostræ
Theologus; opere, quod Analyfin fidei catholicæ inscripsit, hoc est Rationem
Methodicam, qua in vniuersum fidem ex certis principiis probat, quam sancta
Romana Ecclesia aduersus multiplices sectariorum errores profitetur. Aliam Mel-
chior Canus libris locorum communium duodecim (quàmuis 14. polliceatur) qui-
bus ratio ostenditur refellendi vniuersos Christianæ fidei hostes: & vero modi con-
firmandi sacra dogmata, ac pene omnia, quæ hoc tempore in controuersiam
cadunt, examinantur. Nimirum & alii siue ante ipsum, siue iisdem pene annis
communes locos ad confutandas hæreses disposuerant, quemadmodum in primis
suo fecit Enchiridio Ioannes Ecchius, qui Lutheranam hæresim à pluribus animis
ea ratione percommodè auerit, sed Canus profundius, vt & eleganter, rem aggressus
magni vir ingenii opus suum absoluit. Antecesserat tamen hos omnes Tho-
mas Vualdēsis Anglicus Carmelita, qui Doctrinale antiquitatum fidei Ecclesiæ
Catholicæ emisit in lucem in tres tomos distributū. In quorum primo de DEO CHRIS-
TO, Petro, Ecclesia, & Religiosis: In secundo de Sacramentis: In tertio de Sacramen-
talibus disserit aduersus Vuitcleuitas, Hussitas, eorumq. recentiores asseclas:
Quod opus non immerito Andreas Vega Minorita fontem esse asseruit, ex quo pos-
tea pleriq. omnes, qui contra novos hæresarchas scripserint, hauserunt. Sed vt po-
stea illustria multorum scripta hoc de scriptionis genere extiterent, sic (quod ad re-
fellendos potissimū hæreticos, & Schismaticos nostri huius seculi spectat) sic certe
duo fuere, qui palmam retulerunt, ipsa hæresum fundamenta machinis validissimis
euertentes: Alter fuit Thomas Stapletonus Anglus, qui opera duo conscripsit: Pri-
mum. Principiorum fidei doctrinalium demonstrationē methodicam, per contro-
uersias septem in libris duodecim traditam. In quibus ad omnes de religione con-
trouersias diiudicandas sola, & certissima norma, & ad easdem finiendas sola, & su-
prema in terris auctoritas, via, & ratio demonstrantur. Secundum; vniuersam iustifi-
cationis doctrinā hodie controuersam, libris duodecim expositam; in quibus Chri-
sti gratia, & hoc ipsum, quo Christiani sumus (iustitia nostra coram Deo) contra va-
rias horum temporū hæreses solidè defenditur, & ordine explicatur. Quippe vir
sapiens animaduertens, controuersiarum, quæ tam variæ, & tam graues Chri-
stianum hoc tempore orbem perturbant, duo principia, seu scaturigines. Vnum
commu-

A

B

C

D

E

Nota

Nota

Nota

A commune, quod & remotius: alterum proprium, atque propinquius. Commune il-
lud. Extra scripturas nihil esse recipiendum, & ipsarum scripturarum sensum (sicut
& reliqua dogmata) ex dono spiritus, non ex auctoritate Ecclesiæ esse petendum.
Nam ex hoc vno principio complures manarunt hæreses, aut propagatae, ac de-
fensæ fuerunt. Contra hoc igitur priorem machinam Stapletonus admouit: opus vi-
delicet, quò planissime probat, quæ sit vera Ecclesia; in quibus sit eius potestas; qua
lis illa potestas sit; quàm latè pateat, nempe ad scripturas ipsas, & recipiendas, & ex-
ponendas, deniq. etiam ad dogmata non scripta suscipienda. Alterum principium
est. Originalis peccati natura perperam tradita, & effectus malè explicati. Nam vt
doctrina (inquit) ista omnibus sæculis philosophis prorsus incognita, solis fidelibus
est propria; ex eaq. naturæ humanæ morbo bene perspecto remedium tutò quaeri-
tur: sic è còuerso, morbo non bene intellecto, sed vel neglecto, & extenuato, vt olim
à Pelagianis: vel temere exaggerato, vt à nostri temporis hæreticis, remediū ipsum
non bene quæsitum est: sed à Pelagianis vana præsumptione; à nostris hodie scele-
rata desperatione, perniciosissimè erratum est; illis de libero arbitrio confidētibus,
istis vires gratiæ negantibus: Nam nostri hodie ob vnum peccatum originale per-
peram traditum, nimisq. exaggeratum, præter naturæ corruptionem penitus insana-
bilem, ipsam quoque concupiscentiam, in renatis, veri nominis peccatum esse, gra-
uissimo errore docuerunt. Propter illud peccatum manentis concupiscentiæ, & na-
turæ corruptionem non sanatam, non solum omnium infidelium opera peccata es-
se, sed etiam semper in omni bono opere peccare iustum, vel certe immunda, & im-
perfecta esse omnium iustorū bona opera, ideoq. nullā esse iustitiam operū nisi im-
puratiam, nullū peccatorū discriminē, nullum hominis liberum arbitriū, ex prædesti-
nantis Dei lege omnia fieri, adeoq. ipsius peccati auctorē esse Deum: propterea quo-
que obseruationem legis nō esse aliam, quàm ciuilem, aut moralem: quin etiā esse
impossibilem: In sola fide iustitiam consistere, & hoc esse discrimen legis, & Euan-
gelij: hanc quoque fidem, specialem quandam fiduciam esse cū certitudine gratiæ
coniunctam, quæ opera non requirat: nam cum iustitia fidei, operum iustitiam con-
sistere non posse: hanc etiam non solum bonorum operum (vt ieiunij, orationis, elec-
mosynæ, ac similibus) nulla esse merita, sed in vniuersum omnibus sacramentis, san-
ctificandi, & iustificandi vim negandam esse: sublata sacramentorum virtute, sacri-
ficij quoque ordinem sacrū, templa, altaria, & quidquid eò pertinet, pariter è me-
dio tollenda esse, perfide dixerunt. Sic igitur ex hoc altero principio ingētem blas-
phemiarum catenam texuere; in eum sanè finem, vt vniuersa iustificationis nostræ,
& salutis in Christo doctrina subuerteretur: atque ita ad Antichristum latissima via
complanaretur. Stapletonus ergo & alterum illud de iustificatione opus edidit, vt
esset aduersus ista venena prælentissimum remedium. Ceterum, qui legerit duas Sta-
pletoni præfationes in duo hæc, quæ diximus, opera, magnam hauriet lucem ad con-
trouersias aduersus hæreticos pertractandas.

Nota

Doctrina de peccato originali peccatum ab hæreticis tradita.

Nota

Alter fuit Robertus Bellarminus Societatis nostræ Theologus, q. cū sex Louanij in
Belgio, vndecim Romæ annos Theologiā hanc cōtrouersam cōtinēter docuisset, tri-
bus tomis eā cōprehēdit, quos Disputationes inscripsit de cōtrouersijs Christianæ fi-
dei aduersus huius temporis hæreticos, opus certè (vt initio diximus) absolutissimū, qd
cōtrouersiarū ferme omnium corpus dici queat. Rationē porro, quā securus est, decla-
rat in præfatione, quā priori tomo præposuit: In ea enim, postquā satanæ conatū expo-
suit, qui superiorib. sæculis, oppugnata idētidē per hæreticos Ecclesia, sãdissime
Trinitatis personas, CHRISTI Domini incarnationē, nec nō passionis, resurrectionis,
atq; aduentus ad iudiciū mysteria diuersis quidē, & contrarijs inter se artibus con-
uellere nitēbatur, adiecit, quid postea idē satanas versutissimus hostis (vidēs se parū
in articulis cōuellēdis plicere, qui ad ipsas diuinas psonas attinēbāt) prætauerit,
quò totū se ad eos articulos, cōmouēdos, & destruēdos cōuertit, q. spectāt ad Ecclesiā
& sacramēta. Hos enim (inquit) duos articulos, Credo sanctā Ecclesiam Catholicā,
Sanctorū Cōmunionē, Remissionē peccatorū, ab anno millesimo vsq; ad hanc diē sæ-

Robertus Bellarminus.

Methodus Bellarmini.

valde notandum.

pius mutatis, auctis, renouatis exercitiis, per Berégarianos, Petrobrufianos, Vual
 défes, Albigenfes, Vuicleuiftas, Huffitas, Lutheranos, Zuinglianos, & Caluiniatos,
 Cōfessioniftas, & Anabaptiftas omni arte, atque induftria, & omnibus totius Interni
 viribus euertere conatus est, & hodie conatur; Cū igitur hærefes huius tēporis pro
 prie circa hos duos articulos Symboli Apoftolici nonum, & decimum pene om-
 nes verferentur, ipse etiā Bellarminus controuerfias omnes ad eōdem duos articu-
 los retulit. Ac cum initio de sancta Ecclesia fuisset differendum, egit primo de ipfo
 Christo, qui caput est, ac princeps Ecclesiae vniuersae: deinde de ea Ecclesiae parte,
 quae militat in terris, nec non de capite eius visibili Summo Pontifice, deq. omni-
 bus eius membris, idest, Clericis, Monachis, Laicis: tum de altera Ecclesiae parte,
 quae in locis Purgatorijs expiatur: postremo de illa, quae iam cum Christo Domi-
 no beata in Coelis triumphat, vbi de cultu, & inuocatione Sanctorum, de reliquijs,
 & imaginibus, alijsq. similibus rebus disputauit. Quibus absolutis ad Sacramento-
 rum tractationem accessit, in qua tot sunt capita cōtrouersiarum, quot sacramenta.
 Nam quidquid ferè Theologi de Sacramentis affirmant, id totum hæretici huius
 tēporis negant. Sequitur postrema. De remissione peccatorū, ad quam ea pertinet
 quæstiones, quæ sunt de gratia primi hominis, de gratiæ amissione, de vulnerib. ex
 peccato relictis, de gratiæ reparatione, de libero arbitrio, de iustificatione, de meri-
 tis bonorū operum. Quæ omnia cum Bellarminus agere decreuisset, sapiēter omni-
 bus quæstionibus (vt idem ipse ait) præposuit magnum quoddam proemium, hoc
 est Controuersiam de Verbo Dei: Neque enim (subdit) disputari poterat, nisi prius
 in aliquo communi principio cum aduersarijs conueniamus: conuenit autem inter
 nos, & omnes omnino hæreticos, Verbum Dei esse regulam fidei, ex qua de dog-
 matibus iudicandū sit; idq. esse commune principium ab omnibus concessum, vnde
 argumenta ducantur: denique esse gladium spiritalem, qui in hoc certamine recu-
 sari nequeat. Alii enim solum internum Dei Verbum recipiunt; alii externum, sed
 scriptum; alii partim scriptum, partim voce traditum. Rursum alii hos libros, alij
 illos pro verbo Dei habent: alii hac editione, alii illa vtendum censent; alii Scri-
 pturam clarissimam esse per se, alii obscuram, & interprete indigere contendunt,
 denique alii sensum Scripturarum à Spiritu Sancto interno reuelante, alij ab Ec-
 clesia, eiusque Summo Pastore petendum docent: quæ omnes quæstiones principio
 erant exponendæ, vt haberetur, vnde de ceteris statueretur. Sic igitur ille; ex cuius
 librorum, & capitum partitione, ac modo disputandi methodus ipsa rectissima vni-
 cuique paullo eruditiori constabit. Quamobrem qui de controuersijs hæretico-
 rum acturi sunt in scholis, inde satis argumentorum, & viæ petere poterunt, ad eius-
 modi materias excutiendas, nisi quod, vt cuiq. licet abundare in suo sensu, præfer-
 tim vbi solida fidei doctrina traditur, id siue copiosius, siue pressius pro captu audi-
 torum, & orio expediet, vt fiat.

QUONIAM MODO PRAELEGENDAE SINT

Controuersia ad confutandas hæreses. Caput 11.



quoniam, quamuis per necessaria sit controuersiarum istarum
 tractatio, tamen neq. omnium locorum, nec ingeniorum est; idcir-
 co quæ periti in hac re viri consulere dicendum est. Ac primo
 quod ad Prælectores, atque ad Moderatores istorum studiorum
 pertinet, ij sane esse debere viderentur, qui non tantū ea ex Patri-
 bus, atque adeo ex Theologia ipsa Scholastica perceperunt, ve-
 rū etiam vsū disputandi cū hæreticis re ipsa sint assecuti: Mirum enim est, quanto
 pere hinc profecerunt, si quali praxim hanc ad theoriam adhibuere. Callidi enim
 & versipelles hæretici, vbi cognoscuntur (id quod ipsa consuetudine, atque con-
 gressu denique fit, si quis attente eorum technas obseruet) ingentem velint, nolint,
 aperiant fenestram ad suas ipsorum nequitias manifestandas.

Porro

Porro quod ad discipulorum ingenia spectat, elatiore qui sunt ingenio vix apti
 sunt his studiis, nisi quis eiusmodi fuerit, de quo spes concipi queat, vt ex ipsa rerū
 noticia spiritus deponat. Dociles itaque, ac qui studio propagandæ, aut tutan-
 dæ Religionis Catholice sincero feruntur, hi sunt aptiores. Primum autem animi
 confessione Sacramentali expiandi essent, ac hærefum perniciēs esset attentè con-
 sideranda ex Bellarmini, & Medinæ præfationibus in suos libros, ac præcipue ex o-
 ratione Stapletoni, quam adiecit ad finem libri sui principiorum Fidei Dictiona-
 liū, qua oratione agit de hærefis in genere grauitate, & horum temporum hærefis
 multiplici enormitate. Deinde intelligant, nihil Diuinæ sapientiæ gratius esse pos-
 se, quam vt qui ad eius imaginem conditi sunt, veritatem, & amorem Diuini cul-
 tus tamquam Angeli in Ecclesia annūcient. Aderit autem huiusmodi ingenijs Spi-
 ritus sancti gratia, quæ crescet crescente pietate, atque diligentia.

Rationem autē controuersias interpretandi hanc esse perutilem Theologi sunt
 experti: Vt primò explicentur hæreses de re, qua de agitur, idq. valde fideliter; nec
 diu Professores immorētur in earum origine, vel Auctoribus conquirēdis, sed pro-
 moant id quod certius habent. Hæc verò, præter Epiphanium, Theodoretum, Au-
 gustinum, cum extēt apud Alphonsum Castrium, & Præteolum, qui hærefum origi-
 nes collegerunt: Bellarminus deinceps plufquam satis exposuit.

Hæreticorum præterea exaggerationes, scommata, & alia, atq. adeo vix ipsorū
 verba, non referant, sed tantum nudam sententiam. Deinde Catholicam veritatē
 exponant; cum hæc intellecta magnam per se faciat fidem, minūq. calumniis pa-
 teat hæreticorum, quas nobis imponunt; cum pleraq. non doceant Catholici, quæ
 ipsis hæretici affingunt. Præterea sint contenti duobus, vel tribus Scripturæ locis
 valde manifestis, quos corroborent ex linguarum proprietate, collatione antecē-
 dentium, & consequentium, citatione locorum aliorum, & Patrum interpre-
 tatione.

Expendantur item Ecclesiae Decreta, & Patrum sententiæ: quæ præsertim afferā
 tur illustres, ac tantum notatis locis. At hæreticorū subterfugia non acruētur, sed
 neque omittantur, ea videlicet, quæ vim aliquā habēt. Sic enim vix rationibus erit
 locus, nisi paucissimis, & illustribus. Sin hæretici dissentiūt, vel à seipsis, vel ab alijs,
 id ferè non est curandum. Hoc namq. ipsi fatentur; nec pugnandum cum obsoletis
 hærefibus, sed cum iis, quæ hoc sæculo vigent, ac quotidie pullulant, quarum cata-
 logus haberi potest ad manus, cui, si qua subnascitur alia, subinde potest ad-
 scribi.

Porro hæreticorum obiectiones initio haud pronunciandæ sunt, sed in fine; nec
 cum amplificatione, nec sine stomacho, ac statim cuiilibet propositæ sua solutio an-
 nektenda. Ad extremū nulla digressio faciēda est in Scholasticas quæstiones, vel
 dubitationes: sed his prætermittis, ea tantum quæ sunt Fidei, seu proxima Fidei cō-
 stabilienda. Non enim est huius loci, quicquid in re proposita difficultatis est, perse-
 qui; sed eam tantum partem, de qua conuenit inter Catholicos, atq. cum hæreticis
 dumtaxat controuertitur: Quod sicubi cōtrouersiarum lectio agrè posset admit-
 ti, certe vbi Scholastica Theologia doceretur, proprijs in locis B. Thomæ, quæ huc
 facerent, præstaret hærefe, & argumenta potius hæreticorum soluere, quam quæ-
 stionibus subtilioribus immorari.

E

Alteram docendarum controuersiarum rationē esse breuiorem; & qualis nam sit.

Ex iis autem Theologis, qui vitam in his materijs disputandis inter hæreticos
 consumpserunt, scio, qui biennio curriculum illarum pene omnem absoluit
 magno cum fructu: cum enim expendisset, quid longior controuersiarum ratio
 docendarum conferret iis, qui Theologia Scholastica destituerentur, ani-
 maduertere visus est, haud magnopere prodesse iis, qui Concionibus, & hu-
 iusmodi alijs addicuntur. Et incommodā quidem eam esse, quoniam vt in genera-
 lia capita, ne penitus dissoluta sit, redigatur, necesse est materias partim confundi,

partim

Nota

1

2

Wansand

QQ 3

partim discerpi, partim mutilari, idque pro docentis capite, vel captu: nec sic tamen omnes huius temporis controuersias, quemq. posse complecti: parum autem discen- tibus utilem, quoniam etsi in controuersijs eos instituet, in reliqua tamen Ecclesiae doctrina eosdem relinquet ignaros; Vnde contigit, ut ubi extra controuersias esset dicendum, hallucinarentur, & in errores contra Ecclesiae doctrinam periculose im- pingent. His autem malis plures, ut aliqua ratione mederentur, concionibus describendis sese propè enecarunt; cum tamen innumera apud Patres, alios item sequentium saeculorum celebres auctores extant, quibus laborem illum vitare po- terant. His itaq. incommodis ut occurreretur, simul item ne doctrina, quae erat tradenda, Auditorum captum excederet, ac ne prolixitate obruerentur, primo cer- tam sibi Methodum proposuit, quam ad extremum usque seruare conatus est, ut sin- gulae doctrinae sectiones à discipulis facile in tabulas conijcerentur, deinde à singu- lis materijs ea fecernerentur, quae ad scholasticos spectant, spinosioraq. videren- tur, quam vel ad suggestum popularium, vel ad domesticas cum haereticis disputa- tiones afferri possent: deinde semota sunt omnia, quae ad Pastorale officium atti- nent, quae ue peculiarem habent doctrinam, quae suo loco tradi potest, uti quarto li- bro monstrauius. Controuersias igitur suis locis in hunc modum tractauit, ut, ubi contrarias haereses proposuisset: totam rei doctrinam ex Ecclesiae sententia quam planissime, ac paucissimis verbis ilico exponeret; ita tamen aduersus haereticorum argumenta munitam, ac proprijs roboratam principijs, ut ne aduersariorum insi- dia progressum retardarent: Loca interim Diuinae scripturae notata potius fuere, quam omnino recitata. Quae autem haereticorum argumenta solui ex doctrina ipsa non expediebat, raro ex proposito tractabantur, sed praecipua per occupationem diluebantur, aut plura (quod non difficulter effici potest) vnica generali ratione remouebantur: leuiores disputationibus, ac repetitionibus relinquebantur. Sic itaq. vniuersa illa praelectio iucunda Auditoribus accidit, & facilis; Qui cum plenam Ec- clesiae doctrinam perciperent, nullaq. controuersia illos fugerent, quin saltem at- tingerentur, aduersus nouas, quas comminisci studuissent Nouatores, communiti, ad sanctae scripturae, Synodorum, & Patrum lectionem aptabantur; atque ex ipsa methodo, ac doctrina rationem locorum communium addiscentes, ad eisdem quaecumque vel legissent, vel posthac legerent, tum referre possent, tum inde, cum opus esset, facillime depromerent.

Ceterum huc quoq. spectant, quae diximus, cum de Positiua Theologia, vel de ipsa scholastica, quin etiam quae in sacra Bibliotheca nostra de SS. Thomae, & Augustini operibus dicuntur summatim; Quas ve supra de Patrum scriptis legendis attigimus: sensus enim ex D. scriptura quomodo eruendi sint, ac quanam regula seu Tychonij, siue aliorum adhibenda, quae ue quaestionum species tamquam vitio- sa, ac stultae rejiciendae sint, conati sumus in medium proferre; nisi quod & huc ad- texendum est, quod alibi quadantenus etiam exposuimus.

Lib. 4. &
12. Biblio-
thecae sele-
ctae.

QUAESTIONIBUS HAERETICORUM QUONAM
modo interdum sit respondendum, ac cum ijs agendum.

Caput III.



VI acutius inspiciet in ipsam Summi omnium Magistri rationem Christi Domini, qua in refellendis aliquorum erroribus, aut inter- rogationibus vtebatur, id efficiet, quod Gregorius Nazianzenus eiusdem exempla Domini obseruans potissimum animaduertit. Christus enim, inquit, quasdam quaestiones soluere, atque expli- care solet, quasdam comprimere, atque obstruere. Cum ex eo quaeritur, in qua potestate haec facis, propter interrogantium vecordiam, & ineptiam vicissim ipse quoq. interrogat. Baptismus Ioannis, è caelo erat, an ex hominibus? at- que vtrin-

A que vtrinque interrogantes suos premit, atque constringit. Vnde etiam nobis non- numquam ad Domini imitationem, eos qui curiosa disputatione nos laesunt com- primere, quaestionumq. absurditatem absurdioribus interrogationibus soluere li- cet, nam ipsi quoque in rebus vanis interdum sumus, ut in his quae sunt insipientiae glorie. At cum quaestionem ratiocinatione indigentem videt, tum vero eos, à qui- bus interrogatur, prudenti responso nequaquam indignos censet.

Atqui experti sumus, ut haeretici in circuitu ambulant, sic eorum astum retun- di, cum Diuinum verbum ijs obijcitur, vnaq. in quaestione coguntur consistere: cum etiam perutile sit perlegisse Augustini disceptationes, quas praesentibus testi- bus habuit cum Ecclesiae aduersariis: quasve nostri temporis insigniores Theologi habuere vel Parisijs, uti Claudius Sanctes qui postea Ebroicensis Episcopus, & Vi- goreus deinde Narbonensis Archiepiscopus cum Caluinianis: vel in Germania, uti Ecchius, Cochleus, ac nouissime Io. Pistorius cum Lutheranis: vel in Polonia, uti Petricouiae factum est cum Arianis, & alijs, vel alibi à reliquis cum ceteris Erroni- bus. Mores postea eorumdem haereticorum praenouisse, ex Augustini scriptis, quae in Methodum redegit Hieronymus Torrentis in confessione Augustiniana, atque è paruulo Vincentij Lirinensis libello, ac item è libro Tertulliani de praescriptioni- bus aduersus haereticos, maximi erit momenti.

Rurfus siue ad disputationum, siue ad praelectionum methodum vtilissimum illud est, quod societatis nostrae Patres non ita multos ante annos fructuosissime facere coe- perunt. Nempe ut peculiarem controuersiam per theses eruditione foecundas, breui- tate gratas, disputanda proponerentur: disputate ederentur in lucem tamquam optimi certe commentarii. Moguntini enim Ingolstadienses, Dilingani, Vienneses, Grae- censes, Posnanienses, Vilnenses, Transyluani, praeter alios, magna id cum laude praestitere. Et hosce quidem nominare libuit, ut pateret omnibus, vnde earumdem disputationum libri confici possint, aut comparari.

Interea ne quid reticeam, quod ad aedificationem piorum ingeniorum spectare possit, extat apud aliquos è nostra Societate Epistola Petri Fabri ad Iacobum Lainez, qui eiusdem Societatis fuit Praepositus Generalis; vterq. autem primariae Or- dinis nostri columnae, cum Faber passim in Europa prouincijs, ac praecipue in Ger- mania sanctitatis, & doctrinae edidisset etiam inter ipsos haereticos exempla. Eius igitur Epistola haec, quae sequitur, fuit de curandis haereticis.

D Gratia, & pax Christi Redemptoris nostri mentes nostras inha-
bit. Amen:

Missis ad me subinde litteris efflagitaueras, ut cerros tibi statuerem Canones, & documenta, quibus Diuini verbi Ministri uti possent ad extirpandos ex animis haereticorum errores, & inueteratos illorum morbos curandos, sine propriae salu- tis iactura. Huic ergo petitioni, nihil hucusq. respondi, nunc, temporis causatus angustias, nunc inquietudinem, quae me domi habebat incusans: nec minus hone- sto titulo mercari modo silentium possem, infirmam huius manus valetudinem pro me adducens. Verum illud me potissimum purgat, quod rationes quales tu deside- ras audire, mihi nullae succurrunt: dicam tamen nonnullas, qualescunque citato scri- bentis calamo obuenerint. Atque illud quidem primo loco monendi sunt, qui salu- tem animarum sitientes ad nostrae tempestatis haereticos commeant, ut charitatis

intimae viscera erga illos gerant; sincere, atque ardentem illis ament; nullas fouen- tes animo cogitationes, quae illos contemptu dignos suadeant. Accedit huc secun- dus canon, ut illos nobis conemur beneuolos atque propitios reddere, ut recte de nobis & sentiant, & iudicent intra se. Hoc autem consequi, non fuerit difficile, si comiter illos alloquamur, nihil initio discrepantes aut controuertentes, sed de ijs rebus tantum instituat sermo, quae nobis cum illis conuenerint. Fugienda igitur in primis controuersia, ubi altera pars videatur alteram deprimere, prius enim com- munican-

Prudens ra-
tio disputa-
di cum haereticis.

Mores Haereticorum praenouisse, cuius momenti sit ad disputa-
tandum.

Disputatio-
nes per The-
ses.

Epistola Ia-
cobi Fabri
ad Iacobum
Lainez.
De curatio-
ne haereti-
corum.

Charitatis
viscera ge-
rere & quo-
modo erga
haereticos.
Secundus
Canon.

In Hæreticis perijt prius agendorum sensus, quam credendum fides.

Quinam in primitiua Ecclesia ordo in auertendis ab infidelitate hominibus.

Exemplum hominis ab hæresi ad fidem catholicam conuersi.

Virtutum opera quomodo hæreticus suadenda.

Missam qui spernunt, naufragii denique fidei faciunt.

Auxilio Dei magno opus esse ad conuertendos hæreticos.

municandum est in his quæ vniunt, quam in ijs quæ diuersitatem sensuum ostendete videantur. At vero quoniam hæc Lutheranorum Secta filiorum est subtractionis in perditionem: ac prius in eis perijt bene agendorum sensus, quam credendum fides, Medicinæ ordo ægritudinis ordinem sequi debet. Progrediendum igitur cum illis est, ab ijs quæ faciunt ad bene sentiendum secundum affectus, ad ea quæ sunt & faciunt ad recte credendum. Erat enim sane olim in Ecclesia nascentis primordijs contrarius ordo ad auertendum ab infidelitate homines. Hinc liquidem erudiendus primû erat intellectus, ac præceptis nostræ fidei imbuendus. hæc enim fides ex auditu est: deinde ad recte sentiendum de moribus, qui sunt secundum fidem acceptam, paulatim producebantur. At Lutheranis si ad bonos mores redire iuadeas, facile ad sanam fidem mentemque reuocaueris. Si igitur in hominem incidas, cuius non solum doctrina impia sit, & perniciofa, sed vita etiam moribus corruptis perditâ. Vt hic æger releuetur, necessarium est colloquijs hinc inde quæsitis sensum à moribus prauis deterreri, neque est antea vllum verbum de erroribus in fide faciendum. Expertus ego ipse sum aliquando: Cum enim vir quidam me rogasset, vt hominem qui pertinaciter acqueruerat Lutheri erroribus, eximerem è laqueo si possem; cum præsertim dogma illud de coniugio Sacerdotum mordicus teneret; ego illico hominis mores nosse pertentaui; protraxi itaque sermonem, atque ex familiari colloquio, vitam eius deprehendi vitiorum sordibus labefactatam: Affluenter enim stereticiis amoribus, multis retro annis Illuc igitur appuli animum; vt amores impudicos radicitus à corde auellerem, nihil interim de fide sana apud illum memorans. Factus voti compos nihil ultra necesse habui laborare. Sed ipse qui curabatur Domini gratia, aperuit animæ oculos, & errorum tenebras diffugere cepit; quippe qui ex amorum prauitate & ortum habuerat & incrementum. Sed quia pleraque omnes Lutheri Scholæ in humanorum operum meritis excludendis misere errant, oportebit primum opera quæ illi contemnunt stabilire, deinde ad faciendam fidem gradus facere, ea semper apud illos loquendo, quæ mirabilem virtutum amorem, & desiderium in ipsorum animis excitent; quod vt fiat illustrius, manifesto exemplo ostendam. Dicit tibi hæreticorum aliquis, Ecclesiam neque ad persoluendum horarias præces, nec ad audiendum Missæ sacræ, nec ad similia posse adigere, proposita capitali poena transgressoribus: Huius tumetum animum permoucas oportet, vt orationi, & Missæ libenter vacet; talem liquidem deuotionem orationis & Missæ, temporibus statutis habendam qui primum excludit, veræ fidei vltimum fecit naufragium. Erat autem magnum operepretium animaduertere, quibus nam erroribus præcipue innitantur Lutheranorum capita, & Hæresiarum. Hinc nimirum in præcepta, sanctionesque Ecclesie, ac sanctorum Patrum acerbè insultant. At hoc quidnam est, nisi exiguas ac pene exhaustas in se vires cognoscere; ad bene obtemperandum, & ad laborem tolerandum cum posse desperant, vt omnes canones, præceptaque Ecclesie ab ipsis pure obseruentur. Sunt igitur prædicatione, hortatug. à pusillanimitate spiritus, quæ submerguntur, erigendi, relicti, animandi; & sancta præcipienda, vt tibi de te ipsis polliceantur (in Domini virtute seu digito) non solum que præstentur se præsturos, verum multo maioribus rebus iustecturos. Ac sane intrepide dicere possum; si doctrine efficacia, & ardore spiritus Lutherus persuaderetur ex obtemperandi voluntate omnia sua alieno arbitrio moderanda concedere; ac religionis cultum, quem semel exiit, resumere; hoc inquam, si persuaderetur Lutherus; & faceret eadem opera, hæreticus esse desineret sine alia digladiatione, aut controuersia: Nec negauerim tamen ingenti robore spiritus, illustrationeque diuina ac inflammatione cordis non tepida Luthero opus fore; ad tantam firmitatem in bono, & humilitatem, & tolerantiam, ac id genus virtutes consequendas. Sunt enim haud dubie omnes necessarie huiusmodi, ex tanta miseria & subuersione in statum felicissimum migraturo. Vnde colligimus non esse datum humana prudentie sibi polliceri certam hæreticorum reductionem. difficile enim, ne dicam impossibile est ad reuocandum emolliti homines luberos, nisi Dei digitus

Agitus in homine, per hominem diuinitus operetur. Si quis etiam apud illos argumentorum ignarus, aut certe negligens loqueretur de vitæ honestate, de virtutum ornamentis, de orationis fructu, de mortis agone, de inferni cruciatibus, aut huiusmodi alijs, quæ vel Ethnicos permouerent ad vitam frugaliorem, hic nimirum multo plus prodesset hæreticis, quam alius quouis auctoritatibus, & locis argumentorum onustus, ad euincendum. Et, vt semel omnia dicam, hæc gens admonitionibus, exhortationibusque suadenda est ad mores corrigendos, Dei amore, ac timore frenanda est. Sic enim fiet, vt pusillanimitatem exuant, rædium Diuinorum abijciant, mentis diuagationem sistant, & alia multa compefcant, quæ re vera non prius intellectum oppugnarunt, aut læserunt, quam manus, pedesque tum corporis tum animi. Christus Redemptor omnium, spiritus sui Diuini ope cadentes sustineat, & lapsos erigat; nouit enim optime verbum suum libris scriptum non sufficere. Finem fecero, si te prius rogem, memineris me hæc scripsisse gratia obsequendi Sancto Spiritui soli, qui te ad hoc postulandum impulit. Si locum meditationi, mentique intimè dedissem, plura fortasse occurrerent in rem præsentem; sed, vt mihi persuadeo, omnia dirigi possunt ad canones prædictos, Vale.

Hæc quidem Faber: quæ tandem eatenus vsurpanda sunt, quatenus negocium est cum popularibus, aut etiam magistratibus ijs, vel nobilibus, quibus altius in corde peruersitas non hæsit: quamquam & ex ijs, qui verbi ministri apud hæreticos dicuntur, possint esse quidam, quibus quoniam Patrum, & Synodorum legitimarum doctrina non innotuit, ij potius seducti, quam seductores sint dicendi. Quare & cum istis initiis agendum est, ac ipsa cum verbo Dei scripto, & tradito doctrina Patrum infinuanda, quam commode ipsi per se legant, mox item priuatim cum ijs agatur; nam ita multi ad cor redierunt, Fidemque Catholicam deinceps egregie propugnant. Quod si cum peruersissimis agendum sit, quales plerunque sunt Calviniani, & aliarum hæresum sectarii, hi qui post vnam, vel alteram correctionem moniti haud respiscant nulla cum talibus (inquit Cyprianus) commercia copulentur, nulla conuiuia, vel colloquia misceantur, simusque ab eis tam separati, quam sunt illi de Ecclesia profugi. Sic Athanasius vipereâ hæreticorum dicit esse vitanda colloquia, nihil vt nobis sit commune cum ijs, qui Catholica aduersantes Fidei solo sunt nomine Christiani. Inde illud Apostoli tam sæpe, & tam serio de hæreticis loquens. Et hos deuita. Sic notissimû est, quod sanctus Ioânes Apostolus, & Euangelista fecit, qui posteros, suo mones exemplo, de balneo, in quod erat ingressus, mox exiliuit, vbi hæreticum Cherintum ibi esse cognouit. Sane à populo derelictum esse ipsum qui in hæresim incidisset, ac neminem in balneo, quod introierat, voluisse lauari, nisi prius aqua omni eiecta, & noua rursus infusa; & pueros ipsos, quorum lusoria pila pedè in foro contigerat iumentis, quo Episcopus vehebatur, continuo exclamasse omnes, & magno in ipso foro accenso igne in eum pilam coniecisse, Ecclesiasticis historijs est traditum. Quæ volui huc adscribere, quod non desint, qui specie recti decipi queant, claudicantiumque nescio quorundam opinionem sectentur, qui hæreticos cum Catholicis miscere, & cuique quam velint opinionem amplecti sine noxa licere arbitrantur. Sed qualescumque demum hæretici fuerint, meminerit qui cum eis ager, expedire quam maxime, ita in lectione Euangeliorum, & scriptorum Apostolicorum esse versatum, vt loci præcipui sint noti, quibus ex ipso Dei verbo scripto hæretici conuincantur. Et vero cum hoc vnum ipsi vrgeant, antequam nobiscum. Inde enim fiet, vt quoties aliquem ex suis Hæresiarum attulerint, vel ex proprio Marte enunciauerint, id ipsum ruat per se se, ac illorum astus in ipso-

Sermo de virtutibus, & de morte, ac de Inferno quando vtilior eum hæreticis, quam Argumenta.

Nota

Epistola 3. lib. 1. Cum hæreticis non habenda commercia. Athanasii. Serm. de Passione.

Theodoretus lib. 4. hist. c. 14.

†

NOTAS FALSORUM AC VERORUM MAGI-
strorum, & Causas Hæresum prænosse, atque initio alijs tradere præle-
gendas, esse rem commodissimam, ut & per necessariam.

Caput 1111.

Fridericus
Staphylus.

Stapleto-
nus.

Stanislaus
Socolonius

Atheismi
hæretico-
rum.
Michael
Medina.

Delectus
verorum
magistro-
rum unde
habendus.

anno 1783



quoniam attigimus supra, hæreticorum ingenia è Patribus uti-
liter esse agnoscenda, reliquum est, ut, unde hoc peti certius pos-
sit, ostendamus. Post Patres igitur, Fridericus Staphylus aureo li-
bello, quem de trimembri Lutheri Theologia; reliquis item, quos
deinceps scripsit aduersus Melanchtonem & alios, cum quibus
vixerat, eorumq. hæresim aliquandiu hauserat; magnam afferet
lucem. Est item Stapletoni oratio ad finè libri demonstrabilium
principiorum adiecta in postrema editione (nam in prima non extat) qua oratio-
ne vtilissima proprias hæresum causas ob oculos ponit; quibus causis cognitis,
vix quilibet tam fuerit hebes, quin remedia intelligat extinguendis hæresibus
præsentiora. Stanislaus item Socolonius, ea concione, qua à fructibus hæreticorum
eos esse cognoscendos exposuit, planissime ista docet: Id quod & in alijs operibus
facit, de quibus suo loco dicemus; Sed & nobis cum non tam ex libris, quam è va-
rijs prouincijs hæresis infectis, ipsæ hæresum radices, ac demum impietates incur-
rerent in oculos, eorum Atheismos euulgauimus, qui, hæreticorum ingenia
satis expriment. Quintus autem liber Michaelis Medinae inter septem de recta
in Deum fide, copiose, atque efficacissime hæc commonstrat; Nimirum (ait) est in-
ter Christianos multiplex ordo: sunt qui & intellectus acumine, & Sanctarum Scri-
pturarum cognitione, non modo in generali, sed in particulari quoque hæreticas
technas deprehendere norunt; atque ijs quidem nihil scribimus: sunt & qui medio-
crem tum ab ipsa natura, tum à literario exercitio nacti sunt eruditionem, qui-
bus regulas quasdam tradimus: ad quas, quasi ad quasdam ipsius Fidei axiomata,
ac prima principia, quæcunq. proponuntur, dirigere possint: ac quasi lapide Lydio
veræ Fidei aurum à chimico illo hæreticorum cupro, prudenti tactu, solerter
discernant. Sunt demum, qui & intellectus, & eruditionis expertes, neque in particu-
lari, neque in generali, hæreticam doctrinam à veræ Fidei professione distinguant,
sed sola maiorum auctoritate ducantur; quibus non regulas, & generalia principia,
ex quibus verum esse, aut falsum, quod offertur sibi rationali discursu persuadeat,
sed notas quasdam ac signa dabimus, quibus falsos magistros, ac veræ Fidei
corruptores, à veris, & Euangelicæ doctrinæ cultoribus, prudenter dignoscant; ut
iuxta Christi præceptum, cum columbina simplicitate, ad hæreticos dolos depre-
hendendos, prudentia quoque serpentina proficiant. Quoniam vero & hi sunt
plures, & præsentiore antidoto pro sui maiori discrimine indigent, his prius, dein-
de illis nostra in hac parte commentatio deseruiet. Trademus ita (inquit) hoc li-
bro, auctore Deo, quæ de deligendis veræ doctrinæ magistris falsæ notæ esse potuis-
sent: deinde quæ sint illæ notæ, aut signa, quibus homo catholicus quasi certissimis
uti debet; tandem certissimam methodum quandam discernendi hæretica, & ca-
tholica dogmata; quæ non solum mediocribus, sed etiam plebi possit esse utilis, ex-
hibebimus: nam exactiores, catholicæ, & hæreticæ doctrinæ discernendi rationes,
& quæ amplio rem eruditionem requirunt, sequentibus libris reseruauimus. Hæc
Medina, Ad quæ si quis praxim Inquisitorum iudiciariam fratris Vmberti Loca-
ti Episcopi Balneoregiensis ordinis Prædicatorum adiunxerit, quæ (postrema præ-
sertim editione) Venetijs prodijt à Damiano Zenario; erit unde tamquam in spe-
culo hæreticorum maculæ cerni possint.

A

B

C

D

E

NVM

NUM EXPEDIAT, UT QUEM AD MODUM
Ecclesia permisso leguntur libri nonnullorum Antiquorum Patrum, qui
in errores aliquos inciderunt, sic & hæreticorum libri volentur.

Caput V.



XTAT etiam Conradi Bruni viri prudētis, ac docti liber de hæ-
reticis dignoscendis, quo egit; Num qua libertate Patrum ali-
quot scripta ab Ecclesia non approbata leguntur, eadem hæreti-
ci libri legendi sint? Responderet igitur ipse, aliam esse condi-
tionem aliorum scriptorum, in quibus & ipsis veris falsa quæ-
dam permiscentur; cuiusmodi sunt quædam Ecclesiasticorum
Scriptorum, ut Irenæi, Tertulliani, Origenis, Cypriani, Epiphani, & aliorum. Ne-
que enim, quia quædam illi Patres scripserunt, quæ à Catholica Ecclesia postea re-
probata sunt, ideo etiam libri toti, in quibus ea continentur, reprobati intelli-
guntur. Immo in his, quæ reprobata non sunt, integra eorum lectio manet; Sicut
Cypriani omnia legimus, & tantum declinamus, quæ de Baptismo hæreticorum
iterando scripsit.
Origenis omnia legimus, ea vero tantum non amplectimur, quæ vitanda esse Hie-
ronymus docuit. Et Gelasius Papa inter apocrypha numerauit.
In Irenæo, & Lactantio Firmiano omnia legimus; ea tantum fugimus, quæ cum
Catholicæ Ecclesiæ sententia non consentiunt.
Sed quid obstat, inquis, cur non ad eundem etiam modum hæreticorum libri le-
gantur, ut scilicet vera legamus, falsa repudiemus?
Respondeo, Hæreticos ab Ecclesia ita abscissos esse, ut nulla in re cum Catho-
licis communicare, immo ne Catholicorum quidem nomen habere mereantur.
Ideoque ut in disputationibus Catholicis nulla eorum mentio fieri debet, ne ho-
norem aliquem in Ecclesia habere videantur, aut eorū commemoratione Catho-
licorum venerandi conuentus offendantur, (ut Theodosius, & Valentinianus con-
stituerunt) ita nec veritas ipsa prostituenda est, ut sub improbis illis (ait Conra-
dus) hæreticorum nominibus, & libris enuntietur. Contra vero Catho-
lici, etsi quædam in eorum scriptis reperiuntur à sententia Catholica Ecclesiæ alie-
na, tamen ea non illi suo arbitrio inducere voluerunt, nec sectam aliquam confin-
gere, & eligere; quippe semper parati, si Ecclesia Catholica aliud desiniret, intel-
lectum suum in ipsius obsequium captiuare. Unde, & ex nobis fuerunt, nec vnquam
ex nobis exierunt, sed semper nobiscum manserunt. Unde, sicubi humanitus erra-
runt, Ecclesia, eorum erroribus correctis, quos & ipsi correctos esse voluerunt, in ce-
teris integra eorum scripta esse voluit, nec ob errores aliquos, sanam eorum & Ca-
tholicam doctrinam repudiandam.
Sed & libros gentilium eo modo legimus, ut quæ in his vera sunt pro confirmā-
da veritate, & confutandis gentilium erroribus recipiamus, reliqua abijciamus.
Sicut & Paulus de paganorum libris aliqua in suas epistolas transtulit, nec tamen
cuncta, quæ ab his pariter scripta sunt, excepit. Hoc tamen inter Catholicor-
um, & Ethnicorum scripta interest: quod illis nullam auctoritatem tribuimus,
etiam in his, quæ vera sunt; hæc vero auctoritate etiam aliqua tanquam ab his,
qui docendi munere funguntur, proficiscentia dignamur. Nam, ut Hieronymus ait,
si quid veri Sybilla, & Orpheus, alijque gentilium vates, aut Philosophi prædixisse
perhibentur, valet quidem ad reuincendam paganorum vanitatem, non tamen ad
istorum auctoritatem amplectendam.

Lib. 6. c. 8.

Que vitan-
da sunt in
Cypriano,
Origenis,
& alijs do-
ctoribus.

Alia est ra-
tione libris
Hæreticor-
um.

Nota

Alia men-
te sunt Ca-
tholici vbi
errant, quæ
sunt hære-
tici.

2. Cor. 6. 10.
Libri gen-
tilium cur
legantur.
Tit. 1.
Ad. 17.

A

B

C

D

E

LIBRI

LIBRI APTIORES IIS, QUI THEOLOGIAM,
*alte non degustarunt; quibus libri aduersus haereses praesentiri
 aut ad Catholicam fidem conuerti possint. Caput VI.*

Catechismus Petri Canisij.

Catechismus Romanus.

Cyryllus Hierosolymitanus.

Edmundi Campiani aurei libellus.

Summa vitarum sanctorum.



VONIAM vero non solum sapientibus debitores sumus, ideo dicendum est quinam libri vsui futuri sint ijs, qui in scholis publice non leguntur. Primo itaque Doctrina Christiana, siue Catechismus Petri Canisij ab istis legatur, qui tanquam compendium est vniuersae Theologiae, cuius docendi, atq; audiendi necessitate, vtilitate, ac rationem Epistola ea ostendit, qua ad Tarterium Trecentem Decanum scripsimus. Deinde Catechismus iussu Tridentini Concilij emissus in lucem a Pio Quinto, qui quasi commentarius est catholicorum omnium Catechismorum. In eo enim tota Theologia traditur, quanta satis est imbuendis Parochis, & populis docendis, siue quae ad fidei articulos, siue quae ad mandata Decalogi, sacramenta, rationem orandi Deum attinent. Si quis vero Cyrilli Hierosolymitani Catecheses, aut libros (vti quarto libro diximus) de catechizandis rudibus ab Augustino scriptos adhaerit, eum non penitebit. Sin prolixiores optauerit, legat libellum nostri Edmundi Campiani martyris, qui ea fidei Catholicae argumenta, & rationes continet, quas Academiae Oxoniensi paucos ante annos, summam (sed elegantissime) proposuit. Earum vero explicationes, ac definitiones suo tempore quilibet cernere poterit in libro ampliore, quem aduersus haereticum Vuitacherum Anglum Ioanes Duræus Scotus aptissime scripsit. Praeter istos autem, summa compendiarum vitarum sanctorum virorum percuratur, ac vix vnquam de manibus deponatur. Magnum enim haec momentum habent ad insinuandam omnium Ecclesiae temporum notitiam, ac pietatem illam, & cultum, cuius exemplo tam viuendo ipsa haereticorum & doctrina, & vita vel concidat, vel certe emendetur, necesse est. Atque vt hoc nunc addam, illud pro comperto, & certo habendum est: si quis quantulibet haereticus, eo adigi possit vt Diuinam lucem precaretur ex animo sibi infundi ad eorundem sanctorum Patrum vitas non tam percurrendas, quam attentè legendas, vix fieri posse, qui vehementer ad catholicam fidem suscipiendam afficeretur. Non desunt autem catholici libri Gallica, Italica, Polonica lingua editi, ab ijs legendi, qui latinè non norunt; quemadmodum liquebit ad calcem huius operis ex catalogo auctorum, qui contra haereticos scripserunt. Quos item Auctores è catholicis Theologis cognoscere poterit.

CUM HUSSITIS, ET EIUSMODI ALIIS QUONAM MODA AGENDUM. Caput VII.

SCHISMA cum haeresi iunctum, esse tanto deterius simplici haeresi, quanto plus retinet laruae, qua pietatem praesert, ac eorum pene rituum, & sacramentorum speciem, quam Catholica Ecclesia seruat; non tam verum est; quam verissimum. Quamobrem huc sedulo incumbendum est, vt de eiusmodi hominibus ad Dei gloriam reportetur victoria: Sane igitur eos ad aliquam animi submissionem deducere, summopere conducet. Cum enim haeresis & Schisma non sit primum peccatum, sed poena peccati: superbiaq; sit ipsissima haereseos mater, nutritrix, & fomes; nullum erit praesentius antidotum, quam ipsa virtus humilitatis: Quare primo expediret agere de horredo superbiae vitio, sic sensim, vt ne ad sese traducendos illi suspicarentur hoc fieri.

Cum vero Hussitae in eo arcem suae pertinaciae collocauerint, vt sub vtraque specie sanctissimae Eucharistiae sacramentum laicis quoque sumendum esse asserant, videat qui velit laborem nostrum ad finem libri, quem inscripsimus Reuersionem Imposu-

A Impositurarum Dauidis Chytraei, vbi agitur hac de tota materia quam breuissime. Ex ijs autem, qui de vtraque specie an danda sint Laicis, scripserunt, sequentium auctorum libri capita haec continent.

Ioannes Host Episcopus Misnensis peculiari libro tempore concilij Constantiensis aduersus Bohemos conscripto, id ipsum pertraeit, atque hic Venetijs anno 1561. iterum editus est.

Ioannes Eckius in suo Enchiridio breuissime, sed efficaciter id ipsum ostendit, post sanctum Mastrem Ioannem Rossensem.

B Ioannes Hessels Theologus Louanienensis post alios multos, libro suo de vtraque specie, aduersus quendam consultorem, qui se pacificatorem Ecclesiae venditabat, sequentia pertraeit.

Ex scriptura omnibus locis, quae aduersarij solent citare, nullum extare praecipuum de sumendo a Laicis calice.

Ex Patribus Ecclesiam veterem nulla ratione sensisse communionem vtriusque speciei esse praecipuum a Christo Laicis.

Non plus spiritualis fructus ex vtraque sacramenti specie sumpta percipi quam ex vna.

C Non licere cuiquam superiori illis annuere usum calicis, qui eum ex errore petunt.

Edmundus Augerius Theologus Societatis Iesu in libro suo de Sacramentis Gallice conscripto, & Parisijs edito, agit de hac ipsa materia erudite. Atque ex Ecclesia Africana, Orientalis, & Occidentalis praxi eandem, quae alia methodo ab alijs Theologis tractantur, veritatem comprobat.

Claudius Sanctes Episcopus Ebroicensis libro decimo suarum repetitionum de Eucharistia fuse hac de re agit, cum ibi mul-

ta quae item attigerat Ioannes Hessels, penae ad verbum ex eo referat.

Gulielmus Alanus Anglus Cardinalis libro primo de Sacramentis capite secundo & sequentibus hac ipsa de materia, alia licet methodo, perdoctè & profundè agit; totam nempe rationem, seu significationem Sacramenti sub vna tantum specie esse. 2. Totam Sacramenti gratiam vna specie acquiri. 3. Nec institutionem nec praecipuum, nec exemplum Christi effecere, vt vtraque species cuilibet communicanti sit necessaria. 4. Et pro vnus speciei comunione, & exemplum Christi & Apostolorum extare. Praxim Ecclesiae post Apostolorum tempora pro indifferentia vtriusque vel vnus speciei. 5. Afferuationem in vnica specie panis multo communior inueniri, quae ad sanctissimi sacramenti reuerentiam semper est visa commior. 6. Quae ex decreto Gelasij obijciuntur dilucide, & planissime declaratur.

Praeter haec sunt editae Assertiones Theologicae de Comunione Sanctissimae Eucharistiae sub vna specie defensione publice Vjeng anno 1580. a Georgio Seckerade a Pyfnice Morauo, e quibus breuiter, & secundae rationes, & loca Diuini verbi, atque patrum, im posturaeque.

Haereticorum, ac Schismaticorum percipiuntur. Henricus Blysemius Theologus Societatis Iesu hanc nouissime materiam diligenter ac doctè vniuersa proprio libro excussit. Robertus denique Bellarminus optime.

ARTES HAERETICORUM DETECUNTUR.

Caput VIII.



AEC cum ita sint, praestat vt ex adiuncta epistola, quam Ioanni Tertio Sueciae Regi scripseram, cum ei dicasset Refutationem meam aduersus Dauidem Chytraeum, intelligantur quanam obijci ab alijs haereticis soleant contra catholicos: quae ve ad illa refellenda possint aptissime adhiberi.

E Errores Dauidis Chytraei, atque eorum qui (vt ait Tertullianus) ex Euangelio haeretici esse voluerunt, ab optimis viris impulsus aperueram, cum ille, ne prorsus decoxisset videretur, nouam mendaciorum farraginem ex Magdeburgensium centurijs & Melanchthone contra me corraam ausus est V. R. M. dicare. Quamobrem plerique & isthinc, & aliunde, me hortati sunt, ne silentio meo paterer hominem inani triumpho exultare inter eos, quibus auctores quos citat, neq; vnquam innotuerunt, & ne innotescerent, iam diu eos Lutherus, & huius male nati soboles de medio sustulit. Ego vero, licet illi ab omni antiquitate, & ab hoc seculo proscripsum sciebam, duas tamè ob causas lubes hoc scribendi onus iterum suscipi: quarum fuit prior illa, quae meos qualescunq; labores, atq; itinera isti interiori Se-

Rr pentrio-

Auctoris epistola ad Io. Sueciae Regem, quae artes Haereticorum deteguntur.

Ad quosdam
prouocant
heretici
callide,

ptetrionali tractui aliquot abhinc annis addixit: posterior aut, que ex colloquijs iis
extitit, quæ de ineunda inter Catholicos & Protestantes concordia tū in Transyl-
uania, & in superiore Hungaria, tum in Saxonia pene ipso tempore habueram, quo
responsum Chytræi ad manus meas peruenit. Itaq. cum illo primo ad V. R. Maie-
statem, deinde ad verbum Dei scriptum, & ad veteres Græcos Patres, mox ad quat-
tuor Oecumenicas, ac deinceps ad alias qualdam Synodos, deniq; (si Deo placet)
ad confessionem Augustanam tanquam ad legitima tribunalia prouocasset, quæ dā
vero de Picardica secta, & de Erasmo interlerens, tandem quorundam eminentium
Principum nomine in re fidei abusus fuisset, faciendum mihi putauit, vt ei respon-
derem. Eadem enim opera videbam cordatis hominibus me posse satisfacere, qui
cum de me eam de qua dixit, rationem concordia de religione perquisiissent, ha-
bituri hoc libro esset ob oculos, quæ cupiebāt, si serio consultū saluti suæ voluissent.

Heretici
se se vendi-
tant Euan-
gelicos.

In primis igitur notas, & characteres Dinini verbi, cum (id quod res ferebat) di-
strubuisse in insitum, traditum, scriptū, ostendi nullum prorsus esse, aut fuisse apud
istos, qui se se Euangelicos venditant. Inde cum ad quattuor Oecumenicarum Syn-
nodorum tractationem descendissem, quid illis contineretur, summam exposui.
Nempe dogmata de fide sanctissimæ Trinitatis: Decretum de Pascha emendando,
& rite celebrando: & canones ac diatypoſes, seu constitutiones quasdam Nicænæ
Synodi: quæ nunquā (quod sciam) Græcè editæ, vt ederentur hoc libro, meis addi-
tis annotationibus, operā dedi. Quæ in re latus patuit cāpus, in quo fides ipsa, & fa-
cies, siue hierarchia Ecclesiæ Apostolicæ, quasi explicari, & sub ipsam aspectum
oculorū subijci potuit. Ac percomode itē est factum, vt quæ dogmata ad plerosque
Apostolici Symboli articulos spectant, ea planissimè monstrari potuerint fuisse à
Luthero, Melanchtone, Caluino, Beza, ab Vbiquitarijs, Anabaptistis, Puri-
tanis, Picardis, nouis Arianis, Samosatensis, & id genus pestibus, vel præcise
negata; vel atheis inuoluta. Neque verò minus commode ostensum est, quàm
iustas ob causas Decretum Nicænæ Synodi de Pascha corrigendo reuocauerit ad
vsum Gregorius XIII. vt sanctissimæ memoriæ Pontifex Maximus, sic istius gen-
tis amantissimus parens.

Adieci canonū interpretationē, notasq. Chytræi imposturas retexi, quibus alias
priors suas cumulauit, dū falsos canones pro veris, & veterū SS. Patrū exēpla sub-
dole detorsit ad hæreses, contra cœlibatū, & visibilem in terris Ecclesiæ Principa-
tum, ac sacrosanctam Eucharistiam, & inuocationem Sanctorum, atque aduersus
alia pleraque omnia contegendas.

De cœliba-
tu sacerdo-
rum.

Etenim (vt è pluribus aliquid afferam, quod in ipso opere firmissimis argumentis
refutatum est) cum ille contra cœlibatum sacerdotū tertium canonem Synodi Ni-
cænæ exponit, & quemdam alterum Synodi (vt ille opinatur) sextæ supponit, nec
illum bona fide interpretatur, neque in hoc suæ artis obliuiscitur, quippe qui non
retulerit, nunquam Synodi sextæ canonem istum in Ecclesiæ Catholica fuisse rece-
ptum: In Trullo quidem fuisse propositum, sed nunquam approbatum, Synodū ve-
ro illam, seu conuentum, qui legitime non fuerat habitus, vocatum fuisse Quini sex-
tum, quasi vtriusq. supplementum, cum neutrius Synodi fuisse verè dici potuerit.
Atqui & bonus iste noster deprehenditur, quàm semper similis sit sui, dum partem
eiusdē ipsius canonis citat, partem supprimit, taceat vero canonem, qui eundē præ-
cedit, aduersari superiori, quo decernitur, vt Africana, & reliqua occidentis Eccle-
sia seruet in sacerdotibus cœlibatū, quē antiquitus obseruauit à tēpore Apostolorū.

Trullanam
Synodum
non fuisse
approbatā.

Obijcit aut alias Synodos, sed & interea reticet, quæ satis aperte priore meo li-
bro ea de re scripseram, quibus eas oblique citantium dolus manifestus euaderet.
Præterquam quod haud expositis causis, & peristatibus rerum, confusisq. sequenti-
bus cum præcedentibus canonibus, eas trahit ad cœlibatum euertendum, cum ni-
hil minus ij Patres cogitassent, qui Eustathii hæreses, & alia quædam tollentes, se-
se ab Ecclesia subducebant. Quare canones ipsos Græcos, ac cetera ex Patribus lo-
ca vnā cū incorrupta versione Latina, vbicunq. fuit opus, attulit, vt qui etiā alieni
sunt

Eustathij
hæreses.

A sunt à fide orthodoxa nisi sanari voluerint, certè conuinci facile possint.

Cum vero Chytræus parentes SS. Gregorij Nazianzeni, & Basilij, atque alios
Episcopos scribat genuisse filios, tacet tamen hos ante adeptum Episcopatum ab
illis fuisse progenitos.

Parentes
Gregorij
Nazianze-
ni, & Bas-
lij ante epi-
scopatū le-
gitimos ge-
nuere fi-
lios.

Synesium affert scribentem, se Episcopum velle filios gignere, & cupere plures
bonos è matrimonio sibi procreari. At silet eum neque Episcopum, nec sacerdotē,
nec adeò Christianum omnino fuisse, dum illa ad Euopium fratrem scriberet.

Synesius
quis.
Hylarius.

Vt de Hilario similem nectat dolum, affert carmina ex Baptista Mantuano Car-
melita. Verumtamen tacet, ea Carmelitam non tanquam ex se, sed ex alijs Ec-
clesiæ Christi obiicientibus scripsisse. Quapropter idem Carmelita S. Hilarium
paulo post egregiè collaudat, quod sacerdos iam, & Episcopus continentissimè
vixerit: atque, tum vxorem, quam ante sacerdotium duxerat, tum filiam virginem,
quam ex ea, priusquam sacris initiaretur, susceperat, oratione ad cœlū præmiserit.

B Iam quæ attinent ad visibilem Ecclesiæ in terris primatum, atque ad Cœlitum er-
ga nos charitatem, nostramq. cum iis communionem, (quæ quidem omnia Chy-
træus blphemè subfannat) Sic iisdem Synodis, ad quas videri voluit prouocaf-
se, comprobata sunt, vt se impium, ac nullam habentem communionem cum Chri-
sto, aut cum sanctis eius, planissimè prodat. Nam quod pertinet ad sacrificij nostri
Christiani oblationem, consecrationem, remq. ipsam (quæ est Christus Dominus)
vsum item & ritus, ac fructus pro anima & corpore, atque pro hac, & futura vita, ac
denique ad omnia quæ Apostolorum erant tempore, id omne olim aduersus Calui-
nianos ostenderit, quare & illinc peti poterit, si quid isthuc spectare posse videatur.

Sacrificij
Christiani
oblatio, cō-
secratio,
manduca-
tio, Res ip-
sa.

C Atqui cum ille confessionem Augustanam, & Picardicam sectam commendaf-
set, ego verò earundem ortus, variationem, portenta ex verissimis historiis, & Ar-
chiuis deprompta breuiter proprio libro conscripserim, ad eas, & Chytræum &
reliquos ablegatos velim.

Ceterum cum res ipsa clamet nunquam aliquid consensionis consequi potuisse
ex varijs eiusdem confessionis Augustanæ editionibus, aut ex consarcinato quo-
dam Lutheri corpore doctrinæ, vel ex Philippi examine, aut denique ex concor-
dia Iacobi Andreæ, siue ex quibuscunq. aliorum hereticorum conciliabulis cer-
tè vnicam istam aspectabilis Ecclesiæ Apostolicæ faciem, quæ hoc libro proponi-
tur, Christi promissa, & viuo eius verbo nixam, & ad omnes Satanæ insidias roborata
tam tot testibus, vnicum antidotum esse, sanandis tot morbis, qui alioquin quotidie
inualeſcunt, sapienter V. R. M. pridem intellexit. Cum enim symbola & regulam fi-
dei (quam catholici antiquissimè amplexi sunt) protestantes ipsi in suis templis pu-
blice recitent, nulla vtiq; certior, neq; pacatior finiendarum controuersiarum me-
thodus iniri vnquā poterit, quā vt interpretes eiusdē regulæ fidei adhibeantur, qui
eā ipsam vnanimè plenissimo quasi Ecclesiæ Christi theatro (& quidē iis orbi Chri-
stiano imperatibus, qui fuerunt oculatissimi & summi viri) ex Diuini codicis verissi-
mo intellectu, atq; ex Apostolorū doctrina cōdiderūt. Quinā enim aptius vim legū
declarauerint, quā q. fuerūt earundē legislatores, ac nō iniuria dicūtur animę legū?

De Augu-
stana cōfes-
sione, & Pi-
cardica.

Idē de alijs reb⁹, seu etiā ritibus dicendū est. Ecquē enim testē aliū, vel grauiorē,
vel propiorē priorib. seculis, vel vita sanctorē, vel remotiorem ab affectu horū tē-
porum, vel deniq; in quem cadat minor suspicio, (cū præsertim prioribus Ecclesiæ
seculis, & quidem in Oriente (non Romæ) quattuor illæ priores Synodi habitæ sint)
assequi aliquis possit? Quod si quis de Latina earum versione ambigeret, extāt Græ-
ca exēplaria, quæ vel ex Græcia peti possent vetustissima: quæ ferè omnia melio-
ra, vti depositū aliquod, Deus in Ecclesiæ Catholicæ, ac in ipsi⁹ Apostolicæ Romanę
sedis sinū, tanq̄ ad munitiorē locū trāfughi voluit. Quæ quidē q̄ nō essent à catho-
licis cōuersa fideliter, certè ad ipsum Ptolomæi Regis Aegypti exemplū verti à plu-
rib. possent, qui eodē tēpore varijs in locis distributi idipsū de Synodis facerēt, vn-
de omnis fraus præcaueretur. Quod si his repudiatis, nunc ille, modo alter, postea
nescio quis alius, qui desertis Ecclesiæ castris huc illuc omni vtro circumferatur,

Ratio cer-
ta finiendæ
rum cōtro-
uersiarū in-
ter Catho-
licos, & Pro-
testantes.

E Ratio certæ finiendæ rum cōtro-
uersiarū in-
ter Catho-
licos, & Pro-
testantes.


Synodis illis oecumenicis praelatus fuerit, nemo non intelligit merito fieri, ut singulo nouilunio noua erumpat haeresis, vel atheismus: ac tandem opus sit, ut cerdones, & lutores in Rebus publicis decreta de religionis disidijs, qua nuqua nouerit, lanciant, quemadmodu his ipsis mensibus in hac citeriore Balthici maris ora cotigir.

Habet R. M. V. qua me causa mouerunt ad scribendum, quidue hoc opere contineatur, qua denique ratio concordiae in eundem certissima sit. Quae omnia relicto illo conciso scribendi genere, quod alijs tractationibus meis libenter adhibebam, paulo fufius exposui. Primum quidem: quod cum hoc in gratiam eorum scripserim, apud quos vix vlli veterum libri integri, aut ipsa scriptura incorrupta reperiatur, necessarium erat, ut ex fontibus ea proponerem, ne hac illac eadem queritantes, nec inuenientes, dubij essent, quid crederent. Deinde quod sciebam, ex istis ministrorum disidijs, & blasphemijs (ne dicam summa imperitia) factum iam esse, ut plerique omnem veterem ac veram Ecclesiam, & Patrum antiquorum doctrinam quotidie audius cupiant. Vestram autem R. M. non solere pati, ut aduersus eos aliquis blateret: multo vero minus passuram, ut istorum commenta pro Dei verbo, ac vitra pro margaritis, Regnis istis venditentur: In qua nouit optime, neque meliores quam auitae Ecclesiae merces inuehi posse, nec aliud magis regium effici posse, quam ut per veritatis lucem ad cultum Dei stabilem, ac certum populi reducantur. Optandum certe est, quam quod maxime, ut quem adhuc cultum memoria, & corde plurimi isthic retinent, eum fouere libere possint, ac rantis fidei thesaurus, qui Deo miserante non obscura sui splendoris indicia exerit, tanquam candelabrum (ut Christus docuit) super mensa positum omnibus illuceat. Deus in cuius manu corda sunt Regum V. R. M. donis caelestibus auctam incolumem diutissime seruet.

IUDICIUM DE AUGUSTANA CONFESIONE, cuius variatio & pene, antequam prodijt in apertum interitus examinantur. Caput IX.

SI nomine Confessionis Augustanae aures Septentrionalium ita personant, ut nemini fere venire possit in dubium, ea ne fuerit aliquid; rectissime tamen ambigi, ac quaeri potest, an quidquam re vera fuerit? Primum enim, si qua fidei Augustana Confessio vnqua fuisse, dicenda sit, ea fuisse, ac dicenda esse, qua Catholica fuerit, necesse est: qua quidem, ij, qui christianum in Germania pmulgarunt Euangelium, initio inuexere: quae adhuc & Augustanus Episcopus, & Ecclesiae Catholicae praedicationis certissima vestigia testantur. Sin vero ea accipimus, qua haeretici anno huius seculi trigesimo Augustae Carolo Quinto, & ordinibus obtulerunt, ea non vna, sed plures fuerunt, & quidem disidentes inter sese, nec ab istis auctoribus protectae, ut plane quid ista sit ignoretur. Et Principum quidem quorunda nescio cui confessioni subscribere Norimbergenses, ac Reutlingenses; verum qua ab alijs quatuor Imperij ciuitatibus oblata est, alia erat, nec illae inter sese conuenire potuerunt. Zuingliani enim nomine earum ipsarum quatuor, sua & ipsi Augustae confessionem eodem tempore per Gasparum Haddionem proposuerunt, qua a reliquis erat alienissima: sed & cum triplex non verbis solum, verum etiam sententijs, variatio exemplarum vnus & eiusdem confessionis Protestantium prodisset, incertum est ex quibus lineamentis certa ipsius facies agnosci possit. Eadem quidem omnibus erat inscriptio, qualis procurantibus Luthero, & Melanchthone, Carolo Quinto tradita fuerat. At exemplaria nec eadem erant, & inter se se pugnabant, ut diximus. Ac cum prior decem & septem, secunda viginti octo articulos comprehenderit, Lutherus autem plures alios sub eiusdem pallij nomine texerit, & quasi aliud agens multa infinuauerit, quibus religionis & Imperij publicae pacis iugulum petebat, mirifice nutarunt, qui in re tam lubrica, pedem figere voluerunt. Accedit quod statim enata, plures annos delituit, ut vbi nam gentium esset, ac quibus in archiuis iaceret, ne posset quidem sciri: Quo vero tota res altius occuleretur, variis supposita

Numvlla si dei confesio Augustana vnquam re ipsa fuerit, ac si fuit, quanam illa censenda sit. Argentina Koltmitz. Memingé Lindaus. Vide Concilium de vjs praeparatoris ad concordiam Luth. cont. Ambr. Catharinum, de Pontificatu, & de imperio, & de potestate seculati. De Capt. Eabi. De Confess. ad Prae. ciscum contra duo Caesarea mandata. In li. cont. epi. Regis Angliae. De iudicio Christiane congreg.



A supposita sunt, ut Apologia Melanchthonis, & alia, Quamobrem non confessio, sed inficiatio, arque negatio Evangelicae, auitae, christianae, ac verae Augustanae fidei iure optimo vocanda est.

VARIATIONEM EIUSDEM CONFESIONIS Augustanae ab ipsismet haereticis agnitam, atque ab eorum plerisque eandem confessionem fuisse reiectam. Caput X.

Plures quidem protestantium Diuino iudicio cogente, non vno loco facti sunt, eandem confessionem saepe fuisse mutata, renouata, ac redditam incertam. Et Melanchthon anno trigesimo huius seculi die 22. Maij, Luthero in haec verba scripsit. Quotidie multa mutamus: Articuli enim fidei subinde mutandi sunt, atque ad occasionem accommodandi. Itane vero? certe, quoniam calcei vestri ad pedes vestrorum, non vestri pedes ad calceos Ecclesiae aptandi erant. Sed ea mutatio cum euidentior fieret quam ut posset abscondi, eminentiores quidam, in Augustanis alijs comitijs, ne, quasi per nasum abducti ab vno, vel altero Apostata prorsus erubescerent, dixerunt sese Augustanam anno trigesimo editam confessionem (quam videlicet sapientissimi nec viderant, nec quod actu conscripta fuisset cognouerant) nunquam deserturos. Ac Geneuenses, Magdeburgenses, Mansfeldenses, Ratisbonenses, vna cum Flaccianis odio acti aduersus Melanchthonem, & Vittembergenses, idem testati sunt. Quamobrem articulos Schmalcaldicos, Catechismum Lutheri, & Saxoniarum Ecclesiarum confessionem in vnum colligentes, corpus (quod rectius dixissent cadauer) doctrinae nominarunt, & Philippum Melanchthonem accuserunt, tanquam impium, & proditorem, qui confessionem Augustanam mutilauerit, auxerit, mutauerit. Inter eos vero Ioannes Sturmus est, de quo Schmidelinus sic loquitur. Sturmus librum edidit, ne concordiae consentiretur. Quare? quod Philippus ea damnetur. Fateor, & perspectum est omnibus nostram de Sacramentis doctrinam farciminis loco duxisse, & quod grauius est, condemnausse. Fatendum quidem non esset, at negare non possum. Doleo certe, sed dicere cogor. Philippum nostram doctrinam articulatricam iudicasse. Haec Schmidelinus. Qui cum interesset colloquio. Confessionistarum non multos ante annos manifestissimo testimonio Melanchthonem fuisse sacramentarium comprobauit: eo inter alia nimirum argumento, quod Philippus ad Fridericum Rheni Principem litteras dedisset, quibus Lutheri doctrinam respuebat, affirmans nec in pane Christi corpus, neque sub panis speciebus contineri, sed nuda esse corporis signa. Quae ut vera esse constaret ipsas litteras Schmidelinus deprompsit, & ijs, qui aderant ostendit. Sturmus autem. Philippus (inquit) ad Caluinum frequentes litteras misit, quarum initijs Reuerendissimum semper Dominum & fratrem compellat: quibus verbis monstrauit, quam sibi confessionis Augustanae praecipuus artifex constitit. Peucerus item, ab nullo se vnquam homine ita in Caluinismo, quemadmodum a locero suo Philippo confirmatum fuisse testatus est. Heshubius quoque & Vigadus, ac Kirchner Lutheranae haereseos buccinatores librum ediderunt, quo Philippum propria epistola verbis eius Altenburgi exaratis Caluinianae prauitatis condemnant. Sed ut id, quod verissimum est, dicam, non tam Caluinianus fuit Melanchthon, quam regula quaedam Lesbia, siue potius obliquitas impia, qua dum sese ad omnes haereseos studebat aptare, saepe item Catholicam fidem iterum amplecti velle inditabat; & dum omnes suspensos tenebat, ab omnibus interim haberi singularis mediator, siue potius arbiter, artificiosa & latente superbia sedulo curabat, spargens interim proprium virus, & libros, ac scholas quaqua- uersum in Septentrione excitans, ut in ijs nil pene aliud, quam eius libri praegerentur. Ut vero ad confessionem Augustanam reuertamur, Flacciani (ut semper in dete-

Chytraeus fol. 30. r. 15. 22. 227. in hist. de conf. Aug. Nota Protestantium originem Evangelij. Nota Schmidelini de Melanchthone testimonium. Doctrinam Lutherano rum de sacramentis loco farciminishabenda. Sturmus de Melanchthone. Peucerus de Melanchthone. Alij de eodem. Nota Melanchthon. Regula Lesbia Melanchthon. Confessio nem Augustanae Flacciani reijciunt.

Bohemi cur reiecerunt confessionem Augustanam. Heidelbergenses.

Lib. sur cōsolationis. Irē de Augustana.

Otho buccinator Mansfeldensis.

Lib. de col. loc. mensuris auri.

rius labuntur hæreses) eam reiicere ceperunt: quippe quam ab vno Luthero, & Philippo confarcinatam, ac præterea mutatam atq. corruptam, indignā esse dixerunt, quæ nominaretur Forma veræ religionis: quare & diserte protestati sunt, se se illam non recipere, & sua illa protestatione viginti rationes, cur id nō facerent attulerūt. Neque enim Illyricus tacuerat, cum aduersus Melanctonem scriberet, articulos confessionis Augustanæ, ab eo, non tam oppugnatos, quàm omnes penè fuisse deletos. Bohemi quoque qui vocantur Fratres, inter alias causas, cur Augustanam confessionem, quæ anno quadragésimo primo edita est, haud recipiunt, eam adscribūt, quod eius articuli, tâta arte conscripti sunt, vt quilibet ad suum sensum illos facile detorqueat, si velit. Sed Heidelbergenses contra Schmidelianæ concordie librum, Lutherum nec fuisse Prophetam, nec Apostolum, nec vlla miracula edidisse dicentes, ostendunt etiam pluribus in rebus eiuſdem confessionis Augustanæ eundem ipsum Lutherum sibi contradixisse. Id quod paucissimos ante menses fecit, vt edicto omnes ministri Lutherani, ex Palatinatu Rhenano solum vertere coacti sint. Quod eò dicere velim, ne Daniel Tulanus hæreticus nescio quis effrons Caluſianus multum gloriatur, quòd in eo solum substantiam confessionis Augustanæ sitam potissimum esse dixerit, vt Pontificia (quemadmodum ille blasphematur) abominatio tollatur. Eodem scilicet argumento dixisset, perfidos quosq. quoniam Catholicam religionem non admittant, pallio confessionis Augustanæ contegi posse.

Iam de corpore doctrinæ Lutherianæ idē paulo post accidit, quod de confessione Augustana contigerat. Nam cum alterum corpus primo Vittembergæ editum fuisset, mox alterū prorsus diuersum prodijt. Vnde inter Lutheranos crudæ illæ cōtrouersie; atque ad rauium vsque clamores excitari fecerunt, vt Mansfeldensis quidam concionator tentauerit, num duobus istis cadaueribus informans aliquis spiritus inspirari posset, quo fierent in aliquam animam viuentem: sed ociose, & frustra omnia. Quomodo enim simul cohæreant duo sibi contradicentia? Aut ecquid monstrum non erit, cui, cum duo aduersæ speciei capita, & corpora fuerint, id ab vna tantum anima regi posse credatur? Sed hæc structores illi, egregij destruentes se; & hæc illius tam reformatæ religionis fuere priores formæ, ac symbola, incertissima. Quæ tamen pro sua videlicet sapientia vel hæretici, vel pseudopolitici quidam existimarunt in summam Christi iniuriam, pacandis, animis esse posse remedia.

NIHIL VERUM, AUT EUANGELICUM ESSE
in Augustana confessione. Caput XI.

NLLVD. vero, euidētissimum est aduersus Augustanam confessionem argumentum, atque iudicium; quod cum vniversæ antiquitati repugnauerit, nihil eam veritatis, aut Evangelicum sapere certissimum sit. Vt enim mittam, nullam terrarum eiusmodi dogmata habita fuisse, aut prædicata pro veris, atque Catholicis; nullam nationem, nullam ciuitatem, nullum doctorem Scriptorem nullum, nullū Principem, aut Imperatorem, vel Regem, nullū omnino hominem fuisse, qui antea vnquā omnia illa crediderit, vel docuerit, quæ ista malè cōciliata chimæra prodidit, nullū deniq; vspiciā tēplū, nullū sacellū extare, vbi antequam Lutherus aduersus Christi Ecclesiam irrupere conaretur, eius doctrinæ propofita fuerit: certe & illius, & Melanctonis, & protestantiū omniū testimoniū nimis aperte contra eam clamat, quæ omniū seculorum, Patribus non minus impie, quàm impudenter detrahit. Et poterat vero quicquam arrogantius; aut magis blasphemum quisquam proloqui, quàm quod fecit Lutherus, cum Hieronymum inquit, fidei, & veræ religionis, ne semel quidem in suis scriptis meminisse: Origenem iam olim abs se fuisse excommunicatum; Chrysoſtomum nullo se loco habere: Nihil esse, nisi loquaculum; Basilium nihil plane valere, totum esse monachum, se ne pili quidem illum

A illum facere; Apologiam Philippi superare omnes Doctores Ecclesiæ, & ipsum Augustinum? Quin te Hieronymus (alibi ait) conculcamus cum tua Bethleem, cucul-lo, & deserto. Ac præter alia pestilentissima dicere audet, Patres tot seculorum plane cæcutiisse, imperitissimos fuisse sacrarum litterarum, tota vita errasse, & nisi ante mortem reducti fuerint, neque sanctos fuisse, neque ad Ecclesiam pertinere. Quæ quidem conuitia, & à Melancthone, & ab aliis, vt tanquam aspides è viperis illis venenum exfluxisse viderentur, aduersus Antiquitatem, (& vt sic loquar) venerandam Ecclesiæ caniciem iacta sunt. Quamobrem aut nunquam vllam Ecclesiam fuisse dicendum est, aut quod est verissimum, nec Catholicam, neque Apostolicam, nec Christianam fuisse confessionem istam Augustanam planissimum est. Sed & ostensum est alibi Synodos sanctissimas pari impudentia ab istis carpi solitas fuisse. Quamobrem efficitur confessionem istam merito esse dicendam nouā, (vti nec diffidetur ipse Lutherus) ac proinde quæ à fugitiuo monacho temere est excogitata, hanc sapienter à cordatis Catholicis esse reiiciendam: tantum abest, vt ad eam sit prouocandum.

DAMNATIONEM EIUSDEM CONFSSIONIS
Augustanæ ab omnibus esse argumentum, eandem confessionem nihil esse.
Caput XII.

Ipsa orbis Christiani pene omni seculo lata sententia aduersus eosdem errores Augustanæ confessionis validissimum argumentum est, eam esse omnium veterum hæresum, atque impietatum faraginem. De Synodis, & aliorum seculorum iudiciis iam constat. De hoc seculo age ostendant hæretici, an Synodus œcumenica Tridentina, ad quam visi prouocare, postea pedem receperunt, an inquam, reliquæ Prouinciales Synodi, quæ à Christianis Episcopis celebratæ sunt, an Academiæ vllæ Catholicæ illam admiserint: Imo vero an ijdem ipsi hæretici ipsam admiserint? Certe in præfatione eiusdem confessionis, cum, quo primum tempore, in Augustanis comitijs ea de re actum est, omne desiderium pacis, & beneuolentiæ Catholicis antesignani protestantium polliciti essent; ac vero nisi concordia de omnibus fuisset consecuta ad Conciliū generale libere prouocassent, apud quod sese ipsos doctrinæ suæ rationem reddituros promittebant, id consilij Carolo V. & ordinibus vehementer probatum est, & delecti sunt vtrinque qui eam rem agerent, qui & cū nostris pene de omnibus consenserunt. Extat vero de vijs præparatorijs ad concordiam, Ioannis Cochlaei (qui ex Catholicis Carolo V. mandate disputationi interfuit) ad Norimbergenses liber, in quo hæc inter alia continetur.

Etenim (ait Cochlaeus) Ieiunt Reuerendæ & Magnificæ D. V. ante annos decem in celeberrimo conuentu imperiali Augustæ habito, factum fuisse delectum septennatum ex vtraque parte personarum, quæ amico tractatu, & colloquio quærerent pacem & Christianam super exhibita protestantium Principum, & ciuitatum confessione redintegrandæ vnitatis, pacisq. & concordie viam. Id quod ab illis factis diligenter est factum, adeò vt sedula partium disquisitione, & amica interpretatione dictorum ad multorum confessionis articulorum vnanimem sensum, & concordiam partium peruentum fuerit. Petimus igitur, vt nunc quoque placeat parti aduersæ, quod tunc ei placuisse constat. Est enim antiqua, & trita houeſtatis regula, vt quod semel placuit, amplius displicere non debeat, & quod tunc pro vero habuerunt, nunc quoq. pro vero habeant. Non enim à calu, aut fortuna, neque ab auiditate, aut voluntate hominum, neque à longitudine, aut mutatione temporum, sed ab eo, quod res est, vel non est, oratio vera aut falsa dicitur. Si ergo hanc, à parte aduersa petitionem (quæ non nisi æqua & honesta, atque etiam pro temporis breuitate necessaria videri potest) nunc obtinebimus (licet eam Sereniss. Rex Romanorum, Hagenoiæ à Legatis, & Oratoribus aduersæ partis nuper obtinere non potuerit)

Nota modo deſtiam Lutheri.

Lutherus in Genes. c. 22. p. 3. 19. Lib. de seculo arbitrio. In Respō. ad artic. Ba. uar. & in r. ad Cor. 3. Cal. l. 4. inſtit. cap. 12. ſect. 9. Mag. de burgen. c. 4. circa fin.

Chytræ li. de Theol. studio inchoando. Vide Auſtoris alterum Librū vlt. contra Chytræum Lutherus in Compēdiaria confessione sacramenti.

Confessio Augustana Farrago omnium impietatum.

Chytræus hist. de confessione Augustana.

Io. Cochlaeus ad Norimbergæ. Via V. præparatoria ad concordiam.

Vt concordata Augustanæ habeantur.

tuerit) optatum habebimus ex vtraque parte compendium, breuioremq. methodum ad inueniendam diu iam ab omnibus viris desideratam concordiam. Nam cum sint tantum 28, articuli confessionis in eo tractatu, super 16. articulis plenè, in multis verò alijs semiplene (vt sic loquamur) concordatum fuisse constat. Hæc Cochleus, qui postea pergit.

Articuli concordantia Augustini colloquij.

Concordantia de peccato originali.

De fide iustificante.

De rebus partibus poenitentia.

De cultu sanctorum.

De vtraque specie.

Etenim in primo articulo, qui est de Trinitate personarum, & vnitae essentiae Diuinae, concordatum est, similiter & in tertio, qui de duabus naturis, & vna persona in Christo, & quidem absque omni disputatione, aut contradictione. In secundo autem, qui est de peccato Originali, post nonnullam disceprationem in hæc verba concordatum est, quod peccatum Originale sit carentia originalis iustitiae, quæ exigit fidem, fiduciamq. & timorem Dei, quodq. concupiscentia ex peccato originati orta, remaneat in homine; Culpa vero originalis peccati per baptismum tollatur. Id est, quod peccatum originale tollatur, quoad formale, sed maneat quoad materiale. In quarto deinde quintoq. & sexto articulis ita concordatum est, vt omitti debeat hæc vox sola, quando de fidei iustificatione loquimur, ne de cetero dicatur, nos sola fide iustificari. In septimo postea, & octauo articulis iterum concordatum est, per declarationem huius verbi sanctorum, quod vtraque pars fateri debeat: In Ecclesia, in hac vita esse etiam malos & peccatores. In nono, qui de Baptismo est, & in decimo, qui est de Eucharistia, plene concordatum est. Adiecto vno verbo, Realiter, quando dicitur in Eucharistia corpus & sanguinem Christi verè adesse. Additum est, contra Sacramentariorum fraudulentias, Realiter, Teutonice *Wesentlich*. Sic & in 13. 14. 16. 17. 18. & 19. piè ac benignè concordatum fuit, ita vt nullus in eiusmodi articulis remaneret inter nos dissensionis scrupulus. In ceteris verò, & si non per omnia concordare potuerimus, operè tamen precium videtur nobis, Reuerendis & Magnificis D. V. commemorare, quibusnam in punctis ipsi suis proprijs scriptis, & attestationibus consenserint nobis.

Etenim circa xij, articuli examen, hanc nobis dederunt suam in hæc verba scripturam, & sententiam. Non recusamus tres partes Poenitentiae ponere, scilicet contritionem, quæ significat terrores incussos conscientiae, agnito peccato. Confessionem, sed in hoc oportet respicere ad absolutionem, & illi credere. Non enim remittitur peccatum, nisi credatur, quod propter meritum passionis Christi remittatur. Tertia pars est satisfactio, videlicet digni fructus poenitentiae. Sed propter satisfactiones concorditer sentimus, non remitti peccatum, quò ad culpam. Verum de hoc nondum conuenit, vtrum necessariae sint satisfactiones ad remissionem peccati, quoad poenam.

Et circa articulum 21. admiserunt nobis, quòd omnes Angeli, & Sancti Dei, in cælo orant, & intercedunt pro nobis, quodq. vñus Ecclesiae, quo sanctorum commemorationes, & festa celebrat, Deumq. orat, vt sanctorum nos intercessio adiuuet, piè, Christianè, & rectè seruetur. Et circa sequentes articulos in scripto quodam suo Teuthonico confessi sunt, & admiserunt, vt sequitur.

Nempè circa articulum xxij. qui est de vtraque specie Sacramenti Eucharistiae, consentientes nobiscum, dixerunt, Sacramentum illud non debere sumi absque confessione præuia. Et rursus in scripto quodam suo amplius mentem suam nobis declarantes, ita dixerunt: Indicauimus vobis, non esse partis nostrae opinionem aut sententiam, quòd prædecessores nostri defuncti, aut alij Christiani in alijs terris, & nationibus degentes, qui sub vna tantum specie vniuersale Sacramentum corporis, & sanguinis Christi sumpserunt, aut sumunt sint damnandi. Hanc enim vobis (inquunt) informationem in scheda quadam fecimus, quod institutio quidem Christi & ad sacerdotes, & ad laicos pertineat, verum tamen sit ceremoniale præceptum, dispensabile in quibusdam casibus necessitatis. Idcirco existimatur, ac minimè dubitatur, quòd multi defuncti, & viuentes in christianitate, qui sic sub vna tantum specie sumpserunt, & adhuc sumunt, non sint propterea damnandi, sicut & nos ob id eos nequaquam damnamus. Hæc ibi. Sed & in hoc concordarunt, quod nobiscum

scum credant, verum Christum, verum Deum & hominem cum corpore & sanguine esse sub vtraque specie, & sub qualibet. Imò & hoc in amica illa disputatione admiserunt nobis, quòd non existiment eos, qui sub vna tantum specie communicant, peccare. Hactenus Cochleus.

Sed videamus, an fidem datam vel in consensu retinendo, vel alijs promissis præstiterint. Lutherus enim ista inaudiens, Nec placet (inquit) nec placere potest pacis conditio, ira ferueo, ira pene disrumpor. Philippum deinde monuit, vt domum rediret, rediret, inquam, celerrimè, siue clam, siue palam effugeret. Vide furens & omnem compositionem auerantis cacodæmonis rabiem. Sic itaque illi abierunt retrorsum, & Norimbergenses conquesti Melanchthonem nimium descendisse, ad eum scripserunt, Monasteria & cerimonias admittere, quid aliud est, quam missam

tolerare? Poenitentiam trium partium tolerasti, & confirmasti: intercessionem Angelorum, & Sanctorum, quòd non oportebat, admisti. si ista Episcopis concedis, Lutheri dogma destruis. Præterea commonefecerit Lutherum, cauere diligentissimè ne sua doctrina euerteretur. Ex quo vides quem vitulum Samaritæ sibi conparant, conflatum excitarunt, excitatum adorauerunt, & Christi loco adoret adhuc. Atqui astum quoque Satanæ, ac Lutheri eius in eo perspicere, quòd hic ad Generale Conciliū prouocans, nihil minùs quàm hoc cogitabat: Epistolâ enim Tomus Germanicus Ienensis continet, quæ est quinta ad Philippum Melanchthonem scripta anno 30. die S. Margaritæ sacra. Veruntamen posteaquam (ait) isthæc mendacissima diabolorum capita ludunt in permittendo Concilium liberum, sic volo & ego cum eis ludere, voloq. ab eorū somniis appellare ad illud ipsum Concilium,

quòd tamè nunquàm futurum est, vt ego interea in pace agam. Hæc iste. In quibus vides, quorsū spectauerit. Nèpè vt latiores progressus hæreses lux impune facerent. Coacta est enim œcumenica Synodus Tridenti, in libera ciuitate Interfuere Principum penè omnium Christianorum Legati: fides publica data: Iudices iidem, & assessores fuere, qui ab Apostolorum seculo & semper fuerunt, & quos ipsi hæretici Augustæ legitimos esse confessi fuerant. Si quis Tridentum aduenit ex Protestantibus, impune abiit, licet perstiterit in sua pertinacia. Ex omnibus interim partibus concurrerunt intrepidè Episcopi per media maria, & Regna, quæ non minus bellis, quàm illa fluctibus & pyratibus excurrentibus feruebant. Soli Apostatae demorantes cum suis monialibus non venere: sed interim mouerunt bella, ciuitates ademerunt imperio: cœnobita erasere: foetus hæresum multiplices pepererunt, viam ad atheismos spaciosam, & latam complauerunt: & esse confessionis Auguitanæ, atque Euangelicæ istius doctrinæ præclarissima trophæa.

An vero Academiae vllæ Gallicæ, Hispanicæ, Italicæ, Germanicæ, Belgicæ, eandem confessionem approbauerint, nemo non nescit. Confutatam enim, & damnatam vnanimes, & oculatissimi omnes Theologi reiecerunt, & anathemate confoderunt.

Carolus autem Quintus, ad quem tanquam ad iudicem visi sunt confessionis artifices primo prouocasse, si quo modo ad duas partes Christianissimum Principem illicere potuissent, ne illam quidem, cum sibi fuisset oblata, attingere voluit. Testati sunt id Saxonici ipsi ministri in colloquio Altenburgensi 22. Decembris, fol. 143. cū scripta reliquerunt hæc verba. Ita inuictissimo Imperatori Carolo Augustana confessio displicuit, vt neque nomè illius audire æquo animo posset. Germanicè illi sic. *Nach dem dem groſſen mechtigen Reyser Carolo V. die Auspurgsche Confession so verleidet vnd zu VVider getrefen das er auch dieselbe nicht hatt nennen horen mogen.*

Et Melanchthon ad Ioannem Oberburgerum, qui erat à secretis Caroli V. In Comitijs Augustanis (inquit) tristi, ac atroci sententiâ damnati sumus.

Sed in recessu Imperiali Augustæ, Carolus Quintus hæc ipsa verba scribi iussit. Et licet doctissimorum diuersarum nationum virorum ea (confessio Augustana) fortissimis sacri Euangelij, & sanctæ scripturæ argumentis refutata sit, & reiecta, non tamen hoc ab illis obtinere potuimus, vt cum nostris Principibus, alijsq. ciuitatum

Notare dicitur quibus est cor.

Roma hinc est sine Zetum falsi copiff.

Atque dicitur ich die vñus frische hore.

Carolus V. ne voluit quidem attingere scriptum hereticum.

Lib. I. epist. a pueris editarum Viteber. 1576. pag. 498.

tum multatum ordinibus de omnibus articulis fidei consentirent. Germanicè ille sic.

Vnd wie wol ir vix nach gehalten vnd bestendigen raib furteflicher geleter Theologen aus vielen Nationem solch jr Augspurgische Confession mit dem H. Euangelion, vnd der H. schrift guten grundt i vider legen vnd ableinen lassen, so hatt doch solchs ben inen so viel nicht vermocht, das sie sich mit vns Fursten, vnd andern gemeinen stenden in allen articheln vergleichen hetten.

Quæ cum ita sint, ane adhuc intelligunt, rem vndique damnatam haud esse legitimum tribunal, ac neque aliquid ex quo sententiarum vllam merito pro se ferant, aut hæreses suas fulcire possint? Certè putidissimum est, & magni defectus fidei indicium euidens, cum eam coniungendam esse cum religione Catholica aliqui putent.

EX LUTHERI MISSIONE, QUI CONFSSIONEM

Augustinam primus texuit, effici hanc à diabolo fuisse, ac proinde ad illam non esse confugiendum. Caput XII.

ED & ipsa Lutheri aduersus Ecclesiam irruptio (non missio) cum de caelo non fuerit, & si isti, qui sunt extra omnem ordinem, extraordinariam illam esse olim comminiscabantur, certissimum est signum, cur confessio ista vndique vnà cum alijs hæresibus explodenda sit. Licet (vt ipsimet Deo vrgente, sese in dies magis produunt) & hanc, & Caluinianam deinceps, mox pleraque alias explodunt; dum apud eos tragica istius fabulæ scena non solum quinto (vt iubet ille) verum & centesimo fit productior actu. At quod non à Deo, sed à cacodæmone Lutherus in istam palæstram descenderit, cetera quidem, quæ hæcenus scripsi, testantur; verum tamen & quæ sequuntur, liquidius adhuc rem ipsam ob oculos ponunt. Primum igitur esto diabolica missionis signum blasphemæ spiritus, qui aliquot annos hominem pessimè habuit, dum satanas illius sic volentis ingenium formabat ad Christi scindendam Ecclesiam. Ego autem (inquit) qui me, vt cunq. monachus irreprehensibilis vivebam, sentirem coram Deo esse peccatorem inquietissima conscientia, nec mea satisfactione placatum confidere possem, non amabam, immo oderam iustum, & punientem peccatores Deum: tacitaq. si non blasphemæ, certè ingenti murmuratione indignabar, Deo dicens: Quasi veto non fatis sit miseris peccatores & æternaliter perditos peccato originali, omni genere calamitatis oppressos esse per legem Decalogi, nisi Deus per Euangelium dolorem dolori adderet; & etiam per Euangelium nobis iustitiam, & iram suam intentaret: furebam itaque sæua & perturbata conscientia. Ac non ita multo post. Igitur quanto odio vocabulum, (iustitia Dei) oderam ante, tanto amore dulcissimum mihi vocabulum extollebam: ita mihi iste locus Pauli fuit verè porta paradisi: postea legebam Augustinum de spiritu & littera, vbi præter spem offendi quod & ipse iustitiam Dei similiter interpretatur, quæ nos Deus induit, dum nos iustificat. Et quanquam imperfectè hoc adhuc dictum sit, ac de imputatione non clarè omnia explicet, placuit tamen iustitiam Dei docere quæ nos iustificemur. Hæc Lutherus.

Ex quibus dum nutantem hominis animum, & sæuam, ac perturbatam (vt ille suam vocat) conscientiam intelligimus, non difficili negotio quisque spiritualis vir cernit, & Satanae vias, & Apostatae illius præcipitem mentem, atque omnium hæreticorum lapsus. Dum enim Lutherus in Catholica Ecclesia nimia trepidatione Diuinæ iustitiæ, ac scrupulis ageretur (nempe quòd latebat aliquis serpens in herba) a seniore quodam monacho (qui putabat hominem ad spem meliorem erigere posse) persuasus, vt non solum, remissionem peccatorum in genere datam iuxta symboli renorem, verum etiam firmissimè crederet sibi esse remissa peccata, atque huc esse illius articuli sensum; excepit lutulentum vas quæ sibi à dæmone insuadebantur, atque

Horat. in Poet.

Nota, 1

In præfat. Tom. 1.

Melanchthon in præfat. in to. 2. operum Lutheri.

A atque illico ad alterum extremum præcipitatus monstrosa illa dogmata euomuit de sola & speciali fide iustificante, de imputata iustitia, de Christiana quadam inaudita libertate, ac de pluribus alijs quondam damnatis hæresibus, seq. in cœnum omnium voluptatum prouoluit. Qui sanè si perpèdisset, dum timore Diuinæ iustitiæ (licet nimis seruiliter) tenebatur, vixisse se tamen & monachum, & (vt ipse ait) irreprehensibilem; profectò agnouisset astutias satanae amantis extrema, scrupulosq. & culices hominibus proponentis, vt eos primo colantes, tædio denique virtutis afficiatur, sicq. in omnem licentiam effusi camelos deglutiant. De iustitia vero Diuina sic in bonitate sensisset, vt & illà vnà cum Diuina misericordia posse stare credidisset, nec detorsisset Apostolum ad insanos mētis suæ fluctus, in quibus fidei naufragium fecit, neque Dei verbo sensum ademisset, vt impia cuiusdam solius fidei voce supposita constantem Ecclesiæ, ac quidem etiam ipsius Augustini doctrinam euerteret. Qui vnus inter alios pluribus locis euidētissimè, quænam iustitia fidei sit, exposuit. Et hanc (inquit) iustitiam (nempe non qua Deus iustus est, sed qua iustos nos facit) non in præcepto legis, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Christi, ad quæ solam vtiliter legis veluti pædagogus timor ducit, constitutam esse qui intelligit, ipse intelligit, quare sit Christianus.

August. de natura & gratia c. 1.

2. Sed alterum fuit satanicae Lutheri missionis indicium: Priuata nempe Missæ diabolico (vt ipse ait) instinctu abs se procurata abrogatio. Neq. enim si Missæ res mala fuisset, eam satanas omnium malorum cupidissimus Lutherum abrogare docuisset.

Lib. de missa priuata.

3. Tertium est: finis, quo totam istam tragædiam excitans præcipue spectauit. Non enim ob Deum id agere testatus est idem Lutherus, & in disputatione Lipsica monitus ab optimi Georgij Ducis Consiliarijs, nihil vt per iram, sed omnia modestè ageret: Non propter Deum (inquit) hæc res cœpta est, nec propter Deum finietur.

Hierony. Imperius, & Cochleus in actis Lutheri.

4. Quartum: Perturbatio animi, tum ex odio, erga Pontificem Maximum; quam obrem vel Carolstadio in veritate Eucharistiæ perneganda assentire exrensis (inquit) omnibus neruis cupiebat. Perspiciebam enim (ait) hac de re Papatui cum primis me valde incommodare posse. Tum ex inuidia, qua contra Indulgentias disputauit inique ferens earum promulgationem à suis Augustinianis ad Tetzeliu Do minicanum fuisse delatam. Orta tamen controuersia fatetur se non fuisse profectum longius, si aduersarium suum Tetzeliu comprehensisset.

Luth. To 7. epist. ad Ar genti. c. Et in confess. parua testibus admodum ad concord. In præfat. to. 1. circa finem. In præfat. To. 1.

5. Ad odium verò, & inuidiam accessit falsæ gloriæ cupiditas, qua se incensum fuisse in controuersia de Indulgentijs persequenda testatur. Et fouebat me vt cunque (inquit) aura ista popularis, quòd inuisæ iam essent omnibus artes, & Romanationes illæ. Quod sanè superbiæ signum vel ipsi hæretici Tigurini in eo notarunt, cum pro Zuinglio scribentes dixerunt: Prophetæ & Apostoli Dei gloriæ, non priuato honori, non suæ pertinaciæ, & superbiæ studebant. Lutherus autem sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & in omnibus cõreptionibus suis plurimum habet maligni spiritus, quàm vt eum amici, & paterni animi habere deprehendantur. Hæc illi.

Tigurini in respon. ad Lutherum.

6. Quintum: animi impotentia, æstusq. philautiæ, qua vniuersam Ecclesiæ vnitatem scindere maluit, quàm vel minimum de sententia sua decedere, licet de sua doctrina dubitaret. Ego vero, ait, tam confidens, & certus non fui: multa enim ignorabam, quæ nunc scio. Deniq. de Indulgentijs quid essent, profus nihil sciebam.

In præfat. Tom. 1.

7. Sextum: irruptio temeraria & casu, non voluntate, nec studio (quanti minus afflatu Diuino) facta, ad grauissimas de rebus fidei controuersias pertractandas. Solus (inquit) primò eram, & certe ad tantas res tractandas ineptissimus, & indoctissimus: casu enim non voluntate nec studio in has turbas incidi, Deum ipsum testor, hæc ille. Quod si solus initio fuerat Lutherus, ergo tunc in nulla erat Ecclesia. Ethnicus igitur, & publicanus Christo ipso iudice, ac suo ipsius iudicio condemnatus fuit.

Præfat. to. 1. & præfat. ad propositiones suas de vitibus hominis.

7. Septimum: Apostasiæ ipsius initium eodem signo consignatum, quo hæreticos consignatum iri Apostolus docuit, inquit, Et captiuas ducunt mulierculas oneratas

Notate protestantes & erubescite.

Nota

Nota

oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis. Nam & ipse sacra virgine incesto sibi connubio copulata, ac bello virginitati, ac omnis continentiae votis indicto, Evangelici pudoris septa referavit; & infernalis impudicitiae gurgitem sceleratissimus opplevit. Nam & inde pronunciauit illud infelix verbum. Ideo es conditus à Deo, vt sis maritus aut vxor. & alibi. Si non vult vxor, veniat ancilla.

In cap. 30. Genes. pa. 55.

8.

In comen. in Genes. Luth. ca. 7. in Genes. to. 6. pag. 105. & in c. 45. pa. 664.

9.

Nota

To. 2. li. de seruo arbitrio, & in propositionib. suis de vitibus hominis Tomo 1.

Lib. contra Henricum Angliæ Regem, epist. ad Argentinenses.

Lib. ad monitor. ad l. 1. concor. Bergen.

In Postilla minore super Dominicâ r. Aduentus, pa. 7. & c. b. epi. ad Galatas & ca. 22. in Gen. p. 327 & Schmi delinus cõ cione quadam sua. 2. Petri 2. 2. Tim. 3. Cypria. li. 4. epist. 2. August. in psalm. 57. Athanas. Sermone contra omnes hæreses.

Octauum: Perpetua in articulis fidei dubitatio. Id quod cum de illius Atheismis liquidò alibi monstrauius, tum passim ipse suis scriptis ostendit. De Noë enim disserens. Ac profectò insignis (inquit) fuit Noach fides, qui huic Dei voci potuit credere. Ego profectò (ait) non credidissim. Et alibi. Ego (inquit) circiter triginta annos legi Biblia summo studio, & diligentia, tamen nondum ita sanatus sum, vt plena fiducia acquiescere queam remediis diuinitus ostensis.

Nonum: Quod reclamante conscientia decennium (vt ipse de se fatetur) aduersus Ecclesiam pugnauerit, ac proinde in hæresi perstiterit. Vltra decennium (inquit) auctoritate, conscientia, multitudine martyrum, Episcoporum, Pontificum, Conciliorum & Academiarum sic motus sum, vt incredibile esset hanc Troiam tanto tempore tot bellis inuictam posse aliquando capi. Et alio loco: Cum omnia argumenta superassem per scripturas, hoc vnum cum summa difficultate, & angustia tandem (Christo fauente,) (immò diabolo instigante) vix superauit: Ecclesiã esse audiendã. Reliqua sunt. In primis: Maledicentissima illa insolentia, qua & seipsum Evangelistam passim vocat, & omnes alios præ se despicit, cum & scripserit; Certus sum me habere mea dogmata de cœlo. Neque ego, ait, quero quid Ambrosius, Augustinus, Concilia, & vsus seculorum dicunt.

Deinde sordidissima verba, quæ vbiq; vel dixit, vel suis scriptis insperst, de quibus cum libellus cuiusdam Flacii nomine paucos ante annos euulgatus fuisset, Lutherani quidam ex operibus Lutheri easdem sordes magno labore elidere conati sunt, quæ etsi ita detonsa in lucem ediderunt, tantò tamen impudentius mendacium apparuit, quanto pleniora sunt omnia Germaniæ loca librorum Lutheri sæpius emissorum, quibus illa continentur.

Præterea celsatio penè subita ipsius doctrinæ Lutheranæ. Quæ enim cœpit anno huius seculi decimo septimo, ea vigesimo quinto à Zuinglianis ita labefactata est, atque diuisa, vt omnes ipsius sectarij vel ad Zuinglij sordes, vel ad Carolstadij fæces, vel ad Caluinianas fraudes sese aggregauerint, vel aliis hæresum variarum aut denique (quod nunc inter istos passim fit) Atheismorum magistris sese totos ad dixerint. Quare hæreticos D. Petrus vocat Magistros mendaces, inducentes sibi celerem perditionem, & Apostolus vitra non profecturos dicit. Et S. Cyprianus eos ait semper inter initia feruere, incrementa verò habere non posse, sed statim cum præua sua æmulatione deficere. Ac B. Augustinus monet, ne nos terreant fluuij, qui dicuntur torrentes: decurrit (inquit) aqua ad tempus, perstrepat, mox celsabit, diu stare non possunt.

Mitto verò deprauationem sacrarum literarum, quodq; hæreses omnes Lutheri omnium Conciliorum, & Patrum consensione damnatæ, per illum ab inferis excitatæ fuerint. Denique quod ille non ad Ethnicos, vel Indos ad Christi Ecclesiam adiungendos, sed ad Christianos solum peruertendos omnem conatum adhibuit. Nimirum Deo sapientissimè prouidente, vt & illud Evangelicum agnosceretur: A fructibus eorum cognoscetis eos. Homines enim ex Lutheri prædicatione (vel ipso testante) pessimi effecti sunt: & vt verissimum id esse constaret, quod tot ante secula Tertullianus de hæreticis adnotauit. Quibus (ait) negocium est non Ethnicos conuertendi, sed nostra euertendi, nostra (inquit) effodiunt, vt sua ædificent. Cernitis, qui confessionem Augustanam pro Christiana estis amplexi, quodnam paridorum, vel vitulorum, Lutherum nempè & Melanchthonem, quos coleretis vobis excitastis? Qui si quid sapitis, & iustum Dei iudicium, quod est præ foribus, exhortescitis, sanè ad Catholicam Ecclesiam properè festinabitis.

A HISTORICI ET THEOLOGI HUIUS SECVLI, qui confessionis Augustanæ variationes & imposturas vel reuexerunt, vel euidentissimis rationibus ex Dei verbo petitis refutarunt. Caput XIII.

C Aeterum ne hic lögum faciam, quòd huius loci non est proprium: & verò vt bonis mentibus Septentrionalium pateat, vnde confessionis Augustanæ articuli omnes cognosci, & refutari possint, addamus hæc pauca. Legant igitur primò librum non adeo magnum, cuius hæc est in fronte inscriptio.

De quadruplici concordie ratione & consideratione super confessione Augustana Protestantium quorundam Romani Imperij Principum, ac Statuum Cæsareæ Maiestatij Augustæ exhibita. Quo libro Ingolstadtij quadragesimo tertio huius seculi anno edito Auctore Ioanne Cochleò, & ex parte Arnolde Vesaliensi hæc continentur. 1. Breuis ad singula puncta confessionis responsio Augustæ priuatim scripta Anno trigesimo. 2. Compendiosa explicatio actorum Augustæ in septenorum tractatu Hagenois, Serenisimo Regi Romanorum, & c. tradita, Anno Quadragesimo. 3. Septem viæ preparatoriæ ad inuendam per colloquium cõcordiam Vormaciæ ad Præsidentem colloquij scriptæ Anno quadragesimo. 4. Discussio omnium confessionis, & Apologiæ Augustanæ articulorum, quidnam in eis possit, & quid non possit à Catholicis approbari, ac recipi, Ratisbonæ elucubrata Anno quadragesimo primo.

Deinde legant Fridericum Staphylum de Trimembri Theologia, & successione discipulorum Lutheri. Qui vnus Staphylus pro sexcentis sufficit. Georgium Craderum Olomucensem. Harmoniam confessionis Augustanæ ab Andrea Fabricio Leodio editam, in qua & iudicium, & condemnatio à Carolo V. Cæsare, & omnium in ea articulorum confu-

tatio collecta est, tum ex ipso Fabricio, tum ex Ioanne Cochleò, Alphonso Viruesio Episcopo Canariensi, Ioanne a Dauetria, Ioanne Hoffmeistero Theologis doctrina, & morum honestate præstantibus. Ruardum Tapperum, & Iacobum Latomù, Theologos Louanienfes, Ioannem Fabricum, qui & libellum conscripsit de Antilogiis Lutheri. Ioannem Cochleum, Fontanum, Surium, Geonebrardum, Lutheranorum actorum historias scribentes. Gulielmum Damasi Lindanum Ruremundensem Episcopum, tam in Apologetico ad Germanos pro religionis Catholicæ pace, atque solida Ecclesiarum in vero Christi Iesu Evangelio concordia, quam de cõcordia discordiæ Saxonica, Felicianum Ninguardam: Georgium Ederum Cæsaris Consiliarium. Thomæ Stapletoni secundam editionem librorum de principiis demonstrabilibus, & de iustificatione. Laurentium Faureum Arturum, qui aduersus quandam hæreticum Antonium Sadeelem scripsit præter alia pereruditum ac vtilissimum librum de Christi in terris Ecclesiã, variis in locis, sed potissimum. cap. 30. Et ipsum in primis sacrosanctam Tridentinam Synodum.

Etsi autem quicunque de fidei dogmatibus scripserunt huc referendi sunt, ex his tamen præcipua fundamenta peti possunt, quæ aduersus confessionem Augustanam faciunt. Robertum Bellarminum. Caroli Quinti Imperatoris Edicta duo aduersus doctrinam omnem Lutheri.

E X A M E N P I C A R D I C A E S E C T A E, Q U A E mixta est ex Lutheranis, Caluinianis, & Anabaptisticis hæresibus. Caput XV.

E T S I Picardica Secta radices in Boëmiæ Regno, atque in Moravia satis altas egit, non erat tamen ita omnibus (ne ipsis quidem Boemis) cognita, sed Venceslaus Sturmius Societatis nostræ Theologus, cum Litomislij, quæ Boëmiæ ciuitas est, patria lingua librum de illa satis grandem atque eruditum edi curasset, inconstantiam, & impietatem eius sectæ patefecit, ac mirificè peritrix. Ex eo igitur potissimum, deinde & ex ipsis Regum Boëmiæ edictis, quorum authographa vidimus, ea quæ huc spectant paucis attingam.

Picardi VValdenses, quos in Boëmia Boleslavienses fratres appellant, de suis dogmatibus per se cum ipsi pugnarunt: quæ vna res satis ostendit, à Deo, qui vnus, & cuius vna Ecclesia, & vna fides est, Picardicam sectam haud esse profectam.

Etenim cum scriptis & confessionibus quasi supplices continenter rogēt, vt sibi certior, & magis salutaris doctrina ostendatur, quā libenter, inquit, sunt amplexuri, cōiunguntur ad sanā doctrinā nunquā peruenisse; & vero ista hypocrisis Catholica fidē tanquā iugū excutere, atq. hæreses alias oēs (id q̄ faciunt) præ sua despiciere.

Nota

Porro inter Picardos ij doctiores habentur, qui Lubancium (sic vocant) oppidū Morauie incolunt, quos constat ne Latine quidem nouisse, atque originem suam, vt ab hominibus à fide Catholica, sic ab omni pietate alienis duxisse. Neque enim ipsimet diffitentur se initio à Rokizana Boëmo Parocho, atque ab eius affectis sacerdotibus, grauisimis erroribus, de quibus sollicitam (vt aiunt) si Deo placet, cōscientiā gerebant, fuisse liberatos: nempe cum ex ipsius Rokizana consilio libros, & scripta Petri Kelticensis attentē legissent.

Vide pag. 70 & 71. Sturmij.

Sturmij pag. 44.

Fol. 81.

Notate principes.

Nota

Arqui postea Rokizanam hoc ornant elogio, quòd homo superbus sibi in doctrina non constiterit, ne propter veritatem Dei persecutionem pateretur; eiusq. opera factum esse aiunt, vt fraudulenter Taboritæ homines sancti, & pij (sic eos vocant) funditus extirpati fuerint. Præterea & ipse Petrus Kelticensis quem Ducem in religione constituerunt, sequentes errores immanes docuit. I. Nullos Christianis Magistratus esse gerendos in Republica. II. Non esse ad prophanos Magistratus, ob sui defensionem confugiendum. III. Nec fures, neque latrones in vincula conijciendos, aut plectendos esse. IIII. A Christianis nec pendenda tributa, neque operas Dominis esse præstandas. Præterea damnauit omnes leges humanas, Imperatorum, Regum, Prouinciarum, & Ciuitatum, Denique spreuit omnes ordines Patricios, & Equestres, ac quoscunque nobiles, quorum etiam imagines contempnim varijs additis ludibrijs, qui eum securi sunt, pingunt. V. Perniciosissime vero ijdē cum illo docēt infantes ad futuram fidem, & ad futuram remissionem peccatorum esse baptizandos; Quasi vero dum baptismus confertur, non conferatur eodem tempore & peccatorum remissio, & fidei donum. Præterea blasphemant, Baptismum infantibus illis, quibus fides propria & aliena ferre nō potest auxilium, nequaquam prodesse. Ex quo per istos efficitur, infantes (licet baptizatos) reuera tamen per baptismum nec esse participes Christi, neque ex sancto Spiritu renasci, nec peccati originalis culpæ siue reatus remissionem assequi. Quare ecqua istis sine baptismo erit via salutis? sed & ipsimet Picardi negant hominem Baptismo verum Christianum effici; quamobrem eos, qui ante vsum rationis, atque (vt ipsi loquuntur) ante annum duodecimum moriuntur, damnari putant. Item infantem credunt in hæresinatum esse rebaptizandum, Et ad eas redacti sunt infantes, vt neque per baptismum, nec alia sacramenta, sed per propriam fidem quis iustificetur. Hinc igitur Christi & sapientiæ, & instituto, & merito passionis, maxima infertur iniuria.

Fol. Ecc. 7 & 4. & 5. & clauus fol. K. & 7. & ad 2. k. 4. k. 6. Sturmij pag. 201. & 203. 211. Sturm. pag. 19. 296. 310. 311. Anno 1574 art. 12.

Quod si quis de ijs quærat cur igitur ipsi baptizent infantes? Respondent. Vt obligentur parentes, & adsciscantur Susceptores, qui baptizatos in fide & bonis moribus ad annos vsque discretionis instituunt, donec propriam fidem, per quam iustificentur, profiteri queant. Sic isti nouam Susceptorum & baptismi adhibitionem pepererunt, non ad regenerationem, sicut Christus instituit.

Illud autem aduertendum est (vt sibi nunquam falsitas constat) plures iam facti se ab illorum suorum Apostolorum orbita, seu potius cœcitate deflexisse. Recentem enim confessione edita errorem de Baptismo retractarunt. Fatentur enim se ex scripturis denique intellexisse iterationem Baptismi in Ecclesia non esse necessariam. At sane potuissent ante 1500. annos ab Ecclesia Catholica hanc veritatem doceri. Et vt poterant edoceri, ita corrigere aperte deberent istum de Baptismo infantum errorem, nisi cum iam illud non doceant, & tamen callide occultent, subdole alios in suorum maiorum pedicæ incautos trahunt,

Quod

A Quod vero adhuc in eodem errore versentur, testatur præfatio eiusdem nouæ illorum confessionis, cum suæ sectæ originem scribunt. Hi enim sunt (inquiunt) nostri Principes, Auctores, & maiores, quorum doctrinam, & pia studia hæcenus imitamur. Hæc illi, Et liquidius in confessione Regi Ladislao oblata affirmant, Baptismum maiore cum certitudine esse in hominibus ratione vrentibus, Verum enim uero Ecclesia & credit, & credendum præcipit omnes infantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti aqua saluari ablutos, si in illa innocentia, antequam mortaliter peccare possint, ex hac vita decesserint, certissimè vitam consequi æternam. Præterea eadem confessione Picardi, omnes homines in peccato concipi, & nasci, & natura filios iræ fieri dicunt, & eius peccati fructum esse æternam damnationem. Quòd autem Sacramenta, nihil (vt blasphemant) in hominibus operentur, ac propterea opus sit ante baptismum iustificari, extat eorum scriptum, quod ita habet. Fratres nostri ita docent, quod Sacramenta per se, & seipsis, seu externo illo opere, (porrectione videlicet, & acceptatione, vel vsu) nulli, qui non sit prius per spiritum Sanctum viuificatus, & qui (vt dicunt) bonos motus in se non habeat, præbeant gratiam, neque iustificantem, neque viuificantem fidem, atque ita non iustificetur in spiritu, neque regeneretur. Itaque & nunc si discesserit ante annos discretionis esse damnandum opinantur.

Confessio Anno 1574 edita. pa. 6.

Anno 1570 pag.

Anno 1574 art. 4. pag. 12. & 13. De hoc vide art. 11. de sacram. in communi pag. 55.

Addunt impium, & pestilentissimum errorem aduersus Sanctissimam Trinitatē. Dei enim opera ita ad extra secundū distinctas personas diuidunt, & opus creationis autumant adeo peculiare esse Dei Patris, vt id neque ad filium Dei, neque ad Spiritum S. vlatenus spectet: Ex quo efficitur, tribus Sanctissimæ Trinitatis personis, non eandem esse Deitatem, non eandem naturā, non eandē potestatem, non eandem sapientiā, non eandem coæternam Maiestatem; si quidem distinctas formas, & naturas habeant necesse est, quorum operationes & actus diuersi sint. Ecquid autē isti aliud agunt, quàm quod filium Dei & Spiritum sanctum sua Diuinitate spoliant, atque ita latissime viam ad Arianismum sternunt? Cæterum Picardi sua confessione de fide Sanctissimæ Trinitatis aperte hoc, quòd diximus, enunciant. Negant itē verū corpus, & sanguinem Christi esse in sanctiss. Sacramento altaris. Accedit eorū dubitatio in fide, ipsaq. ignoratio necessariorū ad salutē articulorū. Etenim respondentes ad terrum Lelicensū scriptum, narrant inter sese ortum esse dissidium in primis Nū iuramentū à fratribus exigendū sit? Deinde; Nū qui Magistratū gerit, locū in Ecclesia, & salutē cōsequi possit? Neque enim multo antea existimabat bar-

pag. 1701. Anni 1574 art. 3. fol. 9. pag. 351.

Fol. 70. Fol. 83. & 5. cap. 3. Fol. 47.

baros esse, idololatrias, ac paganos, qui Rēpub. administrant. Quos errores reliquorū suorum fratrum agnoscit Lucas quidam, respondens scripto alterius, quē sua lingua vocat Kalencz, anno huius seculi. 23. eaq. responsio Boleslavia edita est, in qua ijdē errores extant, se verò, inquit, istū errorem emendasse, deq. eo poenitentiam egisse. Præterea scriptis cōtra Lelicenses editis aperte asserunt se dubitasse, quidnā de cœna Domini esset credendū, cū orta fuisset inter Taboritas ea de re, & alios sacerdotes acris dissenso. Sic. n. ex ijs viri quinquaginta in syluas, & mōtes Ziambergenses sese contulere, homines rudes, & prophani, tanquā ad nescio q̄ Synodi genus de tota re deliberatum: id quod scripto contra Lelicenses ipsimet recēsent. At & fatetur se processisse ab illa Hufsi parte, in qua sacerdotes vtrāq. specie porrigētes Catholica Ecclesiæ ritus, & myteria celebrāt: Ec quis igitur (bone Deus) vno momēto tantā rudibus, neq. verò vel Episcopis, vel sacerdotibus, nec legitime vocatis tradidit facultatē docendi, & administrandi Sacramenta atque eos recipiēdi, quos sacerdotes ementito nomine creabāt, siue quos ad se ipsos seducebant? Si quis autē ei sedæ se addixisset, hūc iterū esse baptizandū, deinde infantes baptismum imitari in fidē futurā, & remissionē peccatorū futurā, atq. alia eiusmodi cōmentā impia (vt & superius diximus) cōmentū sūt. Cū autē maiores illorū docuissent in Ecclesia esse ab ipso Dei filio septē instituta Sacramenta (quæ ex eorū cōfessione edita & Regi Ladislao oblata liquet) postea respondentes cōtra Lelicenses, duo tantū esse asseruerunt ad salutē necessaria à Christo: cætera vero quinque ab Ecclesia sancta ob ministrerū multorū

Fol. 51.

Anno 1574 art. de numero & differentia Sacramenti, fol. Num. 2. Fol. 287.

Sf 2 singulare

singulare constituta, quæ cum veritati inseruiant, hæc sese nomine constitutionis humanæ non rejicere: Neque vero hic constiterunt. In decreto enim articulo, ubi quærent, ecquis instituerit Sacramenta, scripserunt tria à Christo fuisse instituta, reliqua vero suam veritatem, & dignitatem ex tribus alijs consequi. Nèpe Ordinem sacrum, Matrimonium, & extremam vnctionem, quæ tribus alijs contineatur, quæque suo tempore sint necessaria, & ad salutem vtilia. Verum illud omittunt, nū fuerint à Christo, an ab hominibus instituta. Deinde eodem decreto ubi agunt de ministerio ad sacram vnctionem octo docent esse Sacramenta: Sic enim aiunt: Notum sit, quemadmodū rationem de Sacramentis ex Reu. Magistri scripto subducentes, nos octo Sacramenta credimus ad extremā vnctionē. Hac verò (aiunt) se vfos fuisse initio, sed denique omisit: postea verò ob varias causas discutendum iterum suscepisse, an ea uti deberet. Quo iudicio absoluto vnctionem sustulere, nisi quis eam necessario cupiuisset, potissimum is qui egeret testimonio remissionis defectuum, qui ratione sensualitatis (vt vocant) corporis profuxissent. Sic pro sua libidine numerum, essentiam, vsumq. Sacramentorum mutare sunt ausi. At nondum finis; Paruo enim Catechismo iam docent duo tantum esse Sacramenta, Baptismū, & Coenā ab ipso Christo instituta. Et olim dicebant malum sacerdotē Sacramenta polluere, responsione edita aduersus Lelicenses. Postea in Confessione tradiderunt res istas ministeriales ex se non conferre sanctitatem; ad quarum administrationem, si malus sacerdos accesserit, eas pollui dicunt. Verum aduersus hoc rursus hac noua Confessione asserunt, Sacramenta vim suam nunquam amittere, sed semper eā ex Christi instituto retinere, siue probus, siue improbus sit sacerdos, siue hypocrita, siue occultus peccator. Quamobrē aliquando docent Sacramēta esse verā nouamq. generationē ex virtute Dei, & remissionem peccatorum conferre, idque virtute sibi in Christi sanguine data operari. Quanta autem sit distinctio inter nouæ & antiquæ legis Sacramenta docent eo scripto, quod contra Lelicenses ediderunt. Rursus alibi his contradicunt, Sacramenta, aientes, nuda esse tantum signa, inuisibilis gratiæ, & promissionum Christi, quare & cum circumcisione, ac cum alijs veteris legis mysteriis comparant. Quodque Sacramenta nihil in homine operentur, neque nouam generationem, neque remissionē peccatorum. Vide nouam eorū Confessionem de Sacramentis in communi. Librum item de iterando Baptismo. Denique in articulo decreto de sacro ministerio baptismi iterando. Accedit ad hæc omnia fraus, & inconstantia in mutilandis, mutandisq. quot subinde aut à maioribus suis libros acceperunt, aut ipsi ediderunt. Verbi gratia. Extat bis de iterado baptismo liber, primo Belæ impensis Vlrici Veléris à Minchovv: Deinde iterū editus, sed cui nec tempus, nec locū adscribere. In vtroque autem magnopere variatum est, tertiamq. partem primi à secundo edito absciderunt. Ediderunt quoque nouissime nouam fidei confessionem, quam tādē habeant ceu testem certissimum, & fidelissimum doctrinæ ac fidei illius, quam à sanctissimis (inquiunt) maioribus suis primis Ecclesiæ Christi repurgatoribus acceperunt. Proinde hanc volunt certissimam esse regulam ac normam, secundum quam intelligantur tum maiorum suorum scripta, quæ vel huc vsque ediderunt, vel si qui in posterum edituri sint hi emendentur, & corrigantur. At tamen & hanc ipsam bis eodem anno cum Boëmicè euulgassent in lucem, varie immutarunt, inuenterunt, auxerunt; id quod tum alibi, tum certè vno articulo, qui est duodecimus de baptismo liquet. Mira profecto regula, quæ nunc recti quicquam ea habet, quippe quod inanem gloriam & lucrum quærent, nō quæ sunt Christi. Itaque ad tempus, & ad rationem personarum sese tantū attemperant.

Quæ cū omnia idē Cencelaus Sturmius Theologus copiose manifestasset atque optime confutasset, ii veteribus exemplaribus omisis, & suppressis (quoad eius fieri potuit) alia edidit, erasis, & immutatis quæ contra sese facerent, Lutheranos, & Calvinianos in hac quoq. arte imitati. Quamobrē nec habēt quid respondeant, si quis de illis quærat, nū Spiritū sanctū, veramq. fidē maiores sui habuerint? si enim habuerunt, cur fidem illorum isti non sequuntur? cur è contrario libros, & scripta eorum

Nota.

Fol. 44.
Anno 1570.
fol.
N. 3.Artic. 21.
fol. 70.Fol. 44. 92.
106. 259.
288.Anno 1574
art. 11. fol.
54.
Fol. H. L. 1.Anno 1571
Anno 1574

B.

C.

D.

E.

A eorum reformant? cur diuersum ab illis dicunt, & quidem in regula fidei, atque ubi prorsus contradictoria proferunt? Quod si Spiritum illi sanctum non habuerit, cur pro patribus agnoscunt? cur sese illorum discipulos iactant? cur aiunt illos ad Papistam idololatriam repurgandam fuisse missos à Deo? Et vero hoc magis esset mirandum, nisi Diuino iudicio, sic omnes solerent hæretici eadem prorsus facere, quorum alios arguunt, in quos illud rectissimè quadrat: Inexcusabilis es, o homo, omnis, qui alium iudicas. Nam in quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Sanè contra Lelicensium scriptum vehementer illis indignantur, quod omnes (inquiunt) Communitates, quæ cum illis non consentiunt, sic spernant, & damnēt, vt sese solos à Deo missos gloriantur. O miseri (aiunt) seniores de Lelicz quantum facinus auerit? adeo licenter quamlibet factionem, quæ vos non audierit, scripturæq. sacræ nixa vestris mentibus haud satisfaciet, pro Ecclesia Antichristi ducitis, & impiè condemnatis? Quid vero de Luthero dicant, cui nec parant, extat in libro edito aduersus VVoitechum à Pernstain. Quo in libro eodem Lelicenses grauissime obiurgant, quod ob sui singularem amorem proprium, (hoc est superbiam) statuerint sectam sibi ab omnibus alijs segregaram, & dissidentem. Ac vero temerè noui sacerdotium excitauerint, quod officijs, consuetudine, sensu (vt verbis eorum vtar) ab alijs prorsus sit disunctum. Quod quidem veluti crimen contra conscientiam grauissimum vehementer exaggerant, quippe quod (aiunt) in Ecclesia pariat schismata & dissensiones: Hæc illi. At cum ipsi in initio secesserint ab Ecclesia Catholica, nouosq. ministros, & alia instituerint, ecquid sceleris se patrassè putauerint? Certè in confessione sua fatentur sese ab omnibus alijs secreuisse alio impulsu spiritu, quam Taboritas: nouamq. fecisse secessionem, quæ quidem quam absurda, & impia fuerit, Sturmius ipse in Boemico suo libro accuratè & doctè persequitur.

Atqui Picardi in eo libri Prologo quem aduersus VVoitechum scripserunt, huic vitio vertunt, quod cum neque sacerdos, neque Theologiæ Doctor creatus sit, scripturæ tamen interpretandæ, & Ecclesiasticarum rerum administrandarum sibi ius vsurpet. Quæ si à Catholicis obijciantur Picardis, quid dicent? Ceterum nobilis ille vir, cur ad eiusmodi fratres à Religione Catholica secedere noluerit, rationem reddidit fidei suæ, non autem ea sibi vsurpauit, quæ Picardi viro constanti, & probo obiecerunt. Quasi vero fratres isti cum sint rudissimi artifices, & operarij, atque à stua abstracti potuerint sacerdotium, & munus Episcopale ac ipsam Christi Domini auctoritatem sibi vsurpare, & novos Apostolos, Episcopos, Sacerdotes, Diaconos, nouam locieratem, nouos ritus instituire; ac vero prescribere pseudoepiscopis, & pseudosacerdotibus suis, quam ratione scripturam exponere, Sacramenta administrare, & alia id genus facere debeant: Catholico autem viro non licuerit fidei suæ rationem reddere? Num autem sacerdotes sint ipsi Picardorum Ministri, iudicium esto omnium, qui Theologica vel summis labijs degustarunt. Sturmius autem id fusius, & doctè suo libro contrarium ostendit apertissime.

Verumenimvero, quando hæc non essent, quibus ista secta à Satana profecta esse manifesto deprehenditur, vel vnum sat esset, cum dicunt sese credere, sentire, docere, quod docent, sentiunt, & credunt omnes Ecclesiæ, quæ post Lutheri tempora ab vnitae Ecclesiæ Catholice sese subdixerunt: cum tamen notissimum sit tot sectas inter sese dissectas planèq. inuicem oppositas, cum anathematibus sese mutuo confodiant, à solo Sathana agi. Quod autem ita senserint, & locuti sint, extat eodem in libro aduersus Voitechum ipsorum aduersus seipos testimonia. Aiunt enim se credere Ecclesiam Catholicam ministerialem esse omnem Christianitatem sub roto cœlo, suam verò vnitatem esse tantum partem illius, velut & Romanam, Boemicam, Lutheranam, Zuinglianam, Calvinianam, & alias id generis. Et confessione anni 1574. articulo octauo de Ecclesia sancta sic habent, Interim docent fratres nostri de sua congregatione, vel vnitae sentire id, quod de alijs Christianis paruis, vel magnis vnitatibus sentire decet, quod ea non sit sola Ecclesiæ, sed tantum pars eius veluti fuit Corinthiaca.

Fol. 163.
Anno 1558
fol. 15. 52.
53. 54.Anno 1574
Prolog. fo.
6.Pag. 61. v.
que ad 93.Sturmius
à pag. 108.
vsq. ad 135

Pag. 15.

Anno 1574

art. 8. pag.
40.

pag. 6.

Ac tamen cum hæc dixissent rursus scripto suo contra Helicenses contrariū pronunciarūt. Nempè memoratos hereticos inter se nec sensu, nec doctrina, neque interpretatione cum sacra scriptura esse cōcordes. Quælibet enim (aiunt) vnitas Christiana scripturis sacris, prout optimè norit, vtitur: Nec vlla ex his sectis moueri se sinat, aut doceri, vel sacre scripturæ expositionem recipere audet, timens ne hac tanta de religione discordia decipiantur ab aliquo.

Qui ergo fieri potest, vt inter has, quæ non solum inuicem, sed inter sese (vt ostensum est) sunt diuisæ; sit aliquis ordo, vnanimitas, concordia, charitas, & in primis vnus Deus, vnâ fides, vnus verus sacre scripturæ sit intellectus? Quem ergo habebunt spiritum sapientiæ, intellectus, consilij?

Cum olim Taboritæ cum sacerdotibus, & magistris Pragensibus (præter alios articulos fidei) potissimum de corpore Christi in venerabilissimo Sacramento conuenire nequiuissent, grauisq; inter eos dissensio per multos annos extitisset, mutua item bella inter eos orirentur, omnes Regni Boëmiæ ordines sub vtraque specie comunicantes, nullis laboribus, vigilijs, & sumptibus pepercerunt, vt eos ad concordiam adducerent, nec tamen quicquam effecerunt. Tandem Pragæ conuenientiam statuerunt, vt sabbato post festum sancti Procopij tam Taboritarum, quam Pragensium sacerdotes conuenirent, deq; articulis, qui controuertebantur, colloquerentur. In quibus autem consentire inuicem non possent, eos proximis comitijs post trium Regum festum celebrandis scriptos proponerent. Ac quidquid in ijs secundum scripturas, & sanctos Patres in scripturis legitime fundatos esset probatum: id omnes vnanimis admitterent, crederet, docerent, neque vero alios sacerdotes, Parochos, aut Concionatores in suis ditionibus ferrent. Idq; sub grauissima pœna: nimirum amissione ipsius causæ, atque adeo ipsius honoris (vt dicunt) & famæ. Quæ omnia pactis, conuentis, literis, iuramentis, ac propriorum sigillorum appensione, atque appensione se seruaturus inuolabiliter mutuo promiserunt. Quod tamen postea in irritum celsit: Valdenses & reliquis, per talia conciliabula, iterum, atque identidem pacem quærentibus, & non inuenientibus, iam de hypocrisis, de baculo, & pera, de voce exili, de externa demissionis & humilitatis larua, quibus antea vsi sunt, donec erumperent, superuacaneum est loqui. Hæc enim iam ita sese prodiderunt, vt aliæ quoque hæreses à Picardica metuât. Itaque hinc viderint omnes, quibus Picardica secta sapere incepit, quam temerè eam commendent, aut ad eam prouocent; eam certè Synodis omnibus legitimis, hoc est Apostolica doctrinæ, quam vna ipsa Catholica Ecclesia semper tenuit, antepone, aut delirum, aut perfidum caput sapit.

Nota

RATIONES DECEM QUIBUS FRETUS,
certamen aduersarijs obtulit in causa Fidei, Edmundus Campianus
E Societate IESU Presbiter: Allegata ad Anglicos
Academicos. Caput XVI.



OGNITA hæresum origine & qualitate, quæ Germaniam primo, deinde reliquas Europæ nobiles partes infecerant, Rationes aliqua breuissima, at valida erant adiungenda, quibus ab ijs quoque qui Reip. operam nauant, aut Principem obtinent locum responderi Aduersarijs Fidei Catholicæ, vel offerri quoque certamen in causa fidei posset. Hoc verò cum aptissime præstiterit Edmundus Campianus Societatis nostræ, qui postea martyr in Anglia fuit insignis, Rationes decem illius compendiosissimas, sed fecundas, huc adteximus; epistulamq; ipsius ad Academicos Anglos præposuimus; tum vt constet modus, & occasio, qua illas ijs obtulit: tum ne pereat libellus, sine potius gemma, quam de medio tollere, ac sepelire Caluiniani hæretici omni conatu studuerunt.

ED-

Edmundus Campianus, Academicis Oxonijs florentibus & Cantabrigiæ, S. P. cupit.

Anno præterito, cum ex instituto vitæ meæ, iussus in hanc Insulam remeassem, clarissimi viri, offendi sanè fluctus haud paulo seuiore in Anglicano littore, quam quos in Oceano Britanico recens à tergo reliqueram. Mox interiorē in Angliam vbi penetrassem, nihil vidi familiarius, quam inuitata supplicia: nihil certius, quam incerta pericula. Collegi me vt potui, memor causæ, memor temporum. Ac ne prius forte corripere, quam audire à quopiam fuisset, scripto protinus mandauit consilium meum, qui venissem, quid quærerem, quod bellum, & quibus indicere cogitarem. Autographum apud me habui, vt mecum, si caperer, caperetur: Exemplum eius apud amicum deposui, quod, me quidem nesciente, pluribus communicatum est. Aduersarij publicatam schedulam atrociter acceperunt, cum cetera, tum illud inuidiosissime criminantes, quod vnus omnibus in hoc religionis negotio certamen obtulissem; quanquam solus in acie non eram futurus, si fide publica disputassem. Responderunt postulatis meis, Hammerus, & Charcus. Quid tandem? Otiose omnia. Nullum enim responsum præter vnum honeste dabunt, quod nunquam dabunt: Conditiones amplectimur, Regina spondet, aduola. Interea clamant isti: Sodalitium tuum, seditiones tuas, arrogantiam tuam, proditorem sine dubio, proditorē. Ridicula. Operam & oleū & famā homines non insipientissimi cur profundunt? Verum his duobus (quorū prior animi causa meam chartam delegit in quam incurreret: alter malitiosius totam rem conuoluit) præbitus nuper est libellus admodum luculentus, qui quantum oportuit, tantum & de Societate nostra, & de horum iniurijs, & de prouincia quam sustinemus, edisserit. Mihi supererat. (quoniam, vt video, tormenta non scholas parant antistites) rationem facti mei vobis vt probarem; capita rerum, quæ mihi tantum fidentia pepererunt, quasi digito fontes ostenderem: Vos etiam hortarer, quorum interest præter cæteros, incumbatis in hanc curam, quæ à vobis Christus, Ecclesia, Respublica, & vestra salus exigunt. Ego si fretus ingenio, litteris, arte, lectione, memoria, peritissimum quemq; aduersariū prouocauit, fui vanissimus, & superbissimus, qui neque me, neque illos inspexim: Sin causam intuitus, existimaui satis me valentem esse, qui docerem hunc solē meridie lucere, debetis mihi feruorē istum concedere, quem honor IESV CHRISTI Regis mei, & inuicta veritas imperarunt, Scitis, M. Tullij in Quintiana, cum ei Roscius victoriam adpromitteret, si efficeret argumentis, septingenta millia passuum non esse decursa biduo, non modo nihil veritum articulos & nervos Hortensij, sed ne grandiores quidem Hortensio Philippos & Cottas, & Antonios, & Crassos quibus maximā dicendi gloriā tribuebat, metuere potuisse. Est enim quædam veritas tā illustris, & perspicua, vt eam nullæ verborum rerumve præstigiæ possint obruere. Porro certius est quod nos agimus, quam illa fuit hypothesis Rosciana. Nam si hoc præstitero, cælos esse, sanctos esse, fidem esse, Christum esse, causam obtinui. Hic ego non sum animosus? Equidem occidi possum, superari non possum. Ijs enim doctoribus insisto, quos ille Spiritus erudit, qui nec fallitur, nec vincitur. Quæso à vobis vt salui esse velitis; A quibus hoc impetraro, reliqua minime dubitanter expecto. Date modo vos huic sollicitudini, Christum obtestamini, industriam adiungite, profecto sentietis id, quod res est, & aduersarios desperare, & nos tam solide fundatos quieto magnop; animo hanc arenam ex petere oportere. Breuior hic sum, quod reliquo sermone vos alloquor. Valet.

RATIONVM CAPITA.

- 1 SACRÆ Litteræ.
- 2 SACRARVM Litterarum sententia.
- 3 NATVRA Ecclesiæ.
- 4 CONCILIA.
- 5 PATRES.

- 6 FIRMAMENTA Patrum.
- 7 HISTORIA.
- 8 PARADOXA.
- 9 SOPHISMATA.
- 10 OMNE genus testium.

RATIO-

RATIONES OBLATI CERTAMI- nis reddita Academicis Anglia.

PRIMARRATIO. Caput XVII.

SACRAE LITTERAE.



Augst. lib. 28. contr. Faust. ca. 2. Ep. de viil. cre. cap. 3. Matt. 1. Ait. 2. Iron. l. 1. cap. 16.

Præf. in epi. Ia. vide etiã lib. de capt. Babi. & Cent. 2. Magd. pag. 58.

Jac. 2. Bibl. Ge. Tob. 12. Eccle. 15. 1. Mac. 12. 1. Mac. 15. + si sunt. Baruch. Tobias. Iudith. Sapiemia Ecclesiast. duo Mach. + Ex nou. Testam. Epist. Iacobi. Epistol. ad Heb.

Epi. Iuda. Epi. 2. Per. Epi. 2. c. 3. Ioan.

Ita cõsent. Lut. in præf. mag. cõt. 1. li. 2. c. 4. Kem. in cõsam.

Conc. Tri. Sels. 4. De doc. Chr. lib. 2. c. 8. Sefs. 4. Vide Mel. Cõ. lib. 2. de lo. Theo. c. 9. 20. 11. De Prad. Sã. c. 14.

Nota

VM multa sunt, quæ aduersariorum diffidentiam in causa loquuntur: tum nihil æque, atque sanctorum maiestas Bibliorum fœdissime violata. Etenim qui, postea quam reliquorum testium voces & suffragia contempserunt, eo sunt redacti, nihilo secius ut stare nequeant, nisi diuinis ipsis codicibus vim & manus intulerint: Ij se profecto declarant extrema fortuna configere, & rebus iam desperatis ac perditis experiri durissima velle atque vltima. Manichæis quid causa fuit, ut Euangelium Matthæi & Acta resergerent Apostolica? Desperatio. His enim voluminibus cruciabantur, & qui Christum negauerant prognatum de virgine, & qui spiritum Christianis tum primo cælitus illapsum sinxerant, quum ipsorum Paraclerus, Persa nequissimus, erupisset. Quid Ebionæis, ut omnes Pauli repudiaret epistolas? Desperatio. His enim suam dignitatem retinentibus, antiquata circumcisio est, quam isti reuocauerant. Quid Luthero, ut epistolam Iacobi contentiosam, tumidam, aridam, stramineam, flagitiosam apostata nominaret, & indignam spiritu censeret Apostolico? Desperatio. Hoc enim scripto confossus miser atque diruptus est, cum in sola fide iustitiam constitueret. Quid Lutheri catulis, ut Tobiam, Ecclesiasticum, Machabæos & horum odio complures alios, eadem calumnia comprehensos, e sincero Canone repente dispungerent? Desperatio. His enim Oraculis disertissime coarguuntur, quoties de Angelorum patrocinio, quoties de arbitrij libertate, quoties de fidelibus vita defunctis, quoties de Sanctorum hominum intercessione disputant. Itane vero? Tantum peruerfitatis, tantum audaciæ? Cum Ecclesiã, Concilia, Cathedras, Patres, Martyres, Imperia, Populos, Leges, Academiã, Historias, omnia vetustatis & sanctitatis vestigia conculcassent, scripto Dei verbo tantum controuersias velle dirimere proclamassent, illud ipsum verbum, quod solum restiterat, exlectis è toto corpore tam multis, tam bonis, tam speciosis partibus, delumbasse? + Septem enim ipsos de veteri testamento codices, ut minuta dissimulem, Caluiniã præciderunt: + Lutherani vero etiam Epistolam Iacobi, & huius inuidia, quinque alias, de quibus aliquando fuerat & alicubi controuersum. His quoque libellũ Hesteris, & tria pene capita Danielis annumerat nouissimi Geneuenses, quæ quidem Anabaptistæ istorum condiscipuli iam pridem damnauerat atque deseruerant. Quanto modestius Augustinus, qui sacrosanctum catalogum pertexens, non sibi, neque Alphabetum Hebraicum, ut Iudei, neque priuatum spiritum, ut Sectarij, pro regula posuit: sed illum spiritum quo totum corpus Ecclesiæ Christus animat? quæ quidem Ecclesiã custos huius depositi, non magistra, quod hæretici caulantur, thesaurum hunc vniuersum, quem Tridentina synodus est amplexa, vetustissimis olim conciliis publicitus vendicauit. Idem Augustinus de vna scripturarum particula speciatim differens, inducere in animum non potest librum Sapientiæ, qui iam tum, Ecclesiæ calculo, temporum serie, præcorum testimonio, instinctiõne fidelium, ut firmus & Canonicus robur obrinuerat, cuiusquam temeritate vel susurro, extruã extra canonem oportere. Quid ille nunc diceret, si viveret in terris, & Lutheros Caluinosq. concerneret opifices Bibliorum; qui sua lima politula & elegantula vetus nouumq. Testamentum raserint, neque Sapienciam tantum, sed & alia permulta de Canonicorum librorum ordine segregauerint: ut quidquid ex horum officina non prodierit, illud ab omnibus, phrenetico decreto, tanquam incultum & horridum conspuatur? Ad hoc tam dirum & execrabile perfugium qui descenderint, ij certe, licet in ore suorum affectarum volitent, Sacerdotia nundinentur, de-

A tur, deciamitent in concione, ferrum in catholicos, equuleum, crucemq. consciscant, tamen victi, abiecti, squalidi prostrati sunt; quandoquidem arrepta virgula censoria, velut arbitri sedentes honorarij, diuinas ipsas tabulas, si quæ ad stomachũ non fecissent, obliterant. Ecquis est, vel mediocriter institutus, qui talium cuniculos hostium reformidet? qui hostes, quamprimum in corona vestra eruditorum hominum, ad eiusmodi veteratorias artes tanquam ad familiarem dæmonem currerent, non aurium conuitio, sed strepitu pedum exciperentur. Quærem ab illis, verbi gratia, quo iure corpus Biblicum derruncet atque diripiant. Respondent, non se veras scripturas excindere, sed excernere suppositias. quo iudice? Spiritu sancto. Hoc enim responsum à Caluino præscribitur, ut Ecclesiæ iudicium, quo spiritus axaminantur, subterfugiat. Cur igitur alias alij lancinatis, cum omnes eodem spiritu gloriemini? Caluiniã spiritus recipit sex epistolas, quæ spiritui non placent Lutherano: freti tamen vterque sancto spiritu! Anabaptistæ, historiam Iobi fabulam appellat, tragicis, & comicis legibus intermixtam. Qui sciunt? Spiritu docente. Castalio, mysticum illud Salomonis Canticum, quod ut paradylum anime, ut manna reconditum, ut opiparas in Christo delicias catholici admirantur, nihilo pluris, quàm cãtinelam de amicula, & cum pedissequis aulæ colloquium amatorium, venereus furcifer æstimauit. Vnde hausit? à spiritu. In Apocalypsi Ioannis, cuius omnes apices excessum aliquid & magnificum sonare confirmat Hieronymus; tamen Lutherus, & Brentius, & Kemnissius quidam, nescio quid, difficiles Aristarchi desiderant; eò scilicet propendentes ut exauctoretur. quem percontati? spiritum. Quatuor Evangelia feruore præpoterò Lutherus inter se committit, & prioribus tribus epistolas Pauli longe præferens, vnicum deinceps Euangelium Ioannis, pulchrum, verum, præcipuum decernit esse nominandum, quippe qui, quod in ipso fuit, libenter etiam Apostolos suarum rixarum socios adscripsisset. quo doctore? spiritu. Quin etiam iste fraterculus non dubitauit Euangelium Lucæ petulanti stylo perstringere, quod in eo crebrius bona nobis virtutum opera commendentur. quem interrogauit? spiritum. Theodorus Beza verbum illud arcanum ex Lucæ vigesimo secundo capite, Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui (calix) pro vobis fundetur: ausus est ut corruptum vitiatumq. traducere, quod hæc oratio nullam expositionem nisi de vino calicis conuerso in verum Christi sanguinem patiatnr. quis indicauit? spiritum. Denique cum omnia credant suo quisq. spiritui, nomen sancti Spiritus horribili blasphemãia mentiuntur. Qui sic agunt, nonne se produnt? nonne facile refutantur? nonne in confessu talium virorum, quales estis Academici, tenentur, ac minimo negotio constringuntur? Cum his ego timeam pro fide Catholica disputare, qui pessima fide voces non humanas, sed æthereas tractauerit? Nihil hic dico quæ vertendo peruerterint, quamuis intolerabilia sint quæ accusent. Gregorio Martino scientissimo linguarum collega meo, qui doctius & plenius hoc præstabit, nihil præripio, nec alijs quibus id laboris esse iam præmanibus intellexi. Facinorosus crimen est ac tetrius, quod nunc persequor: Inuentos esse doctorculos, qui temulento quodam impetu in cæleste chyrographum inuolarent: id ipsum pluribus locis, ut maculatum, ut mancum, ut falsum, ut surreptitium condemnarint: eius partes aliquas correxerint, aliquas corroserint, aliquas euulserint: Huic, omne propugnaculum quo muniebatur, in Lutheranos spiritus, tanquam in valla phantasmatum pietosq. parietes commutarint: ne prorsus obmutescerent quum in scripturas erroribus suis infestas impingerent, quas nihilo commodius expedire, quam sorbere fauillas aut saxa mandere potuissent. Hæc ergo mihi prima ratio vehemens & iusta fuit, quæ vbi partes aduersarias vmbaticas & fractas ostendisset, animum sane addidit Christiano & viro, & in his studijs exercitato, pro sempiterni regis diplomate aduersus reliquias profigatorum hostium decertandi.

Iust. lib. 1. cap. 7.

Sif. Sen. li. 7. præf. in Ca.

Ep. ad Paul. li. præf. in Apo. præf. in not. tof.

Ser. de sha. ril. & publ. in Luc. 22. ca. Porcion. El chinemenõ.

II.

Sacrarum
literarum
sententia



Matt. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.
Luth. in e-
pist. ad Ar-
gent.
Mar. 8.
Mar. 1.
Luc. 22.
Matt. 16.

Io. 6.
Matt. 16.
Mar. 14.
Luc. 22.
1. Cor. 10.
et 11.

ALTERVM est, quod me quidem ad congressum incitarit, & ho-
rum apud me copias eleuarit, aduersarij perpetuum in scriptu-
ris exponendis ingenium, plenum fraudis, inane prudentiae. Stra-
tim haec Philolophi tangeretis. Itaque vos auditores expetij.
Sciscitemur ab aduersarijs, exempli gratia, quidnam sequuti
nouam sectam intriuerint, qua Christus excluditur e caena my-
stica. Si nominant Euangelium, accurrimus. A nobis verba
sunt, *Hoc est corpus meum - Hic est sanguis meus*. Qui sermo visus est ipsi **Luthero**
tam potens, vt cum etiam discuperet fieri **Zuinglianus**, quod ea re plurimum **B**
incommodare Pontifici potuisset: captus tamen & victus apertissimo con-
textu cederet, neque minus inuitus Christum vere praesentem in Sacramento
sanctissimo fateretur, quam olim daemones victi miraculis Christum Dei filium vo-
ciferati sunt. Agedum pagella scripta superiores sumus, de sententia scripti con-
tenditur. Hanc peruestigemus ex verbis adiacentibus. *Corpus meum quod pro vobis da-
tur. Sanguis meus, qui pro multis effundetur*. Adhuc durissimae partes **Caluini** sunt, nostrae
faciles & explicatae. Quid amplius? Conferte Scripturas, inquirunt. Maxime. Con-
spirant euangelia, Paulus ad stipulatur. Voces, clausulae, tota connexio, panem vi-
uum, insigne miraculum, caeleste pabulum, carnem corpus, sanguinem, reuerenter
ingeminant. Nihil aenigmaticum, nihil offusum caligine loquendi. Tamen per-
stant aduersarij, neq; vllum finem faciunt altercandi, quid agimus? Opinor, audia-
tur antiquitas, & quod nos alteris alteri suspecti non possumus illud omniu seculoru
veneranda canities, Christo propior, ab hac lite remotior, decidat arbitrio. Non
ferunt, prodi se aiunt, Dei verbum purum putum in clamant, hominum comenta-
rios auersantur. Insidiosae, ineptae, Dei verbum perurgemus: obscurant: Sanctos
testamur interpretes: obsistunt, In summa, sic institunt, nisi reorum iudicio steteris,
nullum iudicium fore. Atque ita se gerunt in omni quam exercemus contro-
uersia. De infusa gratia, de inharente iustitia, de Ecclesia conspicua, de necessitate
baptismatis, de Sacramento, & de Sacrificio, de piorum meritis, de spe & timore,
de peccatis imparibus, de auctoritate Petri, de clauibus, de votis, de consilijs euan-
gelicis, de caeteris, scripturas neque paucas & ponderosas Catholicis passim in li-
bris, in colloquijs, in templis, in schola citauimus atque discussimus; eluserunt. **D**
Vterum scholia Graecorum & Latinorum ad mouimus: abnuerunt. Quid tum denique?
Doctor Martinus Lutherus, aut vero Philippus, aut certe Zuinglius, aut sine dubio
Calvinus & Beza fideliter enarrarunt. Egone quenquam vestrum existimem tam
esse mucosae naribus, qui hoc artificium monitus non perlentiscat? Quare fateor
me scholas Academicas cupide requirere, vt inspectantibus vobis calamistratos
istos milites in solem & puluerem suis vmbraulis euocatos, non meis viribus, qui
cum nostris, centesima parte, non sum conferendus, sed valentissima causa, & cer-
tissima veritate debilitem.

III.

TERTIA RATIO.
Caput XIX.

Natura Ec-
clesiae.
Apo. 2.
Psal. 7.
Isa. 2. et 35.
Cant. 6.
Mat. 13.
Eph. 5.
1. Cor. 12.
1. Tim. 3.



AVDITO Ecclesiae nomine, hostis expalluit. Sed tamen excogi-
tauit quiddam, quod a vobis animaduerti volo, vt falsi ruinam
& inopiam cognoscatis. Senferat in Scripturis tum Propheti-
cis, tum Apostolicis, vbi que honorificam Ecclesiae fieri mentio-
nem; vocari ciuitatem sanctam, fructiferam vineam, montem excelsum, di-
rectam viam, columbam vnicam; Regnum Coeli, sponsam & corpus Chri-
sti firmamentum veri, multitudinem illam, cui spiritus promissus instillet omnia salu-
taria;

Ataria; illam, in quam vniuersam nullae sint vnquam fauces diaboli morsum letiferum
impacturae: illam, cui quicumque repugnet, quantumvis ore Christum praedicet,
non magis Christo, quam publicanus aut ethnicus, potitur. Non est ausus contra-
uenire sonitu, videri noluit Ecclesiae, quam toties scripturae commemorant, refra-
gari, nomen callide retinuit, rem ipsam funditus definiendo sustulit. His enim pro-
prietatibus delineauit Ecclesiam, quae penitus ipsam occulant, & dimoram a sensu-
bus, tanquam ideam Platoniam, secretis obrutibus hominum per paucorum subij-
ciant, eorum tantummodo, qui singulariter afflati, corpus hoc aeternum intelligentia
comprehenderent, & huiusce sodalitates participes subtili quodam oculo iustra-
rent. Vbi candor? Vbi simplicitas? Quae scripturae, quae sententiae, qui patres, hoc penicil-
lo depingunt Ecclesiam? sunt Christi ad Asiaticas ecclesias, sunt Petri, Pauli, Ioan-
nis, aliorum ad diuersas epistolae: frequentes in Actis Apostolicis inchoantur & pro-
pagantur ecclesiae. Quid ista? num soli Deo & sanctis hominibus an Christianis etiam
cuiuscunque generis manifesta? Sed profecto, durum telum necessitas est. Ignosce-
re. Nam qui seculis omnino quindecim, non oppidum, non villam, non domum repe-
riunt imbutam doctrina sua, donec infelix monachus incesto connubio votam Deo
virginem funestasset, aut Heluetus gladiator in patriam coniurasset, aut stigmati-
cus perfuga Geneuam occupasset: li coguntur ecclesiam, si quam volent, in latebris
venditare, & eos parentes asserere, quos nec ipsi nouerint, neque mortalium quis-
quam aspexerit. Nisi forte gaudent maioribus illis quos haereticos fuisse liquet, vt
Aerio, Iouiniano, Vigilantio, Heluidio. Iconomachis, Berengario, VValdensibus,
Lolhardo, VViclefo, Hussio, a quibus pestifera quaedam fragmēta dogmatum emen-
dicarint. Nolite mirari si fumulos istos non pertimui, quos modò ad meridianam lu-
cem venero, minime fuerit laboriosum dispellere. Haec est enim nostra fermocri-
natio. Dic mihi, subscribis Ecclesiae quae seculis antea actis viguit? omnino. obeamus
ergo terras & tempora: cui? coetui fidelium. quorum nomina nesciuntur, sed constat
plurimos extitisse. constat? quibus constat? Deo. quis dicit? nos, qui diuinitus edocti
sumus. fabulae. qui credam? si arderes fide tam scires hoc quam te viuere.

Io. 14.
Matt. 16.
Matt. 18.

Cal. in 7. li.
4. ca. num. 2.
et 3.

Apo. 1. et 3.
Ab. 8. 10.
11. et seq.

Lutherus.
Zuinglius.
Calvinus.

Spektatum admisi risum teneatis?

IVberi Christianos omnes adiungere se ecclesiae, cauere ne spiritali gladio tru-
cidentur, in domo Dei pacem colere, huic animas credere columini veritatis,
Disthic querelas omnes deponere, hinc eiectos habere pro ethnicis, nescire tamen
tot centenis tot homines, vbi nam illa sit, quive huc pertineant? Vnum illud crepare
in tenebris, vbi vbi sit Ecclesia, tantummodo sanctos & in aethera destinatos ea
contineri. Ex quo fit, vt si quis imperium sui praesulis detrectare velit, scelere solu-
atur, dummodo sibi persuadeat presbyterum in crimen incidisse, & ab Ecclesia
protinus excidisse. Cum scirem aduersarios talia comminisci, quod nullius aetatis
Ecclesiae consuescent, & orbatos tota re, velle tamen inter angustias vocabulum pos-
fidere, solabar me vestro acumine, atque adeo mihi pollicebar fore, vt quamprimu
huiusmodi technas ex ipsorum confessione cerneretis, statim homines ingenui &
cordati stultas argutias in vestram intextas perniciem discinderetis.

E

QUARTA RATIO.
Caput XX.

IIII.



QRAVIS, Ecclesia nascente, quaestio de legitimis caerimonijs, quae
credentium animos disturbauit coaeto Apostolorum & seniorum
concilio, soluta est. Credidere parentibus filij, pastoribus oues, in
haec verba mandantibus: *Placuit Spiritui sancto & nobis*. Sequuta
sunt ad extirpandam haeresim, quae varia quibusq; seculis pullula-
uit, oecumenica veteru concilia quatuor, aetate firmitudinis, vt ijs,
ante

Concilia.
Ab. 15.

Greg. l. 1. p. 24.

An. 1. Ell. fab.

Nic. 1. can. 6. Chal. act. 4. 16. Const. ca. 5. Eph. conc. in ep. ad Nesto rium. Nic. can. 14. Chal. act. 11. Nic. conc. apud Soc. li. 1. ca. 8. Vide Chal. can. 4. 15. 23.

Nota

Matt. 28. Ioan. 14.

Lib. de cap. Bab.

Martini Kē nisi exame conc. Tri- dent.

Io. Hussi.

ante annos mille singularis honos tanquam diuinis vocibus haberetur. Non abi-
 bo longius. Etiam domi nostrae, comitijs regni, eadem concilia pristinum ius, in-
 uiolatamq. dignitatem obtinent. Hæc citabo, teque ipsam, Anglia dulcissima pa-
 tria, contestabor. Si quemadmodum præ te fers, quatuor ista concilia reuerbere,
 summum honorem primæ sedis episcopo, id est, Petro deferes: Incruentum corpo-
 ris & sanguinis Christi sacrificium in altari recognosces: Beatos Martyres san-
 ctosq. omnes cœlites, vt pro te Christo supplicent, obsecrabis: Mulierosos aposta-
 ras ab infando concubitu & incestu publico coercebis: multa facies quæ demoli-
 ris, multa quæ facis, insecta voles. Porro Synodos aliorum temporum, nominatim
 vero Tridentinam, eiusdem auctoritatis ac fidei cum primis illis fuisse, quando
 vsus venerit, demonstraturum me spondeo atque recipio. Auctus igitur concilio-
 rum omnium valido & exquisito præsidio, cur non ingrediar in hanc palæstram ani-
 mo tranquillo & præfenti, obseruaturus aduersarium quo se proripiat? Nam & cui
 dentissima producam, quæ distorquere non poterit, & probatissima, quæ respuere
 non audebit. Fortasse verbosius obloquendo diem extrahere conabitur: sed ab
 intentis hominibus, si vos ego bene noqui, nec aures nec oculos compilabit. Quod
 si quis erit omnino tam dēmens, qui se vnum opponat senatoribus orbis terræ, &
 ijs quidem omni exceptione maioribus, sanctoribus, doctioribus, vetustioribus, li-
 benter aspiciam illud os, quod vbi vobis ostendero, reliqua cogitationibus vestris
 relinquam. Interim hoc monebo. Qui pleno concilio rite atque ordine consum-
 mato momentum & pondus abrogat, videri mihi nullo consilio, nullo cerebro, ne-
 que solum in theologia tardum, sed etiam in politicis inconsultum. Si vnquam Dei
 Spiritus illuxit ecclesiae, certe illud est tempus immittendi numinis, quum omnium
 ecclesiarum quæ sunt in terris patentissimæ, religio, maturitas, scientia, sapientia,
 dignitas vnam in urbem confluerint; adhibitisq. modis omnibus, diuinis & huma-
 nis, quibus indagari veritas possit, promissum implorent Spiritum, quo salutariter
 & prudenter fiant. Profiliat nunc aliquis factionis hæreticæ magistellus, attol-
 lat supercilia, suspendat nasum, frontem perfricat, iudicesq. suos scurriliter ipse iu-
 dicet. quos ille ludos, quos iocos dabit? Repertus est Lutherus qui diceret, ante-
 ferre se Concilijs, duorum suffragia bonorum & eruditorum hominum (putatore
 suum & Philippi) si quando in Christi nomine consensissent. O circulos. Repertus
 est Kemnissus, qui Concilium Tridentinum ad suos vertiginis, importunæ calculus
 exegerit, quid lucratus? infamiam. Dum iste, nicauerit, sepelietur cum Arrio, Tri-
 dentina Synodus quo magis inueterascet, eo magis indies eoq. perennius efflore-
 scet. Bone Deus, quæ gentium varietas, qui delectus episcoporum totius orbis, qui
 Regum & Rerumpublicarum splendor, quæ medulla theologorum, quæ sanctitas,
 quæ lacrymæ, quæ ieiunia, qui flores Academici, quæ linguæ, quanta subtilitas,
 quantus labor, quam infinita lectio, quantæ virtutum & studiorum diuitiæ, augustū
 illud sacrarium impleuerunt? Audiui ego pontifices exultantes, & in his Anto-
 nium Archiepiscopum Pragensem, à quo sum creatus presbyter, amplissimos &
 prudentissimos viros, quod in ea schola hæssent aliquot annis: vt nullum Ferdi-
 nandi Cæsaris, cui multum debuerant, regalius & vberius in se beneficium cole-
 rent, quam hoc fuit, quod in Tridentino gymnasio legati ex Pannonia confedis-
 sent. Intellexit hoc Cæsar, qui reuersus ita gratulatus est, *Aluimus vos in schola optima.*
 Huc inuitati fide publica cur non properarunt aduersarij, vt eos palam refelle-
 rent, in quos ranunculi coaxant e cauernulis? Hussio & Hieronymo fregere fidem,
 inquit, falsum est, nullam enim dedere. Sed nec in Hussium tamen animadu-
 sum fuisset, nisi homo perfidiosus & pestilens, retractus ex fuga quam ei Sigilmun-
 dus Imperator periculo capitis interdixerat, violatis etiam conditionibus quas
 scripto pēpigerat cum Cæsare, vim omnem illius diplomatis eneruasset. Fefellit
 Hussium præcipitata malitia. Iussus enim, cum barbaras in sua Boëmia tragœdias
 excitasset, semetipsum sistere Constantiæ, despexit; prærogatiuam Concilij, securi-
 tatem petiit à Cæsare. Cæsar obsequauit, Christianus orbis resignauit maior Cæ-
 sare;

A fare; redire ad mentem hæresiarcha noluit, perijt. Hieronymus vero Pragensis fur-
 tim venit Constantiam protectus à nemine deprehensus comparuit, perorauit, ha-
 bitus est perbenigne, liber abiit quo voluit, sanatus est, hæresim eiurauit, relapsus
 est, exustus est. Quid toties vnum exemplum de sexcentis exagitant? Repetant an-
 nales suos. Martinus ipse Lutherus odium Dei & hominum Augustæ positus coram
 Cardinale Caietano, nonne quod potuit eructauit, & Maximiliani litteris commu-
 nitus excessit? Idem accitus VVormariam cum & Cæsarem & plerisque Imperij
 principes haberet infensos nonne Cæsaris verbo tutus fuit? Postremo Lutheranor-
 um & Zuinglianorum capita, præfente Carolo quinto hæreticorum hoste, victo-
 re, domino, nonne datis inducijs confessiones suas toties innouatas exhibuere
 comitijs Augustanis & sospites abiere? Haud secus litteræ Tridentinæ locupletif-
 simas aduersario cautiones prouiderant: vti noluit. Nimirum se iactat in angulis, in
 quibus vbi tria verba Græca sonuerit, sapere videatur: abhorret à luce, quæ litte-
 ratorem in numero poneret, & ad honesta subfelia deuocaret. Catholicis Anglis
 tale chirographum impunitatis impetrent, si diligūt salutem animarum: Nos Hus-
 sium non causabimur, in curiam, verbo Principis innixi, conuolabimus.
 Sed vt vnde sum egressus eo redrediar, Concilia generalia mea sunt, primum,
 vltimum, mediâ his pugnabo. Hætam expectet aduersarius amētatam, quam eu-
 lere nunquam poterit, proternatur in eo satanas: Christus viuat,

QUINTA RATIO.

Caput XXI.



NTIOCHIAE, qua primum in vrbe Christianorum nobile
 cognomentum increbuit, doctores, id est eminentes theologi, &
 propheta, id est, concionatores perquam celebres floruerunt. Hu-
 iusce generis scribas & sapientes doctos in regno Dei, noua promentes &
 vetera, Christum callentes, & Moysen Dominus ipse futuro gregi
 prospexerat, Hos ingentis beneficii loco donatos explodere, quæ-
 ti maleficij est? explofit aduersarius, quid ita? quia stantibus illis cōcidisset. Id ego
 cum pro certissimo comperissem, pugnam simpliciter exoptauī, non illam iocula-
 rem quæ turbæ velitantur in compitis, sed istam seueram & acrem qua congredi-
 mur in vestris philosophorum spacijs,
Pede pes, denisq. viro vir.
 Ad Patres si quando licebit accedere, confectum est prælium. tam sunt nostri,
 quam Gregorius ipse decimus tertius, filiorum Ecclesiæ Pater amantissimus. Nam
 vt omittam loca sparsa, quæ ex monumentis veterum conquisita nostram fidem ap-
 positè affirmatq. propugnant, tenemus horum integra volumina, quæ de industria
 religionem quam tuemur euangelicam distinctè copiosèq. dilucidant. Duplex Hie-
 rarchia Martyris Dionysij quas classes, quæ sacra, quos ritus edocet? Pupugit ea
 res Lutherum tam valde, vt huius opera *si nullima somnijs, nec non perniciosissima* iudi-
 caret. Imitatus parentem Caullæus, nescio quis terræ filius ex Gallia, non est
 veritus hunc Dionysium in clytæ gentis Apostolum vocitare *delirum senem*. Cen-
 turiatores vehementer offendit Ignatius, offendit & Caluinum, vt in eius epi-
 stolis *deformes nauos & puidas natus* hominum quisquilæ notarint. Censoribus
 illis fanaticum quiddam Irenæus edidit: Clemens, auctor Stromatum, *zizania facef-*
que protulit: reliqui patres huius æui, sane Apostolici viri, *blasphemus & monstra-*
posteris reliquerunt. In Tertulliano rapiunt auidè, quod à nobis edocti nobiscum
 communiter detestentur: sed meminerint, libellum de præscriptionibus, qui no-
 stri temporis sectarios tam insigniter perculit nunquam fuisse reprehensum. Hip-
 politus Portuenfis episcopus, quàm bellè, quàm clarè, Antichristi neraum, Luthe-
 rana tempora præmonstrauit? Eū propterea *scriptorem infantissimum & laruam* nominant
 Cyprianum,

A Cyprianum delicias & decus Africae, Gallicanus ille criticus, & Magdeburgici, **A**
Calu. dia. 8. & 11. Cen. 3. c. 4. stupidum & destitutum Deo & deprauator em penitentiae nuncuparunt. Quid admittit? Scripsit enim de virginibus, de lapsis, de vnitae Ecclesiae tractationes eiusmodi, eas etiam epistolas Cornelio Romano pontifici, vt nisi fides huic martyri detrahat, Petrus Martyr Vermilius, omnesq. cum eo foederati peiores adulteris & sacrilegis habeantur. Ac ne singulis inuistam diutius, Patres huius seculi damnantur omnes, quippe qui doctrinam de penitentia mire deprauarunt. quo pacto? nam austeritas canonum quae viguit ea tempestate, maiorem in modum displicet huic sectae plauibilibi, quae triclinijs aptior quam templis, voluptuarias aures titillare, & puluillos omni cubito solet affluere. Quid atas proxima, quid peccauit? Chrysostrum & ij Patres iustitiam fidei sede obscurarunt. Nazianzenus, quem honoris causa, Theologum veteres appellarunt, **B**
Canones Penitentiae veteres. Exgeb. 13. Praefat. in Cent. 5. Dia. 67. 8. Beza in Act. Apost. ca. 23. Scan. cha. lib. de Tri. Libr. contra Hæri. 8. Reg. Angl. Causæ iudice, Fabulator, quid affirmaret, nescit. Ambrosius à Codemone fascimatus est aequè damnatus atque Diabolus: iniuriosus Apostolo, blasphemus, sceleratus, impius. Vnus Gregorio Massouio pluris est Caluinus quam centum Augustini: parum est centum. Lutherus nihil facit aduersum se mille Augustinos, mille Cyprianos, mille Ecclesias, Longius rem deducere superuacaneum puto. Nam in hos qui bacchantur, quis miretur in Optatum, Athanasium, Hilarium, Cyrillos, Epiphanium. Basilium, Vincentium, Fulgentium, Leonem, Gregoriumque Romanum fuisse procacissimos?

Quamquam si datur vlla rebus iniustus iusta defensio, non inficior habere Patres ubi cunq. incidis, quod isti, dum sibi consentiunt, necessario stomachentur. Etenim qui odere stata ieiunia, quo animo oportet esse in Basilium, Nazianzenum, Leonem, Chrysostrum, qui de quadragesima & indictis ieiuniorum ferijs, tanquam de rebus iam vtitatis, conciones egregias publicarunt?

Qui suas animas auro, libidine, crapula, & ambitiosis conspectibus vendiderunt, possunt ne no esse inimicissimi Basilio, Chrysostrum, Hieronymo, Augustino, quorum excellentes libri de Monachorum instituto, regula, virtutibus, teruntur?

Qui captiuam hominis voluntatem inuexere, qui Christiana funebria sustulere, qui sanctorum reliquias incendere, sint ne placabiles Augustino, qui de Libero arbitrio libros tres: De cura pro mortuis, vnum: De Miraculis ad Basilicas & memorias martyrum, prolixum caput nobilissimi operis & conciones aliquas exarauit.

Qui fidem suis captiuiculis metiuntur, nonne succenseant Augustino ex insigni epistola contra Manichæum, qua se profitetur Antiquitati, Consensioni, Successioni perpetuae, & Ecclesiae quae sola inter tot hæreses Catholicae nomen vsucapione vendicat, assentire?

Optatus Mileuitanus episcopus Donatianam partem reuincit ex communione catholica, nequitia accusat ex decreto Melchiadis, hæresim refutat ex ordine Romanorum Pontificum, insaniam patefacit ex eucharistia & chrismate contaminatis, sacrilegium horret, ex diffractis altaribus, in quibus Christi membra portata sunt, pollutisq. calicibus, qui Christi sanguinem tenuerunt. De Optato quid sentiant auoc scire, quæ Augustinus vt venerabilem & catholicum episcopum, Ambrosio parem & Cypriano, quem Fulgentium vt sanctum & fidelem Pauli interpretem, Augustini similem & Ambrosij, meminerunt.

Athanasij symbolum in templis concinunt. Num fauent ei? qui Antonium Eremitam Aegyptium grauis auctor accurato libello dilaudauerit, quique cum Alexandrina Synodo iudicium sedis Apostolicae, diui Petri, suppliciter appellari? Prudentius in hymnis quoties precatur martyres quos decantat? quoties ad eorum cineres & ossa regem martyrum veneratur? Num hunc probabunt?

Hieronymus pro sanctorum reliquijs & honoribus scribit in Vigilantium: In Iouinianum, pro Virginitatis gradu. Huncce patienter?

Ambrosius tutores suos Geruasium & Protasium celebritate notissima in Arianam ignominiam honestauit: cui facti diuinissimi Patres encomion tribuere: quod factum Deus non vno prodigio decorauit. Nū beneuoli sunt Ambrosio futuri? Gregorius

Nota

Lib. 22. de Civ. Dei c. 8. & ser. de diuers. 34. & se. Coni. epist. Man. quam uocant sunt da. c. 4. Lib. 1. cont. Parmen. Lib. 2. Lib. 3. Lib. 6. Aug. lib. 1. con. Parm. De unit. c. 16. & lib. 3. doct. Chr. lib. cap. 40. Fulgen. lib. 2. ad Moni. Vide ep. Synod. Al. ad Fel. 2. Vide ep. D. Am. ad Epi. sc. 12a. Item ad so. l. 10. ep. 85. Item ser. 91. Aug. l. 22. de Civ. Dei cap. 10.

A Gregorius magnus noster Apostolus, planissime noster est, eoq. nomine nostris aduersariis odiosus, quem Caluini rabies negat in Schola Sancti Spiritus educatum, propterea quod sacras imagines illiteratorum libros appellasset.

Dies me deficeret numerantem epistolas, conciones, homilias, orationes, opuscula, disceptationes Patrum, in quibus ex apparato grauitè & ornate nostra catholicorum dogmata roborarunt. Quàm diu apud bibliopolas ista uenerint, tam diu frustra nostrorum codices prohibentur: frustra seruatur aditus oraq. maritime: frustra domus, arca, scrinia, capsulae disquiruntur: frustra tot portis minaces tabulae suffiguntur. Nullus enim Hardingus, nec Sanderus, nec Alanus, nec Stapletonus, nec Bristolius hæc noua somnia uehementius, quam hi quos recentius Patres insectantur. Talia cogitanti accreuit animus & desiderium pugnae, in qua, quoquo se mouerit aduersarius, nisi gloriam Deo cefferit, feret incommodum. Patres admiserit; caprus est: excluderit: nullus est.

B Adolecentibus nobis ita contigit. Ioanes Iuellus antesignanus Caluianorum Angliae, Catholicos ad Diui Pauli Londinensium incredibili iactantia laceffuit, inuocatis per hypocrisim & imploratis Patribus, quicunq. intra salutis annum sexcentesimo claruissent. Accipiunt conditionem memorabiles uiri, qui tum exulabant Louanij, summis licet difficultatibus propter iniquitatem suorum temporum circumsepti. Ausim dicere, tanto popularibus nostris bono fuisse illam Iuelli astutiam, inscitiam, improbitatem, impudentiam, quas ij scriptores feliciter expandunt, vt vix aliud quidquam, memoria mea, prouenerit Anglorum Ecclesiae laborati fructuosius. Edictum continuo ualuis appenditur, ne qui codices: illiusmodi legerentur, neue haberentur, quum tatis clamoribus propemodum extorti prodissent, didicere quicumque negotium attigissent, Patres fuisse catholicos, id est, nostros.

Neque hoc sibi suisq. vulnus inflictum Laurentius Humfredus tacuit: qui cum alio Iuellum quoad cetera sustulisset, vnam ei notam asperit inconsiderantiae, quod Patrum calculos recepisset: quibus cum sibi nihil esse commercij, nec fore sine vlla circuitione proloquitur.

Pertentauimus etiam familiariter aliquando Tobiam Matthæum qui nunc in concionibus dominatur, vt responderet ingenue, possetne qui Patres assiduus lectitaret, istarum esse partium quas ille suaserat, retulit, non posse, si pariter eos legeret, isq. crederet. Verissimum hoc verbum est, neque aliter aut eum nunc, aut Matthæum Huttenum, qui vir nominatus in paucis versare Patres dicitur, aut reliquos aduersarios, qui hoc faciunt, sentire arbitror.

D Hactenus ergo securus in hanc aciem potui descendere, bellaturus cum ijs, qui quasi auribus lupum teneant, æternam causam maculam cogantur inurere, siue reculerent Patres, siue deposcant. Nam in altero rugam adornant, in altero suffocantur.

Gre. Ter. li. de glo. mar. c. 40. Mæ. raphr. Infti. lib. 1. ca. 11. nu. 5

Nota

Nota

Lib. de vi. Iueli.

SEXTA RATIO.

Caput XII.

VI.

E I quibus vnquam cordi curaq. fuit id, quod maximo opere nostris fuit & esse debet, Scrutaminis scripturas: Facile principes & palmares in hoc genere sanctissimi Patres extitere. Horum opera sumptuose, tot gentibus & linguis transcripta Biblia & importata sunt: Horum periculis & cruciatibus erepta de flammis hostilibus & vastitate: horum laboribus & vigiliis omnem in partem enucleata studiofissime. die noctuque sacras litteras imbiberè, de suggestis omnibus sacras litteras edidè, immensa volumina sacris litteris ditauerè, fidelissimis commentariis sacras litteras explicauerè, cibos & inedia sacris litteris condidè, occupati denique sacris in litteris ad senectutem decrepitam peruenere.

Firmamenta paruum. Ioan. 5.

Quod si frequentes ipsi quoque ab Auctoritate Maiorum, ab Ecclesiae Praxi, It 2 à Suc-

à Successione Pontificum, à concilijs Oecumenicis, à Traditionibus Apostolicis, à Cruore Martyrum, à Scitis Præfulum, à Visis euentisq. mirabilibus argumentati sunt: tamen omnium maxime & libentissime Sanctarum Litterarum testimonia de- fa conglobant, hæc premunt, in his habitant, hinc armaturæ fortium, duces robustissi- mi facta tecta Ciuitatis Dei contra nefarios imperus quotidie munientes, optimo iure primas partes honoratissimaq. porrigunt.

Quo magis demiror illam exceptionem aduersarij superbam & fatuam, qui ve- lut aquam in profuente quæritans, sic in scripturis confertissimis scripturarum pe- nuriã obiectat. Tantisper se Patribus assensurum dicit, dum Sacris Litteris adhæ rescunt, Num loquitur ex animo?

Curabo igitur procedant armati atque stipati Christo, Prophetis, Apostolis at- que omni apparatu Biblico celeberrimi auctores, antiquissimi Patres, sanctissimi vi- ri, Dionysius, Cyprianus, Athanasius, Basilus, Nazianzenus, Ambrosius, Hierony- mus, Chrysostomus, Augustinus, Latinusq. Gregorius, Regnet in Anglia fides illa, vtinam regnet, quam hi Patres amicissimi scripturarum ex scripturis extruunt. Quas afferunt, afferemus: quas conferunt, conferemus: quod inferunt, inferemus, placet? excresca. dic sodes. Minime vero, inquis, nisi recte exponant. Quid est hoc ipsum, re- cte? Arbitratu ipso, Nihilne pudet Labyrinthi?


Ergo cum sperem in Academijs florentissimis consociatum iri bene multos, qui non pingui Minerua, sed acuto iudicio in has controuersias inspecturi sint, & horu responsa nugatoria libraturi, lætus hunc diem campi prætolabor, vt qui contra syl- uestres tumulos mendiculorum inermium, nobilitatem & robur ecclesiæ Christi co- gitem educere.

VII.

SEPTIMA RATIO.

Caput XXIII.

Historia. Generales Historici.



RISTINAM Ecclesiæ faciem historia prisca reteggit. Huc pro- uoco. Certe antiquiores historici, quos etiam vsurpant aduersa- rij, fere numerantur, Eusebius, Damasus, Hieronymus, Rufinus, Orosius, Sozomenus, Theodoretus, Casiodorus, Gre- gorius Turonensis, Vsuardus, Regino, Marianus, Sigibertus, Zo- naras, Cedrenus, Nicephorus. Quid narrant? Nostrorum laudes, progressus, vicissitudinem, hostes. Imo vero, quod obserues diligenter, illi qui disident à nobis odio capitali, Philippus, Pantaleon, Fuccijs, Magdeburgici; quu se adscribendam vel chronologiam Ecclesiæ, vel historiam appulissent, nisi no- strorum gesta colligerent, ac inimicorum ecclesiæ nostræ fraudes & scelera co- cernarent, mille quingentos annos argumento vacui prætermitterent.

Historici certarum gen- tium.

Cum his considera peculiare certarum historiographos regionum, qui vnus acta cuiusq. populi curiosus operosiusque scrutati sunt. Ii quasi Spartam adepti quam locupletare modis omnibus & perpolire cuperent, qui ne conuiuia quidem lautiora, aut manicatas tunicas, aut pugionum capulos, aut inaurata calcaria, talesq. minutias, si nouitatem saperent, tacuere; profecto si quid in religione mu- ratum, aut à primis degeneratum seculis inaudissent, frequentes memorassent, si non frequentes saltem aliqui: si non aliqui, vnus aliquis absque dubio. Nullus omnino, neque beneuolus nobis, neque maleuolus, non modo quicquam tale prodi- dit, sed nec significauit.

Rom. 1. Rom. 1. Rom. 15. Rom. 16. Rom. 16. Act. 28.

Verbi gratia. Dant nobis aduersarij, nec aliter possunt, fuisse Romanam Eccle- siam aliquando sanctam, catholicam, apostolicam, tum cum hæc à Diuo Paulo pro- meruisset elogium: Vestra fides annunciat in vniverso mundo: Sine intermissione memo- riam vestri facio. Scio quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam; Salutem vos omnes Ecclesiæ Christi: Vestra enim obedientia in omnem locum diuisa

Nota

A gata est. Tum, cum ibi Paulus in libera custodia disseminaret euangelium: Tum, cum in ea quondam Babylone collectam ecclesiam Petrus regeret: Tum cum ille Cle- mens apprime laudatus ab Apostolo federet ad ipsa gubernacula: Tum cum pro- phani Cæsares vt Nero, Domitianus, Traianus, Antoninus Romanos Pontifices la- niarent. Tum etiam, vel Caluino teste, cum Damasus, Siricius, Anastasius, Innocen- tius, clauum tenerent Apostolicum. Hoc enim seculo nihil adhuc, præsertim Ro- mæ, digressos ab euangelica doctrina liberaliter ille concedit.

Quando igitur hanc fidem tantopere celebratam Roma perdidit? quando esse desijt, quod ante fuit? Quo tempore, quo Pontifice, qua via, quibus incrementis vrbem & orbem religio peruasit aliena? quas voces, quas turbas, quæ lamenta progenuit? Omnes orbe reliquo sopiti sunt, dum Roma, Roma inquam, noua sacramenta, nouum sacrificium, nouum religionis dogma procuderet? Nul- lus extitit historicus, neque Latinus, neque Græcus, neque remotus, neq. citimus, qui rem tantam vel obscurè iaceret in commentarios?

Ergo perspicuum hoc quidem est, si quæ nos credimus, historia multa & varia, nuncia vetustatis, vita memoriæ loquitur ac repetit affluenter: quæ isti obrudunt, nulla narratio post homines natos in Ecclesia valuisse commemorat: & historicos esse meos, & incurfiones aduersarias esse frigidissimas, quæ nihil mouere possint, ni- si prius receptum sit omnes omnium temporum Christianos in ipsam perfidiam atque in Gehennæ voraginem corruisse, donec Lutherus Boram constuprasset.

OCTAUA RATIO.

Caput XXIV.



GO vero, præstantissimi viri, cum de multis hæresibus, quædam apud me opinosissimum portenta reputo, quæ mihi venient ex- pugnanda, me ipsum inertie vecordiaq. cõdemnem, si cuiusquam in experiundo facultatem aut vires extimescerem. Sit ingenio- sus, sit omnium librorum helluo, tamè aridus & balbus appareat necesse est, cum hæc tam adynata sustentabit. Disputabitur enim, si forte nobis annuent, De Deo, De Christo, De Homine, De Peccato, De Iustitia, De Sacramentis, De Moribus. Videro an ausint affeueare quæ sentiunt, quæq. rebus additi necessarijs diuulgant in scriptiunculis. Faxo, norint ista suorum axio- mata.

Deus est auctor & causa peccati volens, suggerens, efficiens, iubens, operans, & in hoc impiorum scelerata consilia gubernans. Proprium Dei opus fuit, vt voca- tio Pauli, sic adulterium Davidis, Iudæq. proditoris impietas. Monstrum hoc cui- us Philippum aliquando puduit, Lutherus tamen à quo Philippus hauserat, quasi oraculum caeleste miris extollit laudibus, & alumnum suum eo nomine tantum nõ exæquat Apostolo Paulo. Percontabor etiam quid animi Luthero fuerit, quæ An- gli Caluiniani virum diuinitus datum ad orbem illuminandum pronuntiant, cum hunc ver- bum demeret supplicationibus ecclesiæ, Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis.

Mox ad personam Christi progrediar. Quæram ista sibi quid velint. Christus Dei filius, Deus de Deo, Caluino, Deus ex sese. Beza, nõ est genitus de Patris essen- tia. Itè. Duæ constituentur in Christo vniones hipostaticæ, altera Animæ cū carne, Diuinitatis cū Humanitate altera. Locus apud Ioannẽ, Ego & Pater vnus sumus, Non ostendit Christu Deu homoousion. Pergite. Christus ab infantia nõ fuit gratia consumatus, sed ani- mi dotibus velut ceteri homines adoleuit, vsu factus quotidie sapietior, ita vt pue- rulus ignorantia laborarit. Quod perinde est ac si diceret originis labe & vitio for- didati. Sed cognoscite diriora. Christus cū oras in horto, sudoribus aquæ manaret & sanguis, sensu dationis æternæ cohorruit, vocẽ edidit sine rone, sine spiritu, vo-

1. Pet. 5. Hier. in cat. script. Eccl. & Papias apud Euseb. 2. lib. 1. 5. Phil. 4. Tro. lib. 3. cap. 3. In 1. lib. 4. ca. 2. n. 13. & in epist. ad Sadol. Vide Coc. in ann. 15. 23. Paradoxa. De Deo. Cal. Instir. lib. 1. ca. 18. lib. 2. cap. 4. lib. 3. c. 23. & 24. VIII. Pet. Mar. in 1. Sam. Melanc. ann. in c. Rom. 8. vnt. 15. 24. Sic docet Luc. in af- fer. 36. & in resp. aller. 36. & li. de ser. arbit. Præf. in an. Philippi. In Apol. Ecc. An. Vi deench. p. 9. an. 15. 43. De Christo. Inst. lib. 1. c. 13. num. 23. 24. Bez. in He- shu. Beza cõtra Sch- mide. libr. de vnit. hy- posta. dua. in Chri. na. Cal. in lo. ro. Cont. La- tom. Buce in Luc. 2. Cal. in har. caan. Luc. Lof. Hen. Mel. in Eua- do r. post Epi. Marlo in Marth. 26. Cal. in Har. Euang. Brent. in

Luc. p. 2. hom. 65. & in Catech. ann. 1551. & in Jo. hom. 54 Cal. in ha. eu. In can. sent. Lof in Natr. 26. Schmidel concil. de passio. & c. domi. Acpinus comm. in psal. 16. Cal. Inst. li. 2. c. 16. Bren. in ca. tec. in 1541. In li. 2. c. 16 num. 12. 1. Tim. 2. Apoc. 2. Bucer in Matt. cap. 26.

De Homine. Illyri. in variis libr. de or. pe. Cal. Inst. li. 2. c. 3. Sa. cer. de con. fuet. Eocl. Aepin. de imb. & pec. sanct. kem. contra Cef. Col.

De Peccato. Illyr. in va. ri. de pec. ca. orig. Vide Hef. hus. in epi. ad Illyri. An pecca. tum sit sub. stantia. Ca. in An. tid. Conc. Trid.

Idem do. cuerat. Vvi. clef. a pud Vvald. l. 2. de Sacra. c. 15. 4. De gratia. Luth. in re. sp. cetera Lo. uan. Buce in Ioa. 2. VVell. in. nata.

Christi. Brent. ho. 22. in Jo. Cent. l. 1. c. 4. De iustitia.

cem doloris imperu repentinam, quam, vt non satis meditatam, celeriter castiga- uit. Estne aliquid amplius? Attendite. Christus cum actus in crucem exclamaret, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me, accensus est flammis inferni, desperationis vocem emisit, no aliter affectus quam si pereundum ei foret internecone sempiter- na. His etiam si quid possunt, addant. Christus, inquit, descendit ad inferos, id est, mortuos, Gehennam gustauit, nihilo minus quam Animæ damnatorum, nisi quod sibi restituendus erat. Quandoquidem enim morte corporea nihil nobis profuisset, Anima quoq. luctari cū morte debuit æterna, atque hoc modo nostrum scelus sup- pliciumq. dependere. Ac ne quis forte suspicetur istud Caluino per incuriam ob- repisse, idem Caluinus omnes vos, si qui doctrinam istam solatij plenam exagitalis, perditos appellat nebulones. Tempora, tempora cuiusmodi monstrum aluifis? Cruor ille de- licatus & regius qui de innocētis Agni corpore lacerato fiscoq. scaturijt cuius cruo- ris vna queuis guttula, propter dignitatem Hostiæ, mille mundos redimere potuis- set, nihil humano generi profecit, nisi mediator Dei & hominum homo Christus mortem quoque secundam, mortem animæ, mortem gratiæ peccati solius & exitiabilis bla- sphemiæ fociam pertulisset? Præ hac insania modestus videbitur Bucerus, quan- quam est impudens, qui infernum in simbolo, sepulchrum accipit, per epexegetim valde præpoteram, ac potius tautologiam ineptam atque stolidam. Anglicani se- ctarij, pars Caluino Idolo suo, pars Bucero magno magistro solent accedere: pars etiam submurmurant in hunc articulum, ne quid faceat ultra molestia, quem- admodum sine tumultu penitus eximatur de simbolo. Id vero etiam fuisse tenta- tum in conuenticulo quodam Londinensi, memini narrare mihi qui interfuit Ri- chardum Chenium, miserimum senem, male mulctatum à latronibus foris, neque tamen ingressum in paternam domum. Hactenus de Christo.

De Homine quid? Imago Dei penitus in homine delata est, nulla boni scintilla superstita, tota natura quoad omnes Animæ partes ita funditus euerfa, vt ne rena- tus quidem & sanctus quicquam sit aliud intrinsecus, nisi mera corruptio at- que contagio. Quorsum ista? Vt qui sola fide gloriam rapturi sunt, in omnium tur- pitudinum cœno volutari, naturam acculent, virtutem desperent præcepta deo- nerent.

Huc Illyricus Magdeburgensium primipilus illud suum adiecit immane placi- tum de originis peccato, quod esse vult intimam substantiam Animarum: quippe quas, post Adami lapsum, diabolus ipse procreet, & in se transformet. Hoc quoq. tritū est in hac sece, omnia peccata esse paria: sed ita (ne Stoici reuiviscant) si Deo iudice ponderetur. Ac si Deus, æquissimus iudex, oneri nostro cumulū potius quam leuamentū faceret, & id quod non est in re, quū sit ipse iustissimus, exaggeraret. Hac trutina, non leuius in Deum seuerissime iudicantem deliquerit ille caupo qui gallū gallinaceum, quando non est opus, occiderit, quam infamis ille sicarius, qui plenus Beza, Gallum Heroa Guisum, admirabili virtute principem, displosa fistula clancu- lum interemit. quo facinore nihil vidit orbis noster ætate nostra funestius, nihil lu- tuosius.

Sed fortasse, qui tam sunt in peccati conditione tetrici, magnifice philosophan- tur de diuina gratia, quæ huic malo succurrere ac mederi possit. Præclaras vero isti partes assignat gratiæ, quæ neq. insulam corporibus nostris, neq. ad resistendū sceleribus validā esse latrant, sed extra nos in solo Dei fauore collocant: qui fauor no emēdet impios, nec purget, nec illuminet, nec dicit, sed veterem illā sentinā adhuc manentem atq. fatentē, ne deformis & odiolā putetur, Deo coniuente, dissimulet.

Quo suo plalmate tantopere delectantur, vt ne Christus quidē aliter apud illos gra- tia plenus & veritate dicatur, quam quod ei Deus Pater mirandū in modū fauerit. Quæ res ergo iustitia est? Relatio. Non enim ex theologis cōcinnata virtutibus fide, spe, charitate, quæ animam suo nitore conuestiant, sed tantum occultatio de- licti, quam qui sola fide prehenderit, ille tam de salute certus est, ac si iapidē inter- minato cæli gaudio frueretur.

Age

A Age somniet hoc: sed vnde constare poterit de futura perseuerantia, qua qui caruit, exiuit infelicissimus, licet ad tempus pure pieq. iustitiam coluisset? Inno ve- ro hæc tua fides, Calvinus ait, nisi tuam tibi perseuerantiam firmē prænunciet, vt allucinari nequeas, tanquam inanis & languida sperneretur. Agnosco discipulum Lutheri. Christianus, inquit ille, etiam volens non potest salutem perdere nisi no- lit credere.

Ad Sacramenta festino. Nullum nullum, non duo, non vnum, è sancte Chri- ste, reliquerunt. Ipsorum quippe panis, venenum est. Baptismus, & si adhuc verus est, tamen ipsorum iudicio nihil est vnda salutaris, non est canalus gratiæ, non deri- uat in nos Christi merita, sed significatio dumtaxat salutis est. Itaq. nihilo pluris Baptismus Christi quoad naturam rei, quam Ioannis fecere cærimoniam. Si ha-

B beas, recte: si careas, nihil damni: crede, saluus es antequam abluare. Quid ergo paruuli, qui nisi iuuentur virtute Sacramenti, sua fide miselli nihil assequuntur? Po- tius quam Sacramento Baptismatis quicquam tribuamus, inquit Magdeburgici, demus inesse fidei ipsis infantulis, qua seruentur, cuius fidei pulsus quosdam abdi- tos intelligat ipsi, qui viuant necne nondum intelligunt. Durum. Si hoc adeo du- rum est, Lutheri pharmacum audirote. Præstat, inquit, omittere, quandoquidem nisi credat infans, nequicquam lauatur. Hæc illi quidem ancipites animo, quid- nam enuncient categorice. Ergo Baltasar Pacimontanus, diribitor interueniat: qui parens Anabaptistarum, cum paruulis morum fidei non posset affingere, Lutheri cautiunculam approbavit, & pædobaptismum seiciens è templis, neminem nisi adul- tum fonte sacro decreuit abluere. Ad reliqua Sacramenta quod attinet, quamuis

C illa bestia multiceps horrendas eiecerit contumelias, tamen quia quotidianæ iam sunt, & callum auribus obdlexerunt, hic prætereo.

Restant hæreticorum de vita & moribus frustra nocentissima, quæ Lutherus euo- mit in chartas, vt ex vnus peccatoris impuro gurgustio pestem lectoribus inhalaret. Audite patienter, & erubescite, & mihi date veniam recitanti. * Si nolit vxor, aut non possit, veniat ancilla. Siquidem res vxoria tam est cuiq. necessaria, quam efca, potus, somnus. Matrimonium est virginitate multo præstantius. Eam Christus, eam Paulus dissuasertur hominibus Christianis. † Sed hæc fortasse propria Lutheri sunt. Non sunt. Etiam nuper à meo Charco, sed misere timideq. defenduntur. Vultis ne plura? Quid ni? * Quanto sceleratior, inquit, tanto vicinior gratiæ.

D Omnes actiones bonæ peccata sunt, Deo iudice, mortifera: Deo propitio leuii- scula. Nemo malum luapte voluntate cogitat. Decalogus nihil ad Christianos. Opera nostra Deus nequaquam curat. Soli recte participant cœna dominica, qui tristes, affictas, perturbatas, confusas, erraticas apportant conscientias. Confi- renda crimina sunt, sed cui libet, qui si te vel ioco absoluerit, modo credideris, ab- solutus es. Legere preces horarias non est sacerdotum, sed Laicorum. Christia- ni liberi sunt à statutis hominum. Satis superq. lacunam istam commosse videor. lam finio. Nec vero putetis iniquiorem esse me, qui Lutheranos & Zuinglianos promiscue coarguerim. Nam isti memores à quo profeminati sunt, inter se fratres & amici volunt esse, adeoq. grauem interpretantur iniuriam, cum in vlla re præter vnam, discriminantur.

E Equidem non sum tanti, vt vel mediocrem locum mihi sumam in selectis theo- logis, qui hodie bellum hæresibus indixere: sed hoc scio, quantuluscunque sum, periclitari me non posse, dum Christi gratia fultus, aduersum talia commenta tam iniuisa, tam insulsa, tam bruta, cælo terraq. iuuantibus, præliabor.

NO-

Matt. 12. Luc. 11. Inq. li. 3. c. 2. Li. de cap. Ba.

De Sacra- mentis.

Cal. inst. l. 4. cap. 15. Cent. 1. li. 1. cap. 10. Lut. lude c. Bab. Cent. 2. & 5. cap. 4. Luth. ad- uersus Co- chl. Item epist. ad Melact. to. 2 & in ep. ad vval. Anapt. Apoc. 13.

De moribus.

Ser. de Ma- tri. Li. de vxo- con. & af- fect. ar. 16. Li. de vo. Eua. Li. de vo- mo. Charc. l. in Censoria suum. Lut. sermo. de ep. pec. Affer. 32. Li. de ser. arbi. Ser. de Moy se Li. de capr. Ba. Apolo. Ec- cl. Angl.

Nota

IX.

NONA RATIO.

Caput XXU.

Sophismata.



CITVM est inter cecos iuscum regnare posse. Apud rudes valet saepe fucata disputatio, quam schola philosophorum exhibet. Multa peccat aduersarius in hoc genere: sed quatuor fallacis plerumque confuitur, quas in Academia malim, quam in trinio retexere.

Schiama- shia. 2. Cor. 7.

Primum vitium Schiamachia est, quae auras & umbras magno conatu diuerberat. Hoc pacto Contra coelibes iuratos & votos in castimoniam, quod nuptiae bonae sint, virginitas melior, afferuntur scripturae loquentes honorifice de coniugio. Quem feriunt? Contra meritum hominis Christiani tantum Christi sanguine, alioqui nullum, promuntur testimonia, quibus iubemur, nec naturae, nec legis, sed sanguini Christi fidere. Quem refellunt? In eos qui colunt coelites, ut famulos Christi maxime gratiosos, citantur integrae pagellae quae vetant colere multos Deos. Vbinam sunt? Huiusmodi argumentis, quae apud haereticos infinita reperio, nobis esse detrimento non poterunt, vobis esse fastidiosum poterunt.

Logomachia.

Aliud vitium Logomachia est, quae sensa deferens, loquaciter cum verbo litigat. Inuenias mihi missam, inquit, aut purgatorium in scripturis. Quid ergo? Trinitas, Homocionios, Persona, nusquam sunt in Biblijs, quia voces istae non sunt? Affine est huic peccatum, litterarum aucupium, quum neglecta consuetudine & mente loquentium, quae vita vocabuli est, aduersus elementa contenditur. Nempe sic aiunt: Presbyter nihil est nisi senior. Sacramentum, quoduis mysterium. Ceterum acute sanctus Thomas, ut omnia, In vocibus, inquit, videndum, non tam ex quo, quam ad quid, sumantur.

Homonymia.

Tertium, Homonymia est; longe lateque patens. Vt: Quorsum ordo sacerdotum, cum Ioannes omnes nos vocauerit sacerdotes? Etiam hoc addidit Regnabimus super terram. Quot sunt ergo Reges? Item: Propheta celebrat ieiunium spirituale, hoc est, ab inueteratis criminibus abstinentiam. Valeat ergo ciborum delectus & dierum praescriptio. Siccine? igitur insanierunt Moyses, Dauid, Helias, Baptistes, Apostoli, qui biduo, triduo, vel hebdomadis inediam terminarunt, quae quidem, ut a crimine, debebat esse perpetua. Hoc quale sit iam vidistis. Propero.

Circulatio.

Quartum his adijcitur, Circulatio: In hunc modum: Da mihi notas, inquam, Ecclesiae. Verbum Dei est purissima Sacramenta. Haecine sunt apud vos? Quis dubitet? Ego vero pernego. Consule verbum Dei. Iam consului, minusque vobis, quam ante faueo. Ab, iam planum est. Proba mihi. Quia nos ne latum quidem vnguem discedimus a verbo Dei. Vbi est acumen tuum? semperne capies pro argumento, illud ipsum quod ponitur in quaestione? Quoties hoc iam inculco? Non tu euigilas? Num faces admouendae sunt? Dico, a te perperam exponi verbum Dei: testes habeo quindecim aetates: ista sententiae, non meae, non tuae, sed harum omnium. Stabo sententiae verbi Dei: spiritus ubi vult, spirat. Eccum quos gyros, quas rotas fabricat? Hic nugator, tot verborum atque sophismatum architectus, nescio cui formidolosus esse queat, molestus erit fortasse. Molestiam vestra prudentia subleuabit, formidinem res eripuit.

X.

DECIMA RATIO.

Caput XXUI.

Omne genus vestitum. Isai. 35.



AEC erit nobis directa via, ita ut stulti non errent per eam. Quis enim, quamuis hebes in plebecula, dummodo salutis cupidus parumper attenderit, semitam ecclesiae tam egregie complanata non videat, non teneat, vepres & cautes & auia detestatus? Erunt haec etiam rudibus explorata, sicut Isaias vaticinatus est, vobis igitur, si voletis, exploratissima.

Thea-

Theatrum vniuersitatis rerum ponamus ob oculos: quicquid est vsquam peragremus: omnia nobis ad argumentum suppeditant. Eamus in caelum: Rosas & lilia contemplerur: purpuratos nempe martyrio, candidatos Innocentia. Romanos, inquam, Pontifices tres & triginta continenter occisos: Pastores terris omnibus, qui suum pro Christi nomine sanguinem oppignerarunt: Greges fidelium, qui Pastorum vestigijs institere: Sanctos omnes coelites, qui turbae hominum puritate & sanctimonia praeluxere. Nostros hinc emigrasse reperias, noster fuit, ut paucula delibemus, ille martyrij sitientissimus Ignatius, qui in rebus ecclesiae neminem, ne regem quidem, aequavit episcopo, qui traditiones quasdam Apostolicas, quarum telis ipse fuerat, ne dilaberentur, scripto mandauit. Noster Anachoreta Telephorus, qui ieiunium Quadragesimae sancitum ab Apostolis obseruari seuerius iussit. Noster Irenaeus, qui a successione cathedrae Romanae fidem Apostolicam declarauit. Noster Victor Pontifex qui Asiam edicto coercuit vniuersam: quod cum aliquibus, atque etiam huic Irenaeo viro sacratissimo videretur asperius, nemo tamen attenuauit ut exoticam potestatem. Noster Polycarpus, qui super quaestione pascat Romae adijt, cuius ambustas reliquias Smyrna collegit, anniuersario die ritu legitimo suum episcopum venerata. Nostri Cornelius & Cyprianus, aureum par martyrum, ambo magni praesules, sed maior ille, qui Romanus Africanum errorem resciderat, hic nobilitatus obseruantia, qua maiorem est prosequutus amicitissimum sui. Noster Sixtus, cui ad aram solemnibus sacris operanti, ministrarunt clerico septem viri. Noster Laurentius huius archidiaconus, quem aduersarij de suis factis eijciunt, quem ante mille ducentos annos vir Consularis Prudentius sic orauit.

Caliter aug. form. 37. de San. Dam. in vi. Pent. Rom.

Hier. in cat. scrip. in ep. ad Smyr. Eusl. 3. ca. 32. Dam. in vit. Teleph. 10. con. cb. stat. d. 9. Eusl. 4. hi. 24. Eusl. 5. hi. 14. Suidas. Eusl. 7. li. 2.

Quae sit potestas credita, Et muneris quantum datum, Probat Quiritum gaudia, Quibus rogatus annuis, Hos inter, o Christi decus, Audi & Poetam rusticum, Cordis fatentem crimina, Et facta prodentem sua, Audi benignus supplicem, Christi reum Prudentium.

Prud. in hym. de S. Laur. Vi. Aug. ser. 1. d. 5. Laur.

Nostrae virgines illae perbeatae, Cecilia, Agatha, Anastasia, Barbara, Agnes, Lucia, Dorothea, Catarina, quae decreta pudicitiam aduersus & hominum & daemonum tyrannidem firmauerunt. Nostra Helena quam Dominicae crucis inuentio celebravit. Nostra Monica, quae moriens orari & sacrificari pro se mortua ad altare Christi religiosissime flagitauit. Nostra Paula, quae ex urbane palatio & opimis praedijs in speluncam Bethlemiticam tantis itineribus peregrina cucurrit, ut ad Christi vagietis cunabula delitesceret. Nostri Paulus, Hilarion, Antonius seniculi solitarij. Noster Satyrus Ambrosij germanus frater, qui tremendam illam hostiam circumfegellans in orario, naufragus insiliit in oceanum, & fide plenissimus enatanit. Nostri Nicolaus & Martinus episcopi, exerciti vigilijs, paludati cilicij, ieiunio pasti. Noster Benedictus tot monachorum pater. Chisidas istas decennio non exequeret. Sed nec illos repeto quos in Ecclesia doctoribus ante posueram. Memor sum breuitatis meae. Petar ista qui uolet non solum ex abundanti veterum historia, sed multo etiam magis ex grauissimis auctoribus, qui pene singuli Sanctos singulos memoriae reliquerunt. Renunciet mihi de Christianis illis antiquissimis & beatissimis, quid autem, utrius doctrinae fuerint, Catholicae an Lutheranae? Testor Dei solium, & illud tribunal ad quod stabo rationem rationum harum & Dicti Facti redditurus, aut nullum caelum esse, aut nostrorum esse, illud execramur, hoc desigimus.

Prud. in hym. de S. Laur. Vi. Aug. ser. 1. d. 5. Laur. Amb. li. r. off. c. 28. Leo form. in die S. Laur. Metaphr. Amb. form. 90. 10. 3. l. 1. de Virg. Vdo Tro. in marty. Eusl. 8. hi. 17. Russ. li. ca. 8. Ex Aug. l. 9. con. cap. 7. vsq. ad 13. Hier. in epi. Pau. Hier. Ashanaf. Amb. in ora. fu. de Satyre. Ioan. Diac. Sau. Sulp. Metaph. Gra. li. 2. dial. Vi. 13. 20. Suriy. Dabnati.

Nunc est contrario, si libet, inspiciamus in Tartara. Cremantur incendio sempiterno: qui Iudaei, quam Ecclesiam auersati? nostram. qui? Ethnici, quam Ecclesia crudelissime persequuti? nostram. qui? Turci, quae templa demoliti? nostram. qui? Haeretici, cuius Ecclesiae perduelles? nostrae. Quae enim Ecclesia praeter nostram, omnibus inferorum portis se opposuit? Cum, pulsis Hebraeis, Christiani succrescerent Hierosolymis, Deum immortalis, qui concursus hominum ad loca sacra fuit, quae urbis religio, quae sepulchri, quae praesepij,

Matt. 26. Iudai. Eusl. 4. hist. 5.

sepis, quæ crucis, quæ monumentorum omnium, quibus velut exuuiis mariti Ec-
clesia sponfa delectatur? Hinc manavit in nos Iudæorum odium ferum & implaca-
bile. Quærentur etiam nunc, maiores nostros maioribus suis exitio fuisse. A Simo-
ne Mago & Lutheranis nullum ictum acceperunt.

In Ethnicis violentissimi fuere, qui toto Imperio trecentis annis, per interval-
la temporum, ærumnosissima Christianis supplicia machinati sunt. Quibus? Pa-
tribus & filiis nostræ fidei. Cognoscite vocem tyranni qui sanctum Laurentium
torruit in craticula.

Prud. in
Hym. de S.
Laur.

Hunc esse vestris Orgijs
Moremq. & artem proditum est:
Hanc disciplinam fœderis,
Libent vt auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt,
Fumare sacrum sanguinem,
Auroque, nocturnis sacris,
Ad stare fixos cæreos,
Tunc cura summa est fratribus,
(Vt sermo testatur loquax)
Offerre, fundis venditis,
Sestertiorum millia.
Addicta auorum prædia
Fœdis sub auctioribus
Successor exheres gemit,
Sanctis egens parentibus.
Hæc occultantur abditis
Ecclesiarum in angulis:
Et summa pietas ereditur
Nudare dulces liberos.
Deprome thesauros: malis
Suadendo quos præstigijs

Exaggeratos obtines,
Nigrante quos claudis specu.
Hos possit vsus publicus,
Hoc fscus, hoc ararium,
Vt dedita stipendijs
Ducem iuuet pecunia.
Sic dogma vestrum est, audio,
Suum quibusq. reddito,
En Cæsar agnoscat suum
Numisma, nūmis inditum
Quod Cæsar scis, Cæsari
Da: nempe iustum postulo.
Nj fallor, haud vllam tuus
Signat Deus pecuniam.
Nec cum venires, aureos
Secum Philippos detulit,
Præcepta sed verbis dedit
Inanis a masupio.
Implete dictorum fidem,
Quæ vos per orbem venditis
Nūmos libentes reddite,
Estote verbis diuites.

Gen. 10.

Dam. in
Syl. Zonaræ
Euf. lib. 2.
de vi. Const.
e. 7 8. 9. Ser-
mon. lib. 1.
cap. 9.

Quis videtur? In quos furit? Cuius Ecclesiæ sacra, lychnos, ritus, ornamenta
conuellit? Cui patellas aureas, & argenteos calices, & sumptuosa donaria, & opu-
lentam gazam inuidet? Profecto lutherizat. Quod enim aliud velum suo laceroci-
nio nostri Nemrodes obtenderent, cum depecularentur ecclesias, & Christi patri-
monium dissiparent? Contra vero magnus ille Constantinus *Christomastigon* terro-
quam Ecclesiam tranquillauit? Illam, cui Põrifex Syluester præfuit, quem in Sorã-
te latitantem accersit, vt eius opera nostro baptisinate tingeretur. Quibus au-
spicijs victor? signo crucis, Qua matre gloriosus? Helena. Quibus se Patribus adiu-
xit? Nicænis. Cuiusmodi? vt Syluestro, vt Marco, vt Iulio, vt Athanasio, vt Nicolao.
Cuius se precibus commendauit? Antonij. Quam sellam postulauit in synodo? vtri-
mam. O quanto regalior hac sede, quam qui reges ritulum non debitum ambi-
runt? Singula narrare longum est. Sed ex his duobus, altero nobis infestissimo, alte-
ro nobis amicissimo, licebit singula conijcere, quæ sunt horum simillima. Etenim,
vt nostrorũ illa fuit epistasis turbulenta, sic nostrorũ hæc euasit diuina catastrophe.

Turci.
Zonaræ.
Vide Volat.
Iouium.
Aemil. li. 8.
Blond. lib.
9 de.

Haratici
Cle. li. 1. ne-
cogn.
Iren. li. 1.
c. 2.

Turcica videamus, Mahometes & Sergius monachus apostata, in profundo ba-
rathro iacent vultantes, & suis & posterorum sceleribus onusti. Hæc portentosa &
efferrata bellua, Saraceni, Turci, nisi à nostris ordinibus militiæ sacræ, nisi à nostris
Principibus & populis accisa fuisset ac repressa, per Lutherum quidem (cui gra-
tias hoc nomine Solymanus Turcus litteris egisse dicitur) & per Lutheranos regu-
los (quibus Turcorum progressio lætabilis existimatur) hæc inquam, Erynnis furio-
sa & exitiosa mortalibus, totam iam depopularetur & vastaret Europam, neque in-
diligentius altaria & signa crucis, quam ipse Caluinus euerteret. Ergo nostri hostes
illi sunt proprij, vt pote nostrorum indultia à Christianorum iugulis repulsi.
Despectemus in Hareticos, fæces, & folles, & alimeta Gehênæ. Primus occurrit
Simon

A Simon Magus: Quid ille? Eripiēbat homini liberam voluntatem: solam fidem per-
crepabat. Mox Nouatianus: Quis? Antipapa Cornelio Pontifici Romano, Hostis
Sacramentorum Penitentia & Chriftatis. Deinde Manes perfa: Hic docebat ba-
ptismum salutem non conferre. Post, Aërius Arrianus preces damnabat pro mor-
tuis, confundebat episcopis sacerdotes, cognominatus Atheos non minus quam
Lucianus. Sequitur Vigilantius, qui Sanctos orari non ferebat: ac Iouinianus, qui
virginitatem & nuptias æquiparabat: denique colluuiis vniuersa, Macedonius,
Pelagius, Nestorius, Eutiches, Monothelita, Iconomachi, ceteri, quibus Luthe-
rum & Caluinum posteritas aggregabit. Quid isti? Omnes mali corui, eodem
ouo geniti, ab Ecclesiæ nostræ præulibus delcuerunt, ab illis euicti & exinaniti
sunt.

Cyp. epi. ad
Iubai. li.
4. epi. 2.
Theodore.
de fa. heret.
Augu. her.
59.
Epiph. ha-
ret. 75.
Soer. l. 2. c.
35.
Hier. in 10.
vi. Aug.
ber. 82.

B Deferamus Auernum, reddamur terris. Quocumque me oculis & cogitatione
conuertero, siue Patriarchas intueor & sedes Apostolicas: siue Antistites cæterarũ
gentium; siue laudatos Principes, Reges, Cæsares: siue Christianorum cuiusq. Na-
tionis iniria: siue vllum iudicium vetustatis, aut lumen rationis, aut honestatis de-
cus, nostræ fidei seruiunt & iustragantur omnia.

Terra.

Testis Iucelstio, in qua semper Ecclesia, (vt cum Augustino loquar) Apostolicae cathe-
dræ viguit principatus. Testes illæ reliquæ Sedes Apostolicæ, in quas hoc nomen in-
gniter conuenit, quod ab ipsis Apostolis horumve auditoribus exædificatæ fuerint.

Sedes Apo-
stolica.
Epist. 162.
Vide Ter.
de presc.
Aug. li. 2. de
Doct. Chr. c.
8.

Testes vbius gentium pastores, loco disiti, religione nostra concordēs, Igna-
tius & Chrysofomus Antiochiæ; Petrus, Alexander, Athanasius, Theophilus Ale-
xandriæ; Macarius & Cyrillus Hierosolymis: Proclus Constantinopoli: Grego-
rius & Basilus in Capadocia: Thaumaturgus in Ponto: Smyrnæ Policarpus: Iusti-
nus Athenis: Dionysius Corinthi: Gregorius Nissæ: Methodius Tyri: Ephremus
in Syria: Cyprianus, Opratus, Augustinus in Africa: Epiphanius in Cypro: An-
dreas Cretæ: Ambrosius, Paulinus, Gaudentius, Prosper, Faustinus, Vigilus in
Italia: Irenæus, Martinus, Hilarius, Eucherius, Gregorius, Saluianus in Gallia:
Vincentius, Orosius, Hildefontus, Leander, Isidorus in Hispania: In Britannia Fu-
gatus, Damianus, Iustus, Mellitus, Beda. Denique ne ambitiosus videar in nomi-
bus, quæcunque vel opera vel fragmenta super sunt eorum qui disunctissimis terris
Euangelium seuerunt, omnia nobis vnâ fidem exhibent, quam hodie Catholici pro-
fitemur. Christe quid causæ tibi afferam quo minus me de tuis extermines, si tot
luminibus Ecclesiæ tenebricosos homulos, paucos, indoctos, dissectos, improbos
D antetulero?

Disunctissi-
ma terra.
Hæc in cat.
scrip. eccl. &
alijs.

Testes item Principes, Reges, Cæsares, horumq. Respublicæ, quorum & ipsorum
pietas, & ditionum populi, & pacis belliq. disciplina se penitus in hac nostra do-
ctrina catholica fundauerunt: Hic ego quos ab oriente Theodosios, quos ab occi-
dente Carolos, quos Edouardos ex Angliâ, Ludouicos è Gallia, Hermingildos ex
Hispania, Enricos è Saxonia, Venceslaos è Boëmia, Leopoldos ex Auitria, Ste-
phanos ex Hungaria, Iosaphatos ex India, quos orbe toto dynastas atque topar-
chas passim arcessere: qui exemplo, qui armis, qui legibus, qui sollicitudine, qui sum-
ptu nostram Ecclesiam nutrierunt? Sic enim præcinuit Isaias: Erunt Reges nutritij tui,
& Regina nutrices tuæ. Audi Elizabetha. Narro tibi: Caluinum & hos Principes vnũ
cælum capere non potest. His ergo te Principibus adiunge, Solum hoc de te mo-
lior ego, & moliar quicquid me fiet, cui tanquam hosti capitis tui toties iam isti
patibulum ominantur, Salue bona crux. Veniet, Elizabetha, dies ille, ille dies,
qui tibi liquido commonstrabit vtri te dilexerint, Societas IESV, an Lutheri
progenies, Pergo.

Principes.

Vide 12. 10.
Surij.

Isai. 48.

Testes iam omnes oræ plagæq. mundi quibus Euangelica tuba post Christum na-
tum insonuit, Parumne hoc fuit. Idolis ora claudere, Dei regnum gentibus import-
tare? Christum Lutherus, Catholici Christum loquimur. Num diuisus est Christus?
minime. Aut nos, aut ille falsum Christum loquimur. Quid ergo? Dicam Chris-
tus ille sit, & illorum sit, quo Dagon inuecto ceruices fregerit. Noster Christus
opera

Nota

Natione
ad Christi
traducta.

1. Cor. i.
1. Reg. 5.

opera nostrorum uti voluit cum Ioues, Mercurios, Dianas, Phabades & illam no- ctem seculorum atram, Erebumq. tristem e tot populoru cordibus relegaret. Non est otium longinqua perquirere; Finitima tantum atque domestica speculemur. Hiberni ex Patritio, Scoti ex Palladio, Angli ex Augustino, Romae sacratiss, Roma missis, Romam venerantibus, fidem aut nullam, aut certe nostram, id est, catholi- cam infuxerunt. Res aperta. Curro.

Cumulus te- sium.

Testes Academiae, testes legum tabulae, testes vernaculi mores hominum, testes electio Caesarem & inauguratio, testes regum rursus & inunctio, testes equorum ordi- nes, ipsaq. chlamydes, testes fenestrae, testes numi, testes urbanae portae domusq. ci- uicis, testes aurosum fructus & vita, testes res omnes & reclusae, nullam in orbe reli- gionem nisi nostram imis vnquam radicibus inleuisse.

Quae mihi cum suppetent, & certe sic afficerent meditantem, ut his homini- bus nuncium remittere Christianis, & confociari cum perditissimis quibusque: vi- deretur insolentis insaniam: non diffiteor, animatus sum & incensus ad conflictum. Quo mihi sit aequior Charcus, qui me tam immaniter conserpit, si hanc animulam peccatricem quam tanto Christus emit, viae tute, viae certa, viae regia malui crede- re, quam Caluini scopulis dumetisque suspendere.

CONCLUSIO.

Habetis a me, florentes Academici, hoc munusculum contextum operis in iti- nere succisuis, Animus fuit & purgare me vobis de arrogantia, & satisfacere de fiducia, & interim dum ab aduersariis vna mecum ad scholas inuitemini, qua- dam apponere degustanda. Si aequum, si tutum, si honestum ducitis haberi Luthe- rum, aut Caluini Canonem Scripturae, Mentem Sancti Spiritus, Normam Eccle- siae, Conciliorum Patrumque. Paedagogum, omnium denique testium & seculorum Deum, nihil est quod speret vobis lectoribus vel auditoribus: Sin estis ij, quos apud animum formauit meum, philosophi, oculati, amatores veri, simplicitatis, modestie: hostes temeritatis, nugarum, sophismatum, facile diem in aprico videbitis, qui die- culam angusta rima dispicitis. Dicam libere, quod meus in vos amor, & vestrum pe- riculum, & rei magnitudo, postulat. Non hoc nescit diabolus, vos istam lucem, si qua- do ceperitis oculos attollere, conspecturos. Cuius enim stuporis fuerit, antiquitati Christianae Hammeros & Charcos antepone? Sed sunt quaedam illecebrae Luthe- ranae, quibus suum illi regnum amplificat, quibus ille tendiculus hamatus multos iam vestri ordinis inescavit. Quanam? Aurum, gloria, deliciae, vnae, contemnite. D Quid enim aliud ista sunt, nisi terrarum ista, canorus aer, popina vermium, bella ster- quilinia? spernite. Christus diues est, qui vos alet, Rex est, qui ornabit: Laurus est, qui satiabit: Speciosus est, qui felicitatum omnium cumulos largietur. Huic vos ad scribite militanti, ut cum eo triumphos, vere doctissimi, vereq. clarissimi reportetis. Valet. Cosmopoli, 1581.

AUCTORES ALIQUOT QUI ADUER- sus Haereses, siue schismata scripserunt.

Caput XXVI.

Albertus Pius contra Erasmi. Alanus Copus de Summo Pontifice, de Imaginibus, de votis Monasticis, de Sanctis, de pseudo Martyribus, Antidotum contra haereses. Albertus Pighius de Libero Arbitrio, de Hierarchia Ecclesiastica, librum etiam scripsit aliarum controuersiarum. Antonius Demochares de Missa aduersus Caluinianos.

Alphonfus a Castro de omnib. haeresibus, & iusta punitione Haereticorum. Alphonfus Herrera de bonis operibus. Alphonfus Viruesij Philippicae aduersus Lutherum. Ambrosius Catharinus contra Lutherum. Andreas Vega in Concilium Tridentinum, & de iustificatione. Albanus Lagdailus de Eucharistia.

Antonius possuianus de Moscouia, & statu huius seculi aduersus Ecclesiam hostes. Antonius Solerius de Inuocatione Sanctorum. Ambrosius Melargus de Baptismo paruulorum, de Imaginibus, Mis- sa, punitione haereticorum. Aluarus relagius iam ante 200. annos. Antonius Cordubensis, de Indulgentiis.

Ant.

A Andreas Paphlagonus contra Lutherum. Bartholomaeus Camerarius de libero arbitrio contra Caluinum. Bernardinus Scordoni de Castitate. Baptista Paulianus de Iubileo, & Indulgentiis. Bredembachius Anthyperaspites contra Schmidelinum. Vide in dictione Matthias. Claudius Coufsordius contra VValdenfes. Claudius Sandius de Eucharistia, de Liturgiis, & de Atheismis Caluini & Bezae, & alia partim Latina, partim Gallica. Christophorus Marcellus de auctoritate Papae. Colonienfium caesura in Haereticos. Conradus Roelim contra Epithalamium Lutheri. Curhebertus Tonstallus de Eucharistia. Conradus Brunus contra Historiam Illyrici, & de Legationibus, ceremoniis, & imaginibus & de fedi- tionibus contra Ceteriarios. Didacus payua de scriptura, de peccato, libero arbitrio, de lege & Euangelio, de iustificatione, caena Domini, de poenitentia, con- firmatione, extrema vnctione, imaginibus, coenobatu, & contra Chemnitium pro Concilio Tridentino. Dominicus a Soto de Sacramentis, de natura & gratia, & in quarum sententiarum, & de iure & iustitia, vbi multa contra haereticos. Dominicus Gramineus de Eucharistia. Edmundi Campiani Marcyris Angli aureus libellus, qui inscrip- titur decem rationes oblatas Aca- demicis Anglis, & defensio eiusdem a Ioanne Durzo contra VWhittakerum. Edmundi Augerij Catechismi Gallici, & libri de Sacramentis Gallicis, aduersus Caluinianos potissimum. Euerardus Billikius de componendis Ecclesiae dissidijs. Franciscus Costerus. Fridericus Staphilus de trimembri Theologia Lutheri, de successione discipulorum Lutheri, Synodus Patrum contra Hofiadrum. Franciscus Ferrariensis de libertate Christiana. Franciscus Turrianus de Ecclesia, de Eucharistia, de votis Monasticis, de iustificatione, pro Epistolis decretalibus, in constitutiones Apostolorum, de characteribus verbi Dei, de Hierarchicis ordinationibus, & pleraq. alia. Fridericus Nausca. Felicianus Ninguarda contra Confessionem Augustanam, de Scri- ptura, traditionibus, Sacramentis, ritibus, imaginibus, purgatorio. Franciscus Cordubensis de Fide, Papa, Conciliis.

Franciscus Vargas de Pontifice Maximo. Fabricij Leodij Harmonia contra confessionem Augustanam. Franciscus Romeus de libertate operum. Io. Fontanus de Historia Ecclesiastica nostri temporis. Francisci Sonnij demonstratio relig. Christiana. Gaspar Cardillus de Conciliis. Guilelmus Bernardus de Sepulturis, exequiis, &c. Guilelmus Alanus Anglus Cardinalis de Eucharistia, de Sacramentis in genere. Gaspar Schaefferus de controuersijs. Georgius Amelius de Eucharistia. Georgij Scherer varia Germanice contra haereticos. Gregorij de Valeria Analysis fidei Christianae, de Missa, de Trinitate, & de variis aliis aduersus nostri temporis haereticos. Guilelmus Eifengreinenfensis contra Centurias Magdeburgenses. Guilelmi Lindani Panoplia, Dubitantius, Apologeticus de solida concordia componenda, & aduersus confessionem Augustanam concordia discors. Georgij Ederi multa, tum Latine, tum Germanice: Oeconomia Bibliorum, Valles haereticorum, Matrologia, Inquisitio Euangelica, &c. Quae quidem ad diuinam scripturarum dispositionem intelligendam maxime faciunt. Hieronymus Niger de Eucharistia. Hieron. Torrensis confessio Augustiniana. Hieron. Hangestus de libero arbitrio. Henricus Helmesius de iustificatione. Hieronymus Oforius ad Haddone Reginae angliae a libellis supplicibus, & epistola ad Reginae ipsam. Hieronymi Bolseri Vita Caluini. Honocius de Indulgentiis. Hugo Constantiensis de imaginibus. Henricus Blysemius de Ecclesia, & de vtraque specie. Henrici Regis Angliae defensio fidei, scripta antequam incidere haereticum. Iacobus Latomus Theologus Louanienfis. Iodocus Clichtoueus de Missa, continentia. Iodocus Tiletanus contra confessionem Antuerpiensem Lutheranorum, &c. Ioannes Antonius de Ecclesia. Ioannes Cochleus de vita Lutheri, de Huisitiss, Philippice, discussio confessionis Augustanae, de Scri- pturae & Ecclesiae auctoritate, cordis ratio super confessione Augustana contra Caluinum, Septi- cepts Lutherus, & alia multa. Iacobi Pamelij Liturgia Latinae & Scholia erudita in Tertullianum, & Cyprianum. Ioannes Dauentrienfis contra con-

fessionem Augustanam. Ioannes Driedo de libertate Christiana, libero arbitrio, &c. Ioannes Eckius de primatu Pontificis, purgatorio, Apologia contra Bucerum, de satisfactione, Enchiridion. De Sacrificio Missae, quatuor Tomi Homiliarum. Ioannes Faber de Summo Pontifice, de Missa Euangelica contra Anabaptistas. Ioannes Garetius de Eucharistia, de Oratione pro defunctis. Ioannes Gropperus de Eucharistia. Ioannes Hofmeesteri loci communes. Ioannes Hesselus a Louanio de officio pij viri, de Eucharistia, de Communionem sub vna specie, de inuocatione Sanctorum, de primatu Petri, contra fidem specialem. Ioan. Lansenus de vnica religione, de purgatorio, de satisfactione, de Ecclesia, &c. Ioannes Rossensis contra articulos Lutheri, de visibili Sacramento, de vnica Magdalena. Quod Petrus fuit Romae, &c. Ioanes Turrecremata de Ecclesia. Iacobus Ledefinius de Sacro non celebrando vernacule, de Diuini scripturis. Ioannis Bunderij Compendium rerum Theologicarum. Ludouici Maiorani Clypeus Ecclesiae militantis, de optimo statu regimini. Laurentij Sazij Commentaria. Laurentij Arturi Faunteri de Christi visibili in terris Ecclesia aduersus Antonium Sadelem, assertiones de Ecclesia, Theses de Principatu Petri, Theses de Sanctorum inuocatione, & alia lectu dignissima. Martinus Peresius Aiala de traditionibus. Marthaeus Galenus de origine Monasticis, de Sacrificio Missae. Melchior Canus de locis communibus Theologicis, &c. Michael Medina de recta in Deu fide. Martini Pistoris Symachia. Marthae Bredenbachij de dissidijs Ecclesiae componendis. Marcus Mantinenfis de Conciliis. Michaelis Velui Afferio quorundam Sacrorum axiomatum. Martini Duncani confutatio Anabaptistarum. Martini Chromeri Orechouius, Catecheses Latine, Polonice, Germanice, de vera & falsa religione. Epistola contra Stancari scripta, Responso contra confessionem per Nuntios datam. Michael Sidonius Merspurgen. Episcopus, Conciones de Missa sacrificiis. Nicolaus Sanderus de visibili Monarchia, de imaginibus, de iustificatione, de Sanctorum intercessionem, de Schismate Anglicano. Nicolaus Villagagneus de Eucharistia.

V u Patricij

Patricij Nidecij Episcopi Venden-
sis de Ecclesia.
Petrus à Soto contra Confessionē
Vvirembergensem. Et de instru-
tione Sacerdotum.
Petri Canisij Catechismus, de S.
Io. Baptista, de B. Virgine, cōtra
Centuriatores Magdeburgenses
& alia.
petrus Amelius contra Lutherum.
Petri Lizesij Aluernij lib. contra
pseudoEuangelicos.
Petri Cluniacensis Epistolæ pulcher-
rimæ.
Pectus Scarga pro Eucharistia con-
tra Volanum, præter libros quos
polonicè aduersus hæreticos &
schismaticos scripsit.
Robertus Arboricenis de coercenti-
dis hæreticis, de Eucharistia, Cœ-
libatu, vtroque gladio.
Roberti Bellarmini de omnibus cō-
trouersis eruditissimæ & accur-
ratissimæ Disputationes.
Reginaldus polus de Summo pon-

tifice, de Vnitate Ecclesiæ, de
Concilio, de Baptismo Constan-
tini.

Remundus Ruffus de pontifice, con-
tra Manichæum.

Ruardi Tapperi explanatio Arti-
culorum Louanienfium de Sac-
ramentis, de libero arbitrio, de
Iustificatione, de Bonis operibus
de Fide, spe & charitate.

Raphael Bonuſtus de Gratia & li-
bero arbitrio.

Stanislai Hofij Cardinalis Confes-
sio fidei Polonica contra Bren-
tij prolomena, de verbo Dei,
multaq; alia.

Stanislai Socolouij Cēsura patriar-
chæ Constantinopolitani con-
tra Lutheranos, Varix oratio-
nes, Dps Ecclesiæ, de Ecclesiā, de
Fructibus hæreticorum.

Stephanus Vintonienſis de Cœli-
baru & Eucharistia.

Thomas Caietanus de Summo pon-
tifice.

Thomas Campegus de Summo
pontifice, & Cœlibatu Sacerdo-
tum.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.

Thomæ Mori Epistola.
Thomæ Valdenſis de Ecclesia, Sū-
mo pontifice, Clericis, Religio-
sis, Sanctis reliquiis, Oratione,
Sacramentis, Sacramentalibus.
Tilmannus de Sacramentis.
Thomæ Stapletoni, de principiis
demonſtrabilibus & de Iustifica-
tione libri optimi: deinde Ora-
tiones eruditissimæ aduersus hæ-
reticos.
Thomæ Illyrici de Summo ponti-
fice.
Theodorus peltanus de peccato ori-
ginis, de Iustificatione, purgato-
rio, Satisfactione, Maiestate
Christi.
Vincentius Eunilianus de Missa.
Xisti Senensis Bibliotheca Sancta,
& clauis Scripturarum.
Zacharias Adrianus de Sacrificio
Missæ.


FINIS SEPTIMI LIBRI.

ARGUMENTVM OCTAVI LIBRI.

SEQVITVR vtilissima Tractatio de ATHEISMIS Lutheri,
Melächtonis, Caluini, Bezæ, Vbiquetariorum, Anabaptistarū,
Picardorum, Puritanorum, Arianorum, & aliorum Fidei hos-
tium. Cum enim Hæreticos nosse, debellasse sit, vt Teru-
llianus monuit; causas item morborum intelligere, præsen-
tissima ratio sit ad eos curandos, faciendum erat, vt septimum librum de
hæresibus Octauus hic exciperet, qui venena, quæ ex illis prodeunt, indica-
ret apertissimè. Porrò quanta illa sint, agnoscat pius lector ex inscriptioni-
bus Capitem, quas huc subiecimus.

CAPITA LIBRI OCTAVI.

- 1 *Atheismorum origo & progressus.*
- 2 *Atheismus primus Lutheri, quo Isaiæ locum
de Christi Diuinitate falsa interpretatione
deprauat.*
- 3 *Atheismus secundus Lutheri & Caluini cōtra
Sāctissimæ Trinitatis nomen & inuocationē.*
- 4 *Atheismus tertius Lutheri cōtra nomen
Homouſion, siue Consubstantialē, à Patri-
bus Nicænis receptum.*
- 5 *Atheismus quartus Melancthonis aduersus
essentia Diuinæ unitatem & personarum
æqualitatem.*
- 6 *Atheismus quintus Caluini continens hæresis
Sabellianæ & Arianæ quædam semina, hæ-
resimq; nouam Authotheanorum.*
- 7 *Atheismus sextus Lutheri, Melancthonis,
& Schmidelini cōtra Diuinarum persona-
rum æqualitatem.*
- 8 *Atheismus septimus Caluini & Bezæ duas
in Christo personas insinuantium; Christi hu-
manitatem omni super hominem gratia &
prestantia spoliantium; passionis Christi effi-
caciā, Deiq; omnipotentiam negantium;
Lutheri item Deum passum affirmantis: Cal-
uini rursus & Melächtonis Christo anxie-
tatem & dubitationem tribuentium: Brentij
denique atque Bezæ verba Lucæ Act. 2.
deprauantium.*
- 9 *Atheismus octauus Lutheri, Brentij, aliorūq;
Lutheranorum Christi humanitatem Diui-
nitati æquantium, doctrinam Catholicam de
communicatione idiomatum conuellentium,
adeoq; complures Symboli articulos.*
- 10 *Atheismus nonus Lutheri, Melächtonis, &
aliorum contra arbitrij libertatem.*
- 11 *Atheismus decimus Lutheri doctrinam Ca-
tholicam de animarum post mortem locis la-
besactantis; & Caluini Deum peccatorum
causam asseuerantis.*
- 12 *Atheismorum colluies à Lutheri & Calui-
ni discipulis Neouarianis, Sabellianis, Samoſa-
tenicis & Ebionitis in orbem inuecta.*
- 13 *Summa colloquij cum nouis Arianis Petrico-
niæ in comitijs in Regno Poloniae habitū
1566. ante Dominicam, quæ dicitur Letare.*
- 14 *Volitationes alie Arianorum & Antitrini-
tariorum in Transsylvania aduersus Deum.*
- 15 *Summa & refutatio pestilentissimorum duo-
rum Librorum, quos Transsylvanici Ministri
contra Sanctissimam Trinitatem euulgauerunt.*
- 16 *De sacris Dei Imaginibus, quibus apparitio-
nes occasionem dederunt, de q. ipsarum mul-
tiplici usu.*
- 17 *Franciscus Davidis, cum nefarias Theses quas-
dam publicè aduersus Christum proposuisset,
à perfidia, de qua dictum est, in profundio-
res impietates delapsus, publicè in Transsyl-
uania Comitiorum consensu, à Christophoro
Bathoreo Transsylvanice Principe capitis
damnatur & infelicitissimè moritur.*




ANTONII POSSEVINI
SOCIETATIS IESV

Liber Octauus

BIBLIOTHECAE SELECTAE.

Qui est de Theologia & Atheismis
Hæreticorum.



ATHEISMORUM ORIGO ET PRO-
gressus. Caput Primum.

Vide Ire-
næum, Ter-
tullianum,
Iustinum
Martyrè,
Theodore-
rè; & alios.



Tertul. 46.
cap. lib. de
præscrip.

Act. 8.

QUO Spiritu acti fuerint ij, qui à tempore Apostolorum Christi Domini Diuinitatem, vel carnem, aut humanitatem acerbissimè oppugnarunt, facile constat ijs, qui vitam illorum & dogmata cognouerunt. Ut verò, qui facinora perpetrant & in omnem turpitudinem præcipites ruunt, si quid luminis affulget, quo inspicere possint, id protinus extinguunt: sic satanas hominum eorum mentibus, per quos aliquid satanicum edere vult, lumen illud Diuini vultus, quod est signatum super nos, fatagit callidissimus eximere, vt sanè à tenebris vndiq. comprehensi tandem in eius manus penitus prolabantur. Apparuit ergo CHRISTI IESV DEI Filij doctrina & vita, sicut splendidissimus Sol: quo homines excitati, arrepta caelestium rerum exercitatione, vt valentissimi athletæ nuncium perfidiae mundo, & carni remiserant. At cum Diuinum Solem, qui tot miraculis atque illustrissimis radiis splendere iuceperat, vnico flatu non poterat extinguere diabolus, ad sui, hoc est, serpentis astum suamque pristinas artes conuersus Dei Maiestatem sub Dei veri nomine minuere, & Christum, sub Christi vel Deitate, vel humanitate obscurare, atque adeo ex animis hominum omnino tollere curauit. Id quod Tertullianus, cum hæreticos profigeret, prudentissimè posteritatè omnè ac præcipuè huius seculi homines præmonuit. Nam cum Dositheum Samaritanum, Sadducæos, Phariseos & Herodianos breui perstrinxisset; Ad eos (inquit) me conuerto, qui ex Euangelio hæretici esse voluerunt, ex quibus est primus omnium Simon Magus, qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab Apostolo Petro iustamque sententiam

Atiam. Hæc ille. Qui postea Menandrum, Saturninum, Basilidem, Ophitas, totamque istius erroris & scenam & doctrinam aduersus Christi Domini & Dei veritatem inde fluxisse scribit: cum & deinceps Carpocrates & Cerinthus & Valentinus non tam fabulas, quam nouas de Deo & Christo blasphemias addidissent. Quos cum Marcion quidam Ponticus genere & Episcopi filius, ac propter stuprum cuiusdam virginis ab Ecclesiae communione abiectus, esset imitatus, ac Dei Maiestatem subdole minuens Deum consequenter negaret, aduersus illum & alios hæreticos ita loquitur idem Tertullianus. At nunc (inquit) negocium patitur Deus Omnipotens, Dominus & conditor vniuersitatis: idè tantum opinor, quia à primordio notus est: quia nunquam latuit: quia semper illuxit ante etiam Romulum ipsum, necdum ante Tiberium; nisi quod solis hæreticis cognitus non est, qui ei negocium faciunt. Et infra. Sed Deum quidem, vt sciens non negas, vt nesciens retractas: imò & accusas, quasi sciens; quem si scires, non acculares, imò nec retractares. Reddens nomen illi negans substantiam nominis, id est, magnitudinis, quæ Deus dicitur, non tamen eam agnoscens, quantam si homo omnifariam nosse potuisset, magnitudo non esset. Hæc ille.

Cap. 47. de
præscrip.

Lib. 2. adu.
Marcionè.

Nota hære-
tica.

At satanas postea (vt semper in peius proficit) Arium sacerdotem spiritu ambitionis tumidum impulit, quoniam Archiepiscopus Alexandriae creatus non est, ad tot hæretes vel nouas comminiscendas, vel veteres excitandas, vt tenebræ factæ sint super vniuersam terram. Sicque vna stilla decidens, neque aliò auctore, in torrentem excreuit, qui totum Christianum orbem inundauit. Repressi tamen Ariani Synodi Nicænæ auctoritate, effusisque Diuino iudicio Arii visceribus, qui tanquam alter Iudas Christi proditor crepuit medius: doctrina vero sapientissimarum illarum Ecclesiarum columnarum stante, atque consentientissima: illatis item à Constantino Imperatore iustissimis poenis, ac sublatis hæreticorum pestilentissimis libris, coluber ille, qui sempiternum animabus bellum indixerat, in omnes sese spiras contorsit, si qua ratione semina tantæ impietatis fouerentur, Christi regnum rimas agerent, quo facilius denique concideret. Quare Ariani negare iam aperte Scripturas, Epistolam Pauli ad Hebræos rejicere, & quicquid aliud rarum, sanctumque esset spernere, ac pedibus ipsis sacrosanctæ mysteria conculcare sunt ausi: quemadmodum nostri quoque temporis hæretici faciunt quoniam desperatissima eorum causa est. Adeo mens, lumine Dei amisso, sibi ipsi fit hostis acerrimus. Tum itaque prostitutio virginum, eiectio Sanctimonialium, altarium euerio, Catholicorum trucidatio, inuasio Episcopatuum. Eremitarum in abstrusissimis locis, & monachorum persecutio, cæteraque illa sunt subsecuta, quæ D. Antonius præuiderat, & Patres Athanasius, Basilis, ac reliqui scriptum reliquere. Sed cum neque hic conatus præualeret Synodi auctoritati, earum hæresum Antesignani coegere varijs temporibus decem conciliabula, quibus semper nouæ potius hæreses condebantur, quam vt eorum impletas statui, vel fides Catholica posset labefieri. Mulierculas etiam, cum parentem adibant, deq. Christi natiuitate Diuina ridentes, & contemptim loquentes, illud Prophetæ ironice obiiciebant: Generationem eius quis enarrabit?

E Quæ ferè omnia num Lutherani ac reliqui hæretici fecerint, testantur ipsa Regna, Prouinciæque vastata, ipsa conciliabula ab iis nullo vnquam vero cum effectu pacis habita; ipsa Catholicorum martyria, quæ toto hoc seculo, & nunc in Anglia habentur; ipsa bonorum Ecclesiae sacrilega vsurpatio. Qui nisi fructus eiusmodi sint, ex quibus eos agnoscere possis, fateare necesse est, vel te esse cum his cœcum, & latente iustitiæ Diuinæ flagello transuersum agi, aut nondum altius ea perpendisse, quæ tamen interitum æternum haud respicientibus afferent, Sed forte dices; Ecquid in nobis offensis, quo vel Diuinam Maiestatem, vel sanctissimam Trinitatem, vel consubstantialitatem filii traducere nos, vnà cum patris illis hæreticis vere asserere possis? Multum (aio) per omnem modum, vt paulo post dicitur.

Primum autem illud cogitandum est, sicuti plerumque Deus Prophetarum

corda, linguasq. mouebat, pluribus itē futura indicabat, quæ illi antea aut nesciebant, aut non omnino explicire intelligebant: sic satanam Pseudoprophetarum corda, linguasq. & calamos persæpe conatum fuisse impellere ad ea disseminanda, quæ celi ipsi non cogitarant, iustissimo tamen iudicio Dei commeriti fuerant, ut organa & flagella essent iræ Dei, mox quidem in ignem æternū proicienda. Et sane ebrj & ægroti multa dicunt & faciunt, quæ non sibi ipsis, sed ebrj ebrietati; ægri autē morbo non animo tribuunt. Veruntamen culpa illorum denique est, quod & ebrj facti sunt, & in varios morbos inciderunt. Proptus ergo id in Luthero cæterisq. initio euenit, ut quā mitissime de illis iudicium feramus, Nam dum furerent aduersus Ecclesiam tanquam ebrj, multa, quæ nolissent, aduersus Deum blasphemarunt, ac tamen ybi è suis erroribus tot monstra enasci, & tantam in vitæ moribus licentiam erumpere viderunt, aliquando dilucido aliquo interuallo, vi veritatis inuulsi desperarunt de suæ doctrinæ progressu, factamq. fuisse, è vestro isto (si Deo placeat) Euangelio hominum vitam multo peiorem coacti sunt & ipsimet fateri, quā dum in Ecclesia Catholica viuerent. Sed iam ad Atheismos veniamus.

ATHEISMUS PRIMUS LUTHERI, QUO ISAIÆ locum de Christi Diuinitate falsa interpretatione deprauat. Caput 11.

SATANAS igitur, ut quod coquebat in animo tandem euomet, primo Lutherum impulit, ut magno ausu Biblia verteret, & vulgatam editionem abijceret. Interim verò serpens ille sciebat, quid sperare posset eo de homine: quibus item in locis varia eius iam menti inuillaturus, quibus deinceps per illum virus suum sparsurus, ne cogitante quidem semper fortassis ista Luthero. Et initio quidem, quod scriptum habetur de Christo Deo & homine simul futuro, id Lutherus omnino sustulit. Sic autem Isaias inquit: Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur, nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Pater futuri seculi, Princeps pacis: Nam, ut in Græco codice, *θεός ἰσχυρός*, sic in Hebræo legitur, El Gebbor, id est, Deus fortis; quod quidem postea Paraphrasis Chaldaica eodem sensu, iisdemq. verbis expressit. Quin etiam inter Hebræos ante Christum natum non defuit, qui ita interpretaretur hunc futurum locum. Quia (inquit) Messias Deus & homo futurus est, vocatum est nomen eius Emmanuel, hoc est, nobiscum Deus, nempe in corpore, in carne nostra, quemadmodum testatur Iob capite xix. in carne mea videbo Deū. Item, quia Deus est mirabilis, Consiliarius dicitur. Excogitauit enim mirabile consilium, animas à dæmone eripiendi, quæ propter Adæ peccatum damnatæ erant. Nec potuerunt vllō modo esse saluæ nisi Rex mortem acerbissimam, multaq. subeat tormenta: ob eam causam dictus est Vir. Et quia ipse est omnis fortitudo, Deus fortis vocatur. Et paulo post: Et quia eos saluos faciet & ad paradysum adducet, vocatur Iesus, hoc est, Saluator. Hæc ille,

Lutherus igitur, tanquam tacitus latro, furatus Christi gloriam, vocem illam (Dei) penitus expunxit, alteramq. supposuit, qua Christi Diuinitas nequaquā deprehendi potest. Id vero in omnibus eius Biblijs, quæ Ienæ, Vvittembergæ, Lipsiæ, ac Francfordiæ typis impressa sunt, cernere est his verbis: *Vnder heist, VVunderbar, Rhat, Rhatgeb, Gott, Starck, Ewig, Vatter, Friedswort*. Sic enim & Dietenbergius & ij omnes verterunt, qui peritissimi linguarum Diuinum Verbum vt recte perceperunt, sic ex animo suspexerunt & venerari sunt. At vero, ne nominis Dei eo loco prætexere posset ignorationem, fatetur quidem alibi per hanc vocem (El) ibi significari Deum, & nusquam inueniri in singulari, nisi de vero Deo: sed tamen in sua ver-

Nota

Act. 9.


Nota

Lutherus Christi gloriam furatur.

A sua versione maluisse ponere, *Krassi*, quo nomine inquit designari fortitudinem substantiam. Alibi vero (vt omnia reddat semper dubia) inquit (El) applicari etiam creaturis. Ex quo hominis assum cum impietate coniunctum licet agnoscerē, quod studio tam expressam vocem Spiritus sancti de Christo DEO, ab Ecclesia DEI omnibus seculis & linguis receptam sustulerit, populisq. clarissimum Diuinitatis Christi testimonium Germanica dictione, & latis impropria, inuoluerit atque subtraxerit. Interim vero cum ab alijs fraudem agnitam velare voluisset, eos quidem, vt diximus, sic lactauit: atramen id, quod maximè expediebat ab omnibus cognosci, non correxit. Quæ certè (vt subinde planius quoque ostendetur) tacita fuit ad Atheismum conplanatio.

Tom. 4. operū Luth. pag. 171. impressio Vvitemb. 1552. quidam inuoluerit sed breuit. in Scholjs eiusde breuiam eode Tom. pag. 144.

ATHEISMUS SECUNDUS LUTHERI & Caluini contra Sanctissimæ Trinitatis nomen & inuocationem. Caput 111.



PORRO displicebat Arianis nomen sanctissimæ Trinitatis: displicuit & Luthero. Cumq. hanc, Satana instigante, compendiarium illi viam ad Diuinitatem ipsam ex animis tollendam putassent; putauit item volens nolens Lutherus. Sic enim dementat (vt dixi) Satanas suos. Itaque & in hoc Luthero tanquam bonus reformator, vt à Sanctuario inciperet, à sanctissima Trinitate inchoauit. Et vt ex Epistola D. Ioan. Euang. sustulit illud: Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus, & hi tres vnus sunt: Sic ex Litanjs illud prorsus erasit, Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis. At non omnino (inquiēt) vocem illam sustulit, quin vero & alicubi reliquit. Fateor. Et hic ipse est Satanas astutus, vt iaciens lapidem illico recondat brachium, & superfeminans (vt dixi) zizania abeat. Fuerunt enim qui audacem illam impudentiam admirabundè improbarent. Propterea receptus sic cecinit, vt tamen neque Lutherus retractauerit, quod sustulerat: pro eo tempore Satanas fecisse latis se cogitauit, si fenestrā istam ad omnem nequitiam aperuisset. Scit enim malignus serpens, facile esse inuentis addere. Quamobrem quod ouum in Luthero fouerat, in Melanchthone non multo post aperius, sed aperitissime in Caluino, & in reliquis manifestius exulit, quemadmodum suo loco dicemus.

Anno 1543 in lib. præcationum.

Nota

Iam vero si causas alias expendamus cur Lutherus sanctissimæ Trinitatis nomen & inuocationem è Christianis supplicationibus eliserit, certe nullam videmus. Si enim nouitatem vocis afferas, antiquitas omnis falsi te arguet: sin ab hominibus ijs inuentam putaueris, quorum haud magna fuerit in Diuinis rebus exercitatio, vniuersa Græcia, atque ij ipsi, quos scribis, Diuinam illustrasse Scripturam te reprehendent. Si, quoniam Caluino non sapiebat Trinitatis nomen, quod generis foeminini cum sit, iungatur cum Deo, quæ vox est masculini: cur ille Grammaticus, non Theologus, loco Trinitatis non dixit Ternionem? Sed latebat serpens in herba. Caluino enim vnus est Satanas tanquam audacior & callidior instrumentum, per quod nomine Trinitatis sublato, ne inuocaretur quidem: quæ vbi non inuocaretur, abiret omnino in obliuionem. Quomodo autem inuocarent, quæ neque nominare dignarentur, & adeo in quam non crederent? Ac primo Caluini incitrix inuillauit Satanas hoc alterum venenum, vt Sanctissimæ Trinitatis hypostasies seu personas putaret nudas esse proprietates: deinde in iocum (horrendam & intolerabilem sane blasphemiam) sanctissimum illud nomen detorsit, vocans hermaphroditum. Nicæni igitur Patres, quiq. fuerunt omnes in reliquis Synodis hoc est, Trinitatem nominarunt. Neque vero tunc orta est illa vox; cum D. Iustinus Martyr, Athénagoras, S. Gregorius Thaumaturgus, Tertullianus, sanctiq. ante hos Clemens Romanus, & Dionysius Arcopagita, atque alij plerique omnes,

Caluini impietas. Synodi quatuor generales. Iustinus li. de expositione fidei, quæ inscribit de Trinitate Athénagoras in

7

Apologia. Greg. Thama. in fidei formula, quae extat apud eum febif. hift. Eccl. lib. 7. c. 24. Greg. Nazianzenus, orat. 2. de pace, verfus finem. D. Dionysii exordio li. de myftica Theologia.

Cap. 3. de Diu. nomi. lib.

Naz. sub finem. 2. orat. de pace.

Nota

Nota. Vide Ephesinum Concilium ad sanctissimam Trinitatem. A. G. prima Chalcedon. Concilij.

Dorotheus Doct. 2. de humilitate.

Nota.

Nota

omnes vnà cum Iacobi, Clementis, Basilij, Chrysofomi, & Latinorum Liturgiis, A hymnis quoq. quos vocant τριαδικους tanquam ab Apostolorum temporibus deductam, satis ostendant. Itaque nec ab inuocatione sanctissimae Trinitatis abstinent. Nam & preces ad eam τριαδικας (qualis vox cernitur in iis, quae subiunguntur Liturgiis D. Basilij) appellarunt. Et cum D. Dionysio Diuus Gregorius Nazianzenus, Chrysofomus, ac denique reliqui Patres Trinitatem esse inuocandam suis exemplis docuerunt. Ille enim Principem omnis boni, atque eminenter bonam vocat Trinitatem. Ac rursus, Trinitas, ait, quae essentiam, Diuinitatem, bonitatemq. transcendis, Diuinæ Christianorum sapientiae praeses, dirige nos in id, quod de arcanis oraculis valde incomprehensibile est, splendoremq. omnem superat, & in altissimum eorum verticem, vbi simplicia, & soluta, & immutabilia Theologiae mysteria in perillustri arcani, mysticorumq. silentij caligine abdita sunt in tenebrosissimo loco clarissimam lucem emittentia, & in prorsus intractabili, inaspectabiliq. perelegantium radorum mirabiliter opplentia mentes oculorum expertes. Et alibi, quasi tot ante secula Lutheri blasphemias praesensisset, Oportet (inquit) nos orationibus ad ipsam veluti bonitatis principem prouehi, & propius ad illam accedentes in hoc discere perquam optima dona ipsi esse circumposita. Nam & ipsa quidem adest omnibus, non autem illi adfunt omnia. Vbi autem ipsam purissimis precibus, defacatoque animo & ad Diuinam vnionem accommodato inuocauerimus, tunc nos illi quoq. adsumus. At D. Gregorius Nazianzenus, ne quid de D. Dionysio pro tuo Luthero cauilleris, sic ait: O Trinitas sancta, & adoranda, & longanimis. Es enim longanimis, quae tam diu scindentes te toleras. O Trinitas, cuius habitus sum cultor, atque prece iam pridem non simulatus. O Trinitas, quae ab omnibus aliquando cognosceris, partim illustratione, partim punitione, suscipe etiam istos, vt qui nunc contumelia afficiunt, adoratores efficiantur. Sic Chrysofomus: Trinitas partitionis expers, vnitas omnium opifex, Omnipotensq. Pater, Filius & Spiritus sanctus, tu Deus meus, & lumen, teq. celebrans adoro. Haec illi. At qui & antea quoque D. Ignatius a Spiritu sancto edoctus fuit, vt canticum illud ab Isaia auditum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, in Ecclesia Antiochena in Saero cantaretur. Ac postea miraculo comprobata est ea inuocationis necessitas, cum pueri duo in aera diuinitus sublatis, deinde delati in terram, iussi sunt Proclo Patriarchae dicere, mandaret vt Trifagion illud ad terram motum sedandum ab omnibus caneretur, Sactus Deus, Sanctus & immortalis miserere nobis: sicq. cessauit illa calamitas. Sed & per Sanctissimam Trinitatem sanctissimè Christiani iurabant, & per eandem reliquos adiurabant in grauissimis causis, quemadmodum in Concilio Chalcedonensi cernitur. Nam & in Graeco Acumicensium codice, haec verba sunt. Per sanctam Trinitatem vos adiuro, quae custos est Principum, quamq. colitis, & in qua baptizati estis, cuius quoq. inuocatione saluamini, iubete preces meas relege. Quae cum ita sint, ac tamen ausi sunt in tantum impietatis barathrum ruere: quantopere in initia superbiae caueda sint, exq. minimarum rerum contemptu maxima quaeq. deinceps despiciantur, perlegat pius attente, quae Dorotheus scripta reliquit. Is ergo, Memini (inquit) fratres mei, vidisse me aliquando huiuscemodi hominem, qui in hanc miseriam seditionem incidisset. Et initio quidem, si quis è fratribus locutus quippiam esset, in alterius commendationem & laudem, statim illum spernebat, ac quasi conspuebat, dicens: Quis est ille? Non est alius praeter Zosimam & qui cum eo sunt. Post coepit & illos contemnere, ac dicere neminem alicuius esse pretij praeter Macharium. Et paulo post; Quis, ait, Macharius? Nulius est praeter Basilium & Gregorium. Atque etiam non multo post, hos quoq. coepit pariter spernere, & nullum pretij vilius existimare nisi Petrum & Paulum. Cui ego praedixi, quod euenit, fore, vt hos quoque tempore contemneret. Quod sane factum est, nam eos spreuit, & nihil esse habendum in pretio praeter Trinitatem asserere coepit, statimq. in Deum quoq. factus insolentior, exarsit, intumuit.

ATHEIS-

ATHEISMUS TERTIUS LUTHERI contra nomen Homouision, siue Consubstantialiam, à Patribus Nicenis receptum. Caput 1111.

PROGREDITVR impietas, & quem hominem Satanas fermentare coepit, non deserit quouisque fermentetur totus, fiantq. nouissima illius peiora prioribus. Lutherus igitur claustris pudoris semel perruptis, vbi sensim bellum indixit Sanctissimae Trinitati, iam apertius se prodidit, cum aduersus Latomum scribens, vocem illam in Synodo Nicæna constantissime receptam, Homouision, hoc est, Consubstantialiam, se inquit odisse. Anima mea (inquit) odit hoc nomen. Quid ita? ob ipsamne vocem, an ob notionem vocis? Neutrū potes respondere, nihil enim aptius hac inueniri poterat ad haeresim Arianorum ingulandam, & ad vnicam, planeq. eandem numero, ac certe ipsissimam Dei essentiam indicandam. Id quod cum agerrimè ferrent Arriani, & Catholicos contemptim vocarent Homouisionos, vides quam bonus illorum fautor fuit Helias vester? Et vero quanti Nicænae Synodi decreta in re tanta fecistis, qui in vestra confessione Augustana tantopere hanc Nicænam fidem extollitis? Itaque aut certe Lutherus crediderit oportet personas sanctissimae Trinitatis non eiusdem & vnus essentiae (quod sane omnem perfidiae metam excedit) aut sane dicendum est, Spiritu illo contendendi adactum à demone fuisse, vt quod ignoraret, blasphemaret. Sin autem nomen ipsum Homouision oderit, quod parum Graecum sibi Germano, vel Consubstantiali, siue Consubstantialium (vt Aphri apud Vandalorum Arianorum Principem interpretati sunt) sibi (videlicet elegantissimo) parum Latinum videretur, sapientissimum omnium se iactet necesse est, qui cum nihil melius afferat, vniuersam tamen illam antiquissimam & purissimam Ecclesiam ingenio, spirituq. admirabili praeditam infelicissimam morio & apostata se putet superasse. At nomen hoc neque externum, nec barbarum est sed Christianum, Ecclesiasticum, significantissimum. quod si malebat dici ομοουσιον id est, similis substantiae (vt quondam Ariani volebat) intelligis cuius spiritus fuerit Lutherus? Et D. quidem Basilius Arianis ea lege concessit hanc alteram vocem, si fuisset adiectum ὁμοπαθητικον: tum enim Homouision idem designasset, quod ομοιον κατὰ πάντα. Sin autem id reiecit, quoniam in Scriptura expressum non est (quamuis profecto in illa altissime impressa sit eius notio ac veritas) vides, quoniam & Synodos illas quatuor, & quae fidei Symbola vos publice admittere videmini, ac denique Spiritum illum qui Synodos direxit, abigitis? Et certe Lutherus ignorare non poterat vocem illam in Concilio Nicæno aduersus Arianos veritatis auctoritate (vt S. inquit Augustinus) & auctoritatis veritate fuisse firmatam. Verum, inquires, & D. Hieronymus (vt ait Lutherus) nomen Homouision ferre non poterat, nec tamen tantum illi, quantum nostro Luthero piaculum ascribitis. Agnosco ipsius Lutheri, & qui cum imbuit, Satanae astutias. Patres enim, cum vnanimis & vnus labij sint in re fidei, sic repellitis, vt ne flocci quidem faciatis: at si tantillum apparet, quo per illos adificium fidei prosternere possitis, tum eorum auctoritas vobis est sacrosancta. Sed vt in primis fraudem Lutheri agnoscas, nunquam D. Hieronymus vocabulum Homouision odio habuit, aut omittendum esse iudicauit, sed ab hypostasis voce cauedum esse opinabatur, quod hanc cum voce Essentiae Ariani sic confundebant, vt cum vnum & idem esse videretur, ij propterea tres essentias callide insinuaerent. Neque verum est, quod in libro de concilijs Lutherus adiecit his verbis: Sanctus Hieronymus vehementer perturbatus lamentabilis scribebat ad Episcopum Romanum Damasum litteras, & cupiebat expungi vocabulum homouision. Extant enim duae illius sancti viri epistolae hac de re ad Damasum, in quibus nullam Homouision expungendi mentionem facit.

Lutheros aduersus Iacobum Latomū.

†

D. August. lib. 3. contra Max. cap. 14.

Hereticorum in Patrum auctoritate recipienda. ars.

Nota

facit. Quin vero alteram sic cōcludit. Obtestor Beatitudinem tuam per crucifixum mundi Salutem, per Homouision Trinitatem, vt mihi epistolis tuis siue tacēdarum, siue dicendarum hypostasum detur auctoritas. Quibus verbis vt Lutheri impostura, sic & virorum illorum sanctissimorum ac doctissimorum, qui antiquas Apostolorum semitas terebant, cernitur pietas atque modestia, cum ad Summum Pontificem Romanum de rebus fidei confugerent. Itaq. & veræ humilitatis fructum retulit, quippe qui in fide Catholica stetit, neque terminum transgressus est Nicænæ Synodi, quem Damasus salutarem atque adorabilem vocat; Quo muro fortissimo (inquit) contra arma diabolica statuto, hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, vt Pater & Filius vnus Diuinitatis, vnus virtutis, vnusq. magnitudinis debeant credi; vnusq. essentia, siue substantia simul & Spiritus sanctus. Neque vero sapientius quidquam ea voce poterat inueniri. Essentia enim pro natura rei accipitur quæ vnunquodque constat, quæ quatenus multis indiuiduis & hypostasis est communicabilis, quasi vniuersum quoddam est: ac proinde latius patet quam hypostasis; significantior item est quam substantia. Hæc enim etsi nihil ab essentia differre dici possit, quoniam tamen videtur quædam esse accidentium sustentatio non tam proprie Deo conuenit, cui omnia insunt per modum essentia, non item accidentis. Quo fit, vt quæcunque in Deo sunt, Deus esse rectissime dicantur. At hypostasis, siue persona, quam *ουσιον*, latini quoq. suppositum dixerunt, magis adhuc (vt cum Scholis loquar) essentia specificat existentiam, vt quæ substantiam & incommunicabilitatē in sua propria definitione contineat. Quare & Boëtius illam, indiuiduam naturæ rationalis esse substantiam circumscriptis. Hæc igitur vocem Patres adsciuerunt ad Diuinam essentiam in tribus personis docendam, ne quis vel Sabellianus tres hypostasēs esse chymæras arbitraretur, vel Arianus tres essentias in Deo statueret.

Damasus epistola 5. quam cum 90. Episcopis, qui ad se venerat scripsit Episcopis Illi rici.

Lib. de duabus naturis.

D. Cæsar. contra Arianos.

Epiphani. In Ancorato.

Nota


Ac Christiani quidem à D. Paulo edocti hoc ipsum antea crediderunt. Nam & propterea D. Dionysius, atque alij Deum *μὴ ἐξ ἑαυτοῦ ἰσχυροῦς* vocarunt. Ac cum post Sabellij hæresim (sicuti Rufinus scribit) orthodoxæ huius fidei doctrina latius patuisset, Ariani tamen in eos scopulos impegerunt, vt tres hypostasēs pro tribus naturis siue essentijs existentibus in tribus personis crederent, atque fallaciter (vt diximus) Catholicis obtruderent.

Secuta sunt deinceps posteriora secula, quibus per vocem Homouision non solum reiecta est Sabellij crapula (vt D. Cæsarij fratris D. Basilij verbis vtat) ac loco hypostasis etiam personæ nomen Græci à Latinis mutauerunt, verum etiam per vtramque vocem fides Catholica stetit inuicta. Itaq. nos Lutheranam abijcientes rabiè & odium, quò aduersus hanc veritatem & vocem feruntur, dicamus cum Epiphanio; Filius est Homouision patri, nō *αὐτοῦ* id est, simul habens essentiam, sed Homouision, id est, non extra Patrem genitus, vt quidam ironicè iactāt, positi siue adoptione volentes esse filium non veritate. Consensus autem est fidei dicere Homouision, id est eiusdem essentia; si enim dixeris Homouision, soluisi Sabellij vim, Non enim vnā hypostasin significat hæc vox, sed in se subsistere Patrem, in se subsistere Filium, & in se subsistere Spiritum sanctum. Præterea etiam non alienum ab eadem Deitate declarari, sed Deum ex Deo Filium, Deum Spiritum sanctum eiusdem Ciuinitatis, non tres Deos.

E

ATHEIS-

A THEISMUS QUARTUS MELANCHTHONIS aduersus essentia Diuinæ vnitatem, & personarum æqualitatem. Caput V.



T Melanchthon (vere nunc Melanchthon, ex quo plura vasa ad contumeliam sunt efficta) Magistri terens vestigia, quàm bellè doctrinam Nicænæ Synodi imbiberit, & alios docuerit, audi: Necessesse (inquit) est in Filio aliquid esse Diuinæ naturæ, non totum. Ac post aliqua: Necessesse est (ait) aliquid esse in Christo naturam Diuinam. Hæc ille anno huius seculi trigessimono. Sed postea quadragesimo quinto (vt errorès alij ex alijs enasci solent) Spiritum sanctum ait esse aliquid essentia Dei. Ait enim loquens de Spiritu sancto: Testatur per loëlem Deus non mitti creatam agitationem, sed aliquid essentia Dei. Quibus verbis nihil aliud designare potuit, quàm aut multas naturas Diuinas, aut certe multas eiusdem essentia partes. Id quod perhūdum est, & iustissimè antiquæ hæresi tributum ab ea antiquitate, ad quam hæretici prouocant, Ac locis communibus editis anno quinquagesimo octauo: Non est (inquit) lacerata Diuina natura Filij, sed tamen fuit obediens Patri suo: quæ sane Ariana fuit hæresis. At non ita sunt locuti sancti Dei homines, quemadmodum iste pædagogus. D. enim Athanasius ait: Istiusmodi igitur absurdis præter veritatem emergentibus, necesse est, id quod integrè & solidè ex substantia Patris editum est, eius esse proprium filium. Nam integrè & solidè impartiri Patrem, idem est, ac si dicas, ex Patre gigni. Iam genitum esse, quid aliud significat, quàm filij naturam? Hæc ille.

Præterea D. Augustinus (vt alios eorum seculorum complures omittam) omnes quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ est Deus, Diuinorum librorum veterum & nouorum Catholici tractatores, hoc intenderunt secundum Scripturas docere, quòd Pater & Filius & Spiritus sanctus vnus, eiusdemq. substantia, inseparabili æqualitate, Diuinam insinuet vnitatem: ideòq. non sint tres dii, sed vnus Deus. Quamuis Pater Filium genuerit, & ideò Filius non sit, qui Pater est: Filiusq. à Patre sit genitus, & ideò non sit Pater, qui Filius est: Spiritusq. sanctus nec Pater sit, nec Filius, sed tantum Patris & Filij Spiritus, Patri & Filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem. Sic D. Augustinus. Credo igitur, plariq. Sectariorum non tanti vnquam fecissent Melanchthonem, quem maximum condum opum æstimarunt, si initio medullam veterum gustassent, neque verò prius eius placitis imbuti & cæcati, ad omnem postea solem cum reliquis cæcutissent.

Melanchthon loc. com. anno 1539. p. 8. & 10.

In locis com. mun. an. 45 pag. 53. Aug. lib. de hæresibus, hæresi 74. Melanch. loc. com. mun. pag. 40. Oratione 2. in Arianos.

Tom. 3. de Trinitate lib. 1. ca. 4.

1545

A THEISMUS QUINTUS CALUINI CONTINENS hæresis Sabelliana & Ariana quadam seminas hæresimq. nouam Auhobeanorum. Caput VI.



TQVI Lutherus & Melanchthon quantum subinde Caluino, mox cæteris ostium patefecerint, primo ad conuellendam, deinde ad pernegandam sanctissimam Trinitatem: sic quidem, vt nec Patrem tanquam primam personam, neque Filium, neque Spiritum sanctum inuocatione dignentur, neque per eam iurare iam velint: Aduersarii ipsimet non distebantur, si vis veritatis è corde ipsorum possit verum exprimere. Primum enim, cum è schola Lutheri, nullis Theologicis fundamentis innixus prodiiisset, moxq. ex rabula *θεολογικῶν*, ac tanquam oraculum Caluini voluisset haberi, illicò tanquam scrutator maiestatis est oppressus à gloria. Cum enim ignorasset duobus perfici vnāquamque perso-

perfo-

Vide claud. de Sainctes

personam sanctissimæ Trinitatis, altero quod est essentia existens, altero quod proprietas est: prius ille omisit, sequenti solo retento. Sic verò cum præcipuum omisit, quod dat esse atque operari ipsi personæ, non solum se perfidum Sabellianum ostendit, qui personas in Trinitate tanquam nudas proprietates & qualitates in vnica Dei essentia residentes fecerit, verum etiam sublecutæ labis Arianae se suscitatore egregium indicauit. Ariani enim (quod Sarrictus scripsit Hilarius libro de pluribus Synodis, quibus eorum hæresis damnata est) nescio quam incorpoream & spiritualement dilatationem essentia Diuinæ faciebant, vt capax trium personarum redderent. Ac verò Caluinus commentus est, Diuinæ essentia habenti vnã tantummodò existentiam, inesse latitudinem quandã spiritualement & incorpoream, in qua ordine tres proprietates resideant. Ac si in ligneo baculo satis lato tria foramina disposita essent, vnã quidem essentiam, & vnã existentiam habetia: verum enim uerò in latitudine tres foraminum proprietates cerneremus, quarum prioris proprietates non posset esse secundi, secundi, neque ea quæ est tertij. Atqui cum hac similitudine inferatur, Filium non habere à Patre essentiam, siue (quod in idem recidit) essentiam Diuinam Filij non communicari à Patre, quin verò æquè ei radicalem & primitiuam, atque Patri esse; quid effecerit, & qualis Lutheri discipulus fuerit, Christiani & docti iudicent. Certè etiam ille *συνούσιον.* id est, simul habentem essentiam, non Homouision, id est, consubstantialem Filium fecit: vt supra vberius exposuimus.

Ignorauit præterea, & ignorans negauit Filium & Spiritum sanctum esse Patris natia germina, *ἐλάστος φυσικότης* vt sapientissimè D. Dionysius inquit. Quo sensu alibi dixit, Patrem esse Diuinitatem fontanam, *θεοτήτα πηγαιῶν*. Sic enim Patres nostri inter cæteras causas, cur vnus duntaxat sit Deus, non tres, hanc attulerunt, quòd Pater sit principium Diuinitatis: quòd ad ipsum; tanquam ad fontem cæteri referant suam Deitatem: quòd (auctore D. Paulo) qui sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes: quòd denique à Deo Patre omnis paternitas in coelo, & in terra nominatur. Et verò Tertullianus asseuerat Filio Diuinitatem traditam esse, atque porrectam. D. autem Hilarius significantissimè & expressissimè. Nihil (ait) nisi natum habet Filius. Et S. Iustinus Martyr, Si Pater (inquit) innascibiliter habet essentiam, Filius nascibiliter, Spiritus autem Sanctus per processionem, inter eos sanè distinctionem versari licet cernere. Quibus verbis liquet, quam agnoscat distinctionem inter Diuinas hypostasies, nempe eam, quæ sola sumitur ex esse ingenito, genito, & procedente.

Tertull. li. 4. de Trinitate. Hilarius lib. 4. de Trinitate. in introitio.

Ioann. 5. 6. 7. 10. 17.

Porro Christus Dominus testatur Patrem, sicut habet vitam in semetipso, sic & dedisse filio habere vitam in semetipso. Et ego (inquit) viuo propter Patrem. Ego scio eum. Ego ab ipso sum. Quòd Pater mihi dedit, maius est omnibus. Clarifica me tu, Pater, apud temetipsum claritate, quam habui, priusquam mundus esset apud te.

Quare Caluinus Christum fecit *αυτοθεον*, hoc est, per se Deum, tresq. Deos loco trium personarum nouus Trideita confinxit, vnde mox noua hæresis emerit Autotheanorum. Ignorauit igitur Diuinas personas, licet non solum sint per se, verum etiam in se (hoc est, non tantum hypostasies, sed & enypostata) sic tamen vniri inter sese, & vt ita dicam, *immeare inuicem sine vlla confusione*, vt (quem admodum loquitur Nazianzenus) Pater, Filius, & Spiritus sanctus sint *ἀδιαίρετοι*, & *ἀβυσσοῦχοι*, vnioque illa inseparabilis atque distinctio simul sit, quam Græci *συνχώρησιν*, nostri circumincessionem appellarunt. Prius illud Epiphanius, posterior hoc diuinè D. Dionysius (si quis vnquam alius) attigit. Nam cum Epiphanius ageret aduersus Noëtianos, Non dixit (inquit) Dominus, Ego vado, & ego veniam: sed, Ego, & ille, vt significaret vtrumque tam Filium, quam Spiritum esse enypostatatum, id est, in se subsistentem. Rursùm, vt idem declararet de Patre, qui & ipse est enypostatatus, adiecit, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, de meo accipiet.

Vide D. Bernardū Ser. 50. in Cantica, aduer. errorem, Gilberti porretani. D. Dionys.

Nota

At

Lib. de Diuinis nom. cap. 2.

A At D. Dionysius: Mutua & reciproca principalium hypostasieon mansio, & sedes planè supra omnem modum vnitur, nullaq. parte confunditur, similis lucernarum luminibus, vt exempla domestica, & quæ sub sensum cadunt, vlturpem, quæ cū in vna domo ardent, tota in se totis insunt, & cum pura sint, certamq. habeant alia ab alijs peculiariter consistentem distinctionem, vniantur ipsa distinctione, & distinguuntur ipsa vnione. Nam certè in domo multis luminaribus positis, constant in vnum aliquod lumen omnium lumina coniungi, ac vnū indistinctum splendorem emittere, adeò vt nullus, opinor, possit huius lucernæ lumen à cæteris, ex aère omnia lumina complectente, distinguere, & alterum sine altero cernere, quòd in totis tota sine permixtione temperata sint. At verò, si quis vnã facium è domo subduxerit, ita simul educet vniuersum eius lumen, vt nec quicquam aliorum lumen cum ipso attrahat, aut de ipso alijs deleat. Erat enim ipsorum (vt dixi) totorum per tota completa, absolutaq. vnio, absque vlla prorsus miscella, & alicuius partis confusione, quippè cum lumen re vera in aère corporeo, & ex materiato igne pederet. Vbi quidem superessentialem vnionem longè superare dicimus, non solum corporeas coniunctiones, verum etiam illas, quæ in ipsis mètib, intelligentiisq. existunt, quas sine mixtione, & modo natura superiore, habent lumina illa supercœlestia, Deoq. similia, tota per tota iuxta participationem, ipsis, qui vnione omnia superante participant, conuenientem. Hæc D. Dionysius. Sed dies me deficeret, si persequi velim, quæ alij Apostolici viri, viuacissima fide, eruditissima doctrina, castissima vita, martyrio etiam ipso, de tanto mysterio disseruerunt, vt à me sane auertatur oratio, *Atheorum istorum fordes cum Catholicorum gemmis necessariò conferente & commiscente, nisi quòd resecta illorum effronti, & blasphemia incitita, video id verum esse, quòd inquit Tertullianus: Hæreses nosse, debellasse est.*

ATHEISMUS SEXTUS LUTHERI,
Melanchthonis & Schmidelini contra Diuinarum personarum aequalitatem. Caput VII.

SED iam peperit vipera, & disrupta est, ac infausta Atheismorum soboles simul erupit: itaque vbi horum vnus caput exeruit, ecce quàm multos aptos, & nexos inter sese attrahit secum. Diximus Melanchthonè scripta reliquisse hæc: Natura Diuina non est qui dem lacerata, aut mortua, sed fuit obediens Patri, quieuit, cessit iræ æterni Patris. Hæc ille. At nunquid simile in Luthero eius Duce legitur? Et legitur; & quonam in pretio habuerit fidei Symbola, quæ cantillatis, intelligitur. Præterea quanam arte populis ad æternam perniciem illuserit, liquidò cernitur. Is enim in suis magnis Possillis ait. Imperitos quosdam facere Christum hominem omnipotentè. Quod sanè Catholici temper rectissime dixerunt, qui Christum hominem Deum crediderunt, & credunt. At Nestoriani Lutheranam istã prædicationem libenter excepissent: sicq. Lutherus iam Arianus & Nestorianus appareret. Quam labem, vt non tam à se abstergeret, quàm vt initio non inhærescere sibi ostenderet, mirum est, quantum fatanas ipsi nouorum errorum instillabat, perque eum miserrimis populis, ac (quòd sanè dolendum est) nimis credulis quibusdam Principibus ex eodem poculo propinabat, vnde vsque ad fœcem biberat. Alibi enim: Mihi (inquit) negocium fuit nuper cū Nestorianis, qui pestinacissimè contra me disputabant, defendentem quòd Diuinitas possit pati. Et infra. Oportet dicere: Hæc caro, hic sanguis & cœlum & terram condidit. Viden' ex Ariano & Nestoriano non Ducem & Magistrum, sed monstrum istud euasisse Eutychnianum? Vt simile aliquid illi iam competat, *προσθε λειον, σπιθεν δε δρακον, μεσση δε χιμαιρα.* Hæc est, Ante Leo, retro draco, mediumq. chiamara. Sed dices. Absit vt Lutherus in

Cœc. de naturali Domini.

Li. de Concil.

Nota

rus in Eutychianam foueam incidere. Si enim id de illo quaesiuisset, hoc praesens negasset. Sanè si hæc dicis, nescis quid dicas. Ego verò, quod ipsemet Lutherus scriptum reliquit, in ipsum retorqueo, vt constet me iure posse & illi hoc dicere: Ex ore tuo te iudico, serue nequam. Et alterum illud: Est, qui non solum quaesierit & iudicauerit, verumetiam æternum te punierit. Iam enim multa, & omnem nequitiam superantia hac de re eodem in libro euomuit, nemo vt sit, qui, si paulo cordatior esset, Lutheranas illico hæreses non abominaretur atque abiiceret. Nam non satis habuit asserere Eutychen non fuisse hæreticum, sed adiecit fore in die iudicij cum Christo aliquos hæreticos iudices, inter quos cum Nestorio numerat Eutychem, Leonem autem, addit, cum Cyrillo damnatum iri. Oro te quisquis es istis laqueis implicitus per æternam salutem tuam, cernine hinc Apostatam vnum no-

Nota

Lutheri error turpissimus.

Lutherus Saluator Lutherorum.

pag. 559.

pag. 366.

pag. 727.

1. Petr. 4.

Philipp. 2.

uos iam Assessores cælesti Regi ex inferno attribuentem: ac verò impudentissimè insultantem duabus ex quatuor prioribus Synodis, Ephesinæ & Chalcedonenfi, quibus interfuere tot verorum Theologorum agmina, totq. sapientissimi Antistites; & quarum decreta vniuersa Ecclesia semper constantissimè est amplexa? Ac tamen (quod certè, suffusus pudore vestri vix audeo scribere) quasi Redemptor & Saluator vester esset Lutherus, adhuc nescio quare detineamini, quin respicatis, Sed quicquid sit de noua Eutychiana & Nestoriana hæresibus, de quibus paulo post fusius agam; nunc ad Melanchthonem reuertor. Quæro igitur de Melanchthone: quæro item de ijs, qui nouam in Saxonia, præeunte chorago Andrea Schmidelino, concordiam fabricauerunt: nonne isthæc facitis Dei filium minorem Patre? Minorem (inquam) secundum Diuinitatem? Habet enim expressè Nicænum & Athanasij Symbolum: Filium esse Patri consubstantialem, Deum verum de Deo vero, æqualem secundum Diuinitatem. At fabri illius concordia discordis, Christum & ipsi (inquiunt) non solum vt hominem, sed item, vt Deum, fuisse obedientem. Quod si locum scire aueas, vbi Atheismi istius blasphemiam inseruerunt, is est tertio controuersorum Articulorum capite. Credimus (inquiunt) docemus & confitemur magno consensu, quod Christus quidem verè sit nostra iustitia, sed tamen neque secundum solam Diuinam naturam, neque secundum solam humanam naturam. Credimus autem Christum totum secundum vtramque naturam esse nostram iustitiam, in sola videlicet obedientia sua, quam ille Patri ad mortem vsque absolutissimam præstitit. Hæc illi, Sed & paginis sequentibus (cum hoc illis videretur sese parum complanasse via ad præcipitium) operosius rem exponunt, Tota (inquiunt) totius personæ Christi obedientia, quam ille Patri vsque ad ignominiosam crucis mortem nostri causa præstitit, nobis imputatur. Et infra: Cum autem obedientia Christi non sit vnus duntaxat natura, sed totius personæ, & quæ sequuntur. At ecquid hoc est boni viri? Num satis non fuerat dicere, Personæ? Nequaquam: Vtrique enim naturæ obedientiam haud tribuissetis, nisi Totius personæ, dixissetis, Nam & per totam personam significari à vobis duas naturas, nouo dicendi modo, vos Theologissimi eodem in libro testamini. Sed aliter Christus nos docuit; secus locuta sunt veræ Synodi, per quas spiritus sanctus veram concordiam peperit. Alio modo doctissima Academia docuere, vnà cum vniuersa Christi Ecclesia, quæ (si agamini licet o hæretici) fuit, est, erit firmamentum, atque columna veritatis. Itaque cum Christus mortuus non sit secundum Diuinitatem, sed secundum carnem, secundum illam quoque naturam obediuit, secundum quam mortuus est, non secundum Diuinam. Nam ipsa mors obedientia fuit summa & absolutissima.

Ac certè, vt hoc ex charitate addam, si satanas corda vestra nõ auerteret à recto verbi Diuini intuitu, rectius, ac sine tot ambagibus, quas ne vos quidem capitis, poteratis cum Apostolis loqui. Diuus enim Petrus, cum de Christi Domini obedientia in morte scriberet, disertè ait, Christo igitur in carne passio, &c. & Apostolus, antequam dixisset, Humiliauit semetipsum, tactus obediens vsque ad mortem, scripserrat: Exinaniiuit semetipsum, formam serui accipiens. Quibus verbis diuinè præmonuit,

A monuit, non secundum formam Dei, qua æqualis est Patri, sed secundum formam serui, qua minor est Patre, Christum obedientiam vsque ad mortem Deo Patri præstitisse.

ATHEISMUS SEPTIMUS CALUINI ET BEZÆ

duas in Christo personas insinuantium; Christi humanitatem omni super hominem gratia & præstantia spoliantium: passionis Christi efficaciam, Deiq. omnipotentiam negantium: Lutheri uerum Deum passum affirmantis: Caluini rursum & Melanchthonis Christo anxietatem & diuinationem tribuentium: Brentij denique atque Bezæ verba Luca Act. 2. deprauantium.

B

Capit. VIII.



T Caluinus infæcundior Luthero & Melanchthone haberetur, primò reprobatur hanc sententiam: Trinitas est vnus Deus. Deinde Patrem ait esse Deum per excellentiam: Filium minus eximie. Tum addit, minimè sibi ac veritati aduersari, quod Gentilis quidam, quem Bernates necarunt, dixisset, Deum habuisse vim gignendi, quia voluit. Quod si ita esset, neque necessariò, nec naturalitèr genitus fuisset, sed & Patri esset inæqualis. Quæ sanè omnia statuunt Arianismum non minus, quàm cum Apostoli verba expendens. (Qui subiecit ei omnia) hæc ad Christi naturam Diuinam & humanam refert: cumque ait, Filium improprie dici Creatorem, & Deum de Deo, lumen de lumine. Quod quid est aliud, quàm hunc facere cum alijs creaturam? Et tamen maximè proprius loquendi modus ille fuit, quem item ad Arianos & alios hæreticos refellendos sapiens vsurpauit antiquitas. Habes igitur Caluinum ex ista vestri Lutheri reformatione, plus quàm satis Arianum: sicut Sabellianum fuisse, superius est ostensum. Nunc accipe Nestorianum, videlicet gradatim incedentem versus Mahometillum & Atheismum, quem omnium hæresum esse finem meritissimè D. inquit Augustinus. Cum igitur Caluinus dicat, susceptam esse extra tempora ab æterno Dei verbo personam mediatoris, & hanc quidem personam non ab officio, sed à re ipsa definiat, quemadmodum ex Boëtio fecit, nonnè aperte indicauit credere se cum Nestorio duas esse personas, temporalem alteram, alteram æternam? Magistrum autem apertius prodidit Beza, cum aduersus Brentium scripsit duas in Christo esse vniones hypostaticas, vnã in corpore & in anima simul personalitèr vnitas, alteram in λόγῳ, & homine ad vnum Christum personalitèr constituendum coeuntibus. Quo de errore admonitus, dum eum corrigere studuit, eructauit verbum malum, & nouis blasphemijs auxit. Sed & ante Caluinus ipse, vt omnes articulos fidei de sanctissima Trinitate, deque CHRISTI Domini incarnatione, passione, descensu ad inferos infirmaret, ausus est in Lausanensi conciliabulo, cum negasset per hypostasin significari personam, adijcere hæc verba: Se Athanasij Symbolo nec credere neque discredere, donec ad Scripturarum gnomonem illud examinasset. At quàm egregium examinatore, & quantum Geometram? Videlicet Caluinus, qui ne perceperat quidem notionem illarum vocum, quas vel ab Apostolis traditas, vel ex Diuinis scripturis formatas edidere sapientissimi Nicænae & reliquarum Synodorum Patres, post tot denique secula expectandus erat, vt esset definitarum rerum examinatore & iudex: aut verò vniuersæ Christi Ecclesiæ malè prospexerat Spiritus sanctus, qui in Lutheri & Caluini tempora, in duos nempe eiusmodi homunciones (quoniam si Deo placet, tam rectè inter sese, ac cum Christi Ecclesia conuenerunt) definienda primarum quatuor Synodorum de-

Epist. 2. ad Polon.

Lib. contra Gentil. in responso. protheos.

Inst. Cal. li. 2. c. 14. 1. Cor. 15. Ibidè, Athanas. & alij.

Nota

Nota

Nota

Nota

Nota

creta non reiecit. Verumenimverò non solum in salebris istis hæere Calvinus & A Beza, sed & currum (vt est apud Germanos in prouerbio) protruserunt ulterius, sicq. in omne præcipitium & cœnum corruerunt: tum verò quicquid Erasinus, Lutherus, Melanchthon, Centuriatores aduersus verbum Dei incarnatum effuderunt, eadem ipsi vel alijs verborum circuitibus (vt viderentur semper nouarum rerum auctores) vel ijs deteriora (si quæ possunt esse alia) in sua scripta transfuderunt.

Hebr. 2.

Ac primum, humanitatem illam Christi sanctissimam, omni super hominem gratia & præstantia spoliarunt, innixi oblique ijs Apostoli verbis: Debit per omnia fratribus similari, excepto vno peccato. Etenim quas Dominus ex vnione Diuinæ naturæ cum humanitate supra reliquorum Beatorum sortem, singularissimas dotes consecutus esset ignorantes, ne discere quidem (id quod verè reprobum est) voluerunt. Tum enim cognouissent carnem assumptam sic deposuisse imperfectiones suas, vt licet proprietates haud amiserit, nouas tamen acquisuerit vires, quibus præstare id posset, quod antea non poterat. Id quod cum ex alijs, tum ex igniti ferri similitudine Patres quàm potuerunt aptè monstrarunt. Et ferrum enim essentiali vna facultate retenta, vim tamen nouam multis accidentibus depositis, acquirit, qua non fuerat antea præditum: & corpori etiam alia sunt idiomatica, idque alias exerit functiones, cum animatum est, quàm cum anima caret. Quamobrem si quis diceret, quoniam ferri proprium est non lucere, nec vrere, propterea id non lucere vnquam aut vrere, facile redargui posset; cum ei responderetur, id effici ex alijs proprietatibus, quas per vnionem proprietatum ignis obtinuit.

Damasc. li. 3. cap. 8. li. 4. cap. 3.

At neque hæ similitudines tantæ sunt, vt vnionis, & (vt ita dicam) fœderis, quod humanitati cum Diuinitate arctissimum ac perpetuū intercessit, eminentiam queat exprimere. Singularissima enim isthæc vnio est. Quare quamuis tanta non sit, quanta est trium personarum in vna essentia Diuina, longè tamen est maior, quàm vt quæ in solius gratiæ, gloriæ, & virtutis communicatione sit posita. Propterea enim Nestorium personas filij Dei & hominis diuidentem, & copulari illas dicentem eiusdem potestatis nexu & communicatione, Synodus Ephesina refutauit, his verbis.

Vide ite. Synod.

Non potest vnire naturas sola dignitatis aut potestatis æqualitas. Dicere Deum & hominem sibi inuicem velut dignitatis & auctoritatis vnitate coniunctos, nouitas vocis est, & nihil aliud. Hæc illa. Quæ Synodus cum duorum item Apostolorum exemplorem hanc illustrasset, qui licet in æquali essent maiestate, dignitate, potestate constituti, non tamen inde fiebat, vt in vnâ & eandem personam coalescerent, refutationi erroris anathema adiunxit: Si quis (inquit) in vno Christo diuidit substantias post vnionem, sola societate coniungens ea, quæ secundum dignitatem est, vel etiam auctoritatem, aut potestatem, & non magis conuentu, qui per vnitatem factus est naturalem, anathema sit.

Anathe. 3.

Cyrill. in exposit. Nicænz Synodi.

Vide Epistolam Alexandrinorum ad Nestorium. Obserua, qui decreta quatuor Synodorum admittis, an non hic de Sacrificio Misi deq. veritate Eucharistiæ differens agatur.

Ex earum ergo dotium humanitatis Christi denudatione, quam Sacramentarij audacter inuexerunt, ecquid aliud consequi poterat, quàm vt carni Christi viuificatio adimeretur, & naturæ humanæ à Diuinitate assumptæ adoratio, ac denique inuocatio subtraheretur? Quod quidem cum facerent Nestoriani, qui (vt ait D. Cyrillus) cœlum & terram iugulantes, Catholicos Anthropolatras, id est, hominis adoratores vocitabant, omnium Patrum catholicorum armis, & Ephesinæ Synodi anathemate confossi sunt. Necessario (inquiunt) & hoc adiicimus. Annunciantes enim sicut secundum carnem mortem vnigeniti Filij Dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in cœlum ascensionem pariter confitentes, in eam celebramus in Ecclesijs sacrificij seruitutem: Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur, participes sancti corporis. & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum Redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes (quod absit) nec vt viri sanctificati & verbo coniuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut Diuinam possidentis habitationem, sed vt verè VIVIFI-

A VIVIFICATRICEM, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, vt Deus existens, quia propriæ carni vnitus est, VIVIFICATRICEM eam esse profitetur. Et ideo quamuis dicat ad nos, Amen Amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non tamen eam vt hominis vnus ex nobis existimare debemus (Quomodo enim iuxta naturam suam VIVIFICATRIX caro esse poterit?) sed vt verè propriam eius factam, qui propter nos filius hominis est factus, & vocatus. Et hæc quidem diuinitus illi Patres vnanimis. Quæ tamen fidei consensus semper fuerat, quemadmodum & ante concilium Ephesinum D. Hilarius ostenderat: & multo antea D. Ioannes Euangelista Antichristos eiusmodi homines nominat; quoniam soluerent Iesum. Et postea concilium Hispalense scriptum reliquerat his verbis. Siue humanitati Christi Diuinitatem quis demat, siue humanitatem Diuinitati detrahat, Christum sacrilega infidelitate & blasphemia prædicatione dissoluit. Sed Epiphanius, cur Christum adoremus, sequentibus & ipse verbis planè declarauit. Sancta ergo Dei Ecclesia non creaturam adorat sed filium genitum, Patrem in Filio, Filium in Patre cum Spiritu. Et horrendus ac horribilis Angelis Filius Patris citra ambiguitatem ab his qui vitam cupiunt, creditur & adoratur. Et, si nondum regnat, quomodo semper reperitur adorari ab Angelis & Archangelis, & ante aduentum in carne, vt de ipso Scriptura dicit, cum induceret in orbem terrarum primogenitum, Adorent ipsum omnes Angeli eius? Sic quòque dilucidè D. Hieronymus in dictum illud Pauli, ipsius factura sumus, ait: Multi timore ne Christum creaturam dicere compellantur, totum Christumysterium negant: Nos liberè proclamamus, non esse periculum, eum dicere verum esse Deum & hominem, & crucifixum, & maledictionem tota spei nostræ fiducia profitemur. Ecquid hic trepidaremus, aut non clamaremus, qua talem, hoc est, qua hominem, esse creaturam: cum Paulus apertè scribat, hunc Dei filium factum esse ex semine Dauid secundum carnem, factum ex muliere, factum sub lege?

Hilar. li. 8. de Trinit. r. Ioan. 4.

Epiphani. heres. 69.

Ephes. 2.

Galat. 4.

Quamobrem præter id, quod aduersus hæreticos, qui Catholicos appellabant idololatras, Athanasius scribens dicebat: In Arianos & Ethnicos id delirium conpetere: In nomine verò IESV omne genu esse flectendum, neque carnem verbo DEI ignominiam attulisse, quin verè carnem per verbum DEI esse glorificatam. Et non creaturam adorari sed creatorem creato corpore indutum, alibi pulchrè ostendit his verbis: Respondebitis (inquit) nos rem creaturam non adoramus. O stulti, cur non cogitatis creatum Domini corpus? Num auferre adorationem eius vultis, qui increatus est? Et quia increati corpus factum est, ideo eius corpus dicitur cuius factum est: ac ei proinde sacra offertis, vestram adhibentes adorationem, eaq. de causa legitime adoratur & diuina colitur adoratione. Deus enim verbum est. cuius proprium est corpus. Ideo cum accessissent ad eum mulieres, pedes eius tenuerunt, & DEVM adorauerunt. Sed præter eam testium nubem, quam huc ex omni antiquitate inferre possemus, videat, qui ista non legit, quæ doctissimus nostri temporis Episcopus, cum hac de re plurima lectu dignissima collegisset, alicubi scripsit. Patres enim aliquibus de causis Christum hominem, & omnia quæ in ipso sunt, vnica adoratione patriæ pronunciarunt esse adoranda: tum quia vnicum in Christo suppositum filij DEI manet saluum, cui patriæ debetur, quæ propter res assumptas nullo modo imminui potest, vel vitari: tum quia illius suppositum communicatur omnibus, quæ ad se assumpsit; vnitur enim humanitati, vnitur carni, vnitur animæ ideo etiam merito ipsi in his redditur eadem patriæ. Itaque ob eas causas Christo homini, animæ, & carni eius, vnica cum Filio DEI dispensatur patriæ, propter vnicum filij DEI suppositum patriæ fundamentum, quod omnibus assumptis sit commune.

Athanasius in arianos Orat. 5.

Athana. de Incarnat. Christi.

Vide Epiphani. in Anacorato.

Vide Clau. Sanctes. Reper. 9. de adorat. Euchar.

Porro & inde factum est, vt hanc naturarum concomitantiam in Eucharistia Calvinus Nestorium imitatus negaret, & negandam toti mundo (quantum in se fuit) proponeret. Nestorius enim sic arguebat, Hoc est, nõ Diuinitas mea, sed corpus meum.

meum, Caro Christi comeditur, & Diuinitas edi non potest: caro igitur Christi Diuinitatem non habet. At ii, qui Alexandriae conuenerant, quiq. Ephesinae Synodo cum Cyrillo interfuerant, responderunt, non fuisse dictum à CRISTO, Hæc est Diuinitas mea, sed Hoc est corpus meum, siue Diuinitatis meæ: cum aliud corpus uiuificandi uirtute non polleat, nec à Diuinitate submoueat in Eucharistia, tanquã ibi subiacet communis & non filii Dei caro; nec uerbum uisibile esse queat per se, sicut nec patibile, sed per carnem; nec uiuificare caro possit, nisi per eandem Diuinitatem. Quemadmodum ergo (inquit) Diuinitas non est esibilis nisi per carnem, ita nec humanitas est adorabilis uel uiuificatrix nisi per Diuinitatem. Ideoq. ubiq. illas conuerti oportet, & maxime in Eucharistia, ut mutuas dent operas & suas vires exerant. Hæc ille.

B At uero Bucerus (quem morientem scribunt esse professum, nondum natum esse Messiam) sectariis latiore uiam strauit, qua non unum fidei articulum redderent incertum ac dubium: sed quid dico dubium? quinimò prorsus eximerent ex animis Christianorum. Sic enim calidissimus serpens intelligebat vim, effectumq. redemptionis imminutum iri, si de CHRISTI descensu ad inferos secus quam oporteat, crederetur. Varios ergo variis infudit errores, ut incertitudinem secuta perfidia aut tolleretur, aut blasphemè interpretaretur tantum fidei articulum, quem Prophetæ, Apostoli prædicatione, epistolis, Symbolo: deinde Synodi atque uniuersa CHRISTI Ecclesia credendum esse liquidissimè declarauerunt.

Caluinus autem aliud quiddam impium commentus est, cuius hæc uerba sunt: Nec uero descensum Christi ad inferos omittere conuenit, in quo ad Redemptionis effectum non parum est momenti, ut eo præterito, multum ex mortis Christi fructu depercat. Nihil actum erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus, &c. Hæc Caluinus. Nihil ergo (inquit) actum erat. At quomodo is, qui ueritas est, dixit in cruce, Consummatum est? Quomodo & illud, quod Apostolus dixit: Nos cum inimici essemus, Deo reconciliauit per hostiam sui corporis? Et aliud, Tradidit semetipsum pro nobis oblatione & hostia Deo in odorem suauitatis, ut reconciliet ambos (populos) in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso? Et illa quoque: Reconciliauit nos in corpore eius per mortem. Iustificati in sanguine eius? Rursus: Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius? Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius, propter remissionem præcedentium delictorum? Quanto magis sanguis Christi mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo uiuenti? Et: Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos? Et: Ut per mortem destrueret diabolus, & liberaret eos, qui timore mortis erant obnoxii seruituti? Videat igitur mihi Caluinus, an ita locutus est is, qui raptus ad tertium cœli uidit res diuinissimas? Sed & Patres non aliter scripserunt. Itaque istius Sacrificii in cruce peracti plenissimos fructus perpendens Augustinus sic inquit: Quis ergo tam iustus & sanctus Sacerdos quam unicus filius Dei, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec ex humana uita quæ adduntur? Et quid tam congruentè ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quam humana caro? Et quid tam aptum huic immolationi, quam caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis uitijs mortalium, quam sine ulla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in utero & ex utero uirginali? Et quid tam gratè offerri & suscipi posset, quam caro Sacrificij nostri, corpus effectum Sacerdotis nostri? Ut quoniam quatuor considerantur in omni Sacrificio: cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus, uerusq. Mediator per Sacrificium pacis nos reconcilians Deo, unum cum illo maneret cui offerrebat, unum in se faceret, pro quibus offerrebat, unus ipse esset, qui offerrebat, & quod offerrebat. Hæc D. Augustinus. At mitto ipse alia sexcenta, quibus horrenda blasphemia Caluini refellitur, asserentis Christum nihil in cruce sua morte egisse:

A egisse: & uero, infernales in anima necessariò perpeffum esse poenas, neque ad limbum descendisse ad educendam inde captiuitatem, quam in cœlum euexit, quem admodum Propheta prædixit.

Atqui ut satanas agnoscat architectus huius Lutherani, Caluiniani, Ariani Atheismi, qui multos alios secum inuoluit, cū ex Bartholdo Rorbarthi, qui ante ducentos annos Spiræ combustus est, pestilens illa uox erupisset, Christum in cruce ob dolorum acerbiteriam, de animæ suæ salute dubitasse: non satis habuit Lutherus cū eo sentire, licet siue ad tempus huiusmodi quædã reticeret, siue primò per suos emissarios, uti sæpè solebat, id spargeret in uulgus, dum procliuorum ad impietate hominum corda teatret) uerum, & Deum esse passum aperte aduersus Zuinglium pronunciauit. Melancthon item eandem Christo Domino dubitationem & anxietatem tribuit, quam deinceps Caluinus abominandis uerbis cumulauit, cum diceret: Torqueri Dominum oportuisse hac conscientie anxietate, ac si à Deo derelictus fuisset, imò ac si Deum habuisset infensum, dirosque in anima damnati ac perditio hominis cruciatus pertulisset. At Beza quid? Hic, quod Scriptura diserite dicit, Non derelinquas animam meam in inferno, quodq. ad literam de Christo citatur à D. Luca, inaudita impudentia Euangelistam corrigens, seu potius deprauans, sic inuertit: Non derelinques cadauer meum in sepulchro. Brentius autem aliquandò minus malè, sed postea pessimè: Nihil enim (inquit) aliud est descendere ad inferos, quam perire. Sed & hunc articulum Ariani curabant è Symbolo expungi, & alii postea, qui ex eorum semine progenerati nouos Atheismos pepererunt.

Accedit ad hæc, ex negatione carnis uiuificantis & aliarum dotium supernaturalium humanitatis Christi, negatio sanctissimæ Eucharistiæ. Ex hac uero occasio sumpta Omnipotentia Dei euerrenda. Sic enim Beza in ea confessione fidei (licet identidem edita) quam in conuentu Posiaco protulit, nunquam hoc attributum Dei seu uocè Omnipotentia inferi uoluit. Et Caluino uel ipsi quoq. hæretici obiecerunt, eum nunquam pluribus laudibus Diuinam potentiam extollere solere, quam cum eam minueret uel obscuraret. Vetus omnium hæreticorum ars hæc fuit astu satanæ inuicta per Sadducæos, quos cū resurrectionem negassent, Christus reprehendit errantes, quod nescirent Scripturas, neque uirtutem Dei; per Marcionistas, quos Tertullianus (ut diximus) redarguit, contentes quidè Dei nomen, sed substantiam eius & amplitudinem negantes: per Arianos, quos D. Hilarius & reliqui; per Valentinianos, quos D. Irenæus; per Origenistas, quos Epiphanius tanquam Atheos accusant, quod suis erroribus Omnipotentiam Dei (licet Deum quadantenus faterentur) tollerent. Hanc igitur uirtutem Christi, in quo uiuificandi erant omnes, quiq. carnem nobis suam edendam admirabili modo, sed uerissimo tradidit, cum Sacramentarij negent, quoniam modo Omnipotentiam Dei sartam tectam tuebuntur? Et Beza quidè eandem Omnipotentia Diuinæ exceptiones, quas Plinius Atheus affert, depromit, ut suo se iudicio prodat, qualis intrinsecus in Deum sit. Ac Caluinus, dum ridet sapientem Theologorum distinctionem (quæ passim non in Scripturis solum sed & in ipsis rebus cernitur quas præter naturæ ordinem & naturarum proprietates Deus edidit, potestatis nempe Diuinæ, alterius ordinariæ, alterius extraordinariæ & absolutæ) in idem recidit, cum istam potestatem, Abditam, mutato nomine, uocare coactus est. Ac cū Diuinitati Omnipotentiam adimeret, eamq. nõ solum intra naturalium proprietatum cancellos, uerum intra priuatum suum iudicium cohibere ausus fuisset, ecquid humanitati Christi, ecquid Diuinæ Eucharistiæ iniuriæ non irrogasset? Verum enim uero, cum & alij excellètes uiri blasphemias istas attigerint, præcipuè ij, qui de Caluini Atheismis perdoctè scripserunt, id satis esto, neminem unquam Patrum aut Euangelistarum & Apostolorum, aut denique Prophetarum locutum esse ita de Deo, Diuinisq. mysterijs, sicut isti sceleratissimè fecerunt. Mirandum ut non sit, si Diuino iudicio (sicut refert Euagrius) Nestorij linguam uermes corroserint. Caluinus quoq. corpore à uermibus exeso fatentem animam ad inferos exhalauerit.

ATHEISMUS OCTAVUS LUTHERI BRENTII, aliorumq. Lutheranorum Christi humanitatem Diuinitati aequantium, doctrinam Catholicam de communicatione idiomatum conuellentium, adeoque complures Symboli articulos.

Caput IX.

DIXERAM Lutherum non solum Arianam & Nestorianam, verum etiam Eutychanam haeresim amplexum fuisse. Sic enim decebat omnem iniustitiam & perfidiam implere eum, qui tam bel- le Synodos, Academias omnes, Ecclesiam totam reformaturum se iactabat. Id ego nunc planius faciam. Ac primò, quemadmodum cum timeret permiscere naturas, diuisit (vt ostendimus) cum Nestorio personas, sic dum vitare Nestorium voluit, incidit in Eutyichis impietatem, prorsus vt in eum illud quadrauerit, quod quidam Poeta cecinit:

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Extat Lutheri liber, quem inscripsit de coena Domini. In eo Sacramentarios reprehendit, soli humanitati non item Diuinitati passionem Christi tribuentes. Deinde ipsam Domini humanitatem euehit in Deitatem, quippe qui ait: Necessè est eam Christi essentiam, quæ est cum Deo vna persona, longissimè extra creaturas collo- re, ideòq. tam longè, quàm Deus ipse extra creaturas est. Quibus verbis ordinem ac dignitatem, non locum, aut spacium notat. Nam & eodem libro asserit, vbiq. esse Christi humanitatem. Et alibi. Credimus (inquit) quòd Christus Iesus sit iuxta humanitatem super omnes creaturas collocatus, & omnia impleat. Et postea: Et habeat omnia in sua manu, & sit vbiuis præfens. Ex quibus verbis iudiciù verorum Theologorum esto, quàm prorsus illud colligatur: Si Christi humanitas extra ordi- nem creaturarum sit, nõ esse creatam naturam, sed essentiam increatam: quare nec amplius humanitatem, sed Diuinitatem esse dicendam. Quin verò, si tantum huma- nitas Christi absit à creaturis (quod ad dignitatem attinet) quantum abest ipsemet Deus, erit infinitæ dignitatis, atque eminentiæ. Quamobrem aut erunt duæ nature, aut Christi humanitas erit conuersa in Deitatem. Aperiant igitur oculos seducti.

Brentius autè, quiq. hunc secuti sunt (licet postea, quæ haeresum natura est, inter se pugnancia scripserint) cum quæcunq. attribuuntur verè personis, attribui posse paritèr naturis opinati essent, personam Christi cum ipsius humanitate confude- runt. Idiomatum enim communicationem non minus in naturis, quàm in personis fieri putarunt: cum tamen naturæ eam inter se haud possideant communitatem, quã in eo assequuntur, in quo coadunantur, & subsistunt.

Hinc igitur suam Vbiquitatem, siue *παντασθενειαν*, & Omnipotentiam statuerunt, dum feruore quodam disputandi & primas ferendi abrepti, arcem suam colloca- runt in ijs Scripturæ verbis: Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterã Patris. Data est mi- hi omnis potestas in cœlo & in terra: Dedit illi Dominus spiritũ sine mèsura: Omnia subiecit sub pedibus eius: Pater diligit filium, & omnia dat in manus eius. Qui sanè ratiocinandi modus, sine caussarum & peristatum ponderatione, hæreticos semper adegit in præcipitia. Ecquis enim tam stupidus sit, qui asserat, cum omnia cù Chri- sto dicat Apostolus nobis esse donata, ideò electos dicendos esse omnipotentes? aut quoniam idem ipse dixit, Omnia possum in eo, qui me confortat, sibi quoq. com- municatam fuisse omnipotentiam? aut quia Christus dixit, Omnia traham ad me ip- sum, non esse id cum aliqua limitatione intelligendum? Quo sanè modo intellige- bat Christus: hoc est, eos esse trahendos, qui velint ipsi quoq. trahi?

Lutherus autem satis habens superfeminare zizania & abire, in maiori Confes- sione, Nolle se (inquit) cum quoquam contendere de Vbiquitate, tanquam de re minimè necessaria: cum non alia quærenda sit ratio corporalis præsentia Christi quàm.

Lutherus Sermon. de Sacram. coe- nae Domi.

Origo hæ- resis Vbi- quitatis.

Joan. 20. 1. Cor. 15. Joan. 13.

Phillip. 4. Joan. 12.

A quàm ipsius verba. Melanchthon verò prodigiosam, & vetustati eruditæ ignotam esse Vbiquitatem dixit, quam tamen (vt supra monstratum est) Lutherus Euty- chen laudans satis approbauit. Id quod ex eo adhuc satis liquidò colligi potest, quod neque is, neque Philippus suus in Confessione Augustana, vel in Apologia, Eutychianæ hæreseos, vt neque Nestorianæ mentionem fecerint, quam tamen supe- riorum hæresum fecerant: eo fucò visi damnasse, quas re ipsa in corde fouebant, si- cuti monstratum est.

Ex Lutheranis deinde sese opposuere nonnulli ministri, atque vt quidam refe- runt, Nicolaus etiam Selneccerus. Id ego scio, cum Dresdæ essem a fide dignis ac- cepisse me, eum Concordiam Schmidelianæ contrariam Franckfordiæ ad Ode- ram edere voluisse, sed alicuius hortatu, ne id ludibrio Catholicis esset, destitisse.

B Alij verò (vt illyricus) ea de quæstione dubitarunt. Schmidelinus denique ipse cù ijs, qui homini quadantenus adhærerent, nescius respicientiæ, Vbiquitatem istam mordicis retinuit, quamuis sexcenties fuerit con- uictus. Extat defensio disputationis Ingolstadij habitæ à Theologis Societatis no- stræ contra eundem Schmidelinum, edita ab Alberto Sperlingio: ex qua disputa- tione Claudius sanctes Episcopus fateatur ingenuè complura se excerptisse, quæ quarta repetitione de veritate Eucharistiæ aduersus Vbiquitarios accuratè est per- secutus. Prodiit item non ita multo antea Gregorij Valentia Theologi nostri erudi- ta aduersus duas sectas Vbiquitariorum & Sacramentariorum tractatio, quæ pe- nitèns Schimedelini diuerticula atque commenta nouissima retexit, atque reiecit.

At Ministri qui Dresdæ ante quatuordecim annos conuenerunt, planè isti erro- ri repugnarunt. Sic enim inter alia scribunt: Commentitia ista communicatio phy- sica, quæ nostro tempore cum Vbiquitate corporis Christi introduci cœpta est, vni- uersæ orthodoxæ Ecclesiæ, & toti orbi Christiano, inde vsque ab initio incognita fuit, atque etiamnum à Pontificijs rejicitur, & taxatur acerrimè. Postea infra: Com- mentitia illa Vbiquitas horrendum in modum corrumpit omnes penè articulos fi- dei de Christo, ac discrimè Diuinæ & humanæ naturæ in Christo delet, atque euer- tit. Hæc tum Lutherani ministri, Catholicos secuti. Quæ cum ita sint, fateor, ve- hementer miratus sum, cum Misnensium ad humanitatem atque prudentiam nato- rum ingenia experier, sic tamen nescio qua verecundia vel respectu complures Christianam mentis vim & lucem amisisse, vt cum post decennium de ista nouissi- ma Schmidelini Concordia Dresdæ non vnus conuentus sit habitus, prorsus con- trarium decerneretur, & haberent pro sacrosanctis articulis fidei, quæ paulò antea pro prodigijs & portentis reiecerant.

Sed age, dispiciamus adhuc quanti momenti in re fidei sit ab Catholico tramite recedere, eaq. reuocare in dubium, quæ semel optimè definita sunt. Lutherus enim non adeò magnum se commississe facinus existimabat, cum diceret: Quæstionem de Omni præsentia humanitatis Christi, haud esse magni momenti: sed tunc in soli- tas spiras sese contorquebat Iatanas, vt cauda vel sibilo pestilens venenum in mul- torum animas infunderet. Simili astu & arte (vt huc non inutilitèr digrediar) vsus est, cum ab initio per Lutherum conuellere Purgatorij fidem vellet. Rem enim (di- xit Lutherus) non esse tanti, vt licet illud esse crederet, tamen ad id credendum cogere mur. Sic etiam de vtraque specie Eucharistiæ pugnantissimis modis primò locutus est, Verum vbi ferus aper tantillum sepem aperuit, mox varijs bestijs aditum in eam patefecit, atque omnia susque deq. inuertit, & denique vtrique speciei istis ambagibus, tanquàm per cuniculos, veritatem ac rem ipsam vniuersam subtraxit.

Nam qui Laicis Diuina mysteria conficiendi (qui tamen nihil conficiunt) potestati à Deo concessam mentiebatur, & Consubstantiationis inauditum commentum in- uexerat, quid faciebat aliud, quàm vitalem Ecclesiæ cibum è faucibus Christianorù eripere, Sacramentarijs autem interea quidlibet audendi licentiã pessimo exèplo porrigere, vt & ipsi eandem veritatem altercando funditus euerterent? Iam verò cum de Purgatorio dubios plurimos reddidisset nullo negotio huc illuc impellere potuit.

Discordie Lutheranorum. Chemnitii. Ioachimus Morlinus. Pau. Ebe- rus Nicolaus Mem- gius. Victor Strigelius. Theol. 57. 60. 62. 80. 102.

Dresde an- no 1571.

Nora.

Sathanæ a- stus, quo Lutherum in fediores errores pau- latim præ- cipitauit.

Articuli fidei à Lutheranis sublati.

Blasphemiz Vbiquitatorum.

potuit ædificium, vt aëris iam tot rimis ad terram prosterneretur. Quamobrem animæ iam non pauca ad omnem illam conscientiæ licentiam non libertatem soluta, purgatorium primò, deinde inferna, postremo cœlestia, Diuinaq. pernegarunt. Ilius ergo Vbiquitatis semine, tanquam venenato telo (latenti tamen) iugulum ipsum, vt ita dicam, Symboli fidei petiitum est. Quod enim nullius momenti erat Lutherò, en quò tandem euasit? Si enim omnia Diuina attributa humanitati Christi communicata sunt: iam Christi Domini conceptio, natiuitas, passio, mors, descensus ad inferos, resurrectio à mortuis, ascensio ad cœlos, descensus ad iudicandum è plurimorum animis sublatas est, ipsaq. in primis Diuinitas oppugnata. Nam non magis Diuinitatis quam humanitatis Christi erit opus, ipsa mundi creatio (& quidem tanquam ab effectiuo principio) cum tamen hæc vni Diuinitati cõpetat, creaturæ nequaquam. Sic item humanitas Christi fuerit ante incarnationem, & ante conditum mundum, si æternitas, quæ principio & sine carens connumeratur inter Diuina attributa, ipsi tribuatur humanitati. Ecquid verò obstat, quo minus æque in vtero aliarum mulierum atque Beatissimæ virginis eodem tempore fuerit Christus? Nam si per istos Christus (vt homo) per hypostaticam vnionem omnipotens factus est, necesse quoq. inde fit, vt vbiq. adsit. Quæ omnia (vti reliqua pleraque absurdissima, & blasphemata) reiicienda sunt. Animæ porò cum corpore vnio, quæ similitudo à Patribus vsurpata, rationem attingit hypostaticam, potuisset aliquatenus istas dispellere tenebras, si ea, qua decet methodo in Diuinitatis illis mysterijs (sicut nostri Theologi faciunt) progredi voluissent. Sicut enim (aiūt) duæ in homine naturæ sic distinguuntur, vt tamen nõ duas personas hominẽsve, sed indiuiduum vnum, ex duplici natura, spiritali & corporea, constituent: ita in Christo fit, vt non duo Christi euadant, sed duæ naturæ sic coniungantur, vt tamen (sicuti diximus) non confundantur, aut altera in alteram transeat, vel commutetur. Ac quemadmodum anima cum corpore coniuncta corpus animatum denominat: sic Diuinitas cum humanitate hominem Deum. Præterea, vt animæ cum corpore sunt quædam actiones communes, quales sunt sentire, appetere, tritari, gaudere, amare; quædam autem propriæ, intelligere, velle: Sic Diuinitas quædam actiones, seu *ἐνεργίας* humanitati Christi cõmunicat, iterum nempe omnium peritiam, & miraculorum effectiõnem: quædam autem suæ naturæ proprias, & quas ad sui perfectionem natura humana non requirit, sibi reseruat, cuiusmodi sunt Omnipotentia, æternitas, & si quæ alia sunt eiusmodi. Vt verò anima multa per corpus gerit, per quod legit, ædificat, ferit; plura vero per se, sine corporis adminiculo, administrat, vt cum quasi soluta carnis contagione, meditatatur & contempletur æterna: Sic Diuinitas multa per Christi humanitatem exercuit; per quam miracula edidit; cœlestem sapiẽtiam nunciauit mundo; salutem nostram est operata; in Eucharistia corpus ipsum Christi, & gratiam confert; corpora mentesq. alit: Pontificis, & mediatoris officium obit; & pleraq. alia exequitur maximè salutaria. Verumenimverò, vt anima non omnia verè & essentialiter cum corpore communicat, sed duntaxat verbotenus (Corpus enim humanum non dicitur rationis, consilij, particeps nisi per accidens: rursumq. corpus non communicat cum mente omnia, quæ sibi sunt propria, nisi quadam consecutione; neque enim secabilitatem, morbos, mortalitatem, & similia ei tribuit) ita Diuinitas non vniuersas suas proprietates humanitati largitur; & vicissim humanitas, suas Diuinitati non tribuit, nisi per idiomatum communicationem: Sic enim Christus homo dicitur æternus, omnipotens, vbiq. cõsistens; quia Deus etiam est, cuius hæc sunt attributa, & quasi notæ propriæ. Postremò, quemadmodum actiones vtriusq. toti composito verè tribuuntur, quæ alioqui naturis separatis tantummodò conuenirent (sic enim homo intelligit, vult, ratiocinatur, medicinam facit, negotia exercet, ægrotat; cum tamen intelligere, velle, ratiocinari, functiones sint animæ propriæ, ægrotare vero, sitire, esurire corporis, reliquæ vtrique communes) ita toti personæ Christi omnia absolute tribui possunt, quæ sigillatim de altera naturarum prædicantur. Christus enim æternus est & temporalis, infinitus & finitus,

A tus, vbiq. & non vbiq. contraria profectò multa propter diuersas naturarum proprietates, in se vnum colligens.

Hæc cum ita sint, illa interim attentè retinenda sunt, quæ ijdem Theologi addunt. In primis, non sicut anima & corpus hominem secundum substantiam componunt, ita Diuinitatem & humanitatem partes esse Christi constituentes. Deinde, si vnio Diuinitatis, humanitatisq. æquaret vnionem animæ & corporis, Diuinitas esset forma humanitatis, eaq. vnio esset essentialis, cum tamen sit tantum personalis. Præterea vnio efficiunt hominem anima & corpore, sicut potestas & actus, sicut materia & forma: atqui vtraque natura hic actus est, & velut forma. Rursum ex anima & corpore efficitur tertium quid, quod nec anima est, neque corpus, scilicet homo, vtraque natura constans: sed Christus tantum significat vniam personam habentem duas naturas. Postremò ex anima & corpore fit quoddam, quod neque proprium est corporis, neque animæ, sed vtrique commune: ex natura autem Dei & humana, nullum suppositum efficitur, sed id quod erat Diuinum suppositum, sustentat vtramque naturam.

B Cum igitur ab hæreticis plus quàm satis importunè in quæstionem vocaretur, qualisnam assumpta natura humana per vnionem cum Diuino verbo euaserit, non quidem essentialitè, hoc est, ex se, aut physicè neque subiectiue (nec enim hac de re agebatur, cum planè constaret non posse sic esse, nisi talem, qualis natura cæterorum hominum) sed ineffabili modo: Patres Synodi Chalcedonenis, cum essent oculatissimi, nec ad Nestorianos, & Sacramentarios, qui peruersè colligebant; neque ad Euthychen, atque Vbiquitarios, qui falsum in argumentando sumebant, quemadmodum superius demonstratum est, declinarunt. Itaq. sapientèr definiunt, per vnionem haud fuisse sublatam naturarum differentiam, sed vtramq. magis permanisse inconfusam.

Cum verò ex ijs, quæ diximus, Theologi eam esse idiomatum communicationem intelligant, quæ non vni naturæ, ea quæ sunt alterius, sed vni supposito vtriusq. naturæ proprietates tribuit, Gratiam vnionis cordatissimè dixerunt esse ipsum esse personale: quod gratis datum est assumptæ naturæ humanæ in persona Verbi. Id quod etsi sine mensura, hoc est, cum tota plenitudine Diuinitatis Verbi fuit datum, sic tamen fuit, vt ipsa humanitas nullo modo illud sit, sed (quod superius quoq. factis innuimus) vt subsistat per illud.

Eam proinde (de qua locuti sumus) similitudinè à D. Athanasio allatam adhibuerunt dicentes: Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, sic Deus & homo vnus est Christus. Quamuis enim (iucquit D. Cyrillus) Verbum habitauerit in nobis, & dictum sit, habitare in Christo omnem plenitudinem Diuinitatis corporatitèr: attamen intelligimus, eum talem sibi fecisse habitationem, qualem & animæ hominis habere creditur ad proprium corpus. At D. Augustinus ad Volusianum; Sicut (ait) anima vnitur corpori, vt homo sit, ita in vnitate personæ Deus vnitur homini, vt Christus sit. In illa ergo persona mixtura est animæ & corporis, in hac persona mixtura est Dei & hominis; si tamen recedat auditor à consuetudine corporum, qua solent duo liquores ita commisceri, vt neuter seruet integritatem suam. Quanquam & in ipsis corporibus aeri lux incorrupta misceatur. Ergo persona hominis, vnio est animæ & corporis: Persona autem Christi vnio Dei & hominis. Hæc illi. Quos Diuinitus inspiratos cum fidei magistros habuerimus equidem non video, cur istam nouorum Atheorum fecem, iam amplius saltem apud se tolerent ij, qui se Christianos vocant, & veram fidem in Christum Dei filium profitentur.

D. Thom. 3. p. qu. 6. art. 6.

D. Thom. 3. par. quæsti. 7. art. 11. ad 1.

Epistola ad Nestoriũ,

Epistola 3. ad Volusianum. Vide August. ad Dardanũ. epistol. 57. Enchirid. cap. 36. lib. de Trinit. varijs in locis.

Lib. de Trinit. & vnitate Dei. Tracta. 57. in Ioannẽ Iust. Martyr. in expositione fidei.

Cyrl. cap. 5. libr. ad Clidonũ.

ATHEIS-

SED isti impietati tot errorum varietatibus circumamicta, tanquam insidiosissima bestia, iam omnis larua detrahenda est: & quando comprobata tot rationibus veritas exploditur, obijcienda propius est agrotorum oculis ipsa prauitas morbi, vt Deus iustificetur; si minus respiscere velint, qui diligunt magis tenebras, quam lucem.

Ad superiora igitur stratagemata satanae hoc accessit etiam, vt cum reliquae artes in decipiendis mentibus sibi non successissent, iam fucio aliquo insigniore se adornaret, ne terribilis bestia agnosceretur; interea vero inescaret innumeros ad perditionem. Ille nempe (inquit Lactantius) insidiatur vniuersis; sed eos, qui Deum nesciunt, errore impedit, stultitia obruit, tenebris circumfundit: eos autem, qui Deum sciunt, primum dolis & astutia aggreditur, vt cupiditate ac libidine irretiat, & peccati blandimentis deprauatos impellat ad mortem. Quod si dolo nihil profecerit, vi & violentia deijcere conatur. Haec Lactantius.

Id ergo in omni haeresi verissimum fuit. Eo autem verius est hoc tempore, quod habet iram magnam, qui scit modicum sibi tempus superesse, quo suas exerat artes, caeteroquin nocendi peritissimus, quod per tot secula profecit aetate atque perfidia. Itaq. colligit omnia, vt quam amplissimum summ reddat Regnum, ac denique mole sua tanquam fulgur, iterum in abyssum ruat.

Neque vero valentiore machina detrahere ad se cuncta putauit, quam si quodam eo veneno infecisset, Diuinam vt bonitatem obliquè carperent. Quid igitur fecit? Vixit Lutherum, eiusq. sectatores, vt eam verborenis summis laudibus extollerent, saepeq. illud vsurparent, Omnia nobis per filium gratuito donata fuisse. Mediatoris fidem vnicum salutis portum esse. Haec tamen haec fatanas praemisit, vt tentato vado, in hominum simpliciorum corda altius sese latentè immergeret: quos vbi reddidit securiores de nescio qua fidei non viua iustitia, ecce tibi larvata bestia cornibus se prodidit, quibus diuinam bonitatem ferire conaretur. Iustitiam vero istam tantam, nihil tamen in nobis denique efficere, nisi imputatione, asseruit. Viden' ad Lutheri cauponam hederam sine vino? Quin vero cum clamare incepisset, Spiritum sanctum nobis esse datum, qui gratuita illa dona obsignaret, fiduciamq. nobis, & certitudinem suo testimonio confirmaret, mox alterum erexit cornu, quo Christi Domini meritum ac vim re ipsa tolleret. Docuit enim mox audacissimè, Diuinum eundem Spiritum, non intus cor tangere; non aciem mentis illustrare; non animos imbuere; neminem intus inflammare. Quid ita? Sanè vt ex omnium cordibus omnis ad pietatem stimulus eximeretur: ac protinus salutaris ille timor abijceretur, qui initium est sapientiae; quiq. vrget, vt a peccatis respiscamus, atque addit calcar ad ritè colendum Deum, & ad Christi gratiam custodiendam. Quibus fundamentis subrutis, ecquid in metibus hominum, aut fidei, aut religionis non concidisset? Erexerat igitur primus hoc impietatis vexillum Simon Magus: explicuere Marcion, Cerdon, & alij: at qui altius illud sustulerunt, seseque hoc tempore antesignanos non vocati exhibuerunt, fuere Lutherus, Melancthon, Caluinus, Beza, & reliqui. Et illi tamen antiquitus nunquam sunt ausi tam praesens venenum euomere, vt apertè Deum facerent peccati auctorem. Quinimò eorum nonnulli maluerunt duos Deos, duode principia, boni alterum, alterum mali constitutere, quales fuere Cerdon, Marcion, Manichaeus, quique Gnostici (id est sapientes) vocabantur. Adeo erat adhuc in eis aliquis pudor extrinsecus, ne prorsus insipientes haberentur.

Quaerens, quam arte adeo euidentem blasphemiam fatanas inuexit? Dicam. Illi, cum liberum arbitrium homini demerent, hominis lapsus Deo sensim tribuere inceperunt: cum vero id facerent, iam Dei bonitatem aeternam negarunt. Neque

Satanae artes.

Diuin. In- dit. lib. 3.

Lutherapi verborenis Deum laudant.

Maiores hereticorum huius temporis.

Tertullia, Iustinus, Augustin.

Qua ratione adducti sunt heretici, vt Deum auctorem malorum facerent.

o/p

o/p

o/p

A que enim, qui Deum esse bonum diffidentur, hi vel Deum esse fatentur. Qua de tota re acerrimè Tertullianus cum alibi, tum secundo aduersus Marcionem libro agit.

Id vero vt faciat, docet inprimis bonitatem Dei Creatoris esse aeternam: praefertim ex hominis & mundi factura, atque ex ea, quae praescripta est homini, lege. Neque enim hominis lapsus Deo, sed hominis libero arbitrio esse se imputandum. Haec enim (inquit) erit ius Diuinæ gratiae, potentior vtique natura, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrii potestatem, quod autem vtique dicitur: quae cum sit & ipsa naturalis, atque mutabilis, quodquod vertitur, natura conuertitur. In se autem nobis naturaliter, iam & Marcioni ostendimus. Haec ille. Sed aliquanto post. Nisi enim (ait) homo deliquisset, optimum solummodo Deum nosset ex naturæ proprietate. At nunc etiam iustum eum patitur ex causæ suæ necessitate, tamen & hoc ipso optimum, dum & iustum. Et bono enim iuuando, & malo puniendo iustitiam exhibens, vtramque sententiam bono praestat, hinc vnicuique dicans istud, inde remunerans illud. Sed cum Marcione plenius discas, an hoc Dei sit totum. Haec igitur quoque Tertullianus, qui postea rationibus aliis hoc ipsum genus argumenti accuratissimè persequitur, quas ipse summatarum huc inferam.

Prorsus enim docet, homini delictum esse imputandum, quem ad rectè viuendum creauerat Deus. Neque propterea Deo id ascribendum, quod afflatus Dei sit anima, quae delinquit: quia habet quidem vtique anima illas lineas Dei, qua immortalis; qua liberæ sui arbitrii; qua praecia plerunque qua rationalis: tamè & in his imago duntaxat Dei, non vsque ad ipsam vim Diuinitatis. Neque etiam si in diabolum transcriberetur culpa, vt insinctorum delicti, propterea in Creatorem dirigendam, vt in auctorem diaboli, vt potè qui Angelus à Deo, & bonus factus sit, non diabolus, id est, delator. Porro si post delictum hominis iudex & seuerus fuerit Deus, non ad malitiam, sed iustitiam pertinere. Quae iustitia cum perpetuò in Deo cum bonitate conspirarit, non rectè seorsum deputari Deum bonum, & seorsum Deum iustum: imò verò omne iustitiae opus bonitati Dei procurare; quippe cum timor iudicii ad bonum, non ad malum conferat. Si quando itaq. Deus legatur condens mala: de malis poenae, non culpæ intelligi. Iustitiam proinde esse, atque adeo bonitatem Dei, quae seueritas videatur. Et iudici non exprobranda, quae iustitiae accidunt: non magis, quam medico ferramenta, quae secant, inurunt, amputant, & constrictant. Denique totum ordinem Dei bonitatis, ostendit ex eius misericordia in errantes, patientia in non respicientes, & praestantia in merentes.

C Deinde ad antitheses veniens Marcionis, etiam ad bonitatem Dei pertinere probat talionis poenam, ciborum immundorum prohibitionem, & sacrificiorum onera. Nec minus etiam legales quasq. disciplinas, ne illi momento vacarent à Dei respectu. Imò verò etiam rapinam argenti & auri, mandatà à Deo Hebraeis in Aegyptios: pluris enim valuisse sexcentorum millium operas per tot annos, & filiorum iacturam, quos miserant. Nullam verò etiam contrarietatem esse in Deo prohibente Sabbatis operari, & iubente arcam circumferri etiam in Sabbato. Neque enim similitudinum prohibitarum legi, refragari aenei serpentis, aut Cherubin & Seraphin aureas effigies; quae longè diuersas habebant causas ab idololatria, de qua vetans similitudinem fieri, subiicit, Non adorabitis ea, neque seruietis eis: fuisse enim etiam rationalem Dei institutionem sacrificiorum, auocantis ab idolis, quae tamen rursus reiecerit. Non rectè etiam leuem Deum dici, cum reprobatur aliquando probatos, aut probatur quandoque reprobandos: nihil enim magis bono etiam iudici conuenire, quam pro praesentibus meritis, & reijcere, & adlegere. Proinde poenitentiam apud Deum praue interpretari Marcionem: nam & in Graeco sono (vt pote *μετάνοια*) poenitentiae nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est.

D Ex his igitur, quae aptissimè scripsit Tertullianus, intelligi potest, quantum in eo defudauerit fatanas, vt tot impietates in mundum importaret: quas antea vel solo naturæ lumine illustrati Philosophi quidam, vt Plato, quem citat

E que

Tertullia: haereticis Deum auctorem mali causantibus aduersatur.

Theodoretus lib. 5. af
fec. Gra.
Philo lib.
de Agricul-
tura. Et in
li. de Trāf-
fugis.
Irenaeus cō-
tra Blaſtū
& Florinū.
Vide Eufē.
lib. 5. c. 20.
hiſt.
Iuſtinus ſi-
ue qui au-
ctor fuit li.
de quēſt.
Gentilium
& Chriſtia-
norum.
Lutheri in
ſania.
Melanch-
thonis in-
conſtantia.

In locis po-
ſterioribus

In Conc.
cap. 5. Epi-
ad Rom.

Tom. 7. pa-
405. anno
22. VVit-
tember.
Horat. 10.

Theodoretus aduerſus affectiones gentilium; vel Iudaei, qualis fuit Philo; vel denique Apoſtoli, & Irenaeus contra Florinum & Blaſtum, & Iuſtinus, ac reliqui omnes deſertati ſunt. Lutherus autem in eaſdem aſſerendas ſic toto pectore incubuit, vt ex aſſertione articuli trigefimi ſexti, liberum inquit arbitrium eſſe figmentum in rebus, & ritulum ſine re, quia nulli eſt in manu ſua quippiam cogitare boni, vel mali, ſed omnia de neceſſitate abſoluta euenire. Quod & Poeta voluit quando dixit, Cerra ſtant omnia lege, & Chriſtus Matthaei ſexto, Folium arborum non cadit in terram ſine patre veſtro. Et infra. Non eſt dubium, ſatana magiſtro, in Eccleſiam veniſſe hoc nomē, Liberum arbitrium, Sic Lutherus. Quin vero, vt omnem ſibi, aliſq; viam praecideret ad emendationem, in eadem praefatione ſic fuerat praefatus: In caeteris articulis de Papatu, de Conciliis, de Indulgentiis, aliſq; non neceſſariis, magis ferenda eſt leuitas, & ſtultitia Papae, & ſuorum: ſed in hoc articulo, qui omnium optimus, & rerum noſtrarum ſumma eſt, dolendum ac ſcendum eſt, miſeros ſic inſanire. Haec ille. Quibus vides, habitam a ſe fuiſſe pro optimo articulo, & rerum Lutheranarum ſumma, negationem eius rei, ſine qua Dei bonitas & iuſtitia conſiſtere, vel apparere neutiquam poteſt. Variavit poſtea Melanchthon, modo aiens, modo negans: vt & aliquando liberum arbitrium ſatetur, aliquando autem omnem libertatem, atque contingentiam tolleretur. Is enim, concedendum eſt (inquit) quod ſcriptura Apoſtolica tribuat homini, etiam nunc poſt lapſum, libertatem aliquam deligendi ea, quae ſunt ſubiecta rationi. Et infra: Haec Manichaea imaginatio (quae videlicet libertatem, & contingentiam tollit) horribile mendacium eſt: & ab hoc errore mentes abducendae ſunt, & docendae, agere aliquid liberum arbitrium. Aliquando verò hic ipſe Melanchthon Vallam aduerſus Ecchium tutatus, quod ille liberum arbitrium conuelleret, in locis poſterioribus deinde pugnantiā dixit. Valla (inquit) & plerique alii, non recte detrahunt voluntati hominis libertatem. Et in Epitome moralis Philoſophiae, Stoicas illas (ait) de fato, ſeu Vallae abſurdas imaginationes, quae propter Diuinam gubernationem adimunt libertatem voluntatis, fugiamus.

Sed & alibi contrarium docuit Deum, inquiens cauſam eſſe peccatorum. Sicut enim (inquit) fatemur proprium Dei opus fuiſſe Pauli vocationem, ita fatemur opera Dei propria eſſe, ſiue quae media vocatur, vt comedere, bibere, ſiue quae mala ſunt vt Dauidis adulterium, Manlii ſeueritatem. Conſtat enim ex capite primo ad Romanos Deum omnia facere non permiſſiue, ſed potentèr. Ergo non eſt (ait) cur frigidum glosſema admittamus, Deum mala permittere, non etiam facere. Et haec quidem eo in loco Melanchthon. At videamus, num ſibi ſemper conſiſterit, poſtquam videlicet Catholicos Theologos plus aliquid ſapere intellexit, quam eius Grammatica complectebatur. Is igitur in locis, de cauſa peccati. Eſt (ait) vera haec, & pia ſententia, vtraque manu, & veriùs toto pectore tenenda, Deum non eſſe cauſam peccati, nec velle peccatum. Et infra: Nec figurae illae verborum in ſermone Hebraico pugnant cum hac ſententia, Indurabo cor Pharaonis, & ſimilia. Certum eſt enim Hebraica phraſi ſignificari permiſſionem, non efficacem voluntatem.

Ex quibus antitheſibus, nemo ſic truncus fuerit, quin intelligat, quam iſta cohaereant ſecum, & cum iis Lutheri verbis, in quibus aiebat, Summam eſſe omnium rerum ſuarum, in negatione liberi arbitrii. Quin verò iſtos duos, qui conſeſſionis Auguſtinae fabricatores fuerunt, vide mihi, quam bellè ea tutati ſunt, ac docuere ſuis vel interpretationibus, vel apologiis. Quanti item diſcipulus Melanchthon fecit infamem illam Magiſtri Lutheri iactationem, qua cum Religioſorum ſtatum apoſtata oppugnaret, ſic ſcriptum reliquit. De mea doctrina ita certus ſum, vt per eam, & veſter, & Angelorum futurus ſim iudex. Et, Qui meam non amplectitur doctrinam, nec poteſt, nec debet ſalutari.

Quid dignum tanto ſeret hic promiſſor hiatu?

Sed auſiſtis Thraſonem; ac parturiunt montes, & nati ſunt tot ridiculi mures,

A mures, qui nunc ſe, ſuaque quotidie corrodunt.

Qui verò illos ſubſecuti ſunt, Lutheranæ farinae homines, viſi quidem ſunt interdum non nihil melius ſapere, cum docuerunt, Voluntatem à coactione peccandi eſſe liberam; ſpontaneam ſcilicet, qualis eſt voluntatis actio circa naturalem ſuum finem: attamen negarunt neceſſitate peccandi inuitabili liberam eſſe mentem humanam. Itaq; nec fibras, neque ipſam huius tantæ blaſphemiae radicem ſucciderunt. Quae cum remanſerit, liquidò patet, nullam, per hos, fuiſſe vim meriti, gratiaeque Chriſti efficacem ad tollendum originale peccatum. Quamobrem & peccati regnū validiſſimè conſtabiliuerunt, quicquid huic neſcio cuius imputationis, tanquam externi malagmatis vmbra culum ad tegendam perfidiam admouerint. At nos Catholicici, & credimus, & propter hoc loquimur, Chriſti Ieſu Mediatoris noſtri aduentum, mortem, gratiam ad peccati deſtructionem ſic fuiſſe praerordinata, vt prorsus illud efficeretur, quod Euangelicis & Apoſtolicis teſtimonijs grauiffimis contat: Dominum ſanè veniſſe, vt ſaluum faceret populum ſuum à peccatis eorum; vt eſſet agnus Dei qui tolleretur peccata mundi; vt praedicaretur in nomine eius remiſſio peccatorum per omnes gentes; vt diſſolueret opera diaboli. Sic item mortem acerbiffimam pati voluiſſe, vt de peccato damnaret peccatum in carne, vt emundaret conſcientias noſtras ad operibus mortuis & ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuam appareret. Sic denique Spiritus ſui gratiam poſſimum idè in corda noſtra miſiſſe, vt per legem vitae liberaret nos à lege peccati & mortis, in qua venundati eramus; & vt peccatum amplius in nobis non dominaretur, qui non iam ſub lege, ſed ſub gratia ſumus: quoniam ille eſt, qui cum omnia poſſit verbo virtutis ſuae, purgationem peccatorum facit. Qui ſit benedictus in ſecula.

Somnia no-
uorum Lu-
theri. de li-
bero arbi-
trio.

March. 1.
Ioan. 1.
Lucæ 24.
1. Ioan. 3.

ATHEISMUS DECIMUS LUTHERI, DOCTRINAM
Catholicam de animarum poſt mortem locis, labefaſcantis, & Caluini Deum
peccatorum cauſam aſſeuerantis. Caput XI.

VM verò ex ea peſtilenti doctrina ſequeretur, in renatis qualiacunque bona, & adeò Chriſtiana opera eſſe damnabilia, mirum eſt, quantos ſatanas in corde Lutheri deſcenſus poſuerit. Nullam enim bonorum operum mercedem fore, hinc ſenſim tortuoſus intulit ſerpens. At ſublata mercede Chriſtianarum virtutum, & operum, tollebatur & poena. Vtroque autem hoc ſubmoto, Deus ipſe (quantus quantus nominatenus ab hæreticis iſtis uſurparetur) negandus fuerat. Id quod in varijs artibus ſemper etiam in Ethnicis, atque Philoſophis accidit; qui quòd in virtute ſummum bonum ponerent, licet eius perfectionem nondum agnoſcerent, humani tamen generis hoſti omninò placere non poterant. Quare ſic illos eſt perſecutus, vt aduerſus eos, qui hac de re melius ſaperent, eaſdem aliis, quas hoc ſeculo Lutheranis fecit, rationes inſtillauerit: primò Stoicis, poſtea Epicureis, denique Theodoro, Cyreneo, atque Diagoræ, ſicuti & Protagoræ fecerat. Nam cum à Stoicis virtutis præmia negarentur: intulit Epicurus, Ne Deum quidem igitur punire mala, niſi remuneraret bona, ac proinde nullam eſſe Deo curam inferiorum rerum. Quod cum alij excepiſſent, aditcere ſunt auſi, ne Deum quidem eſſe. Tam facile ruit, qui ſemitam rectitudinis deſerit. Ac quidem puto Carneadi, ſiue aliis eius ſcholæ, nunquam veniſſe in mentem, vt ex ſuorum placitis blaſphema illa Epicureorum, atque Atheorum dogmata ſequerentur. Sed ita ſit, cum beſtia tangit montem, & ad Diuinarum rerum ſplendorem cum luro, & fordibus accedit. Poterat igitur Lutherus & reliqui, iis ſaltè vocibus vt, Mercedis, Præmij, Spei, quibus Chriſtus ipſe uſus fuerat: cuius ſapientia nec ſuae bonitati derogat, cū ſua in nobis dona coronat, neq; meliores Euangelij ſui interpretes, quam

Nota

Hæresis ceterum Atheismus.

qui per quindecim secula fuerant, expectabat. Quod si quis interroget, cur Lutherus tanto præcipitio ostium aperuerit, citò me expedito. Quoniã hæresis ad Atheismum, vti ad suum centrum, aut sphaeram semper properat.

Cum hæc ita sint, mirum non est, si quicquid celestium coronarum pijs, aut inferni poenarum impijs Diuina scriptura proponit, sic ille exposuerit, vt etiam hinc latissima ad Atheismum via complanaretur. Quis enim de inferno, ac reliquis locis, quos recta fides nos docuit, nutare incipiens, iam amplius de religione fuerit certus? Et Sceptici quidem, vt Sextus Philosophus de Pyrrhonis diatropibus inquit, nulli rei incertæ & controuersæ assentiebantur: imò verò ne tum quidem dogmata statuebant, cum voces Scepticæ institutionis pronuntiarent, nimirum vel hanc, & δὲ μάλλον, hoc est, nihilo magis, aut illam, οὐδὲν ὀπίσω, hoc est, nihil definitio. Quas voces cum in tanto Religionis negotio vsurpet Lutherus, an Scepticam, non Christianam voluerit statuere Religionem non nemo intelligit. Certè quæ ad articulos fidei stabilissimos attinebant, incertissima reddidit: reddita facillimè è cordibus hominum, vt fecit, euulsit.

Primum igitur stultitiam Papistarum taxat (sic enim ille pro sua modestia loquitur) qui post mortem fecerint quinque loca, infernum damnatorum, infantium non baptizatorum, purgatorium, limbum Patrum. Deinde (inquit) in nouo testamento addiderunt Paradisum, propter verbum Christi: Hodie mecum eris in Paradiso: denique coelum apertum. Hæc ille. Quibus verbis, quanto magis cogito, equidem non video, quid sibi Lutherus velleret, nisi quòd non solum non curaret paradisum, & coelum apertum: sed stultitiam hæc esse omnia, vt dixit, ita crederet, ac denique ne prorsus impius haberetur, Christi nomine (ac si sine vilo loco is esset noster paradisos) omnem perfidiam, sublato etiã inferno, regeret. Sed videamus tam certi Euangelistæ tam incerta, quæ sequuntur. Primum (inquit) locum dicunt esse damnatorum, qui est cruciatus ignis aeterni. Verum an animæ impiorum torqueantur statim post obitum, non possum affirmare. Quanquam exemplum diuitis epulonis huc facit. Sed contrarius locus est 2. Petri 2. de malis angelis, qui seruantur ad iudicium: & verba Pauli. 2. Corinth. 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Apparet eos etiam dormire, & quiescere; sed nihil adfero. Secundus locus est non baptizatorum infantium. Illos dicunt quidem damnatos esse, sed non pati poenam ignis, aut vermium. Sed tantum carere visione Dei. Illam lucem non habent, qua Deum, & angelos videant, & tamen non cruciantur. Tertius circulus est Purgatorij, in quod nec damnati, nec infantes ingrediuntur, sed qui credunt quidem, & tamen non satisfecerunt pro peccatis. Horum animæ redimuntur indulgentijs. Hinc illa colluies indulgentiarum, & tota religio Papistica. Quartus est limbus Patrum, ad quem descendisse Christum dicunt & effregisse, & Patres liberasse, non ex inferno, sed ex limbo; qui affligebantur desiderio, & expectatione Christi, non poenas, aut cruciatus sustinebant vltos. Hisce nugis repleuerunt Ecclesiam, & orbem terrarum: nos radicatus ista omnia euerimus, &c.

Hæc quidem vt temerè, sic blasphemè Lutherus. Nam Ecclesia Christi ex multis Diuinæ scripturæ verbis, ex Apostolico Symbolo, ex Spiritu Dei, qui eam regit, disertè testatur, & inferos esse sub terra, & Christum ad Patrum limbum descendisse, & Sanctos cum Christo regnare, ac sequi agnum quocunque ierit. Ac verò Iustitiæ Diuinæ rationem poscere, vt qui actu non peccauerint, nec iisdem poenis quibus improbi, crucientur. Purgatorium autem esse sic credit, vt tamen Lutherus, & alijs eiusmodi eum locum haud obtigisse certò sciat, cum ad inferna non minus, quam Dathan, Abiron, & Chore descenderint.

Sed audiamus D. Augustinum de istis locis sic alicubi loquentem. Nam illud quod rectissime, & valdè salubriter credit (Vincentius quidam) iudicari animas, cum de corporibus exierint, antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet

Lutheri hæsitantia in rebus fidei.

Tom. in Genesim c. 25 pa. 254. in prelo Noimber. anno 1555.

Vide S Synodum Florentinã, & Genuadii Patriarchæ Constantinopolitani. Cõtes. lib. 4. cap. 1. & Tom 7. l. 2. de anima, & eius

A oportet iam redditis corporibus iudicari, atque in ipsa, qua hic vixerunt, carne torqueri, siue gloriari; hoc ita ne tandem ipse nesciebas? Quia aduersus Euangelium tanta obstinatione mentis obfurdit, vt in illo paupere, qui post mortem oblatas est in sinu Abrahæ, & in illo diuite, cutus in inferno cruciatus exponitur, ista non audiat, vel audita non credat. Sicut ergo diuersæ custodiæ agentium in officio: sic diuersæ custodiæ mortuorum, & diuersa merita resurgentium. Receptus est pauper, receptus est diues: sed ille in sinu Abrahæ, ille vbi sitiret, & guttam non inueniret. Habent ergo omnes animæ, vt ex hac occasione instruam charitatem vestram, cum de seculo exierint, diuersas receptiones suas: habent gaudium boni, mali tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. In requie sunt animæ piorum à corporibus separate: impiorum autem poenas luunt, donec istarum ad æternam vitam, illarum verò ad æternam mortem, quæ secunda dicitur, corpora reuiuiscant. Et alibi ad Euodium scribens: Quis ergo (inquit) nisi infidelis negauerit fuisse apud inferos Christum? Hæc omnia D. Augustinus, quo loco fufius limbum primum ostendit.

De paruulis autem non baptizatis ait idem ipse D. Augustinus: Potest proinde rectè dici, paruulos sine baptismo de corpore exeuntes, in damnatione omnium mittissimam futuros. Multum autem fallit & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apostolo, iudicium ex vno delicto in cõdemnationem. Et paulò post: Per vnus delictum in omnes homines ad condemnationem.

Sed quam vidimus teterrimam istam in Luthero doctrinam herbescens, iam Cyberes spicas in Caluino proferentem cernamus. Cum enim duo illa pessimè declarassent, naturæ nostræ corruptionem, & Dei præscientiam: ex ista potissimum Caluino satanas præcipitium fecit ad apertissimos Atheismos. Deum enim asseruit voluntate efficaci siue actiua, non permissiua tantum, velle ipsum peccatum. Neque vero hoc tã ad suos fines ordinare, quam operari in nobis: quin verò sic operari, vt nos excitet, atque re ipsa permoueat, ne (quod Catholici dicunt) putemus à Deo duntaxat nos desereri, aut Diuina interdum gratia in peccando destitui. Imò & hoc amplius, ad peccandum nos à Deo destinari, ac necessitate plus quam fatali impelli. Beza eadem adhuc operosius scripsit, eo libro, quem aduersus Sycophantam, hoc est, Castalionem inscripsit, & de hac tota re suos illos, quos iam se comperisse iactabat, Aphorismos (rectius Atheismos) est persecutus. Eorum autem quarto scribit, Dei consilium non solum in eo esse situm, vt gubernet, ac rectè dirigat opera creaturarum suarum, sicut (inquit) Pallas Pandari sagittam direxit, sed vim ei operantem, atque efficientem in omnibus rebus attribuit. Vigesimo autem tertio, Deum docet ita per suas creaturas, quæ sunt eius organa, operari, vt eas non tantum sinat agere & operari, & earum actionum exitum dirigere, sed excitare, impellere, mouere, regere, quodque adhuc deterius est, eò illas creare, vt faciant quicquid statuerit. Ac tamen postea subdit, hoc quidquid est, à Deo rectè, ac sine vlla iniustitia fieri. In quo vides infamem Atheismum, qui vbi sceleratissimè Deo causam omnium scelerum efficacissimam ascripsit, mox illum breui encomio laudat. Quod si quæras vnde in tantam velaniam impij ceciderint, ex Luthero quidem primum id factum est, qui ostium (vt dixi) tantæ nequitie patefecit. Deinde ex infixâ altiùs quam oportebat in Caluini corde praua opinione de prædestinatione Dei ad malum. Atqui & ex ijs, quæ supra diximus, quæue ex Tertulliano aduersus Marcionem attulimus, pestilens ista doctrina corrui.

Cum verò vix vnquam ne ijs quidem, qui solo naturæ ductu agerentur, tale aliquid in mentem venerit, sapienter Theologi vniuersam hanc rem explicuerunt, vt quoniã arbor bona malos fructus facere non potest, & radix si sancta sit, ramos quoque sanctos esse oporteat; ac Deus lux sit, nec tenebræ in eo vllæ esse possint: propterea sanctissima Dei voluntas à peccati (quatenus deformitatis, & defectus à recta regula seu rationis seu voluntatis Diuinæ) vel operatione, vel

origine cã. 4. Habentiam quadam. Tom. 2. Epi. 80. ad Hesyrium circa principium, & Tomo 3. Enchyrid. ca. 109. Tom. 5. de ciuit. Dei, lib. 13. cap. 10. Tomo 2. epist. 99. ad Euodium. Et Tom. 7. de peccat. merit. & remiss. lib. 1. cap. 16. & 27.

Cal. lib. de prædestin. in Epist. ad Ephes. 1. c.

Calvinus c. 13. aduer sus Liberti nos. An. 1555. 3. Aprilis presentib' ministris, quoru' p'cipui erant Andreas Zebedeus, Nionensis minister, & Ioan. Angelicus, minister wurini. D. Thom. 1. par. qu. 13. art. 16. & q. 19. art. 9. ad arg. Itē 12. q. 79. art. 3. & q. 57. artic. 2. Tho. Valde fis in doctri nali fidei. lib. 1. c. 25. Sanctes tra ctatu des Ateifines de Caluin. artic. 10. Que Dieu n'est point aucteur des pechez. Thom. Stapleto, li. de iustificatio ne 11. per to rum, vbi agit de cau sis peccati. Tsal. 103. S. Aug. li. 12. de Trinita. c. 10. & 11. Seruet' li. 5. de Trini. errorib. p. 189. Et in dialogo pri mo. pa. 229. & in respō. ad art. 1. ex his, quos collegerat Caluinus. Iraministri Transylua nici lib. 2. ca. 4. Aug. lib. de hæresib. Pa tag. 44. & 45. Hilarius de Synodis. C. Seruetus li. 3. pa. 92. de errorib. Trinit. Trassylua nici mini stri lib. 2. 3. & 4.

10/11

Nota

volitione, vel iusione liberrima fit. Sed & Calvinus (vt mentiretur iniquitas sibi) cum contra Libertinos, & Anabaptistas scriberet, à veritate coactus est fateri, tria esse, quæ in sua illa blasphemiam laterent venena, quæ ipsemet vocat valde execranda; nimirum, si Deus auctor peccati statuatur. Nihil enim, ait, inter Deum & satanam discriminis esse futurum: homines posthac tanquam bruta præcipites, nullius nempè conscientia fræno, in pessima quæque ruituros: Quantaunque facinora approbata iri, tanquam res honore, laudēve dignissimas, supra nimirum, homicidia, sacrilegia, cæteraque adhuc abominabiliora. Iudicet igitur seipsum de suo ore impius: & qui vel ab ipso Bernensium Senatu eo de articulo damnatus est, sentiat nunc, quam fidam satanæ remuneratori operam præstiterit. Cæterum qui præter antiquissimos Patres aduersus hunc teterrimum Atheismum (qui quidem maximè viget inter hæreticos penè omnes, & in Angliā potissimum regnat) calamum, & studium acuerunt, hi præcipui fuerunt D. Thomas, cæterique scholastici doctissimi, vnā cum Valdensi aduersus Viclephum: Sanctes item proprio Gallico libro. Quem imitatus Thomas Stapletonus, accuratissimè (vt solet) imposturas Caluini retexit, quibus tantam impietatem callidè tegere satagebat.

A T H E I S M O R U M C O L L U V I E S

à Lutheri & Caluini discipulis Nearianis, Sabellianis,

Samosatenicis & Ebionitis in orbem inuicta.

Caput XII.



ED quam diximus in Luthero impietatem apparuisse herbescentem; in Caluino autem spicas (seu potius spinas) proferentem, iam videbimus in nouis Arianis, Sabellianis, Samosatenicis, & Ebionitis sic maturuisse, vt illud in eos quadrare possit, quod inquit Psaltes: Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestia syluæ. Quam primùm enim ceciderunt ista hæresum tenebræ super bonam Germaniæ, ac Gallia partem, exilire ex antris immanes feræ, quærentes quos deuorarent, & sua quæq. aconita euomentes. Tum apertum bellum indictum est Deo, duoq. à satana Geneuam, atque ad Bernates Heluetios, tanquam ad propriam officinam missi sunt reliqui in Poloniam, & Vngariam, atque in Transyluaniam iuere, quod hæ Proincia Maometanis proximæ pestilentibus quibusq. Atheismis fouendis & propagandis materiam, vires, tutelam, essent suppeditaræ. Nos commentarijs Transyluanicis, quibus eâ historiam à mille quingentis annis vsque ad nos persecuti sumus & ea quæ de istis Athcorum dogmatibus ipsi vidimus, ob oculos omnium posuimus. Nunc autem, quando, quoue loco, & per quos vniuersa colluuias Atheismorū, hoc vno seculo ex feminibus Lutheranis & Caluinianis erupit, dicendū est planius. Sic enim satanæ astus liquidissimè ad Dei gloriam innotescet; & vnusquisq. intelliget, quam vera illa sint, quæ Diuina Scriptura præmonuit; Qui modica spernit, paulatim decidet; quæue D. Augustinus: Quomodo enim (inquit) coluber non apertis passibus, sed squamarum nisibus repit, sic lubricus deficiendi motus-minutatim occupat. Anno igitur huius seculi trigesimo secundo Michaël Seruetus Hispanus apparuit, qui aduersus sanctissimam Trinitatem, Deiq. essentiam dimicationem suscepit. Nullam enim esse distinctionem personarum in Diuinis blasphemauit; Atheismum Praxeæ iam ante mille & quadringentos annos à Tertulliano, & alijs expugnatum, ab inferis reuocans; ac Noëti & Sabellij, quæ à D. Augustino recitantur; Pauli item Samosatani, atque Photini hæreses suscitans, sicut ostendit S. Hilarius, D. Adiecit: Christum ante Beatissimam Virginem nihil, sed solum ideam

A ideam in mente Dei fuisse, quomodo nos fuimus ab æterno. In quo Ebionem, & Cerinthum, Samosatenumq. & Photinum licet agnoscere: quamuis à Praxeæ, & à Noëto dissentiret, qui Christum asseriebant esse æternum, & Patris personam cum Filij persona confundebant, vnde & Patripassiani vocati sunt. Sed & Deum Patrem sic homini Christo suam communicasse Diuinitatem tenuit, vt non per æternam generationem, sed per vnitionem gratiæ fuerit quidem Deus, at factus, at temporalis, at minor Patre. D. Nestorij itaque laqueo, præter aliarum hæresum nodos, implicitus est, docentis, Christum fuisse Deum per inhabitantem Deum tanquam in templo. Denique hic Genus flammis traditus est; à Caluino, qui hanc historiam conscripsit, homo vt auram inanis gloriæ vndequaue captans, sic ne sibi questus periret, si quis alter nouator Geneuensem thronum subriperet, satanæ officium diligenter exercuit; qui solitus est sic amicos per alios amicos suos accipere.

Irenæus 1. r. c. 25. & 26. D. Theodo. li. 4. hæret. fabularum.

E. An. 1555

At & triennio post, eadem in ciuitate Geneuæ, satanas nouum cudit Arianismum per Valentinum Gentilem, Gribaldum, & alios. Gentilis autem eo in errore deprehensus, coactus recantare, id fecit. Mox fugiens Cracouiam, quæ Polonia minoris est ciuitas, Paulum Pseudopastorem Cracouensem seduxit, & ex improbo Caluinista, facile pessimum fecit Arianum. In habentibus enim Symbolum facilis est transitus. Itaque & non dubia spe metendi id, quod seminabat, dum diligenter in hoc incumbit, à Zuinglianis necatus, eam tamen pestem reliquit in Polonia viuam, cuius hæc erant præcipua capita.

An. 1555. Benediculus Aretin' de supplicio Valentinij. Acta publica Geneuæ.

An. 1566.

Patrem & Filium, ac Spiritum sanctum tres esse æternos spiritus essentiali numero differentes. Antiquas enim illas sordes & ipse corrasit eorum, qui à Theodoro Peratæ vocati, docebant tres personas esse tres mentes, & tres Deos: quem errorem postea exceperunt ferè ante annos mille Philoponus, & recentius Abbas Ioachimus, atque alij, quos omnes Lateranensis Synodus damnauit.

Gentilis pro thesi 20. & 33. & Benediculus Aretinus.

Theodo. de fabulis hæretic. lib. 1. ca. 15.

Deinde Patrem esse longe maiorem Filio, ac Spiritu sancto. Patrem enim aiebat essentiatorem, reliquas duas personas essentiatas, Arianos secutus: cuius hanc ipsam hæresim, à Synodo Nicæna conuictam, & condemnatam fuisse Epiphanius præter alios meminit.

Theodo. de fabulis hæretic. lib. 1. ca. 15. Suidas in verbo Philoponus Nicæph. li. 15. c. 48 Abbas Ioachimus libro cõtra Lombardū Laterā. Syno. ca. 2. in Decretalibus.

Sed & aliam adiunxit hæresim, cum Filium, ac Spiritum sanctum docuit esse ex nihilo, vel ex tempore, non ab æterno productos. Id quod Ariani antiquiores prædocuerant, Filium aientes creaturam esse, & factum ex non extantibus, licet postea recentiores (vt alia semper inter istos ex alijs scissuræ erumpunt) cœpisse esse Filium asseruerint.

Prothesi 5. & 10. 22. 24. 25. 40. & Anti. tertio libro Anti. pag. 26.

His ergo fundamentis iactis cœpit superstruere satanas, quod sibi proposuerat, vixq. septennium agebatur, cum satis lignorum ad excitandam flammam sibi visus collegisse, fecit, vt colloquium in Polonia noui Ariani peterent iis de rebus, quæ ad religionem spectabant. Petitionem igitur obtinuerunt non bono exemplo, magno sane damno, tam insignis & pii Regni. Ex ijs vero, quæ Petricouia acta sunt, vbi locus conuentui delectus est, intelliget quisq. cordatus, quonam res euaserit, & quantum perfidia sit audax, nisi fræno veritatis, ac iustitiæ cohibeatur.

Epiph. hæret. 69. Prothesi 11. & 21.

S U M M A C O L L O Q U I I C U M N O V I S A R I A N I S
 Petricouia in comitijs in Regno Poloniae habita 1566. ante Dominicam, quæ dicitur Latere. Caput XIII.

August. de Trinit. lib. 66. c. 1. Et contra Maxim. lib. 1.



VM Petricouia comitia haberentur, in quibus de salute Reipublicæ contra immanem hostem Moscum deliberabatur, placuit magnæ nobilitatis parti, Rege Sigismundo permittente, publicum colloquium de religione instituere. Primùm igitur ex parte altera erant selecti quatuor testes futuræ actionis viri illustres, duo ex minore, totidè ex maiore Polonia. His adiunctus erat Scriba, vir

Oppugnatur hæc enunciatio. Pater, Filius, & Spiritus sanctus sanctus sunt vnus Deus.

Quasi vni^p
Dei nomi-
ne foius pa-
ter intelli-
gendus sit.

vir nobilis. Totidem fuere Aduersariorum, & testes, & ministri, quorum ministrorum hæc sunt nomina: Gregorius Paulus dux hæresis Trithetanae, Lutomirius, Pacle-
fius, Homanus, Scriba verò homo nobilis, qui contra duas epistolas Caluini ad fratres Polonos scripsit, Ioannes Cazanouius. Sed quæstio erat de præside, quis & an vnus esse deberet. Placebat alteris, vt alternis diebus, vnus ex vtraque parte præ-
esset: vbi cum discordes essent, tandem duo electi sunt, vnus vnus, alter alterius partis. Porro cum iam ad rem ipsam accederent, summus Regni Magister, quem
Marfchalcum vocant (is autem erat vnus ex testibus) præfatus est, & ad colendam pacem, ac reditum, Aduersarios inuitabat, his verbis subiectis: iam igitur, inquit, constituta propositione, qua de agendum est, in Dei vnus & Trinitatis nomine exordimini. Vbi protinus quidam eorum toruè inspiciens respondit: Nos verò
hic non dicimus, Amen. Neque enim nos nouimus istum Deum Trinitatem. Tum
alij. Nulla iam alia (inquiunt) propositione nobis opus est, cum se hæc obrulerit.
Nos autem, Deo fauente, & volumus, & parati sumus demonstrare, quòd Spiritus sanctus non alium nos Deum in Scriptura doceat, nisi solum Patrem, Filium & Spiritum sanctum, id est, Deum vnum in Trinitate. Is erat ad rem accessus, verum vt
eò melius res ipsa percipiatur, poterit ista actio in tria capita distingui.

I. In primis quatuor sessionibus nihil aliud, quàm veri ac puri verbi Dei testimonia in medium afferebamur, idque idè, quòd Aduersarij sententijs verbi Dei
gloriarì, seq. iactare apud vulgus soleant, vt illud tantò facilius decipiant, inq. hæ-
reses inducant. Primum igitur legebatur nostrum scriptum, cuius hæc erat sententia. Nos quidem, o amici, haud difficulter poterimus vobiscum eam rem transigere.
Nam vbi primum Biblia aperueritis, & initium veteris & noue legis cõsideraueritis
statim offendetis id ibi asseri, quod vos pernegatis. Sic enim Genesis primo Scriptura loquitur: Faciamus hominem ad imaginem nostram. Nostram, inquit, non
meam: postea verò addit, Et fecit Deus. Nouæ autem legis initium hoc est: Verbum erat apud Deum, & verbum erat Deus. Videtis, vt in veteri lege loquatur,
vnus Deus, tanquam de tribus: hic verò, quòd Filius verbum æternum (Nam quod ab initio erat, æternum est) erat apud Deum; & erat idem, non alius, vt vos perperam interpretamini, Deus. Multa & alia sunt nobis verbi Diuini testimonia: verum
ne longius progrediamur, videtis, vt statim ab ipso Bibliorum principio redarguamini? Isti verò secundo cõfessu scripto nostro responderunt, quòd ipsorum responsum, quàm à nobis tertio scripto funditus euersum fuerit, ille demùm intelligit,
quicumque illud leger. Sed & extremum eorum responsum idem testatur. Vbi cum
iam planè nihil directè respondere possent, obiecerunt nobis quasdam æquipollentes enunciationes, minimè ad rem pertinentes, & quasi ex alia theca petitas. Is
erat primus insultus colloquij quatuor actibus absoluti.

II. In secundo conflictu tanquàm in tabula depicta, consensionem primitiuae Ecclesiae ad nostra vsque tempora deductam, quàm manifestissimè demonstraui-
mus. Nempè quòd non alia vnquam doctrina in Ecclesia Dei viguerit, quàm qua filius Dei est verus Deus. Non est autem, qui nesciat, non nisi duos posse esse Deos
verum aut falsum. Quod si filius Dei verus est Deus non potest esse alius, quàm vnus ille, quem concordì conuètu celebrat vniuersa sancta Scriptura. Audi Israël: Dominus Deus tuus vnus est. Et; ego sum Deus, & ante me non est alius Deus, &
post me non erit, & præter me non est. Hic Aduersarij huic nostro veterum Ecclesiarum consensui, contrarias eorundem scriptorum sententias opposuere, quibus
tamen nihil ostendebant, nec quicquam aliud afferebant, quàm illud suum: Vnus est Deus Pater. Quas sententias vbi ad satietatem vsque recitauerunt, studuimus
eas paucis verbis refutare. Doncedimus quidem, dixerunt nostri, vnum esse Deum Patrem, sed Deum Patrem sapientem, & spirantem, hoc est, vnum cum Filio, &
Spiritu sancto. Ad quæ illi, Quandoquidem (inquiunt) Patrum testimonia tam vestra, quàm nostra vera sunt, consequens erit, vt isti Patres sibi ipsis sint contrarii. Facessant igitur isti. Nos verbo Dei inhæcamus, quibus Orthodoxi
inquit,

A quiunt, quemadmodum neque verbum Dei, quod vobiscum faciat, sicut iam ostensum est, ita neque consensum Ecclesiae, quo magis confirmemini, habere potestis. Patres autem illi sancti non sibi ipsis aduersantur, neque enim amentes fuere, nec
bilingues, vt vos eos traducitis, sed ad scripta eorum intelligenda, necesse habetis arcana quadam clauè. Hic vbi clamantes asseuerarunt, eos sibi ipsis esse contrarios: nostri illis proposuerunt ex iisdem Patribus desumptos eiusmodi locos, contra
quos nihil poterant mutire, quibus in locis seiplos interpretantur, & declarant manifestè; videlicet, nihil inter ista duo enuciata interesse, imò æquipollètia esse. Vnus est Deus, hoc est, Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & vnus est Deus Pater. Nam illi semper intelligunt Deum Patrem esse vnus cum Filio & Spiritu sancto essentia, prout Tertullianus habet: Nominatur, inquit, Deus Pater, intelligitur
& Filius, etiam si non nominetur. Hic erat finis alterius congressus, tribus actibus absoluti.

III. Porro in tertio conflictu ad historias ventum est. Nam vbi & testimonijs verbi Dei, & consensu sanctæ Ecclesiae conuicti essent, re ceperunt se ad historias, quas iam in promptu habebant: quas illi cum proferrent, studuerunt potissimum duplici turpissima reprehensione fidei Christianæ auctoritatem derogare. Prima fuit, cum pertinacissimè assererent, quasi hæc nostra fides in Nicæno primùm concilio fabricata, & in lucem edita esset. Altera cum dicerent, quasi magna vi à Cæsare Constantino, & ab illis Episcopis constituta, atque stabilita esset, vbi se dolore affici professi sunt, ob causam illorum quinque discipulorum Arij, nolentium approbare verbum Homouision, carpentes sanctos illos Patres Athanasium, Cyril-
lum, Augustinum, Epiphanium, Chrysostomum, & illos præstantes Imperatores, Gratianum, Valentinianum, & Theodosium, qui suis edictis fidem Christianam sanxerunt. Quæ omnia scripto complexi nobis obruserunt. In quo scripto palam vituperarunt Concilium Nicænum, sanctos Patres, & pios illos Imperatores, fidemq. eorum: contra verò comprobauerunt concilium Arianum Syrmij habitum, eique subscriperunt, laudantes tam discipulos illos Arij, fidemq. ipsorum, quàm Constantium Cæsarem fautorem Arianorum. Hæc nos vbi audiuius, scriptumque eorum magno cum animi nostri dolore accepimus, huiusmodi eos verbis postremo confessu allocuti sumus: Non sine graui animorum nostrorum mœrore, id ex vobis amici intelleximus, quod vos palam profiteremini Arij esse amatores. Nos verò omnino parati eramus demonstrare fidem vestram, quàm ea recens, quàm vana sit, non tantum sanctis literis, consensu Catholico, ac historijs, sed quocumque tandem voluissetis scriptorum genere. At quoniam expressis verbis contestati estis, vos Arianorum partium fautores esse, præclusistis iam hoc pacto viam & nobis vobiscum, & vobis nobiscum deinceps hinc de rebus differendi. Non enim vos latet, quàm Arius fuerit hostis omnis Catholici nominis. Nobis autem, qui exigua fidelium pars sumus, neque conuenit, neque nos decet, causam totius orbis Christiani transigendam suscipere. Quod si faceremus, neminem esse existimamus, qui non hoc nobis vitio potius vertat, quàm tribuat laudi: præsertim cum & Apostolicis mandatis, & legibus Romanis ab eiusmodi curiosis quæstionibus arceamur. Attamen ecce vobis scriptum, quo ostendimus, non ex mutilatis, sed certis & fidei probatae historijs, verbum Homouision, atque ad eò doctrinam de deo vno, &
Trino ante Nicænum Concilium fuisse; illosq. trecentos decem & octo Episcopos, qui illic aderant, nihil aliud, quàm antiquam, & à maioribus acceptam fidem (quos, nos nescimus, quid noui inuexisse putetis) clariorem reddidisse. Sed neque vis cuiquam, vt vos existimatis, vlla illata est, quod testatur historia Socratis lib. 1. cap. 8. Ad hæc omnes historici testantur, Constantinum illum Religiosissimum Imperatorem nihil ausum fuisse in confessu illo amplissimo eloqui, nisi prius ab Episcopis petita venia. Vos verò cum omnia perperam interpretemini, Dei idè vindictam aliquando experiemini. Iam verò videmus, nullam nobis amplius esse sortem in hac hereditate.

Ecce quomodo ad Patres con-
fugit Pro-
religiantes.

De hoc Cõ-
cilio lege
Nicepho l.
9. cap. 31.

En quomodo Aduersarij cõtra Trinitarios Catholico more se tueri cogantur.

His

His illi auditis, vale nobis dixerunt & verbis, & scripto. Hic verò cum vnus surrexisset, ad precandum omnes cohortatus, Deum Aduersariis propitium precatus est. Tandem cum finis actioni imponendus esset, cecinimus vulgatum Hymnum sacrosanctum in hæc verba: Deo patri & Filio, & Spiritui sancto, omnipotenti Deo laus sit, & honor perpetuus, Amen. Vbi statim Aduersarij, cum hæc verba ferre non possent, coeperunt sese subducere, negantes se velle dicere, Amen.

Is fuit finis colloquij. Deinde die Dominico, qui Latrare dicitur, conuocatus est vniuersus nobilium cœtus, vt rem gestam agnosceret, vbi summus Regni Magister; ex consensu reliquorum testium, professus est totum negocium, ita quemadmodum hic per scriptum est, gestum, atque transactum esse. Idque ipsi met etiam testes comprobauerunt.

COLLOQUII CVM TRINITARIIS FINIS.

VELITATIONES ALIÆ ARIANORUM & Antitrinitariorum in Transsylvania aduersus Deum. Caput XIII.



T hæc sanè agebantur in maiore Polonia, cum interim in Transsylvania noui in dies cudebantur Atheismi, mutualq. sibi operas præstabant Sarmatæ, & Daci. Non diu igitur post, prodijt pestilentissimus liber, quem bipartitum de falsa & vera vnus Dei Patris & Filij & Spiritus sancti cognitione inscribere, qui sese diuitabant Ministros Ecclesiarum in Sarmatia, & in Transsylvania. Vt verò popello fucum facerent, consentire inter sese vtriusque eius Regni Ministros, initio libri placuit addere. Quo libro quoniam plurimi ad æternum interitum fascinati sunt, expedit omninò aliis repetere quædam, quæ fatanæ modum aperiant, quem tam horrendis blasphemis insinuandis adhibuit; tum verò, quid liber ille contineat, dicam.

A latere Ioannis Sepusij adolescentis, Transylvaniæ Principis, Medicus non discedebat, qui olim in Transylvaniam venerat, & Georgius Blandrata vocabatur. Hic iam vsque ad fœces epoto Serueti, & Valentini Gentilis veneno, operam dabat, vt latè diffunderetur. Principem igitur, quem vtriusque speciei prætextu, à fide Catholica auerterat, sensim in Lutheranismum, tanquam in secundum gradum præcipitij deducit, Dionysij Alexij Lutherani concionatoris opera, quem, cum Claudiopoli pastorem ageret, ad id munus à Principe in aulam euocari curauerat. Vbi verò Principem ea in hæresi satis promotum videt, Dionysium submoueri ex aula, & in eius locum Franciscum Dauidis substitui curat. Hic enim è Catholico factus Lutheranus, mox in Calvinismum ruens, paulò post, Blandratæ, & aliorum insidiis, in Arianismum, deinde & in Samolatenismum decidit. Aulicis autem quibusdam interioribus, & apud Principem gratiosioribus, secretò hac ipsa labe iam aspersis, paulatim Caluini dogmata Principi propinantur, quæ cum temerè hausisset, sat commodè in Arianæ impietatis barathrum præcipitarunt. Adiuuabat insaufum rei progressum Medicus alter Italus Franciscus Stancarus, qui medicinam specie profitens, re ipsa fatanæ regnum propagans, & in Proceris Hungari domibus latitans, eadem quoad eius fieri poterat venena spargebat. Pertentatis igitur aliis, cum (si ad suas imposturas accessisset auctoritas Principis) cogitassent rem multò vltèriùs processuram: Franciscum Dauidem eò adigunt, vt præsentem Principe sanctissimam Trinitatem ex iuggestu perneget, Christi Dei Filij Diuinitatem blasphemet, sicut in æde D. Petri Segesuarie fecit. Id autem vt res magis innotesceret, & noceret, reseruauerant in tempus Comitiorum, quæ in ea Transylvaniæ ciuitate,

Astus hereticorum in Principe in fide suo labe.

Francisci Dauidis in religione inconstantia.

A ciuitate, anno huius seculi sexagesimo sexto, erant habenda. Prædicatam impietatem alij libenter exceperunt, alij detestati, sed pauci hiscere ausi sunt, ob reuerentiam Principis. Tunc Lutherani & Calviniani inter sese agere, vt Eniedi & Albæ Julæ, Arianos ad disputationem prouocarent, haud intelligentes, vbi fidei vnitas non est, veritatem inde haud posse elucescere: hæc verò si desit, inde quoque longissimè abesse Deum. Et sanè nisi Dominus ædificauerit, frustra laborant, qui cum extra Ecclesiam sint, Ecclesiam putent extruere. Tum igitur Consiliarij Politici ad Principem facillè se adiunxerunt, quem quò magis ruere cernebant, eò magis, grauiore peccati mole impulsis, & ipsi ruinas acruabant. Porrò verissimum illud est, Agentes & consentientes pari non solum poena, sed priùs culpa puniri. Inter eà suis calcar addebat satanas, vt Transylvaniæ finibus haud contenti in Vngaricam quoque planiciem descenderent, in qua virus illud spargerent. Igitur diabolico sanè astu vnà cum principe Varadinum ad disputationem deligunt. Conuenere Ministri reliquarum hæresum; Petrus Melius Dobricinensis, Petrus Caroli, Georgius Czegedius, & alij eius farinae. Ibi post vehementem vtriusque contentionem, Franciscus Dauidis auctoritate Principis nixus (quem cum haberet discipulum, callidè tamen iudicem isti contouersie delegerat) licentissimè triumphum in clamat, ac si Christum de solio infelicissimus deiecisset. Hæretici sanè alij, cum Scripturas citassent, & ab Arianis earundem Scripturarum vim varijs commentis audacter eludi viderent, intellexerunt quàm sibi antiquæ fidei regula ex Patribus & Synodis erat necessaria. Itaque etsi huc accurrissent, noluit tamen Deus hæreticorum opera aduersus hæreticos vt in veritate asserenda. Nam & propterea non sinebat IESVS se à dæmonibus nominari. Et verò à spiritibus, qui obfidebant quosdam, responsum fuit Iudæis, qui eos adiurabant: Iesum scio, & Paulum noui, vos autem qui estis? Blandrata deinceps, & Franciscus Dauidis cristas erigentes, spe concepta fore, vt breui quoque uersus ea impietas serperet, aliquos deligunt iuuenes, quos ea prauitate imbutos Patauium mittant, vt comparata maiore litteratura, si quem ea in Academia decipere possint, id faciant: cæterum suo tempore in Vngariam redeant, latius pestem illam disseminaturi. Patauij cum se Catholicos finxissent, & quicquid addiscebant, id ad Christi Diuinitatem negandam detorquerent, postea de studiis suis monstrarunt, quàm illud nimis verum sit. Vnum quodque recipi per modum recipientis. Rediè igitur in Transylvaniam, quorum vnus infelicissimè mortuus est, cum præceps è scala collum fregisset, alitis, si supersunt, paulò post sensuris, (nisi respiscant) non defuturum causæ suæ DEVM. Ex Germania item accersitum Ioannem Somerum hominem loquacem, sed qui Græcè nosse videretur, cum à Lutheranis defecisset, Claudiopolitanæ scholæ præficiunt. In huius locum, quod vnà cum vxore & socru pestilentia correptus diem non multò post obiit, Matthiam quendam Polonum tanquam Hebraicæ linguæ peritum, sic sufficiunt, vt tamen ei præesset Iacobus, qui se Palæologum vocabat, & in Græcia natus fuerat. Huic mandant, tanquam Græcas litteras (vti Græco) calenti, vt Biblia corrigat; correctionem eam intelligentes, quæ vulgatam, & à multis seculis à Christi Ecclesia receptam versionem deprauaret, atque ad sua dogmata aptaret. Sic enim & Lutherus, & Caluinus, & alij fecerant, vt de suis quisque lapidibus gladium, non Diuini verbi, sed suum acuentes, facilius mentes Christianas à veritate auerterent. Sed tamen & hic postea nouis suis dogmatibus cum illis pugnans, aufugit, donec ante biennium adductus Romam hæreses, & Atheismos abiurauit. Ea igitur dum agerentur, librum, vt diximus ediderunt, teterrimæ & infernalis blasphemie plenissimum, quem in duos distribuerunt, quorum summam huc adiiciens, eò breuius refutabo, quòd magna pars superius refutata sit.

Ex disputatione cum Arianis, Protestantes intelligunt, fides regulâ esse necessariâ.

Ann. 1583.

Ann. 1567.

*SUMMA ET REFUTATIO PESTILENTISSIMORUM
duorum Librorum, quos Transylvanici Ministri contra sanctissimam
Trinitatem euulgarunt. Caput XV.*



A primum Libri illi sine auctoris nomine prodierunt. Quo vno nomine se prodidit impietas. Qui enim malè agit, odit lucem. Id sanè nunquam in vilo perspectum est antea contigisse, qui esset missus à Deo.

Deinde vt radicibus tollant, quicquid Christus Dominus haestep per sexdecim secula suæ afflauit Ecclesiæ, à Christo inquit, & Apostolis prædictum fuisse, post ascensionem illicò venturum

Antichristum, Christi q. fidem penitus aboliturum; itaque parum durasse Christi Regnum. At impij in caput suum mentiuntur. Diuina enim vox prolata per Angelum dicentem de Christo, Et regnabit in domo Iacob in æternum, quomodo consistet? Et illud Aggæi: Quia hæc dicit Dominus exercituum; Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus omnibus gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquàm primæ, dicit Dominus exercituum. Atque iterum illud Isaia: Et aperientur portæ tuæ iugiter; die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur. Gens enim & Regnum, quod non seruerit tibi, peribit; & gentes solitudine vastabuntur. Vt mittam sexcenta alia id ipsum testantia. Quin verò, si Christi Regnum fuerat illicò penitus abolendum, vbinam reseruatam erat exemplar, quod istis asseruaretur, vt ad illud omnia instaurarent? Deinde cum is dici possit Antichristus qui contrarijs studijs, & professione doctrinæ ac moribus contrarios Christo fines doceat: ecquid vel doctrinæ, quæ ab Apostolorum tempore fuerit, sublatum est à Catholicis? Aut ecquid ab iisdem obtrectatum est virginitati, præstantibusq. alijs virtutibus, quæ in Apostolis Christi vigerunt? Sed nec tempus Antichristi, nec quæ de hoc à Daniele, à D. Ioanne Euangelista, & ab alijs scripta sunt, vlla ratione cum illorum blasphemijs cohærent, vt alibi docuimus.

Vide scriptum meū traditū Magno Duci Moscouie hac de re, & Theses Thyræi de Antichristo doctissimas.

Porrò aiunt Christum & Apostolos docuisse, vnum esse Deum Patrem, & vnum hominem Christum: sed paulò post, à Catholicis tres Deos, seu Trinitatem, eoque vno duos Christos factos fuisse. At hæc blasphemia est, & sine vlla fronte mendacium. Nec enim nisi vnum Deum agnoscimus, huncq. simplicissimum. Neque in tribus personis sanctissimæ Trinitatis plusquàm vnam simplicissimam essentiam profiteamur, ac disertissimè in Symbolo vnam numero Diuinitatem, & cum D. Athanasio passim canimus: Non tres Dij, sed vnus est Deus. Sed & hæc superiùs à nobis confutata sunt, & impietas ista omni anathemate confossa est ex Dei verbo, & vnanimi Patrum consensu.

Lib. 1. ca. 3. Addunt, cœptam fuisse tempore D. Ioannis Euangelistæ prædicari Trinitatem, atque omnes Patres deinceps, & ipsum adeò Athanasium, atque alios eam doctrinam propagasse, quæ insuper eodem Athanasii tempore ferro, & flammis ab iisdem fuerit defensa. Sed neque primum illud verum est. Cur enim D. Ioannes, qui scripsit aduersus Cherintum, cæterosq. istarum pestium præcursores, non scripsisset aduersus alios? Cùm enim post Christi Domini resurrectione sexaginta & octo annos superstes fuisset, quidni hæc vidisset, ac confutasset? Deinde quinam ex hereticis fuere isti, qui eo tempore Trinitatem prædicare cæperunt? Edant origines si possunt. Cùm autem Polycarpus D. Ioannis Euangelistæ fuisset auditor, cumq. istum vidisset D. Iræneus, qui Valentinum, Marcionem & reliquas illas feces spiritus veritatis extinxerunt, sicuti & Iustinus Martyr, atque Tertullianus, qui eadem

A dem, pene ætate fuerunt, cur non aliquam certe mentionem illorum fecissent? Cur inquam non fecissent: cum tamen istas nouorum Arianorum & aliorum etiam tunc blasphemias oppugnassent?

Et sane Tertullianus, quænam Apostolorum doctrina fuerit, ex ipsorum epistolis, quæ passim asseruabantur, ostendit. cum ait. Age iam, qui volēs curiositatem melius exercere in negotio salutis tuæ, percurrere Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ cathedræ Apostolorum suis locis præsententur; apud quas ipsæ authenticæ literæ eorum recitantur, sonantes vocem, & repræsentantes faciem vnus cuiusque. Proxime est tibi Achaia; habes vocem. Si non longe es à Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italia adiaces, habes Romam, vnde nobis quoq. auctoritas præstò est. Statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur: vbi Apostolus Ioannes, posteaquam in oleum ignitum demersus, nihil passus est, in Insulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoq. Ecclesijs contesserit. Vnum Deum nouit creatorem vniuersitatis, & Christum Iesum ex virgine Maria, filium Dei creatoris, & carnis resurrectionem: Legem, & Prophetas cum Euangelicis & Apostolicis literis miscet, & inde potat fidem eam, aqua signat, sancto Spiritu vestit, Eucharistia pascit, martyrio exhortatur, & ita aduersus hanc institutionem neminem recipit. Hæc est institutio, non dico iam, quæ futuræ hæreses prænunciabat, sed de qua hæreses prodierunt, sed non fuerunt ex illa, ex quo factæ sunt aduersus illam. Etiam de oliuæ nucleo, mitis, & opimæ, & necessaria, asper oleaster exoritur, etiam de papauere fici gratissimæ, & suauissimæ, ventosa, & vana caprificus exurgit. Ita & hæreses de nostro fructificauerunt, non nostræ; degeneres veritatis grano, & mendacio syluestres. Hæc ille.

Tertull. de præscript. cap. 36.

1. Ioan. 2.

C Deinde falsissimum est, Athanasij tempore doctrinam de sanctissima Trinitate ferro & flammis fuisse defensam, licet Arianorum libri à Constantino Imperatore prohibiti sint. Quinetià dirissima quæq. ab Arianis (vt hoc tempore à Caluanianis) pertulere Catholici in vniuerso orbe terrarum, quæ tam nota sunt, quàm quæ notissima.

Præterea Ioachimum Abbatem aiunt, & fratrem Bernardum de Luxemburgo, hoc autem seculo Erasimum, Seruetum, & cæteros quosdam secum in doctrina consentire. Sed vide & hic impias frontes sine fronte. Ioachimus enim, cum tres doceret distinctas essentias, hi vero cum vnam asserant, ecquid simile habent? At quod

D inquit, superatum fuisse Lombardum à Ioachimo in Synodo Lateranensi, Gregorio nono Pontifice, & hoc mendacium est. Quænam enim vnquam isto Pontifice Synodus fuit coacta? Sub Innocentio quidem tertio Lateranensis habita est, sed & ante hanc Lombardus, & Ioachimus è viuis excefferant. Quæ cum ita sint, videamus, quænam alia impietatum fragmenta suis istis sordidis vestibus adstant. Probat enim Coranū Mahometis legem boni Turcæ præcursores: mox agunt de imaginibus sanctissimæ Trinitatis, nec contenti simpliciorum quorundam picturas conuellere: eas item, quæ ab Ecclesia Catholica rite vsurpatæ sunt, scommatibus, & blasphemis carminibus profcindunt. Quæ tota res quoniam optime ab Apostolicis viris, & à Synodis, ac Patribus, ac denique à Concilio Tridentino rursus explicata, non ita vero pridem pereruditibus thesibus, à Petro Tyræo, Societatis nostræ Theologo, ex Diuino codice, iisdemq. grauissimis testibus collecta est, habeant Sarmatæ, & Daci ex eodem Thyrao, quæ istis ad sanctissimæ Trinitatis vnus Dei gloriam respondeant. Neque enim nos illo melius hæc digerere in ordinem, aut ad captum cuiusq. proponere sciremus. Sic autem inquit.

Mendacia Trinitarium.

Cap. 4.

Petri Thyræi Thefes pererudite de sanctissime Trinitatis imaginibus, & aliis.



X Dei apparitionibus, & manifestationibus, quædam imagines apud Christianos in vsu esse cæperunt. Quod enim Scriptura fecit verbis, hoc artifex effinxit signis: nec peccatū putabat incurrere penicillus, vbi sine crimine fuit calamus: hinc licita censebatur imago.

2. Illæ verò numero tres sunt; Vna Dei Patris, altera Spiritus sancti, tertia superbenedictæ Trinitatis. Nam Filij personam quæ

Hebr. 4.

representant, non ex illius apparitionibus profectæ sunt; sed habitus, quo vt homo inuentus est per omnia nobis præterquam in peccato similis, ipsis occasionem certissimam præbuit.

3. Pater vno eodemq. modo figuratur, vt speciem senis, & dierum antiqui referat: Spiritus sanctus vna similiter columbæ forma exhibetur; Trinitatis alia, atque alia imago reperitur.

4. Communior est illa, qua vna cum patre, & specie columbæ, pingitur Filius, eo, quo nobiscum in terris conuersatus est modo. Altera, qua tres viri ita figurantur, vt nullus alio aut forma, aut ætate videatur maior. Tertia qua vnus quasi homo cū triplici vultu, aut capite exhibetur. Quartæ cuiusdam mentionem facit Ioannes Gerson, qua ita in virginis vtero formata perhibetur, vt tota carnem humanam assumpsisse videatur.

Gerson in serm. habitato Parisiis in Natiuit. Domini, Tom 4. fo. 47.

Iatomus de cultu imagi. Toa. Hefels in Decalogo, cap. 66. Anton pa. 3. 1. 5. c. 4. Paul. 1. 1. Genes. 16. Aug. lib. 2. de Trinit. cap. 11. Daniel. 7. Matth. 3.

5. Ex his duæ à grauissimis viris improbatæ sunt; duæ verò pium vsu habere possunt. Reijcitur quarta, quod grauis erroris occasio sit, & quasi tota Trinitas carnem assumpsit, videatur demonstrare. Reprobatur tertia, quod Trinitatem nescio quale monstrum oculis nostris obijciat. Vtraque parum habet decoris: parum etiã, vel nihil Christianam pietatem promouet.

6. Secundæ illi occasione dedit visio Abrahamo exhibita, de qua sic B. Augustinus: Cum (inquit) tres visi sint, nec quisquam in ijs vel forma, vel ætate, vel potestate, ceteris maior dictus sit: cur non hic accipiamus visibiliter insinuatam per creaturam, visibilem Trinitatis æqualitatem, atque in tribus personis vnam, eandemq. substantiam?

7. Primam verò & Ecclesiæ auctoritas, & Patrum consensus, atque ipsa approbat sacra Scriptura; quæ Patrem proponit tanquam antiquum dierum; Spiritus sancti præsentiam in specie columbæ demonstrat; Filium denique humanam naturam ex virgine assumpsisse varijs rationibus confirmat.

8. Commendat has imagines in primis veneranda antiquitas. Habuit Nolensis Ecclesia ante annos mille & amplius sanctæ Trinitatis imaginem, cum adscriptis à S. Paulino his versibus.

Paulin. Epist. 12.

Pleno coruscat Trinitas mysterio,
Stat Christus agno, vox Patris celo tonat.
Et per columbam Spiritus sanctus fluit.

Columbas aureas & argenteas in forma Spiritus sancti super Diuina lauacra, & altaria appensas fuisse asserit, & iuste defendit contra Seuerum hæresiarcham Synodus Constantinopolitana secunda. In columba Eucharistiam asseruauit Basilii Magni. Meminit eiusdem picturæ semel atque iterum S. Paulinus.

Synod. Constantin. Tom 3. fol. 436. Amphilo. in vita Basilij Paulinus in carmine duodecimæ Epist. Syn. 7. act. 3. Teste Damas. in Syluestro.

9. Quod si antiquissimus vsus est agni digito Præcursoris demonstrati, atque ipsum Tharastius in confessione fidei suæ inter alia recte decreta recipit: Si Constantinus illo antiquior in labio fontis vbi baptizatus est, eandem imaginem maximis sumptibus cõstituit: quid est, quod vel de Patris vel de Spiritus sancti, vel de totius Trinitatis imaginibus dubitare possimus?

10. Si quod Scriptura fingit verbis, hoc artifex potest signis: quid prohibet, aut omnibus temporibus fuisse Dei imagines; aut certe omnibus esse potuisse?

Ero,

A 11. Esto quãdoq. prohibita, & populo Iudaico interdita fuerint Dei imagines: sed tamen non ob id interdita fuerant, quia de genere earum essent rerum, quæ per se malæ sunt, sed quod periculum esset, ne ipsas pro Dijs coleret, neue incommutabile nomen lignis tribueret, & lapidibus. Sed nec vnquã tam necessarius imaginum vsus fuit, quin ob certas causas interdici potuerit.

Exod. 20. Sap. 14.

12. Reperiuntur verò homines, qui prorsus ipsa è medio sublata volunt. Et alij quidem propterea, quod imagines sint: alij quod spirituum sint imagines, quos certa forma effingere, nihil sit aliud quàm grauis erroris occasio præbere. Priores vniuersis imaginibus bellum indicunt: Posteriores has Dei, de quibus sermo est, tollunt.

13. Priores illos iam veneranda Antiquitas, veteris nouiq. testamenti exempla, grauisimorum Conciliorum auctoritas, Patrum omnium sensus, atque consensus, mirabilia, quæ per imagines blim Deus, nostrisq. temporibus exhibuit, condemnant. Posterioribus illud breuiter sit dictum, non minus rudiores, posse in errorem induci sacrarum Scripturarum auctoritate, quæ Deo membra tribuit, quàm simulachris & imaginibus, quæ, quod Scripturæ auribus inferunt, oculis obijciunt.

Genes. 1. Num. 21. Iosue 22. Galat. 3. E. 20. 52. &c. Concil. Antioch. Nic. 2. Sex. Constant. can. 72. & 52. 5. Constant. can. 3. & 7. &c.

14. Non quod est Deus, imago docet: sed quibus se figuris spectandum proponit, demonstrat. Nec imago naturam, sed personam, quæ oculis sese, & sensibus offert, effingit. Neque enim cum imaginem hominis videmus, dicimus nos animal ratione præditum, sed hominem videre. Inuisibilis Dei natura, per imaginem exprimi nullo modo potest. Non debemus (inquit Apostolus) æstimare auro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis Diuinum esse simile. Cui enim similem faciemus Deum? aut quam imaginem ponemus ei?

Testull. li. 2. cõt. Mar. Dionys. de cõle. hier. c. 15. Euseb. lib. 7. hist. c. 14. Basil. in oratione in S. Barlaam Chrys. oration. in S. Meletium. Aug. lib. 1. de cõsensu Euan. ge. cap. 10. &c. Greg. lib. 7. Epi. Epist. 53. & lib. 22. contra Faust. ca. 73. Damasc. lib. 4. de fide, ortho. ca. 16. 17. &c. Grego. Nyss. Oration. in Theodo. Mart. Simo. Meta. phr. in vita D. Luc. & Theodo. in coll. lib. 1. Niciph. li. 2. cap. 43. &c.

15. Quocirca, oportet hic locum habeat, quod grauisimè definit Synodus Tridentina. Quod si aliquando (inquit) historias, & narrationes sacræ Scripturæ, cum indoctæ plebi expediet, exprimi & figurari contigerit: doceatur populus, non propterea Diuinitatem figurari, quasi corporis oculis conspici, vel coloribus, & figuris exprimi possit. Miserabilis (inquit Augustinus) animæ nostræ seruitus est: signa pro rebus accipere, & super creaturam corpoream, oculum mentis, ad hauriendum æternum lumen, leuare non posse.

16. Nulla igitur iniuria fit Deo, quando eius imago figuratur. Nihil incommodatur rudi populo: quia instruendus est, vt rudis esse desinat. Adde cum Gregorio, quod abs re non facimus, si per visibilia inuisibilia demonstramus: quia & Apostolus, ex ijs quæ sensibus nostris obuia sunt, docet mentem poruisse ad Diuinitatem cognoscendam assurgere.

17. Quod si mysterium Trinitatis, vniuerso populo Christiano credendum in Symbolo proponitur: certè quod manifestius illæ Prophetiæ visiones, per quas Trinitatis personas Sacræ literæ insinuant, oculis rudium, per conuenientes picturas exhibentur, eò magis in eo Diuino proposito satis fieri posse videtur.

18. Neque enim populus per conciones tantum instruendus est, sed per imagines iuuandus: & perfectius hærent, quæ subiecta sunt oculis, quàm quæ demissa per aures. Et pulchrè docet B. Gregorius, eos qui literas ignorant, in parietibus videndo legere, dum picturas intuentur, quæ in codicibus legere non valuerunt.

Aug. 17. Ista. 40. Conc. Trident. sess. 25. D. August. de doctrina Christ. lib. 3. cap. 5. Greg. li. 7. Epist. 53. Rom. 1. Di. Greg. li. 5. Epi. 109. Genes. 7. Actuum 1.

19. Valet igitur ante omnia hic imaginum vsus ad Dei, Trinitatisq. qualemcunque cognitionem, populo Christiano insinuandam, & Diuinam illam maiestatem, quantū per humanas vires licet, quomodocunque adumbrandam. Sed & docti, hoc imaginū Dei, atq. Trinitatis vsu, ea quæ vel didicerunt, vel legerunt, in mentem reuocant, memoriamq. confirmant: quemadmodum sacrorū Bibliorum historiam facillimè discet, qui identidem insigniū virorum gesta in tabulis depicta intuebitur.

20. Quid, quod eadem imagines, & beneficiorum, & humanitatis Dei nos commonefaciunt? quando nunc ipsum cum Adam atque Noë familiarissimè conuersantem, & generis propagationem, numerosamq. prolem promittentem: nunc dona sua in Apostolos profundentem pictura obijcit.

Zz 2 At

21. At nec instruunt solum, nec solum memoriam iuuant, beneficiaq. collata ad mentem reuocant: verum etiam amorem nostrum erga Deum imperant, & quasi extorquent, quia non in ipsa pictura haeret animus, sed pictura animum ad Deum, quae representat, deducit. Certe a fletu sibi non temperabat Gregorius Nisenus, quando picturam Abraham filium Isaac immolantis conspicebat. Et Chrysostronus ex cera fusilem picturam, pietate plenam amauit plurimum.

Greg. lib. 7
epist. 3. &
Actio. 4 in
7. Synod.
Chrysostr.
in oratio-
ne, quod ve-
teris & no-
ui Testamenti
vni sit
legislator.

De Duplici Cultu, qui Dei imaginibus à Catholicis exhibetur.

HIC vsus imaginum Dei, atque Trinitatis apud Catholicos. Quo circa manifestum est, maximis de causis, illas & retinendas, & magno loco habendas esse. Cultus verò qui ijs Christiano ritu exhibetur, non ob iam dictas causas praestatur, sed idcirco, quia imagines sunt, deferuntur.

23. Hic duplex esse potest. Nam aut idem cum illo est, quem ipsi Creatori exhibemus, aut longè illo inferior. Idè erit, si mens per imaginem in Creatorem transferatur: longè alius, si in ipsa imagine haereat: eamq. vt sacram quandam reuerentur.

24. Sanctae siquidem & sacrae sunt imagines, non propter materiam, non propter colores, non per manus impositionem, sed hoc ipso, quod ad aliquid sanctum significandum sunt constitutae. Quemadmodum & sanctae litterae sunt, quia Christi Evangelium continent.

25. Honor & cultus, qui imagini vt rei sanctae exhibetur, longissimè distat ab illo, qui Sanctis cum Christo regnantibus: longè ab illo, qui virtute praeditis hominibus; in hos enim propriè potest honor conuenire. Verum quemadmodum sacra sunt, & in honore habentur, quae ad Diuinum cultum sunt destinata templa, vasa quibus in rempulis vtimur, aliaq. id genus: ita etiam sacris imaginibus suum honorem deferimus.

Synod. Ni-
can. act. 7.

26. Id, quod his verbis expressit Nicæna Synodus secunda: Venerandis & sanctis imaginibus salutationem, & honorariam adorationem omnes exhibeant, non (secundum fidem nostram) veram latriam, quae solum diuinæ naturae competit, sed quemadmodum typo venerandae & viuificantis crucis, & sanctis Euangelij, & reliquis sacris oblationibus suffitorum, & luminarium, reuerenter accedimus.

27. Nam si cultus & honor, rei oportet respondeat dignitati, ex eoque summae dignitati summus honor debetur, mediocri mediocris conuenit: cum etiam sacris rebus maior insit dignitas, minor verò ijs, quae res sacras significant, certè honor aliquis in imagines est conferendus. Et non ita multò post, idem Tyræus.

August. de
verbis Do-
mini Serm.
98.

28. B. Augustinus humanam Christi naturam, quae filio vnita est, cultu latriae adorari posse, docet exemplo purpuræ Regiae, quam simul cū Rege turo adoramus: & non poterit idem honor Deo, ipsiusq. imagini exhiberi, quando ipsa Deum representat, animusq. inter Deum & ipsam non distinguit, sed Deum & cum imagine, & in imagine, & per imaginem videt?

29. Certè non duo sunt hic, quae adorantur, sed vnum colitur in alio; & tantum abest, vt in hoc negotio Idololatriæ crimen committatur, & Diuinus honor ad creaturas transferatur, vt etiam multò minùs imagini in hoc adorationis genere, quam in priore illo tributum esse videatur.

Ambros. ser-
mone 10. in
Psalm. 118.
Trip. Hist.
lib. 9. c. 32.
Chrysostr.
ad pop. An-
tioch. ho-
mil. 2. & 3.
& Trip. lib.
10. cap. 15.

30. Nèmpè, omnem hic cultum Deo tribuimus: imagini per accidens. In huc sensum loquitur Ambrosius: Qui coronat (inquit) imaginem Imperatoris, illum vtique honorat cuius imaginem coronauit: & qui statuam contempserit Imperatoris, Imperatori vtique, cuius statuam conspiciuerit, fecisse videtur.

31. Docuit natura gentes, virorum Illustrium statuas ponere, atq. in statuis ipsos celebrare. Tulit non minùs acerbè Theodosius, deposita fuisse ab Antiochenis Placillae statuam, quam si viuae uxori contumeliā intulissent. B. Chrysostronus Theodosium ob imaginum subuersionem & læsum, & contumelia affectum conqueritur.

Quocirca

A 32. Quocirca in his Dei, Trinitatisq. imaginibus, ante omnia illud obseruandum, quod rudem populum docendum decreuerit Synodus Tridentina: Nouerit, scilicet, Deum non iisdem, quibus depingitur membris circumferri. Tum deinde sciendum, non statim reprehendendos pictores, quod quaedam in picturis exprimant, quibus ipsae historiae, vnde imagines petuntur, nullam certam auctoritatem praebent.

Conc. Tri-
dent. Sess.
25.

33. Quae enim à pictoribus adiunguntur, & Scripturarum sacrarum non nituntur auctoritati, illa si aut necessariò addenda censentur, aut certè conuenienter & probabiliter, & communi Ecclesiae consensu permittuntur, omni merito reprehensione vacare debent.

34. Sed nec omnium, quae in his imaginibus inueniuntur, quærenda ratio est. Hic locum habere debet, quod in parabolis Euangelicis obseruandum docuit Chrysostronus, vt non nimia cura angamur, sed vt, cum quid per parabolam intendatur, didicerimus, inde vtilitate collecta, nihil vterius anxio conatu inuestigemus. Et hæc quidem Thyraeus, quae ad sanctissimæ Trinitatis imaginum blasphematores pertinent.

Chryf. ho-
mil. 45. in
Mat.

Sequenti porrò capite Transsylvani ministri, quam ipsi doctrinam de sanctissima Trinitate non capiunt (nec enim Athei id possunt) eam vocant Sophistarum; ipsi non tam diabolares, quam certè diabolici Sophistae. Astringunt autem Catholicis commentum Quaternitatis, cum ipsimet essentiam, à tribus, putidissimè tanquam noui Luciani secernant, vt illud in eos optimè quadret: Quod ignorant, blasphemant. Vbi verò adscripserunt summam librorum sancti Augustini de Trinitate, idque concisè, & aridè, ne quis erga diuitias illorum librorum afficiatur, suas insigni mendacio blasphemias cumulant.

Neque enim verum est, quod aiunt, Augustinum docuisse, posse creaturam suis viribus, solo lumine naturali, venire ad cognitionem distinctam essentiae Dei: quippè qui tantum inquit, in anima hominis, quasi in speculo imaginem esse Trinitatis. Ceterum qui acerrimè Pelagianam hæresim expugnauit, optimè nouerat, puteum istum alium esse, & non esse nobis, in quo hauriamus.

Proinde fidei, non rationis atque humanae scientiae donum esse, sanctissimam Trinitatem credere. Hoc autem Filium Dei, qui est in sinu Patris, enarrasse cum distinctissimè dixit: Ite, praedicate, docete, baptizate in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Quam sanè fidem tot eminentibus miraculis comprobauerat, vt nisi eius verbis crederent, isti operibus saltem fidem adhibere debuissent. Certè Augustinus vt mentes nostras altiùs eueheret, nec puriorem, nec magis incorpoream, neque magis spiritualem, nec remotiorem à simulachro rerum, & qualitatatum corporearum, afferre similitudinem poterat; licet inferiora hæc nostra longissimè distent à Diuino illo mysterio æternis temporibus tacito. Sicut enim (inquit) memoria foecunda purè & impatibiliter generat intellectum, & per intellectum, vel cum intellectu voluntatem: ita Pater purè, & impatibiliter producit Filium, & cum Filio Spiritum sanctum. Et sicut tria hæc sunt vna animi essentia; ita & hi tres vnum sunt, siue vna essentia. Et sicut tria hæc sunt purè spiritualia, corporis expertia; ita hi tres. Sed hæc illi non intelligunt, quia nec credunt. Scriptum est enim, Nisi credideritis, non intelligetis.

35. Addunt verò Erasmmum secum sentire, qui licet in multis alijs rebus præceptis & insolens fuerit, (vt suo loco monstratum est) & nouis Arianis viam strauerit, quem admodum suo loco ostendemus: sanè si viueret, vel egregiè istos exciperet, vel se, qualis erat intus, manifestius foris proderet. At cum hæc omnia non satis habere firmitatis sentirent, ad blasphemias redeunt, notionemque & essentiam, atque eiusmodi alia Diuinitus prolata ad mysterium sanctissimæ Trinitatis enunciant, vocant portentosa; ipsi profectò monstrosi, & portentosi. Denique nugacibus, & apertissimis contradictionibus, priorem librum absoluunt, cum cordatissimas Theologorum scholasticorum distinctiones, morè malorum dæmonum, subannant. Is enim est mos satanae, vt quos videt non posse proferri, hos (quasi victor euaserit) irrideat. Porro, si quis huius libri contextum attentius obseruet, intelliget, impios

In primo
lib. Biblio-
the. huius.

E 36. Quocirca in his Dei, Trinitatisq. imaginibus, ante omnia illud obseruandum, quod rudem populum docendum decreuerit Synodus Tridentina: Nouerit, scilicet, Deum non iisdem, quibus depingitur membris circumferri. Tum deinde sciendum, non statim reprehendendos pictores, quod quaedam in picturis exprimant, quibus ipsae historiae, vnde imagines petuntur, nullam certam auctoritatem praebent.

37. Quae enim à pictoribus adiunguntur, & Scripturarum sacrarum non nituntur auctoritati, illa si aut necessariò addenda censentur, aut certè conuenienter & probabiliter, & communi Ecclesiae consensu permittuntur, omni merito reprehensione vacare debent.

Lz 3 sibi

sibi telam istam non tantum ex lana & lino, (quod prohibet scriptura) sed ex comen-
tis priscorum Atheisimorum, ac (tanquam araneas) ex visceribus & veneno textuif-
se. Sed ad secundam librum venio.

In eo igitur in primis iactant Ecclesiae hoc seculo à Deo purgatae rationem hanc
initam fuisse. Nimirum, Lutherum & Melancthonem, quasi alteros Moysen,
& Aaronem venisse, per quos absterfi fuerint crassiores errores: subsecutos esse
Zuinglium, atque Caluinum, & Petrum Martyrem, ac alios tanquam Prophe-
tarum agmina, qui subtiliora correxerint: denique Seruetum, tanquam Christum, &
Erasmum, tanquam D. Ioannem Baptistam Praecursores apparuisse, per quos ab
omnibus erroribus liberata sit Ecclesia. Itaque & sese primò Lutheri doctrinam,
mox lumine scientiae aucto, Zuinglio, & Caluino: denique circumquaque iam ve-
ritatis luce perfusos (hoc est, penitus caecos factos) Serueto adhaesisse. Sed & hic vi-
de mihi, quantum gloriantur sese profecisse, Quid enim si qui, & quidem plurimi
ex ijs in Mahomerismum, aut Iudaismum postea ruerint? Nam hi quoque se deni-
que raptos esse vsque ad tertium caelum gloriabuntur, vbi mysteria nouerint, quae
nemini antea effari licuerit. Praeterea impudentiae essentiam vide: Prophetam enim
ac Praecurfor nunquam inter sese disenserunt. At & Lutherum cum Caluino pu-
gnasse ipsi fatentur, ac res ipsa clamat, licet ne ipsi quidem faterentur. Deinde Lu-
therus & Caluinus inter sese, atque alij aduersus istos non solum calamum, verum
& faces adhibuerunt, quibus Seruetus combustus est, Valentinus necatus, vt dixi-
mus. Itaque si Prophetam, aut D. Ioannes Baptistam Praecurfor Christum crucifixum,
sanè videri poterat aliquid inter istos simile fuisse, Verum crescentibus, non lumi-
ne (neque enim lumen pugnat cum lumine) sed tenebris crassioribus, quae ex pecca-
to emerferunt, factum est, quod Deus aiebat per Prophetam: A seculo confregisti
iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, Non seruiam. In omni enim colle su-
blimi, & sub omni ligno frondoso prosternabaris meretrix. Quanam etenim adeo
abominanda vnquam haeresis fuit, cui illic isti sese non subiecerint? Sed & nunc
praecleari isti liberatores veritatis, cum alij Trideitae, alij Ariani, alij Samofate-
nici sint, ac Ebionitae, cuiusnam Christi, quem tam multiplicem fingunt, erunt
Praecursores?

Hier. 2.

Lutherus

Lutherus
in Gen. pa.
609. Galtus
li. 2. de ex-
ordio, & er-
roribus A-
nabaptist.
Coruinus in
Dialog. de
Anabapt.
Bucerus in
3. ca. Mat.
Nota.

Neque verò vt ad Lutheranos, & Caluianos conuertatur oratio, propterea
putent se quicquam effecisse, quòd videntes suos greges imminui, tum deniq; scri-
pserint aliquid contra noua ista Arianorum monstra, quae ipsimet sese peperisse nõ
negant, vt Lutherus, Galtius, Antonius Coruinus, Bucerus, Anabaptistae, Trinita-
rij, & Balthasar Pacimontanus scriptum reliquerunt. Aut igitur isti scribentes, vt
fidem sanctissimae Trinitatis tuerentur, in pessimas alias haereses, iusro Dei iudi-
cio, sese praecipitarunt: aut si quid ea de re solidi euulgarunt, in vitula nostra arae-
runt, nimirum ex nostris Synodis, & Patribus, quos prius blasphemè accusauerat,
tanquam ex fidis armamentariis tela omnia petere coacti sunt. Quos Patres, & Sy-
nodos dum verlarunt, non dubito, quin saepe expalluerint, reclamantemque con-
scientiam senserint, atque inde agnouerint, quanto tutius sit, columnis illis firmissi-
mis, quam putridis istis haeticorum arundinibus inniti.

Sed quod attinet ad alterum posterioris libri caput, eandem sapit summa cum
impietate imperitiam. Cum enim quicquid de discrimine inter legem & Euangelium
tradunt, mendacium sit, profectò & mentiuntur, cum inquit, D. Augustinum, cae-
terosque Catholicos tribuere Patribus veteris testamenti vitam aeternam, hancq;
cum iustificatione confundere. Primum enim, nec D. Augustinus, nec nostri vitam
aeternam, ac iustificationem veteri testamento tribuerunt, tanquam ex vi veteris
testamenti: sed ex fide Christi, & meritis eiusdem venturi. Deinde, etsi vnam, at-
que simplicem dici rectissime posse Diuinam legem non dubitamus, si eius aucto-
rem, & scopum praecipuum spectemus: tum quòd Deus vnicus est, omnis terrae, om-
niumq; temporum legislator; tum quòd eò tota refertur, vt hominem in hac, atque
altera vita cum Deo coniungat (sic enim Apostolus ait, Vnus est Deus, qui iustificat
circum-

Rom. 3.

A circumfisionem ex fide, & praeprium per fidem) attamen diuidi eam fatemur, &
ex parte diuersi status & modi, siue in Dei mente, siue in humanis mentibus per
fidem & gratiam: & ex diuersitate temporis, quo vtriusque testamenti lex fuit pro-
mulgata: & ex diuersitate perfectionis, nihil enim ad perfectum adduxit lex: &
è diuersa ratione impellendi homines ad finem; Breuis enim, inquit D. Augusti-
nus, est differentia legis & Euangelij, timor & amor: & ex parte materiae multò
perfectioris, in qua lex versatur Euangelica: & denique ex parte efficaciae, quippe
quae iustificet: Virtus enim Dei est (inquit Apostolus) in salutem omni credenti. Et,
lex spiritus vitae in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis: Ex operibus
autem legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Quae omnia quomodo intelli-
genda sint, Tridentinum Concilium apertissime explicuit; Theologi orthodoxi ad
uersus haeticorum blasphemias sapissime tutati sunt; Thomas verò Stapletonus,
& Gregorius Valentia Theologus Societatis nostrae accuratè sunt persecuti; ille
suo insigni opere de iustificatione, hic breui disputatione Theologica de vera &
falsa differentia veteris & nouae legis, contra fundamentum Lutheranae doctrinae
à Caluino etiam receptum, & à Melancthone, Kemnicio, & alijs passim sectariis
reperitum; quo vanissime posuerunt promissiones Euangelicas, non sicut promissio-
nes legis veteris ab obseruatione mandatorum, tanquam à conditione pendere.

Contra A-
dim. Mani-
ch. ca. 7.Rom. 1.
Rom. 5.Ingolfstad
ann. 158.

Tertio capite agunt Transylvanici ministri de λόγια, & Christum inquit vo-
cari Verbum, quòd verba Dei praedicauerit: quae expositio eò magis est impia, quò
affertur ad Diuinitatem Christi pertinandam. Neque verò isti aut vnanimen Ec-
clesiae consensum à tempore Apostolorum obseruarunt, quò saltem putassent, testi-
bus omni exceptione maioribus plus esse spiritus datum ad Diuinas literas scruta-
andas, ac veritatem venandam, quam vni vel alteri haetico ad Atheismum praeci-
piti via tendenti: aut aduertere animum noluerunt ad eam vocem, de qua loqui-
tur Pfaltes, cum inquit, Vox tonitru in rota. Nam & ideò filii tonitru, filii Zebe-
dæi dicti sunt, quorum Ioannes alter fuit, qui Diuina altissimè inspiciens, & pro-
fundissima verbi Diuini consubstantialis Patri eructans, aquila etiam volans est
dictus atque praedictus. Sanè verò nouarum istarum pestium labem agnoscent ii,
qui antiquissima illa Ecclesiae lumina, S. Cyrillum Alexandrinum, proemio in Io-
annem, Nicephorum de reuelatione Euangelij tempore Iuliani Apostatae, & Ana-
stasium Antiochenum libro de rectis fidei dogmatibus attentè perlegent. Si enim
hic (inquit) quae extrema sunt Diuini opificij, neququam à nobis mortalibus exactè
cognoscuntur (Quis enim altitudinem caeli dimensus est? aut quis apprehendit
maris profundum) quoniam pacto hanc Creatricem rerum omnium naturam se ar-
bitrari posse comprehendere non extremæ sit desipientiae? Intonet igitur supernus
ille filius tonitru e caelo edoctus sapientia? Hæc ille. Sed & S. Ioannes Chryso-
stomus. Moses (ait) exorditur: In principio fecit Deus caelum & terram. Ioannes
verò: In principio erat Verbum. Quantum creator à creatura distat, aeternus ab
eo, quod non nisi cum tempore extitit, &c. Verum (cum isti se magnos Hebraicæ
linguae interpretes haberi velint, qui tamen è lacunis recentiorum Rabinorum, qui
Diuinam scripturam deprauarunt, blasphemias istas hauserunt) mirum videri pos-
set, quin multiplicem huius verbi Dauar acceptionem obseruauerint, nisi impu-
dendus eorum caecitas in clarissimum alijs plerisque in locis Diuini Verbi lumen
impegisset. Cum enim ea voce, vel factum, vel acceptum, vel iudicium, vel sermo
hominum, & Dei designentur: tum filius Dei potissimum designatur, cum summa
illi Maestas, summaq; Dei operatio tribuitur. Qualia illa sunt, Verbo Domini coe-
li firmati sunt: Misit verbum suum, & sanauit eos. Planius verò à D. Ioanne, tum
Euangelij sui initio, tum tertia Epistola sua. Certè Targum, & sapientes, iisq; an-
tiquiores Rabini profundum huius sanctissimae veritatis thesaurum non solum
agnouere, sed suspicientes adorauerunt. Vbiunque enim occurrit Tetragamma-
ton Iehoua, legunt summan ob nominis reuerentiam, Meimar, Chaldaica voce
quae Verbum significat. Sic vbi Isaias inquit: Israel saluatus est in Domino (Iehoua)

Psal. 76.

Ezech. 1.

Niceph. li.
10. cap. 33.
Anast. An-
thioc. li. 1.Chryso-
stom. 2. in
Ioannem.Exod. 18.
Non est bo-
nū hoc ver-
bum, quod
facis 2. Re-
gum 2.
Amos 3.
Nō addetis
superverbū
hoc quod
praecipi vo-
bis.
Deut. 19.

salute

Hoc est verbum hominidum, & Iosue 5. Ier. 1. Dedi verba mea in ore tuo. Psal. 33. Psal. 106. Vide Petru Galat. II. 3. de auctoritate Catholice fidei c. 4. Ista. c. 45. Osee 1. Ista. 5. Ista. 47. Ista. 45. Hier. 5.

Amos 4.

Psal. 137.

Eccle. 1. 4. 24. Sap. 18.

Heb. c. 1.

Exod. 6. Genebr. de S. Trinitate. lib. 2.

Hier. 15.

Dicitur

salute aeterna: habet Ionathae Targum: Israel saluatus erit, Bemimeri, id est, in Verbo, vel per Verbum Dei saluatione sempiterna. Is porro locus promissionem de Christo habet, atque consummandam per eum salutem ostendit: nam & ideo Iesus est dicitur. Qui ab eodem Propheta Hebraice Iehoua, quod solius Dei nomen est: & ab Chaldaico interprete Meimar, id est, Verbum vocatur. Sic in Osea: Et domus Iuda miserebor, & saluabo eos Baihoua Elohehem in Domino Deo suo. Id quod Chaldaicus interpres vertit: Et super domum Iuda miserebor, & saluabo eos in Verbo Domini Dei eorum. Sic etiam Isaias alibi, Adiecit Dominus loqui ad me: quod Targum habet, Adiecit Verbum Dei loqui mecum. Et rursus: Ego, inquit, auxiliator tui, ait Deus, & Redemptor tuus sanctus Israel. Quae sic Chaldaica versio: Verbum meum in auxilio vestro, dixit Deus, & Redemptor noster sanctus Israel. Rursus: Manus quoque (inquit) mea fundauit terram, & dextera mea mensa est coelos, Quod targum sic. In Verbo, vel cum Verbo quoque meo fundavi terram. Et Hieremias. Si a facie mea non formidabitis, &c. posui arenam terminum mari. Chaldaica versio habet: Si coram verbo meo non formidabitis, quod posuit arenam. Et Amos: Ecce formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium suum, &c. gradens super excelsa terrae; Dominus Deus exercituum nomen eius. Septuaginta vero interpretes loco illorum verborum: Eloquium suum, verterunt Christum suum. Ac quod David habet: Quoniam magnificasti super omne, Verbum tuum; (sic enim teste B. Hieronymo Hebraicus habet codex) Septuaginta verterunt pro Verbo, Sanctum tuum. Et ubi ait: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis: Targum habet, Dixit Dominus Verbo meo, qui Psalmus euidentissimè tribuitur Messiae Christo. Sed & Ecclesiasticus, & Sapiens disertè pronunciant, Sermonem omnipotentem, hoc est, Verbum aeternum venisse de solio Regio. Et huc facit illud: Ego ex ore altissimi prodij; primogenita ante omnem creaturam. Et cum eandem Sapientiam, seu Verbum Dei vocat vaporem virtutis Dei: Emanationem quandam claritatis omnipotentis Dei, synceram adeo, vt nihil inquinatum incurrat in eam: candorem lucis aeternae; speculum sine macula Dei Maiestatem; imaginem bonitatis illius. Non secus Apostolus ad Hebraeos scripsit, cum Dei filium sapientiam vocauit, & virtutem, & splendorem gloriae, & characterem personae eius.

Quinetià de eodem verbo Dei increato apertissima est mentio apud antiquos, & secretiores Hebraeos, nulla vt ratione accipi queat pro verbo suis litteris consignato, sed pro Dei filio, vero Deo. Afferri autè alia loca possent, quae viri quoque eruditissimi adnotarunt, inter quae illa praesertim sunt. Quod Dominus Moyse fatetur se tantum apparuisse Patriarchis nomine Dei omnipotentis, nec verò nomen suum Adonai eis manifestasse. Targum enim Hierosolymitanum sic interpretatur. Et reuelauit me per verbum meum Abraham, Isaac, & Iacob in Deo caelorum: nomen autem Verbi Domini non notum feci eis. Atqui habent hoc peculiare reliqui Chaldaei Paraphraetae, vt plurimam mentionem faciant Verbi Domini, maxime ad eis ijs, in quibus Deus inducitur loquens cum homine, quasi ipse fuerit λόγος Dei, qui aderat Patribus, & sub varijs figuris & imaginibus nunc Angeli, nunc nubes, nunc flammæ, ipsis loqueretur. Ego (ait Moses) sequester, & mediator fui inter Deum & vos, hoc est, iuxta Onkelum: Ego steti inter verbum Domini & vos. Non praeualebunt (inquit Hieremias) tibi, quia ego tecum sum, vt feruem te, hoc est (interprete Chaldaeo Ionatha.) Non praeualebunt tibi, quia in auxilio tuo Verbum meum est, vt eripiam te. Cuius etiam rei opinio Philosophos ipsos imbuit. Nam Philo Iudaeus siue id habeat ex suis, siue e Magistro suo Platone sapere λόγος Θεού inculcat. Apud Mercurium Trimegistum nihil extat λόγος Dei, frequentius; nihil crebrius. Apud Chalcedium in Platonis Timaeum, Stoici non tantum constituunt Spiritum qui designauerit, in hanc venustatem, speciem, ordinem, mundum prout nostra Genesis prodidit, sed & per essentiam rerum ire dicunt λόγος; hoc est, vt ille vertit rationem solidam, atque vniuersam. Hanc verò rationem (ait) ipsum esse optime

ficem

A ficem volunt. Et paulò post: Licet cuncta corpora aliquo diffuant, sylvam tamen (sic λόγος, quam materiam nominamus) transfert; sylvam, inquam, semper est, itemque opifex Deus, ratio scilicet (λόγος) in qua sit fixum, quo quid tempore tam nascatur, quam occidat. Eodem libro scribit Platonicos, Ideam intellectum aeterni Dei aeternum dixisse. Item, Principalem speciem iuxta nos esse primum intelligibile, iuxta Deum perfectum intellectum Dei. Hæc autem nostram de Verbo Dei sententiam confirmare, apparet ex Amelio Platonico Philosopho, qui lecto principio Euangelij nostri Ioannis, questus est, eum in suum ipsum librum transtulisse Magistri sui mysteria, & quæ erant Platonis arcana, sua, propriaque, fecisse: Per Iouem, inquam, barbarus iste cum nostro Platone sentit, verbum Dei in ordine principij esse constitutum.

Aug. lib. 10. de ciuit. c. 29. & lib. 8. confess.

B Et hæc quidem ille, nesciens ex ipsius Incarnati Verbi pectore, S. Ioannem ista mysteria proximè hausisse.

Iust. Sermon. exhort. ad gentes.

Vixere autem mille quadringentos ante annos, Iustinus Martyr, Tertullianus, & alij, qui dum vel ipso sanguine istos Antichristi errores conuincebant, quos nunc Samosatenicis Transylvanici disseminant, gentibus & paganis vetustissima ante Christum Dominum testimonium deponunt ex ipsis gentilibus, quibus maximam fidem habebant. Quemadmodum sunt, quæ Orpheus, & alij, ac præcipuè Sybilla Erythraea cecinerunt: qui omnes, Diuino oculo maximum aliquid prouidente, coacti sunt in hanc rem multa ante sæcula, quæ Christi aduentum præcesserant, aliqua planissimè eloqui. Sic igitur Orpheus.

Orpheus. Vide Cyrillum Alexandria. l. 1. contra Iulian. notat enim & hoc.

C Tu vero Diuinum verbum inuenis huic asside, Dirigens cordis mentale vas, & rectè inuiste Viam, solumque intueri mundi Regem. Vnus est per se genitus, & ab eo vno cuncta prognata sunt.

Eò verò id quoque spectat, quod idem Orpheus, & Poetae alij pro Patre & Filio & Spiritu sancto, Phanetem, Vranon, & Chronon; & pro Filio Dei ex substantia Patris ab aeterno genito, Mineruam ex cerebro Iouis natam; ac Sabini, Sanctum, Fidium, & Semipatrem dixerunt: nempe Satana fabulis Poetarum antiquissimæ fidei mysteria inuolvente. Suidas autem de Mercurio Trimegisto sic scriptum reliquit.

Mercurius ter maximus, is fuit sapiens Aegyptius: floruit autem ante Pharaonem, & ter maximus appellatus est, quoniam de Trinitate oraculum edidit, in Trinitate dicens vnam esse Diuinitatem, his verbis. Erat lumen intellectuale, ante lumen intellectuale, & erat semper mens mentis luminosa, & nihil aliud erat, quam horum vnitas, & spiritus omnia continens. Sed videat, qui velit, B. Augustinum, alia de hac re afferentem ex Platonice, in libris de ciuitate Dei.

Lib. 10. ca. 28. & 29.

At Erythrea Sybilla ante Christi aduentum.

καὶ λόγος ἡ βιβλὴν πατρίσ θεου κενός ἐλέχθη. Dicta legi Bethleem est Diuino patria nati.

Et certè Sybillarum eiusmodi testimonia magni fecere omnes antiquissimi Patres. Nam & Clemens Alexandrinus asserit, Paulum adhortatum fuisse gentiles, vt legerent Sybillarum oracula. Et Eusebius, Lactantius, Augustinus, atque alij, ea ex illis commemorant, quæ ab omni antiquitate etiam inter gentes diuinitus seruata & obseruata sunt, vt etiam plerique stupidi Barbari animum erexerint ad tantarum rerum, de verbo Dei Iesu, fidem.

Clem li 6. Strom.

Sed & eandem postea semitam triuere, qui secuti sunt omnibus sæculis, oculatiores Theologi, ac sanctiores Patres. Itaque necessitatem ponendi Verbum Dei filium, Diuinasque personas, inde quoque perceperunt, quod Deus omnium gradus creaturarum infinitis supereminet. Cum verò naturæ cuiusque intellectualis proprium sit verbum, quod alteri naturæ non conuenit (nam de intellectu ratione est vt is aliquid formet, vt paulò infra exponam) sanè Angelicæ naturæ verbo, ipsum Dei Verbum innumerabilibus nominibus, & infinitis modis est eminentius. Et cum verbum

Vide Thomam in P. cap. Euan- gel. Ioan.

bum quidem nostrum prius sit potentia, quam actu, (ac proinde sit imperfectum, A neque per se subsistat) VERBUM tamen, id est, Filius Dei, semper actu est: itaque nec cogitationis nomen ei proprie conuenit. Cum autem Verbum Diuinum eiusdem sit naturae cum Deo, idcirco necessarium est, vt sit aliquid subsistens in natura Diuina.

Psal. 44.

Huc verò pertinet (vt Christianis veris, hoc est, Catholicis aliquatenus hoc loco satisfaciamus) id, quod sapientissimè Theologi addiderunt, cum ad hanc rem vtrunque insinuandam, de duplici verbo, oris & cordis locuti: alterum dixerunt id esse, quod exterius profertur, alterum, quod interius concipitur. Eructauit (inquit per psalterium Regium Deus) cor meum verbum bonum. Verbum autem cordis, imago est quaedam, & similitudo rei, per intellectum producta, & immanens, id est, B quoddam simulachrum intellectu formatum, & ei inhaerens, vnde merito partus cordis, & filius mentis posset nuncupari. Est enim à natura vis talis insita omnium menti, vt rerum exteriorum in seipsa, velut in tabula quadam, imagines pingere, ac formare queat. Quamobrem, cum intelligimus, imaginari dicimur, quia per intellectum rerum imagines cognoscendo formamus. Mira profectò intellectus facultas, vt in seipso producat (vt proprie cum Scholis loquar) in esse cognito, quicquid Deus produxit extrà in esse reali: & sicut Deus omnium creator est, ita quoque omnium plasmatòr quodammodò intellectus sit. Ecquod enim miraculum maius, quam vt in mente alius mundus intelligibilis sit, qualis extra iste sensibilis est? Ibi coelum, sol, astra, maria; ibi arbores, ibi aues, &c. Quapropter sapienter Aristoteles, Intellectus, inquit, agens est, quo est omnia agere. Intellectus possibilis, quo C est omnia pati, id est, recipere imagines. Ergo rerum simulachra intellectu producta, & immanentia, sicuti diximus, verba dicuntur.

At differt ab intellectu increato creatus noster intellectus, quòd hic formas fictitias, & imaginarias, quas intelligendo in seipso fingit: intellectus verò Diuinus veras, & reales, ob infinitam sui virtutem, atque efficacitatem, ad extrà producit. Et ideo sic intelligendus est Deus, mundum istum sensibilem condidisse, sicuti cum aliquis mundum alterum in sua mente intelligendo format. Intellectus enim noster intellectus Diuini similitudinem quandam habet, vt sit ipse (inquiunt Scholastici aptissimè) effigiatius, quorum & ille formatius.

Isai. 66.

Hic igitur intellectus tam efficax & potens, qui non fictitia in seipso, sed realia ad extra verba intelligendo, & dicendo producit, nunquid essentiam ipsam infinitam, & increatam Diuinitatis, sicut creabiles essentias non intelligit? Sanè in- D quient. Quæro iterum: An Deus propriam intelligens essentiam, sicut in ceteris, per intellectum Verbum producat, necnè? Ecquis autem vel proteruus Philosophus Verbum in Diuinis negauerit? Absurdissimum enim esset, vt qui ad essentias creabiles, & finitas adeo potens, & foecundus est, intra seipsum, & essentiam suam infœcundus, & sterilis inueniretur. Quamobrem per Isaiam ait: Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? & qui ceteris generationem tribuo, sterilis ero? Quasi diceret: Num qui ad alias naturas foecundus sum infœcundus ad meipsum, atque ad meam naturam fuero?

Atqui, licet naturalis ratio nequeat in Dei notitiam euehi, nisi quatenus is prin- E cipium est, & causa conditarum rerum, principium, in quam, & causa per suam ipsius virtutem, sapientiam, bonitatem, in quibus vnitæ, non distinctæ sunt Diuinæ personæ: non tamen non credendum est sanctissimæ Trinitatis mysterium, quòd mens nostra id non capiat. Quot enim sunt alia isto articulo inferiora mysteria, quæ tamen credit, et si non percipit? Quin etiam ab ipsis naturalibus rebus, in quibus minima est cum sanctissima Trinitate similitudo, nonnulla possunt ad minicula peti, ex quibus Diuina verbi generatio, ac Spiritus sancti processio, siue spiratio, certiore infusam eorum fidem in nobis foueant, Neque enim aliquis negauerit, cum effectus quilibet suam causam conetur imitari, iam mentes humanas, è creaturarum processione siue emanatione, sese aliquatenus posse attollere, vt Diuinas illas pro- cessio-

A ccessiones, contemplantur fide præmissa. Cum enim haud pauca in creaturis processiones sint, hæ quantò sunt perfectioris naturæ, tantò interiores, atque perfectiores reperiuntur. Et quidem in ijs, quæ anima carent, quandam esse generationem, quis neget? Sub aspectum enim oculorum cadit ignis generatio ex igne. At quoniam generatio hæc ad geniti materiam (nempe extrinsecus) transit, nec verò residet in gignente, propterea imperfecta est minusq. intrinseca. In plantis autem, quibus est anima vegetans, interior atque perfectior generatio cernitur. Quicquid enim è planta genitum est, ab eo, quod est ipsius intimum, proficiscitur, & initio generationis cum ipsa coniunctum est, cuius & vnum quoddam est. Ac cum postea id ab ea separatur, sit, vt non omnino perfecta, prorsusue intrinseca sit ista processio. Animalium eo perfectior, ac magis intrinseca, quòd potius spiritualis sit, quam corporea; cum operatio & actus, siue functiones sensuum sint, quæ in ipsis sensibus manent. Sed & neque penitus interior est ista processio: actuum enim eorum causa est extrinsecum aliquod obiectum. Quamobrem perfectior, & magis intrinseca generatio est, quæ sit per intellectum; qui vbi id, quod intelligit, concepit sine extrinseca ea ope, edit intrinsecus operationes suas, ac format verbum, atque similitudinem cognita rei, erga quam item afficitur. In quo sanè ea Trinitatis imago intelligitur, quam intellectus, verbum, amor, quæ sunt in nobis, non obscure designant. Et tamen, ne id quidem adhuc est perfectum. Cum enim omnis nostra cognitio ortum ducat à sensu, ac proinde isthæc haud tota intrinseca processio sit, inde sit, vt adhuc sit manca, neque omnino perfecta. Angelicæ igitur naturæ interior atque perfectior est processio: quippe è sensibus ne quaquam oritur, sed intrinseca est vniuersa. Sed enim, quoniam ipsi quoque Angeli à Deo pendent, verbi & amoris in ijs processio non adeò intrinseca dicenda est, quin ab aliquo extrinseco sic pendeant, vt aliquid imperfecti in ijs sit reliquum. In Deo igitur (qui sit superbenedictus in æternum) cum is naturas omnes, & creatas, quæ sunt opera manuum suarum, infinitas, vt dixi, supereminet; perfectissimæ omnium, ac penitus intimæ hæ processiones sint necesse est: cum neque ab extrinseco aliquo procedant, nec ab eius substantia differant. Ex quo æterna Verbi generatio, Spiritusq. sancti spiratio necessariò creduntur, vt & quadantenus colliguntur; licet, si secludas fidem, mysterium supernaturale ac ineffabile sola luce naturæ non potest attingi. Sed hæc, vt dixi, miris aliis modis, vt sapientia Dei suppeditat abundanter ijs, à quibus colitur, diuinitus passim tractata sunt, atque, quatenus fas est, euoluta. Quamobrem D hæc nunc fuerint satis.

Iam verò in quarto secundi libri capite pergunt Transylvanici ministri de vno Deo, eiusq. potentiis omnibus sic loqui, vt non minus vnã personam, quam vnã naturã ipsius esse doceant. Addunt varias quidè huius vnus naturæ, atque personæ potentias esse, quarum vna dicatur Filius, altera Spiritus sanctus. Filium verò, & Spiritum sanctum intelligunt Dei voluntatem, atque imperium. Porro potentias illas aiunt nullo modo à Deo distingui, haud secus, quam veri Theologi de Diuinis attributis enunciant. Ex quo sanè efficitur, naturam filij Dei apud eos æquiuocam esse, vt significet filium Dei, qui aliquando non fuit, ac Dei voluntatem, quæ semper fuit, & à Deo non distinguitur. Superioribus autem Atheismorum refutationibus hæc omnia, quemadmodum & ijs rationibus, quas paulo ante attulimus, E corruerunt.

Quatuor sequētibus capitibus diuersas quatuor eiusdè sententiæ explanationes promunt, in quibus & eiusdem impietatis, cū eadè imperitia coniunctæ, vestigia produnt, ac venenū euomunt, quo à satana imbuti alios conatur inficere. Septimo enim capite Christum hominem inquit posse vocari Deum, & quidem Deum verum, eumq. esse Dei filiū propriū, cum non è virili semine, sed ex Spiritu sancto cōceptus fuerit: sic tamè verum Deū, quòd summus ei Deus Diuinitatē suã verã impertierit; non quidè per generationem Diuinã (quæ constans Catholicorum est fides) sed per gratiã vnitionem (aiunt) & inhabitationem. Verū hæc cuncta superius, tanquam Nesto-

Nestorianæ blasphemiae plena explosa sunt. Cum verò Catholicis linguæ Hebraicæ inficitiam affingunt, ex qua omnes de Trinitate errores extitisse inquit, suam ipsi eiusdem linguæ maleuolam ignorantiam produunt. Aiunt enim apud Hebræos esse varia nomina, ex quibus solum Iehoua Deo vero sit proprium, reliqua autè aliis interdum tribui. Quamobrem necesse non esse, vt cum Christum esse Deum dicimus, hunc esse verum Iehoua intelligamus, sed elohim; quo quidem nomine Angeli quoque vocentur. Sed errant ipsi, qui temere arcem Hebraismi sese tenere putarunt. Etenim hæc nomina Ia, & El, de Christo quoque vere enunciantur, ac Iehouam ipsum designant, & Deo vero vere, proprieq. tribuuntur.

Nonum & decimum caput sequitur, quibus dum nituntur Aduersariorum argumenta refellere, in novos errores, & laqueos incidunt, qui satis ex superioribus rationibus apparere.

Vndecimo capite, inaudito modo primum S. Ioannis Euangelii caput non tam exponunt, quam prophanant. Cui prophanationi si Patrum, & Christi ipsius, ac Ioannis expositiones, & verba obieceris, spiritum veritatis facile quisq. in Catholicis, vertiginis autem & impietatis in istis Antichristianis agnoscat.

Duodecimo, ac tertio decimo, quod est postremum secundi libri caput, conantur quædam loca duarum Epistolarum B. Pauli ad Collossenses, atque ad Hebræos, ad suas easdem impietates detorquere. Ad quæ vt satis fuerit dicere, nunquam ab Ecclesia Christi eum in modum fuisse exposita: sic vere stipites essemus, si paucos perfidos (qui ne nomen quidem suum (vt dixi) ausi sunt ei libro adscribere) præ tanta testium nube, atque adeo præ ipsa Christi veri Dei enarratione æstimaremus; hoc est, si Christum Francisco Dauidis post poneremus. Qui quidè cum postea perniciosissima, & sibi pugnatiua protulisset, vniuersam eius impiæ farraginis, quæ duobus illis libris Transylvanorū ministrorū comprehensa est, doctrinam funditus euerit.

FRANCISCUS DAUIDIS, CUM NEFARIAS

Theses quasdam publice aduersus Christum proposuisset, & perfidia, de qua dictum est, in profundiores impietates delapsus, publice in Transyluania, Comitiorum consensu, à Christophoro Bathoreo Transylvaniæ Principe, captus damnatur, & infelicissime moritur, Caput XVI.



REGO noua noui alterius Christi, per istos syluestres potius, quam Transylvanicos ministros, apparitio, libriq. illius pestilentissimi conscriptio quales fructus peperit, quamue exiguo annorum spatio ea doctrina durauerit, vel in iis, qui illam in publicum sparserunt; Franciscus Dauidis, qui cum Blandrata rem contexerat, in se ipso monstrauit. Per hunc enim (vt alibi scripsimus) tanquam emissarium, Blandrata virus istud & Atheismos longe, lateq. curauerat spargere. Sed non est consilium aduersus Dominum, neque aduersus Christum eius: ac vero super quem ceciderit hic lapis confringetur. Franciscus igitur Dauidis Claudiopoli in Transyluania natus, cum pessima quæq. Iudæis adhærens ex putidissimis recentiorum Rabinorum lacunis hausisset, viam sibi strauit ad Christum omnino è mentibus (si potuisset) hominum tollendum: atque hoc præcipue per Theses quasdam Christi gloriæ aduersas prorsus, & contrarias; quas integras huc ascribere non libet, ne Christianas mentes offendam, summa tamen earūdem capita recensebo, vt lector hominis agnoscat impietatem, nouiq. Euangelii fructus. Ac venenum tam pestiferum ne cuiquā nocere possit, tanquam antidoton, breuem annotationem adiungam; adhibitis literis alphabeti, vt annotationis ipsa ratio melius intelligatur.

Prima

Prima Thesis, id est, blasphemia.

In earum igitur Thesium prima, Christum contemptum hominem illum IESVM Nazarenum, Iosephi vxoris filium vocat, ex eiusdemq. Iosephi semine conceptum, asseuerat impius.

ANNOTATIO.

Primò vide hic plurimum blasphemiae spiritum. Hominem illum vocat Christum, quem ne virum quidem dignatur appellare. Quem sane DEVM, DEI viui filium, Iehoua, & Emmanuelem, DEVM fortem, verbum DEI, & alijs eminentissimis nominibus, Prophetæ, & Apostoli dixerunt, vniuersaq. Christi Ecclesia vocauit, nec dæmones ipsi veritate coacti potuerunt diffiteri.

Qua frontè ex Iosephi semine conceptum, & natum dicit, quem antea cum alijs ministris Transylvanicis, è Spiritu sancto conceptum affirmauerat? Sic vero proficit impietas semper in peius.

I. BLASPHEMIA.

In secunda Thesi, Christum rursus hominem illum nuncupans, per spiritum Propheticum locutum; adeoq. omnia, quæ dixit, ex Dei ipsius ore processisse pernegat.

ANNOTATIO.

Iterum perfidus, vt conceptam, fidem de Christi Diuinitate è Christianis animis eximat, hominem illum contemptum vocat: vt oculatus quisq. animaduertat, à satana hæc verba impio eius cordi dictata fuisse.

Ergo per Arianos, & Samosatēnicos, ne Christus quidem fuit Propheta: nec Propheta magnus surrexit in nobis, sicut Euangelij vox est: nec quæ ipse Dominus prædixit de templi destructione, de vñctione Magdalene in vniuerso orbe terrarum annuncianda (vti te ipsa sit) deq. exitu Petri, significans qua morte clarificaturus erat filium DEI, ac de alijs innumeris, quæ ne mundus quidem (ait Euangelista) capere posset, ad prophetiam attingent. Quin etiam Ioannes Baptista plus quam Propheta à DEI filio nominatus est, eequem nos ipsum Dei filium, nominabimus?

IOAN. 21.

Eo igitur satanæ spectabat iniquitas, vt quamuis per Spiritum sanctum locutum diceret (in eadem Thesi) Christum IESVM: non tamen ex ore Dei processisse, quæcūque dixisset, asseueraret.

III. BLASPHEMIA.

III. THESIS habet: Christi, & Apostolorum verba ad Mosaicæ legis, & aliorum Prophetarum normam expendenda esse: quæ sola, inquit, morum, vitæ, & Diuini cultus regula nobis esse debet.

ANNOTATIO.

Hinc videtis Lutherani, & Calviniani, quorsum euaserit illa à vobis mordicus retenta opinatio, vel potius hæresum vestrarum contectio, cum reiecta Ecclesiæ fidei regula, ad vnum ipsum verbum scriptum pronocabatis. Quid igitur hic facietis, cum modò Euangelia reiicienda Franciscus Dauidis satis aperte dicat, nisi cū veteri Testamento conueniant? Quis igitur istius interpretationis fuerit iudex? Anne autem vos partem Euangeliorum pro vestris erroribus exponentes, partem subtrahentes, intelligitis ansam dedisse istis pernegandi Christi? videlicet hoc est, vt ad Iudaismum quisq. reuertatur, postea in Mahometismum ruat. Id quod, amanda iam Euangelij recitatione, Claudiopoli fieri, supra ostendimus.

III. BLASPHEMIA.

III. A diungit Assertionem, de differentia veteris & noui foederis: quam huiusmodi inquit esse, vt in nouo spiritus, in veteri literæ ministerium fuerit, adeò vt hoc

Aaa per

per illud nec antiquatum, nec immutatum fuerit.

A N N O T A T I O.

ET quodnam venenum hic subit, quidq. discriminis veri sit inter vetus ac nouum Testamentum, superius dictum est, cum secundi libri Transyluanicorum ministrorum alterum caput refutatum est.

Porro, quicquid fatanas per impium hunc loquitur hoc loco, eo spectat, ut profusus Diuinarum litterarum usus ipse quoque tollatur. Id quod per Schuenckfeldiū, & alios occultius, nunc per Nearianos apertius tentatur. Et ut animi elatio, ac reliqua in peccatis obduratio, finis est, per quem vberissima seges errorum excrescit: non desunt, qui eodem scelerum cœno obruti (neque vero resipiscentes) mercedem hanc errorum in seipsis sentiant, ut & ita credant, hoc est, ut nihil credant.

Rediere igitur typicæ, ac legales ceremoniæ in Transyluaniam, & aliò apud multos, ut ipsi vidimus. Rediit Mosaicæ legis cum Christiana commixtio, contra quam Apostoli, Spiritu sancto dictante, decreuerunt in prima Hierosolymitana Synodo, Excitata est iterum sepulta cum honore Synagoga, ut cum dedecore Christiana sepeliretur Ecclesia. Sed hæc latius in meis commentariis Transyluanicis.

V. B L A S P H E M I A.

Quinta affirmat, Christianam religionem ad Hierosolymam vsque excidium perdurasse tantum; nec locum, nisi ex parte, habuisse in orbe, aut habiturum esse, donec IESVS iterum ad nos redierit, & in hoc mundo, in ipsa vrbe Hierosolyma instaurata, super carnali populo Iacob, vti ceteri Reges terræ solent, iustissime tamen, ac sanctissime regnauerit.

A N N O T A T I O.

ET id quoque ex vestra officina, o Lutherani, & Caluiniani prodiit. Cum enim per quindecim sæcula per vos Ecclesia Christi euanuerit, donec nouum, & inauditum Eliam, incestuosum nempe Apostatam Lutherum, deposito scapulari, eredis cornibus vidimus: quidni perbreue Christi Regni tempus fuerit? Sed pereat impietas; viuat Christi veritas. Ciuitas supra montem posita abscondi non poterat. Bonum semen in agro Dominico crescere debebat, & debet vsque ad messem, nimirum vsque ad sæculi consummationem: atque quod prædictum est, in omnibus gentibus prædicandum esse Euangelium, id sine impedimento currere per medios hostes debebat, ut facit. Itaque cum Donatistis anathema estote, (ut aiebat S. Augustinus) qui pestilentem hunc errorem reuocastis in lucem.

Ceterum Iudaismum, & Origenistarum errorem sapit, quicquid Franciscus Davidis de Christi temporario regno huius mundi mentitur. Nec enim regnum eius erat, nec futurum fuerat de hoc Mundo.

V I. B L A S P H E M I A.

VI. THESIS definit, CHRISTVM Regem populi Dei esse; designatione tamen sola: quoniam, inquit, ex omnium Prophetarum oraculis certum est, illum nullum aliud regnum, quam terrenum, & quale supra dictum est, habiturum.

A N N O T A T I O.

Vide, ut sensum fatanas nomen, & potestatem Christi Iesu labefactare nititur. Nam quod addit, ex omnium Prophetarum oraculis, CHRISTVM nullum aliud regnum, quam terrenum habiturum, blasphemia in Spiritum sanctum est. In diebus autem regnorum illorum (dixit Deus per Daniele) nempe post Chaldaicum, Persicum, Græcum, Romanum, suscitabit Deus cœli Regnum, quod in æternum non dissipabitur: & Regnum eius alteri populo non tradetur: comminet autem & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, argentum, & aurum: Deus magnus ostendit Regi, quæ ventura sunt postea. Et verum est somnium, & fidelis est interpretatio eius. Atqui, ut Regni Christi præcipua in eo potestas erat futura, ut animas cum suo fine, id est, cum

A cum Deo coniungeret, idque & imperium & iudicium perpetuo gerere debebat, quod per Dauidem prænunciatum fuit dicentem, Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis; Et rursus, Da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ: sic verum illud futurum erat quod Angelus Danieli prædixerat fore, ut auferretur peccatum, & adduceretur iustitia in sempiternum, & vngeretur Sanctus Sanctorum.

VII. VIII. & IX. B L A S P H E M I A.

VII. VIII. & IX. Thesis de CHRISTI regno terreno, nescio quæ impia iam confutata somniant: præterea nihil in terra nunc CHRISTVM agere: ac ne Deum quidem amplius dici posse; quemadmodum, inquit, cum in mundo versaretur, fortasse dici poterat, ratione officij.

A N N O T A T I O.

Quot syllabæ, tot hic sunt blasphemiarum, & Atheismi. Ascendit enim ad dextram Patris Christus, de quo dictum erat, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis; & cui potestas adhuc ut homini data fuit in cœlo, & in terra; quique ut filius Dei, & hominis, cœlum, terramq. & hominum corda possidere debebat iure creationis, merito redemptionis, & dono Patris, ut S. inquit Bernardus. Itaque & curam suorum habet, & lucerna cœli est Agnus, quem sequuntur Sancti, quocumque ierit, & factum est imperium super humerum eius, quod nunquam auferetur in æternum. Si igitur impius iste sic sensisset, ut Diuina scriptura disertissime ostendit, nunquam in tantam impietatis abyssum prolapsus fuisset.

X. B L A S P H E M I A.

X. Thesis habet, Christum adorandum haud quaquam esse; nec, dum vitam in terris ageret, alio, quam ciuili honore affici recte potuisse.

A N N O T A T I O.

Dato vno inconuenienti plurima sequuntur. Caluiniani, & ante eos Lutherani vix quicquam magni momenti asserere à plerisque putabantur, cum Sanctos non esse venerandos, nec hoc orare pro nobis asseuerarent. Si causa quærebatur, respondebant, ne fieret Christo Mediatori iniuria; quodq. iam mortui essent, nec nostra intelligerent; homines autem non esse venerandos. Tum igitur per ruinas Sanctorum struebat sibi fatanas gradus; ad Christum paulo post pernegandum, quem nunc iste Atheus, nec præsentem esse, nec adorandum dicit. Sed de hoc superius egimus abunde. Nam & quod Lipsiæ vocatum fuit in dubium, & publicis thesibus propositum, An humanitas Christi esset adoranda, ijdem rationibus refutatum fuit, & quoniam spectaret adoratio, declaratum.

XI. B L A S P H E M I A.

XI. Asseuerat cultum nullum Christo deferendum, nisi quem, eius præcepta seruando, ipsi deferimus.

A N N O T A T I O.

Vtinam dixisses: Credendo, & postea obediendo. In fide enim & charitate eque nos radicatos esse oportere, sapienter dixit Apostolus; nimirum, ne præceptorum obseruatio scerneretur à fide. Nam ut non inuocas, in quem non credis; quomodo obediens, quem inuocandum, & cui fidem esse habendam pernegas? Sed mirum est, quoniam modo hæretici suo se laqueo suspendant. Dum Lutheranus & Caluanianus esset Franciscus Davidis, solam fidem in Christum ad veri cultus rationem adhibendam censebat. Nunc factus Arianus, seu Samofatenicus, solam præceptorum obseruationem necessariam putat, reiecta fide.

XII. B L A S P H E M I A.

XII. Thesis definit nos nec Christo confidere debere, nisi quatenus ea, quæ nobis dixit, vera esse credamus; & quæ nobis Dei nomine promisit, accepturos nos esse firmiter speremus.

ANNOTATIO.

Implicat & hoc contradictionem: iniquum, ne Christo confidamus, ac tamen firmiter speremus, nos ea, quæ promissit, esse accepturos; & verò ea esse vera, quæ dixit, credamus. At se filium Dei dixit, idque omnibus rationibus & miraculis monstravit. Deinde dixit: Qui credit in filium Dei, hic habet vitam æternam. Et, qui in Filii nomine non petit, nunquam exauditur à Patre.

XIII. BLASPHEMIA.

XIII. Thesis, Christum inuocari omnino prohibet.

ANNOTATIO.

Huc scilicet spectabat satanas, ut quemadmodum ex Sanctorum intercessionibus (sicut paulo ante diximus) inuocatio Christi de medio tolleretur, sic modo ex inuocationis Christi negatione; tanto magis Sanctorum charitas, communitio, lux, & lumen, in quo omnia vident, infirmaretur. Qua de tota re copiose nos alibi; copiosissime autem, & accuratissime (vti verissime) Ecclesia Christi per suos Theologos egit.

XIII. BLASPHEMIA.

XIII. continet, Christum hoc tempore inter Deum, & nos Mediatoris officio minime fungi.

ANNOTATIO.

ET vides lector, superbiam & perfidiam semper ascendere, digna vt isthæc sint lachrymis potius, quam argumentis. Cæterum, quorsum illud, quod Apostolus dicit, Christum Apostolum esse, & Pontificem confessionis nostræ? Quare enim Apostolus est confessionis nostræ, nisi quia, sicut Synodus Ephesina prima dicit, sacrificat Deo & Patri fidei nostræ confessionem, quæ à nobis ipsis, & per ipsum Deo Patri incessanter offertur? Quemadmodum etiam docet B. Cyrillus. Quorsum etiam illud S. Ioannis: Et si quis peccauerit, aduocatum habemus ad Patrem Iesum Christum iustum?

XV. BLASPHEMIA.

XV. Thesis Christi Sacerdotium negat, & (si modo Sacerdos reuera vnquam fuit) tunc re ipsa finem habuisse affirmat, cum in cruce exspirauit; nec alia ratione eius oblationem nobis profuisse, aut prodesse posse; quam propter ipsius oblationis (quamuis iam transactæ) efficaciam, quæ perpetuo duret.

ANNOTATIO.

Quod veteris Testamenti omnes figuræ & Prophetiæ sacrificium fore ostendebant, id satanas per istius Athei impurissimi spurcissimam animam negare est ausus. Ac cū oblationem fateatur expiandis peccatis efficacem fuisse, & Sacerdotium habuisse in perpetuum dicat, cur in dubium vocat sacrificium ijs verbis, Si modo Sacerdos re vera vnquam fuit? Sane quem diabolus agit, huc illic circumfert, ac denique mergit in profundum, sicut plumbum in aquis vehemētibus: quem vero Spiritus sanctus animat, sicut in petra firmissima; & vēnerunt venti, & fluxerunt torrentes, ac stetit, & stat fidelis anima Catholica.

XVI. BLASPHEMIA.

XVI. Thesis, IESU Christo in sua quiete placide versari dimisso, nihil, inquit, nunc ab eo nos iuuari apud Deum, vel credamus, vel curemus, nisi quatenus, dum hic inter nos fuit, salutarisque viam nobis ostendit, & ad Deum accedendi docuit modum.

ANNOTATIO.

Turcæ ipsi plus Mahometi, quam latro iste CHRISTO Dei filio tribuit. At cum CHRISTVS sit via, veritas, vita, ostium, mediator, aduocatus per redemptionem, per quem Angeli, & Sancti in cœlis, viuētes autem adhuc in hac miseriarum valle accessum habent ad Patrem: audet istud diaboli mancipium, eundem vnica Theſi de gradu Diuinitatis velle deponere. Videat igitur ille, qui se passim in Transylvania iactabat esse medicum corporis & animæ (vt illi in Albania di-

Anto. Poff. lib. de imposturis Chytræ.

Hebr. 5.

Lib. 11. in Ioann. cap. 7. & de lib. 2. de recta fide ad Reg. in. Ioan. 2.

Vide Auctoris Comment. de Transylvania.

Ana disputatione exprobratum fuit) quantum discipulum fecit, vt ab huius fructibus præceptorem agnoscere possis: ac tamen (proh hominum cœcitate) audent adhuc eum nescio quem magnum æstimare, vel summum scribere. Sed similes habent labra lactucas. Porro Turcæ talem non tulissent, aduersus Mahometem suum blasphemantem: eius verò aduersus Christum discipulos debacchantes, sapientissimi quidam non solum ferunt, sed efferunt. Id vero, quod CHRISTVS dixit: Qui me erubuerit coram hominibus, & ego erubescam eum, perquirant de se ipsis, num aliquando futurum sit, vt Christus ipse quærat, & iudicet. Et certe quæret, ac iudicabit, qui non mentitur, nec irridetur Deus.

CVM igitur ex ijs Thesis, alijsq. perniciosissimis hæresibus factum esset, 1578. vt anno huius sæculi septuagesimo octauo à Christophoro Bathoreo solidissimæ pietatis, Transylvaniæ Principe, & eius, qui nunc Transylvaniam regit, Sigismundi, optimæ spei Principis Patre, nobilitas euocata, vna cum ceterarum hæresum Transylvanicis ministris, Franciscum Dauidem morti adiudicaret, calculus Blandrata suum in Comitibus adiecit, ne videlicet amici sui veteris, quem ad eas blasphemias dudum lactauerat, periculum, & ipse subiret, si consentientium Ordinum sententiæ se opposuisset. Sic sapientia Dei iustificata est, vt à quo miris artibus Franciscus Dauidis fuerat deceptus, ab eodem, admirabiliore iudicio Christi Domini, condemnaretur. Plerique enim nobiles ea labe infecti, nec ipsi auli sunt hiscere. Amicis vero Franciscum Dauidis hortantibus, vt saltem Christum fateatur esse nostrum Saluatorem, respondit: Quid ego Saluatorem illum fatebor, qui nec se ipsum seruare potuerit? Iudaicam sane, & plus quam impiam blasphemiam.

Itaque & antea dudum poenam in corpore luebat atrocem. Sic enim viuus foetebat, vt ad Iudicum tribunal vxor ipsius vocata, quod cum coniuge agere noller, Quid (inquit) manserim apud eum, cuius viuētis est intolerabilis foetor? Superstes autem erat adhuc eadem mulier anno superiore, quo in Transylvania fuit, cum Pontificis Maximi Gregorij XIII. & Magni Stephani Poloniæ Regis sumptibus, ad Seminarium ei genti, Catholica fide excolendæ, instituendæ, atque ad alia missus sum. Qua occasione plurima istorum nequissima facinora & audiui, & vidi; propter quod & loquor. At antea Franciscus Dauidis in arcem Ceuam, quæ prope Marisum sita est, coniectus in carcerem, vt de eo extremum supplicium sumeretur, in insaniam incidit. Turmæ dæmonum apparenti dixit: Ecce, qui me comitem itin-

ris expectant. Sic os illud impium, quod filij Dei inuocationem negaterat, cum Deum inuocare non potuisset, infelicissimam animam dæmonibus tradidit. Cui Demetrius quidam Claudiopoli successit. Hic vero (cum adhuc extent Francisci Dauidis libri) plurimos ea in impietate fouet. Eoque deuentum est, vt Evangelij reiectis, veteris Testamenti prophetias sabbathis Iudaizantes legant; Christiana omnia penè rejiciant; stupidissimos autē eatenus errores exuxerint, vt mulieribus quoque non paucis animâ non esse persuaserint. Hi igitur fructus feralium librorum, nimisq. coniuuentiæ tantæ impietatis fuerunt, vt ex his omnibus, quid Lutherana, & Caluiniana femina tulerint, nemo, qui non sit truncus, haud intelligat. Et

Lublina in polonia superiore, hoc anno, cum à quodam male feriato Italo Samofatenici inuiseretur, alios errores prioribus pestilentiore receperunt: lenimq. latana suâ telâ texente, eo præcipites ruerunt, vt Scripturâ omnē haud esse necessariam dicant, spiritus vero sui teterrima commēta, pro nescio qua spiritali perfectione, ac vera religione, similes in hoc Schuenckfeldij, se se vendiderunt. Inuisenti igitur eos Italo, cœtus ille malignantium de multis admonitus, quasi nouū iis tydus emicuisset, Ecce nos (inquiunt) ad pedes tuos; quæcunq; iusseris, faciemus. Et hic homo ex iis est, quos paucissimos ministri Transylvanici eo, de quo egimus, illorum libro, testantur, tanquam Apostolos, cœlitus fuisse demissos: videlicet (si Deo placet) vniuersa CHRISTI, ac omnium sæculorum anteactorum Ecclesia sapientiores: hoc est, Mahometi, atque Antichristo viam sedulo complanantes. Ite igitur

Fructus non Evangelij.

Dease tambien Jobes ante la Heresia de Angel.

1584.

Ecclesiam obediunt, infano tamen homini statim obtemperant.

haeretici, & digna hac patellis opercula deligite, vt idem demonum casus, qui A Franciscum Dauidis abripuit, vos siue in corpore, siue extra corpus, maneat.

ANTITHESIS HAERETICAE PERFIDIAE CONTRA singulos articulos orthodoxae fidei, à Doctore Edero Cas. M. Consiliario, maiore ex parte conscripta.



VAM perperam vulgo à sectarijs hoc tēpore persuadeatur, in cō trouerijs istis nunc tritis fidei, religionisue eorum, qui seiplos ab Ecclesia Romana separauerunt, & contra illam insurrexerūt, non multum esse momenti, de rebus autē minimi momēti (ac filites, & discordiæ essent tantummodo familiares) in his agi: quàm verò iidem Pseudoeuangelici concionatores deuastationem, & Baby Ionicam conuulsionem in totam fere Germaniam, ac quocumque potuerit (proh dolor) inuexerint, hinc facillime colligitur, quòd in toto Symbolo Apostolico nullus articulus sit, quin ab impijs istis hominibus mutatus, atque corruptus sit.

Contra primum enim articulum Christianæ nostræ fidei.

(Credo in Deum Patrem, Creatorem cœli & terræ)

In versione Lutheri Germanicæ. 1. L Vtherus impiè errauit: Lutherum namq. arguunt sanctissimæ Trinitatis oforem rem verba illa sublata in sua versione, quæ quidem vulgata editio Apostolica Epistolæ D. Ioannis habuit; Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnus sunt. Quæ verba qui antiquitus omittēbant, eos infideles, & perfidos interpretes S. Hieronymus non iniuria vocauit.

In reformatione præsum. Eundem eiusdem sanctissimæ Trinitatis oforem arguit, sublata illa ab eo præcan di formula: Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.

2. Carolstadium vero ipsemet Lutherus negare non potuit adeo impium, atque peruersum fuisse, vt non crediderit vel in terris, vel in cœlis vllum Deum existere.

Calu. Inst. lib. 1. cap. 9. 3. Caluinus blasphematur, Deum non solum impiorum auxilio vti, verum etiam eorum consilia & cogitationes efficaciter dirigere, auctoremq. non minus esse peccatorum, quàm bonorum: quod Lutherus & alij negantes, liberum arbitrium producere in medium inceperant.

Thilman. Heshuf. cōtra Calu. & Beza. 4. Quidam Zuinglianorum, (quales sunt Theodorus Beza, & Petrus Martyr) negant Omnipotentiam Dei, quod facta, vt infecta sint, facere nequeat: quasi videlicet hoc ad Omnipotentiam Dei spectaret.

5. Præsertim autem, tantam potentiam Deum non habere, inquit, vt naturale corpus in sua essentia, vno ac eodem tempore, in multis locis simul esse possit: qui si crederent Christo, captiuarent intellectum suum in obsequium eius, & plus eum posse, quàm natura possit, crederent.

Heshuf. in epist. ad Illyricum de peccato originali, an sit substantia. 6. De Illyrico scribit Heshufius, ex ipsius doctrina sequi, quòd non Deus, sed diabolus animas hominum creauerit.

Epist. 6. ad Caluin. 7. Seruetus somniat Deū in ligno, lignum; in lapide, lapidem; in arbore, arborem esse: nempe quòd formam & substantiam ligni, lapidis, & arboris vere habeat.

Aduersus secundum articulum.

(Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum) docent.

Vide supra in Atheis. 1. L Vtherus contra Latomum scribens ferre non potest, hanc vocem Homouision, dici de filio Dei.

Melan-

A 2 Melanchthon, partem substantiæ, non rotam essentiam, accepisse CHRISTVM à Patre, in locis communibus non semel asserit.

3 Caluinus facit CHRISTVM, & Spiritum sanctum per se Deos; vnde Autotheanorum hæresis orta.

4 Georgius Blandrata, Franciscus Dauidis, & sectatores eorum nolunt fateri, aut admittere, DEVM habuisse naturalem Filium, à Patre ab æterno genitum: neque esse illud æternum Verbum, cui duplex natiuitas, videlicet Diuina, & humana ascribi debeat. Inde purum ex illo hominem faciunt, eumq. præ ceteris hominibus aliquam habuisse prærogatiuam, ante assumptionem autem carnis non fuisse. Neque necessarium putant, eum Redemptorem, & Saluatorem, tanquam DEVM, & hominem, in mundum venisse, sed sufficere eum fuisse hominem. Audent quoque dicere, non alium in Scriptura filium Dei inueniri, quam eum, quem virgo Maria in hoc mundo peperit.

Petrus Carolinus in explic. cōtra Geor. Blandrata.

5 Sarnitius, Lismanius, Georgius Niger, Budæus, & alij, vt Stancarus testatur, Arianismum rursus excitarunt, & docuerunt, Filium minorem esse Patre: reijciuntq. interim Symbolum in Concilio Nicæno decretum, & Symbolum Athanasij blasphemè nominant Satanasijs, hoc est, satanæ Symbolum.

Stancarus cont. Piazouianos.

6 Theodorus Beza dicit filium DEI non esse natum ex substantia, & essentia DEI.

Beza in Heshufi.

7 Idem Theodorus Beza duas in Christo personarum vnitates fingit, vnã animæ cum corpore, alteram Diuinitatis cum humanitate; quod nihil aliud est, quam damnatam Nestorij hæresim ab inferis reuocare.

Beza in li. de hypostatica duarū in Christo naturarum vnione.

C Adamici Anabaptistæ blasphemant in CHRISTVM IESVM filium Dei Dominum nostrum, quem proferunt non esse filium Dei.

Orantes in secreto, veram negant Diuinitatem CHRISTI in eo, quòd docent, non CHRISTVM, sed Patrem solum esse adorandum.

Contra tertium articulum.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, &c.

1 B Vcerus, cum animam ageret, falsus est, verum Messiam adhuc non venisse, venturum tamen.

D 2 Hoffmanni fabulantur, Deum ex seipso, & non ex virgine Maria hominem factum esse, atque ita in Christo vnã tantum esse naturam.

Li. 7. de Trinit. cap. 17. & 5. & epistola 1. & 2. ad Caluin.

3 Seruetus, tanquam electum satanæ instrumentum, adeo est impius, vt in sanctissimæ Trinitatis contumeliam scripserit, Christum non solum virtute Spiritus sancti, verum etiam ex substantia Dei Patris, hominem esse natum: itaque duas Christo tribuit personas, vnã ex Deo, & alteram ex virginali utero Mariæ genitam.

4 Mennon etiam excogitauit, Christum è cœlis ex substantia Patris secum corpus detulisse: quemadmodum & Schuenckfeldius sensit. Quod sane conuenit cum Sarcerio, de Anabaptistis scribente, Christum cœlestem, & spirituale secum è cœlis corpus detulisse, & ex virgine Maria nihil assumpsisse, sed corpus eius tanquam per canalem pertransisse: carnem vero ex elementis huius mundi attraxisse, quam de nouo mundo reliquerit, cum in cœlum absque carne ascenderet.

In Colloquio VVismarien. Beza in. c. ad Rom. Sarcetius in Postilla de festo Natiuitatis Mariæ. Casander de duabus in Christo naturis.

5 Adamus Pastoris sibi somnia fingit, & inquit: Quemadmodum Christus vnã tantum est persona, sic vnã naturam, & non plures habuit.

6 Schuenckfeldius in tantam incidit impietatem, vt asseruerit, Christum etiam secundum humanitatem, verum esse existimandum Deum, & non creaturam: & magnam putarit esse blasphemiam, humanam Christi naturam nominari creaturam.

Li. de Diuina Maiestate humanitatis Christi.

7 Illyricum VVittembergenses arguunt, quod senserit, ex sacra Scriptura probari non posse, filium Dei, æternum illud Verbum, & figuram substantiæ Patris dici.

VVittréber. contra Illyricum.

Anaba-

Calvinus Instructio- ne aduersus anabapt. & libertinos. Luth. super epist. ad Hebraeos, interprete Byggero. In Confess. ad Carolū 11. 1.

- 8 Anabaptistæ non credunt, Christum fuisse verum hominem, faciunt ex corpore ipsius phantasma, hoc est, nudam apparentiam, siue corpus apparens.
- 9 Portentosi huiusmodi errores inde plerumq. orti sunt, quod Lutherus expresse docet, humanitatem Christi non omnia sciuisse, neque cogitasse, & hominem ipsum Christum non fuisse omnipotentem. Item Christum ab initio suæ conceptionis, & natiuitatis non fuisse plenum gratia, sed vt successiue creuit corpore, sic etiam donis Dei creuisse.
- 10 Sic & Zuinglius docuerat, Christum creuisse sapientia, cum secundum humanam naturam finitus, & terminatus fuerit.

Contra quartum articulum.

Passus sub Pontio Pilato, &c.

Caluin. cō. Libert. Staphilus in defensione. Dubitanti? dial. log. 1. c. 3. Stancar. li. de Trinit. & mediato re Christo. Vide suppli cem libellū Naumbur- gi Principi bus oblatū & Illyricū, cont. Osiā- dum. Loff. in 14. cap. Marci. Calvin. in harm. Euā. Brentius in Io an. hom. 54. Idem in catechif. anni 54. Brentius in Luc. par. 2. hom. 54. Robertus Stephanus respons. ad catalog. 4. error. art. 47. Aepin. Cō- ment. in psal. 16.

- 1 Libertini docent, Christum non vere, sed tantum per phantasma mortuum esse.
- 2 Andreas Musculus contrarium sentit, videlicet, Diuinitatem Christi etiam passam, & mortuam fuisse.
- 3 In qua sententia item fuit Lutherus, vt ex libro ipsius de Concilijs constat.
- 4 Stancariani volunt, Christum tantum secundum humanam naturam Mediator rem nostrum esse.
- 5 Osiander è contrario affirmat, Christum esse iustitiam nostram, quo ad Diuinitatem tantum: & totam Christi Diuinitatem eo modo in nobis realiter habitare, C quemadmodum & in homine IESV habitauit.
- 6 Loffius, & alij somniant, Christum non solum impatibiles inferni dolores, verum etiam cruciatus aeternæ damnationis passum fuisse, cum in monte Oliueti calicem passionis suæ extimefceret. Eodem modo & Calvinus scribit, Dominum absque ratione, & spiritu orasse ijs verbis, Transeat calix iste: Orationem istam nec cogitanti sibi excidisse, & proinde emendasse. Brentius inquit, Deum aliter placari noluisse, quam vt Christus poenas peccatorum susciperet: hoc est (vt ipse loquitur) cruciatus, & dolores mortis, & inferni. Præsertim autem verba hæc Christi, Deus Deus meus, quare me dereliquisti, explicuit: Christum doloribus inferni circumdatum, & flammis infernalibus accenditum fuisse. Quidam impie asserunt, Deum in ara crucis a deo Christum dereliquisse, vt nec disci lumen illi concedere dignatus fuerit. Hinc etiam Christum non aliter existimasse, & sciuisse, quam se fuisse derelictum, quin etiam omnino desperasse. Calvinus item in Harmonia Euangelica ait, Christum emisisse vocē desperationis. His omnibus Aepinus defendere ausus est, Christum post mortem crucis, aeternam flammam, & infernalem cruciatum passum fuisse, vt pro animabus à corpore separatis satisfaceret.

Contra quintum articulum.

Descendit ad Inferos, &c.

Brentius in catechil. an. 51. Dubitant. dial. log. 1. c. 3. Lib. 2. In- tit. c. 16. Buce. c. 27. Matth. Cal uin. lib. 2. In tit. c. 16.

- 1. Descendere ad inferos, significat secundum Brentium, idem, quod mori.
- 2. Oecolampadius inquit, Hæc verba Descendit ad inferos, tantum esse declarationem dictionis illius (Sepultus.)
- 3. Calvinus vult, hunc descensum ad inferos significare certamen cum horrore mortis.
- 4. Doctrinam de Lybo Patrum; Lutherus, Bucerus, & Calvinus existimant tantum

- A tum esse somnium, & fabulam, & fictitia quædam. Imo vero Lutherus & Paradisum, & infernum, & Purgatorium tollit, vt supra ostensum est.
- 5. Zuinglius docet, Christum non realiter, sed potentialiter descendisse.
- 6. Beza scribit, Christum non resurrexisse per sepulchrum clausum hoc modo, vt corpore illud penetraret, sed sepulchrum cecidisse corpori resurrecturo.
- 7. Schuenckfeldius vult, Christum post resurrectionem non habuisse amplius humanam naturam, sed eandem in Diuinam commutasse. Sic Vbiquetarij, Brentiani, Andreas Schmidelinus, & reliqui illi Tubingenses, ac VVittembergenfes.
- 8. His & Bullingerus assentitur, vbi inquit, Christum in assumptione sua, super omnes creaturas exaltatum fuisse, atque ita creaturam esse desisse.

Lib. 3. Epi. Lib. de om ni præsentia Christi. Sicut Chytræus ad- monet in 1. ca. Matth. Beza in li. de omni- præsentia carnis Christi.

Contra sextum articulum.

Ascendit ad caelos, &c.

- 1. Illyricus negat ascensionem CHRISTI esse factam, sed fingit eleuationem ad locum aliquem constitutum, per quam ad caelos; hoc est, ad aërem ascendit, ad ostendendam gloriam suam.
- 2. Brentius contradicit, & ait, Christum, & humanam ipsius naturam, quadragesimo die ad caelos primo ascendisse, sed ab initio incarnationis in caelo fuisse: nunc autem non solum in caelo, & in venerabili Sacramento, verum etiam vbique & in omnibus locis adesse.
- 3. Sedere ad dexteram, Brentio, & Schmidelino non aliud significat, quam corpus Christi, omnipotenti maiestate, integra & Vbiquetaria præsentia, & alijs Diuinae naturæ proprietatibus esse præditum.
- 4. VVestphalus iniquum putat, dictionem hanc (sursum) quasi locum esse explicandam: & contra sensum dictionis, contra sententiam Patrum, contra consensum omnium Christianorum, Christum, inquit ascendisse ad caelos, non aliud designare, quam euauuisse.
- 5. Petromartyriani, Bezani, & præsertim Calviniani, hoc modo Christum ad dexteram Patris alligant: vt nec in pluribus locis, nec in venerabili Sacramento realiter esse possit.
- 6. Contra, Brentiani, vel Vbiquetarij adeo vbiuitatem corporis CHRISTI, extendunt, vt etiam in herbis, lapidibus, & in omnibus creaturis sit re ipsa, (vt dicunt) realiter.

Tileranus de Sacram. contra Chytræum. Brentius in Lucā, par. 2. hom. 50. & cōt. Bulling. Schmidel. in disputa. Tubingen- si. Vvestphal. in libello contra Io- ann. à La- sco.

Contra septimum articulum,

Inde venturus est, &c.

- 1. Calvinus in eos inuehitur, qui putant, Christum per merita consecutum fuisse, vt sit Iudex mundi, caput Angelorum, & imperium habeat summum. Au det propterea blasphemæ negare, Christum sibi meritorium esse aliquid, dum mortali carnē hic in terris vixit.
- 2. Recentissimi huius temporis hæretici plerique omnes non credunt, Christum secundum fidem iudicaturum esse.

Calui. Inst. lib. 2. c. 17. Lindandia log. cap. 3.

Contra octauum articulum.

Credo in spiritum sanctum.

- 1. Afanouius negat processionem sancti Spiritus à Patre, & Filio.
- 2. Petrus Martyr inquit, Theologorum Ecclesiæ, Græcorum & Latinorum, de profectione Spiritus sancti disceptationem, esse purè Scholasticam.

In eius ad Calu. epist. in cap. 4. epistole ad Rom.

Trini-

Georg. Ma-
ior contra
Blandra tã.
Trinitarii
in concilia
bulo Tor-
dano, ex
confessione
Dobricinẽ-
si Petri Me-
lii, sicuterã
dicitur de
Farelstis.
Vide supra
in Atheis.

- 3. Trinitarii Vngarici volunt, non posse probari, Spiritum sanctum in sacris litte- A
ris nominari verum Deum.
- 4. Idem non admittunt, Filium, & Spiritum sanctum esse personas, sed tantum
virtutes Dei: & ex Spiritu sancto faciunt creatam motionem in sanctis, vel opera-
tionem Dei, vel singulare aliquod donum à Deo proueniens. Vt ipsum autem Di-
uinitate priuent, nolunt ipsum tanquam Deum coli, & adorari.
- 5. Quidam dicunt: Quemadmodum Filius est minor Patre, sic quoq. Spiritus san-
ctus minor Filio.
- 6. Seruetiani omnino excluderunt Spiritum sanctum ex Trinitate, cuius non esse
tertiam personam impie blasphemant,

Contra nonum articulum. B
Sanctam Ecclesiam Catholicam.

Pasim vi-
de Librum
opus Possi-
uini de ver-
bo Dei, &
de Atheis-
mũ istorũ.

- 1. L Vtherus, & Calvinus contra veram puritatem & sanctitatem Ecclesiã do-
cent; Plebem Dei semper manere impuram, semper peccatis consper-
sam, & non aliter purificari, quam sola imputatione, hoc est, quod DEVS omnes
puros esse existimet, cum tamen reuera sint impuri.
- 2. Libertini explicuerunt, Sanctorum communionem ad bona temporalia tan-
tummodo pertinere.

Contra decimum articulum. C
Remissionem Peccatorum.

Vide supra

- L Vtherani, & Calviniani docent perfrecta fronte remissionem peccatorum non
veram, sed tantum imputatam esse, quã Christianis absque bonis operibus,
absque Sacramentis, & per solã fidem imputetur.

Contra vndecimum articulum,
Carnis resurrectionem.

Lindan.

- D Auid Georgiani negant carnis resurrectionem: Libertini autem admittunt, D
prælata tamen spiritali eorum renouatione. Resurrectionem autem carnis,
quã in hoc articulo intelligitur, iam dicunt transisse.

Contra duodecimum articulum,
Et vitam æternam.

In prælect.
1. Genes.
Vide supra
Virtem-
bergenfes
in funda-
mento.
Canisius in
præfat. de
corruptelis
verbi Dei
contra Ma-
gd. vbi de
D. Ioanne
Baptista, &
de mini-
stros Vn-
garicorum
impictate.

- 1. L Vtherus asserit animas Sanctorum ante resurrectionem non esse in celo,
nequẽ faciem Dei intueri, sed in singulari quodam loco detineri, & quiesce-
re, probos quidem in lætitia, improbos vero in timore, & tremore.
- 2. Virtembergenses in fundamento paulo ante edito arguunt Iacobum An- E
drea, tam cœlum, quam infernum negare, ex eo quod tantum Allegoriam, hoc
est, nudam significationem, & sic Talmudisticum, & Alcoranicum cœlum faciat.

Contra totum Symbolum generatim docent aliqui Pseudoeuange-
lici concionatores.

- 1. Aliqui in Transylvania, non aliter tria illa Symbola ab Ecclesiã approbata, su-
scipere

- A scipere volunt, nisi cum illa protestatione, si cum verbo Dei, & sacra Scriptura con-
ueniant.
- 2. Præsertim autem blasphemant quidam eorum; Nullam esse Trinitatem, sed
tantum vnum Deum patrem.
- 3. Eodem modo & recentiores Trinitarii, cum Serueto, blasphemant sanctissi-
mam Trinitatem, & nominant illam spectrum satanã, monstrum marinum, &
cerberum tricipitem. Vide tu vero istos spectra satanã, monstra infernalìa, & cer-
beros Diabolicos.
- 4. Aliqui Prædicantium in Polonia audent docere, tres esse deos, & tres essen-
tias.
- 5. Heshufiani negant vnitatem essentiã trium personarum sanctissimã Trini-
tatis. B

In collo-
quio Albẽ
Iulij habi-
to, & in con-
ciliabulo
Tordano.
Ex episto.
Tigur. Pa-
ror. an. 53.
ad Serue-
tum.
Beza in li-
de omni-
præsentia
carnis.

*Sed & hæc omnia, iam pridem ex viuo Dei verbo, ex antiquissimarum Synodo-
rum Symbolis, & consentientissima doctrina Ecclesiã, tanquam
pestilentissima blasphemia, refutata sunt.
itaque consueamur Domino dicentes.
Cum Apostolis.*

Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terrã. Et in Iesum
Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Qui conceptus est de spi-
ritu sancto natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus,
& sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœ-
los sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos,
& mortuos. Credo in spiritum sanctum. Sanctam Ecclesiam catholicam, San-
ctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vi-
tam æternam. Amen.

FINIS OCTAVI LIBRI.


ARGUMENTVM
LIBRI NONI.



HACTENVS ea de ratione actum est, qua Catholici primò, deinde, qui cū Ecclesia Romana haud omnino cōsentiunt: Deniq; ij, qui hoc sæculo in hæreses, atq; Atheismos delapsi sunt, iuuari posse videntur. Iam vero eadē Christi charitas vrget, vt ne hic sistamus gressum; sed ad alios quoq; licet Christo non dederint nomina, progrediamur. Ij autē sunt Iudæi, & Saraceni, siue Agareni, qui & Mahometani, ac ceteræ gentes. Et quidē inter has omnes degunt Cophti, qui nomine, ac ritibus Christianis ex parte vtūtur, qui & Christiani Præcincturæ vulgò dicuntur. Hi autē, quamuis per lauacrū regenerationis renati sint, Iudæorū tamen ritu præputia ponūt, & veteri quodā errore circumcisiōnē vsurpant, cetera siue Turcæ, siue Iudæi. Ijs autem Alexandrinus Patriarcha præest, qui in suis ritibus omnis quoq; subijcitur Aethiopia, quā & per Memphiticōs administrat Episcopos. Numerat vero Ægyptus quinquaginta circiter Cophtorū millia, sed ferè innumeros Aethiopia. Porro in Libani monte, qui Hierosolyma sex, aut septem dierū spatio distat, & discedentibus in Syria cernitur, incolæ sunt Maronitæ, illi quidem semper ex omnibus Græci ritus in Ecclesiæ Romanæ fide, atq; amicitia, stabiles: veruntamen multis, & grauissimis erroribus antea impliciti, è quibus Deo miserante a Gregorio XIII. Pontifice Maximo curatum est, vt explicaretur. Sunt item Armeni, & alij qui in Mesopotamia, & vltra eam sparsi sunt; Vterius vero Christiani Sancti Thomæ Apostoli, vel Iudes, vel antiquas hæresum Nestorij reliquias retinentes. Quibus curandis, et si, quæ tractata sunt superioribus libris, maximè conducunt; quoniā tamen aliqua vberior eorum omnium notitia necessaria fuerit; ingeniaq; & Regionum natura, præsensq; rerum status liquido intelligendus est; idcirco id omne in proprios Commentarios referendum fuit, qui, cum reliquis nostris, Deo volente edentur. Nunc igitur de Iudæis, Mahometanis, & ceteris gentibus exponēda sunt, quæ sequentibus huius Noni Libri capitibus proponuntur.

CAPITULA NONI LIBRI.

- R**atio cum Iudæis agendi, vt aut ad Christum Dominum conuertantur, aut cessent caelestes plagas in caput Reipublicæ Christianæ ex suis blasphemis inuehere.
- Q**uoniam ex antiquis Patribus scripsere aduersus Iudæos.
- C**autiones aliquæ in asserenda veritate de Christi Domini fide aduersus Iudæos.
- E**xpedire, vt is, qui aut Christianos operarios instruit ad conuersionem Iudæorum, aut cum his agit, vel item cupit à Magistratu arceri damna, quæ ab Iudæis imminēt, vt noscat quæ Principes tum Ecclesiastici, tum Laici de hisce rebus statuerunt.
- V**nde petenda sit ratio siue ad Turcas, siue ad eos, qui sub eorum dominio degunt, non in pietate, saltem in moribus inuandos, vt minus offendatur Dominus Deus.
- Q**uoniam libri in Turcarum classi inuenti sunt Turcicè conscripti, cum ad Naupactum victa est à fœderatis Catholicis. Ex ijs enim aliquam existere notitiā, quibus libris delectentur, vt hac etiam occasione ad procurandam eorum salutē se insinuet, qui Dei gloriam in omnibus querit.
- D**e Gentibus, ac præcipue Indis Noui Orbis, de quorum tribus classibus.
- Q**uæ adueniente in Mundū Domino cura fuit Apostolis Gentes ad Christum adiungendi, eandē Ecclesiæ, omni penè sæculo, sed hoc potissimum fuisse, cum in nouum orbem gratiæ suæ diuinitas insudit.
- Q**uibus rationibus Gentes, & Indi iuari possint. Quæ occasione id certioris historiæ de Regno Sinarū innuitur, quod hætenus ignoratum est, quodq; Auctor reliquis suis Cōmentarijs in lucē postea edendis copiosius adtexuit.



ANTONII POSSEVINI
SOCIETATIS IESV

Liber Nonus

BIBLIOTHECAE SELECTAE.

Qui est de Ratione procurandæ salutis, Iudæorum, Mahometanorum, & ceterarum gentium.



RATIO CUM IUDÆIS AGENDI, VT AUT AD Christum Dominum conuertantur, aut cessent caelestes plagas in caput Reipublicæ Christianæ ex suis blasphemis inuehere.
Caput Primum.



QUO tota res planior sit, damna primum, quæ ex Iudaismo manarunt, & manent, deinde remedia proponenda sunt, quibus arceantur. Et quidem tempore Primitiæ Ecclesiæ Iudæi docebant suos oppugnare CHRISTVM Dominum, & Christianos; fraudesq; suas & dolos transmittabant ad suos. Id quod Esaias cap. 18. futurum prædixit illis verbis. Væ terra cymbalo alarum &cet. iuxta sententiam Oecumenii, atque Procopij: Quodq; eos fecisse testatur Iustinus martyr, qui Apostolicis temporibus vicinus fuit: quem tamquam Apostolicum virum citant Eusebius, Basilius, Epiphanius, & alii Patres. Is aduersus Tryphonem Iudæum scripsit à Iudæis missos esse legatos in totum orbem, vt manifestas de CHRISTO prophetias vitarent, id quod in pluribus locis est factum. Nec vero dissententur Iudæi id procuratum fuisse in duo de viginti locis, vt extat in Thesaurō in dictione Zamar.

Quod igitur pertinet ad damna: Primo sensus Diuinæ Scripturæ, oraculaq; Prophetarum, qui Spiritu sancto afflati sunt, peruertuntur à Rabbinijs summa cum Diuinæ Maiestatis iniuria, 2 Nomen Christi Domini, atque Ecclesiæ, pro qua sanguinem

guinem fudit, vt effect sine macula, & ruga, quotidie à Iudæis blasphematur, magno Christianorum dedecore (si eorum culpa id non impediatur) ac vere damnanda, in hac tanta re, supina aliquorum negligentia. 3 Sequuntur hinc acerbissima clades aduersus Rempubicam à Deo, cum eam coniuuentem cernit in ijs, quæ ad sui nominis honorem dehonestandum spectant. 4 Hæreticis arma suppeditantur à Iudæis, vnde hæreses propugnentur. Imaginum enim sanctarum, Cæli- rumq. Veneratio, & inuocatio, atque imitatio: sacrosanctæ Eucharistiæ fides, at- que adoratio: Reliquorum Cælestium sacramentorum ritus, & obseruatio: Potestatis spiritualis, ac reliquarum pene omnium à Spiritu sancto traditarum rerum cog- nitio, & exercitatio conuelluntur, aut conculcantur. 5 Trinitariis, Trideitis, Samofatenis, Arianis, & Sabellianis nouis, ac Nestorianis, Vniuersaq. illi homi- num facti, quæ Septentrionalem tractum infecit, atque Mahometi viam strauit, ma- xima fenestra aperitur; qua CHRISTI filii Dei, & consubstantialis Patri non magis Arianismo, quam Atheismo labefactetur; quam labefactionem Orientalis Im- perii casus, Regnorumq. Hungarici, & aliorum ruinæ demonstrant. 6 Hebræo- rum pueri à teneris eo imbuti veneno difficillime postea conuertuntur ad fidem. 7 Periculum, quod cadit in Christianos, cum quibus versantur, aut quos, opera eor- um videntes sensim illicere possunt ad suæ perfidiæ si non omnino comprobatio- nem, certe ad eandem non improbandam. 8 Magia, superstitiones, Variorum item sanorum, ac fraudum genera, sexcentaq. aliorum scelerum monstra in Chri- stianismo irrepunt, dum specie, ac nomine Iudaismi, & quod sanctissimæ Reli- gionis nostræ legibus haud sunt astricti, vix vilo censeant sese legis vinculo posse constringi: cum tamen secus habeat res: Ratioq. à CHRISTO Domino ad hæc damna auertenda, vel certe infirmenda debeat ab ijs adhiberi, quos, cum Chri- stiani sint, atque haberi velint, Christum sapere, animarum salutem scire, & eius iniuriam debito ordine vlcisâ sint parati, necesse est.

REMEDIA. Porro cum damna constent, Remedia perquirenda sunt, tum ex doctrinæ metho- do, qua Viri præstantes veritatem docent, tum ex variis Principum, siue Ecclesia- sticorum, siue Laicorum conatibus, quibus hac in re de CHRISTI Ecclesia bene sunt meriti.

Primum autem id statuendum est. Passione sua sanctissima Dominum IESVM obtinuisse potestatem à Patre in Cælis, & in Terra, vt vbique doceretur Euange- lium: cuius promulgationem audire tenentur, quicumque ii fuerint, Turcæ, Indi, Iudæi, ac reliqui omnes. Hac potestate, præceptoq. nixi Apostoli euntes iuerunt docentes omnes gentes, ac Iudæos: & baptizantes in nomine Patris, & filii, & Spi- ritus sancti. Neque vero Diuina hæc Prouidentia solum ad Apostolorum tempora patuit, verum progressus habuit ingentes in iis omnibus, qui Apostolis eodem in munere, vt & in potestate successerunt. Ac cum ex Iudæis ipsis, qui ad CHRIS- TVM conuersi sunt, plerosq. voluerit Deus ad hoc opus assumere, Iudæi ipsi, in quorum corde hætenus velamen perfidiæ hæret, vrgeri possunt, vt eorum ingenia, doctrinam, sanctitatem suspicientes imitentur, ac Deo vocanti manus dent. Facile vero docenti fuerit perere ex Ecclesiasticis historiis, quæ ad hanc rem faciunt: cum præter multos Apostolicos viros, qui à Iudaismo conuersi Diuinum fidei nego- cium vsque ad sanguinem propagarunt, quindecim fuerint Hierosolymitani Ar- chiepiscopi, qui continenter eam administrarunt Ecclesiam; plures Episcoporum

Iudæi vrge- ri possunt ad audiendum Dei verbū. Videuseb. hist. eccles. lib. v. c. 12. Iudæi facti christiani 15. Hiero- solymitani Archiepi- scopi. Alij plures Episcopi. Alij Pontifi- Max. Alij Theo- logi. Lectio à christianis instituenda per omne Sabbathū, quam Iudæi audirent.

decades passim, vt Christiana crescebat res: Sanctus Iulianus Archiepiscopus To- leranus: per plures doctissimi Rabbini: Linus, Euaristus, Theodorus Pontifices Ma- ximi, quiq. sanctissime vitam egerunt (ac fere nostris seculis) præter alios, Paulus Burgenfis primo Carthaginiensis, mox Burgenfis Episcopus, idemq. Castella, & Leonis Regis summus Cancellarius: Theologi vero ac religiosi, & religiosorum ge- nerales Præpositi, quorum maxima laus hoc tempore fuit in Ecclesia. Horum igitur Patrum, & aliorum exemplo, qui etiam ex gentibus ad CHRISTVM sese adiunxe- runt, instituenda esset (vbicumque sint aut seminaria Neophytorum, aut cæcus Iu- dæorum)

A dæorum) lectio, vel concio, his quidem per omne sabbathum, vti faciebant Apo- stoli, ijs vero quibus diebus reliqua studia hoc paterentur.

Atque vt permulti antiquitus, ac deinde alij aduersus Iudæos scripserunt, sic ex ijs tum lectio, tum concio, & eorundem librorum disseminatio, ac disputationis ra- tio aliquo tamen ordine, ac cautione peti possent.

QUINAM EX ANTIQVIS PATRIBUS SCRIPSE-
re aduersus Iudæos. Caput 11.

Iustinus Martyr libro vno, siue dialogo ad Paulus Burgenfis Episcopus ex Iudæo Chri- nerfus Triphonem Iudæum. stianus.
B Tertullianus. Simon à spira Carmelitanus.
Melchades sub Commodo Principe. Rabbi Samuel ad Rabbi Isaac libro vno Epi- stolari.
Eusebius Episcopus Emisenus libris decem. Gilbertus Anglicus.
Aurelius Clemens Prudentius. Ioannes Spira. } ambo Carmelitani.
Theophanes Episcopus Nicænus. Ioannes Bacho }
Victorius Bucconius Castellianæ Urbis Mau- Nicolaus Porchetus.
ritaniæ Episcopus. Nicolaus Lyranus duplici opere, & contra
Cyprianus Episcopus Carthaginiensis libro Iudæos, & contra impugnatores Euan- vno ad Cyrinum, & tribus alijs de duobus gelij Matthæi.
montibus. Paulus Venetus Augustinianus.
Ammonius Alexandrinus libro vno de Mo- Petrus Galatinus Franciscanus.
sis, & IESV consonantia. Paulus Eredia ex Iudæo Christianus.
C Ioannes Chrysothomus quinque orationibus Odo Episcopus Cameracensis libro vno ad aduersus Iudæos. Vilbodonem monachum.
Gregorius Nisænus libro vno. Hieronymus à sancta fide Medicus.
Augustinus Episcopus Hipponensis libr. duob. Petrus Brutus nobilis Venetus, Episcopus Catharenfis.
Cyrillus Alexandrinus Patriarcha de defectu Synagogæ. Triumphus crucis opera Siliceni aduersus Iudæos editus.
Vuilbertus Carnutenfis Episcopus in illâ pro- Iacobus de Valentia Christopolitanus Epi- phetiam. Non auferetur sceptrū de Iuda. scopus opusculo post suam Psalmorum ex-
Iulianus Pomerius Toletanus Episcopus tribus planationem posito.
libris ad Ernigium Regem. Hadrianus Finus Ferrariensis libro vber-
Euthymius Zigabenus Alexio Imp. lib. vno. re, & erudito qui inscriptus est Flagellum
Extat item in Vita S. Syluestri primi huius in Iudæos.
nominis Pontificis Maximi, disputatio Hæctor Castrius vniuerso Commétario quæ
eiusdem cum Iudæis, quæ licet habeatur scripsit in Esaiam, cui multa præfixit de
in Vitis collectis à Surio, copiosius tamen translatione septuaginta Interpretum,
conscriptâ inuenimus in exemplari, quod quæ aduersus Rabbinos mēdaces faciunt.
in Abbatia Nonantulæ dititionis Mutinen- Petrus Alphonfus Hispanus.
sis manuscriptum seruatur. Ioannes Senior Toletanus.
Rudigerus Hutzmatinus Spiræ Antistes in Ludouicus Caretus libro epistolari adhorta-
Germania; qui anno Christi Domini vixit torio ad Iudæos.
1075. doctissimū contra Iudæos volumen Ioannes Hildeshemensis Carmelita.
Imperatori dicauit. Quo factū est, vt Ru- Paulus Ritus Neapolitanus,
digero Iurisdictionem omnem concedere- Ioannes Figuerola Hispanus.
ret in Iudæos, quorum magna pars Spiræ Ioannes Ludouicus Viues de veritate fidei
degebat. Christianæ.

E RECENTIORES VERO
hi sunt.

Alphonfus ex Iudæo Christianus.
Raymundus in suo pugione.

Franciscus Torrenfis Theologus Societatis I E S V de exponenda lege per omne Sab- bathum Iudæis.
Iosephus Acofta de CHRISTO reuelato.

Quidquid autem in Euangelio, Actis Apostolorū, Epistolis Apostolicis huc perti- net, sapientissimis Patrū expositionibus est illustratum: Quare & ex ijs, quæ Domi- nus Iudæis respondebatur, aut Apostoli cū iisdem disputabant, principes loci eruuntur ad Iudaismum euertendum, atque ad Christianismum statuendum.

CAUTIONES ALIQUAE IN ASSERENDA

Veritate de CHRISTI Domini fide aduersus Iudæos.

Caput III.

Nasserenda autem Christianæ fidei doctrina ad Iudæos euincendos, hæc inter alia præstanda sunt. Primum in Diuinæ Scripturæ luce haurienda, septuaginta Interpretum Versio, ubi ab Hebræis, vel ab hæreticis non fuit corrupta veneranda est, ac diligenter perpendenda. De Versione vero hac, & de cautionibus ad eam adhibendis supra egimus, cum de Theologia positiua loqueremur. **B** Præterea Versio Chaldaica à Ionatha edita inspicienda est, & obseruanda, quibus potissimum locis haud corrupta fuit. Deinde Rabbiorum argumenta illa, quæ ad Iudæos confutandos spectant, ad proprium commodum, & causæ Christianæ propugnationem vsurpanda sunt. Ea ex Galatino, Porcheto, & eiusmodi alijs habentur ad manus. Postremo interpretatio Diuinæ Scripturæ iuxta litteralem sensum ex antiquissimis potissimum Patribus, qui probatiores fuere petenda est. Patrum eorum haud exiguus numerus ex secundo libro huius Bibliothecæ incurrit in oculos.

At quoniam citantur aliquando Rabbini, quorū scripta vetustiora, & pro Christiana religione facientia, Iudæi recentiores omni conatu tollere de medio conati sunt, ne videlicet ad eorum fontes accedere possimus, quemadmodum factum est **C** de libris Rabbenhu Haccados, quem Hebræi Magistrum sanctum interpretantur, quique Antonio Imperante vixit: propterea aut iste Iudæorum astus præmonendus est, aut certe certiores Rabbini, quorū vel scripta, vel certa vestigia adhuc extant, afferendi sunt in medium: ne Iudæi, si libros possint, à quibus hæc argumenta petuntur, nec vero habeantur, dicant esse à Christianis confictos. Id etiam obseruandum est, ne quid Hebraice exprimat, quod recte, atque apposite haud pronuncietur: ac cuius significatio seu notio ex Auctoris, peritissimis linguæ sanctæ non accipiatur. Tractanda enim Euangelica veritas est Euangelice, hoc est cum summa veritate, ac dignitate.

Si qui autem ritus obijciantur Iudæis, quasi euerso iam templo eosdem frustra obseruent, sedulo quærendum est, num reuera adhuc obseruent. quosdam enim **D** obseruabant tempore S. Iohannis Chrysofomi, quos postea deseruerunt. Quamobrem qui eius Patris quinque orationes aduersus Iudæos erudite, ac facunde scriptas leget, inueniet sane nonnulla de agni paschalis esu, ac de tuba, siue cornu, quæ non ubique hoc tempore à Iudæis obseruantur.

Numeratur autem inter alia eiusdem Chrysofomi opuscula, libellus in Tomo Quinto eius operum, in quo & quinque illæ aliæ quas diximus Orationes habentur, vere aureus, licet breuissimus. Eius inscriptio est. Quod CHRISTVS est Deus. quem libellum qui vel hebræum faceret, vel in linguas Hebræis commodos verteret, profecto aliquam complanaret viam ad aliquos eximendos è cœno, in quo miseri volutantur. **E**

EXPE-

A EXPEDIRE, UT IS, QUI AUT CHRISTIANOS

operarios instruit ad conuersionem Iudæorum, aut cum his agit, vel item cupit à Magistratu arceri damna, quæ ab Iudæis imminenti, ut noscat qua Principes tum Ecclesiastici, tum laici de hisce rebus stauerunt.

Caput IIII.

BAM quæ reliqua iuuare hoc negocium possint, ex praxi accersenda sunt, quæ fere efficacior est ad persuadendum, quam pleraque alia. Quod igitur ad damna pertinet, quæ à Iudæis imminenti, atque item ad nonnulla remedia, quæ ijs amolendis adhibita sunt, legenda est prima Dominici ordinis historiae centuria, quæ non ita pridem (vt alibi diximus) prodiit in lucem ab eiusdem familiae prudentissimo ac docto Theologo Ferdinando Castillo; In ea enim agitur, quæ causæ perpulere catholicos Reges, vt ex Hispanijs pellerent Iudæos, quæ decreta sunt, vt obuiam iretur incommodis, quæ ex eorum reliquijs poterant accedere.

Deinde legenda Diplomata sunt, quæ hac de tota re summi Pontifices hoc sæculo ediderunt. Extat quod à Paulo III. prodiit anno 1542. quo conceditur, vt Iudæi, ceteriq. infideles ad agnitionem Catholicæ fidei venientes, bona patrimonialia, maternaliaq. & omnia eorum consuetudine acquisita, seu quæ verum Dominium habere reminiscuntur, etiam viuus, & inuitis parentibus habere, tenere, & possidere valeant. Eodem diplomate iubetur qua charitate quisq. venientes ad lumen Christi fouere, ac contumelias ab alijs prohibere debeat: Quin & vt ciuitate, priuilegijs, immunitatibus, libertatibus fruantur, quandoquidem per gratiam baptismi ciues sanctorum, & domestici Dei efficiuntur. Quid sacerdotibus & susceptoribus ad fontem baptismi, quidve Episcopis curandum sit, vt in Christiana fide instituti nec cum Iudæis versentur, ne ad vomitum redeant, nec cum neophytis matrimonio iungantur, sed & abstineant ab ijs, in quib. Iudaizare possent, sed sollempnitates Ecclesiæ, ac ieiunia, & ritus christianos obseruent, concionesq. frequentent, si qui vero Iudaizantes reperti fuerint, contra eos tanquam perfidos hæreticos per ordinariorum locorum secundum sacrorum Canonum instituta procedatur.

Alterum diploma eodem anno ab eodem Pontifice Maximo promulgatum est, quo facultas dabatur erigendi monasterium, & hospitale pro Iudæis & infidelibus ad Christi fidem conuersis: sodalitatem item ad id pertinentem instituendi: ac quibus rationibus totum hoc negocium esset administrandum. **D**

Tertium fuit Iulii tertii anno 1555. aduersus Hebræos retinentes libros, in quib. aliquid contra fidem Catholicam notetur, vel scribatur. Quartum eiusdem eodem anno. Quod quælibet Vniuersitas, seu congregatio Iudæorum pro qualibet synagoga soluere debeat decem ducatos quolibet anno pro sustentatione Hospitalis, seu domus Catechumenorum in Vrbe. Quintum Pauli Quarti, anno 1555. aduersus Iudæos, ne plus vna synagoga in quolibet loco habeant, neue immobilia bona possideant, signum glauci coloris gestent, vt dignoscantur. Nutrices, seruos, vel ancillas christianos habere nequeant: in libris rationū Italice scribant, & Latinis characterib. vtantur. Hebræi medici ad christianos curandos ne accedant. Cuiusmodi ciuitatis, in qua degunt, statuta obseruent. Sextum eiusdem Pauli Quarti anno 1556. De solutione singulis synagogis etiam demolitis, vel ad vnam redactis, vel redigendis imposta, & per Hebræos Archiconfraternitati Catechumenorum faciēda. Septimum Pii Quarti anno 1562. quo ordinationes & statuta lata sunt super modo viuendi Hebræorum Vrbe: quamquam & in altero diplomate eiusdem anni, in quo agitur de Reformatione officii cameræ Apostolicæ, aliqua eiusmodi de Iudæis

Bbb 3 idest

ideft de eorum tolerantia vel priuilegiis agatur. Octauū eiusdem anno 1562, super A reformatione Bancheriorū Hebræorū vrbs. Nonum Pii Quinti anno 1566. De cō firmatione, & innouatione litterarū Pauli Quarti contra Hebræos. Decimū eiusdē anno 1568. De Iudæorū exterminatione ex omni Dominio tēporali S.R.E. & subdi- torū, præter Romā, & Anconam. Nouiffimū Clemētis Octauī hoc anno 1593, editū.

Quæ à Gre-
gorio 13. de-
creta sunt
ad catechu-
menos è Iu-
dæis iuuan-
dos?

At Gregorius XIII. vt eam rationem iniuerat, quæ commodissima erat allicien- dis animis ad fidem, inchoatum hoc negotium de conuersione Iudæorum duplici beneficio promouit: altero, cum singulis hebdomadis habendam iis in Vrbe con- cionem instituit: altero cum ad meliorem formam seminarium catecumenorum, quod certis redditibus auxit, ac firmavit, ita redegit, vt qui inde prodirent, hi post Philosophica, & Theologica studia lucrands Iudæis, & aliis perfidis apti operarij euaderent. Præterea Cardinalium, ac quorundam aliorum eruditorum congrega- tio certis diebus est habita, in qua libri Iudæorum blasphemī aut purgarentur, aut tollerentur omnino; blasphemias vero illas nosse expedit iis, qui cum Rabbinijs di- sceptant. In templo autem Catecumenorum, neophyti conueniunt, ac christianam doctrinam & reliqua huiusmodi pro captu cuiusq. docentur, ne nutantes in fide re- deant ad vomitum, neque peccatis gratiam. Spiritus sancti amittant. Id autem fit singulis dominicis diebus à prandio post Vesperas. At altera quoque erat congregatio, quæ Catecumenorum curam habebat sub Cardinali, cui tamquam Prote- ctori tota hæc res fuit demandata. In ea non solum de erudiendis in fide catecume- nis, verum etiam agebatur de iisdem educandis, & alendis, de distributione mu- nerum, & artium, quæ cuiq. ætati, vbi adoleuerint, ingenio conueniant; de ex- plorandis, sicubi apud christianos sint, infidelibus, Turcis, Mauris ve, aut apud Iu- dæos Iudæis, qui religionem christianā poscerent, ne qua periret anima: cum etiam domus amplā ad mulieres eas excipiendas instituta sit, quæ Ecclesiæ adiungun- tur: erat autem earum numerus ante paucos annos octoginta, quæ & relicto iu- daismo omnes christianam fidem erant amplexæ, ac complures ex ijs cum illa ba- ptismali innocentia perpetuam Virginitatem, paupertatem, atque obedientiam vo- uerant. Quæ omnia, si vbi Iudæi commorantur, procurarentur, non solum in Italia, Verum etiam Auenione in Gallijs, Pragæ in Boëmia, in qua vna ciuitate quindecim esse Iudæorum millia dicebantur, Viennæ quoque & in alijs Germaniæ ciuitati- bus, ac passim in Polonia, & Lituania, æquis non videri hunc Domino IESV labo- rem futurum esse gratissimū? Certe ad hæreticos quoque conuincendos nulla pla- nior est via, quam si aduersus Iudæos de CHRISTI Dei filij Diuinitate, omni- potentia, & alijs attributis tractantes, ac quasi aliud agentes, ipsos eodem tempore hæ reticos ad auitam fidem sensim alliciamus, cum hi intelligant Hebræos inficiari ea dem solere, non ob aliam causam, quàm quoniam humanum captum excedant, Quæ tamen & Iudæi, & Hæretici credunt fuisse, atque esse ei facilia, quem Deum agnouerint & veracem, & mansurum nobiscum vsque ad consummationem seculi.

**AN IUDÆI INFANTES INUITIS PARENTI-
bus sint baptizandi: vel ab ijs auferendi. Caput V.**



ERV M quoniam qui saluti vacat animarum, semper affici solet ad merita cumulanda, indeq. effici potest, vt puerorum Iudæorum E salus facile comparari possit, si vel parentibus inuitis baptizen- tur, aut clam ab ijs propterea auferantur, ideo is qui modum agendi cum Iudæis docebit, noscat, & doceat oportet quæ firmiter hac in re sententia sequenda sit, nempe, quam S. Thomas, & alij communius sequuntur. Quamobrem sanctus hic Doctor legendus est. Videndum item quid Dominicus Soto de hac ipsa Doctoris sancti questione differit in Quarto distinctione quinta, quæstione prima, articulo decimo. ceterum Paludanus, Sco- tus, Durandus, & alij eandem excutiunt.

QVO-

**QUONIAM MODO DOCENDI SINT, QUI INTER
Turcos, & Saracenos vbi variarum gentium est colluuias,
commorantur. Caput VI.**



VM autem quasi inter incudem, & malleum res Christiana ver- setur inter Saracenos, & Turcas, atque inter hæreticos & Iudæos, iamq. ex frequentissima in Orientem comateatione serpat in Ec- clesiam Christi tanta labe, quantam forte difficulter videbimus vnquam abstersam. Qui errores eorum, quomodo confutandi sunt, docere voluerit, non solum ostendet, quibus id Auctoribus qui hac de re scripserint, effici possit: Verum etiam qua ratione inter eos age- re, ac si non illos, reliquas certe seu gentes, siue captiuos, siue etiam non captiuos Christianos iuuare liceat.

Quinam scripserint aduersus errores Maometanorum.

- | | |
|---|---|
| <p>A Dnotantur autem à Medina libro primo de recta in Deum fide sequentes au- ctores de Maometana secta.</p> <p>C Ioannes Damascenus cognomēto Griforras qui circa eius sectæ initia vixit, & apud Persas sub eorum imperio captiuus, Chri- stum Dominum defendit.</p> <p>Euthymius monachus Zigabenus.</p> <p>Theodorus Episcopus Charran, cognomento Abbuclaras.</p> <p>Euodius monachus.</p> <p>Nicetas Byzatijs philosophus, & monachus, tum libro contra Mahometem: tum alte- ro contra epistolam quandam ab Agare- nis missam ad Michaelē Imp.</p> <p>Ioannes Cantacuzenus prius quidem Imp. Constantinopolitanus, postea vero Mona- chus, tum libris quattuor contra Sarace- nos, tum quattuor orationibus contra Mahometem.</p> <p>Stephanus Langion Episcopus Cantuariēsis.</p> <p>Alexander Halensis singulis libris de gestis Mahometis.</p> | <p>Adolphus Abbas Benedictinus.</p> <p>Iacobus Vitriacensis.</p> <p>S. Thomas Aquinas libro de rationibus fidei ad Cantorem Antiochenum.</p> <p>Ioannes Vallensis Anglus ordinis Minorum.</p> <p>David Bois Anglus Monachus Glocestricis.</p> <p>Humbertus Generalis Magister ordinis Præ- dicatorum.</p> <p>Nicolaus Cusanus Cardinalis libris trib. ad Pium secundum Pont. Max. quos Alcora- ni cribrationem inscripsit.</p> <p>Vipertus Iuris Canonici peritus.</p> <p>Dionysius Ricelius Carthusianus opere græ- di ad Pium Pont. Maximum.</p> <p>Richoldus ordinis Prædicatorum, qui apud Saracenorū Athenas Baldach Urbem, lite- ris ac studijs Arabicis operam nauauit.</p> <p>Ioannes Turrecremata Cardinalis Sancti Xylti.</p> <p>Ioannes Toletanus senior.</p> <p>Nicolaus Ianuensis episc.</p> <p>Ioannes Ludouicus Viues libro quarto de ve- ritate fidei Christianæ.</p> |
|---|---|

Michael quoque ipse Medina libro primo de recta in Deum fide capite Quar- to rationes aliquas affert, quibus præmuniri possint, qui forte ex Mahometanorū prosperitate nutarent in fide: Nimirum inquiens familiare esse infidelibus, vt in presenti vita felicitate aliqua fruantur: Vel quod bona quædam faciant, quæ diuinam magnificentiam quodam modo remunerare non dedecet, aut quod magis dicendum est, ad probandos fideles. E Diuina porro scriptura diligenter, & apte idē Medina hæc confirmat, quanquam & Hieronymus Sauonarola in fine Trium- phi sui de cruce optima ante Medinam scripta reliquerit. Quæ sane tanquam Prolegomena essent ei pronuntianda, qui de hoc genere controuersiarum Præ- lationes institueret. Ac certe hæc eadem seu pro suggestu in concionibus, seu libel- lorum qui ista continenter disseminatione docendi essent exercitus, & classes Chri- stianæ, si quando in Orientem fieret expeditio: nedum ferro alios appeterent, ipsi erroribus aduersus fidem inficerentur.

Quin etiam Auicenna (licet Mahometanus) veritate coactus verum dicere, quem

MEWALL
MEDINA.
Præcautio.

HiERONY-
MVS SAUONAR-
OLA.

Antenna li. 9. de prima philo-
phia
Spir. ualis
felicitas a-
gnita ab An-
ticenna.

quem quidem Mahometani collaudant tanquam praestantissimum virum, vnicotestimonio, quid de sua illa lege senserit, ostendit his verbis. Lex nostra (inquit) qua dedit Mahomet dispositionem felicitatis, & miseriae, quae sunt secundum corpus attendit. Sed est alia promissio, quae attenditur intellectu. Sapien- tibus vero Theologi multo maior cupiditas fuit ad apprehendendum istam, quam corporum; quamuis daretur eis, non tamen attenderunt eam, nec in pretio habuerunt in comparatione felicitatis, quae est coniunctio cum veritate. Hae ille. E quibus verbis intelligunt prudentes Viri, quanta se det occasio alterius etiam Felicitatis insinuanda inter ipsos Turcas, & eorum animos ad altiora concipienda euehendi: quamuis sane non expediat (nisi Deus aditum faciliorem aperiret) aduersus Mahometanam legem proloqui.

Plato Arabice ver-
sus.

Quin etiam cum Arabicè versum habeant Platonem, hinc patet, campus colloquendi de ijs, quae philosophus ille minus absona à Christiana Religione differuit. Et hoc quidem inter Medicos, & eos, qui Philosophiae operam nauant. Cum vero duorum generum sint Turcae: Alteri, qui Christianam fidem eiurarunt: Alteri, qui è Turcis parentibus orti, numquam Religionem nostram sunt amplexi; Prioris generis omnino difficiliore sunt, quod grauiore Apostasia onere pressi; cum bonum Dei verbum gustauerint, clauserunt oculos ne in Coelum aspicerent. Dociliores tamen ij redduntur, qui tantum metu, aut adeo carnis illecebris, Christo renunciarunt. Cum enim reclamantem sentiunt conscientiam, ratione aliqua cuperent autam religionem iterum amplecti. Reliqui autem Turcae ipso naturali lumine ducti, ac Christum blasphemari non permittentes, diuitias, & pulchritudinem Christianae legis eo magis admirantur, quo magis, aliquis vitae probitate, plusquam argumentis auctoritatem sibi apud eos conciliauerit. Et Probitas enim ac temperantia, quarum virtutum rectissima norma est nostra religio, praecipua ratio est, atque perefficax (quod alibi quoque diximus) ad persuadendum. Quamobrem id altissime, ijs, qui adierint ad Turcas, & gentes, infixum cordi esse debet, quod Apostolus Petrus dispersis in Oriente fratribus scribebat, dicens. Charissimi obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo, quod detrectat de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Ac postea penultimo eiusdem epistolae capite. In quo (ait) admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriae confusione, blasphemantes, qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos, & mortuos. Hoc igitur virtutis fundamentum nixi, si aliud non confueremur, quam ut peccati sceleratam agnoscerent; atque ab eo sensum secedere aliquatenus attentarent; ac propterea minus peccatorum committerent, certe Diuinae pietati gratissimum esset. Accedit ad haec. Quod, quicquid huiusmodi est, quod in Oriente sub alieno illo Dominatu aegrius procurari posset, id inter Christianos, ad quos veniunt Orientales, tentari commode licet. Qui enim Venetias, Anconam, & alio nauigant, si Christianarum virtutum exempla viderent; vel item à nobis acciperent libros, unde earum vim agnoscerent (plures enim Italice, Gallice, Hispanice noscunt) Arabice quoque ac Graeco vulgari idiomate & slauonice conscriptos assequerentur, quid prohiberet, quominus praestaremus quod Christianos decet charitatis officium; etsi ipsi nil denique proficerent?

Duplex quasi Turcarum genus.

Quinam dociliores è Turcis.

1. Pet. 2.

Virtus quae tibonicaus fa.

Cum Turcis quomodo agendi.

Libri variorum linguarum perutilis.
Gulic. mi pariffensis loea quib. optime agit aduersus errores. Harum regum quae christiana aduersantur.

Hic vero ego peruelim, ut sacerdotes, qui eas Orientis siue Insulas, siue oras frequentant, librum de legibus Guilelmi Parisiensis, ac praesertim eiusdem libri vigesimum quartum caput diligenter euoluant. Eo enim planissime docet Obrebrationem, & corruptionem naturae humanae causam fuisse, & radicem impietatis, ac nobilissimae mentis humanae prostitutionem, per quam multi veritatem non propter ipsam, sed propter aliud quaerere studuerunt stulta curiositate. Idcirco variis erroribus implicati, ac multis inquietudinibus vexati requie animis haud inuenerunt, hoc est Deum, qui est quies virtutis nostrae, & rationabilis, & apprehensibilis, & concu-

concu-

A concupiscibilis, quae datae sunt animae, ut per eas recte ordinatas anima efficiatur capax perfectae beatitudinis, & legitima sponsa Dei: cum alioquin necesse sit ipsam animam fornicari. At & idem Guilielmus superioribus eiusdem libri capitibus, praesertim decimo octauo ac decimo nono planius aperit, quis Sergius Monachus, quae origo Mahometanae sectae, quae gens Imaelitica, qui progressus fuerint eiusdem, ac quibus rationibus facile possint euinci: Vigesimo autem recitat eorum sententias, qui dixerint legem Hebraeorum legem esse fortunae, legem Saracenorum legem esse naturae, legem Christianorum legem esse gratiae. Mox affert opinionem tribuentium huiusmodi legum diuersitatem stellis, sicut sectarum particularium coniunctionibus, & participationibus planetarum. Id quod ingeniosissime improbat. Sed & vigesimo primo, secundo & tertio capite destruit errorem credentium vnumquemque in lege sua esse saluandum: de quo peccato egregie agit. In libro autem de Penitentia capite nono Haereticis, Iudaeis, & Saracenis respondens, alia presse ac grauissime confutat. Quae omnia cum imbuendis pietate animis, magno futura sint visui, nemo est, quia ex ijs recte perceptis possit & se ipsum statuere & alijs solide optulari.

B Porro cum qui ex Europa ritus latini homines in orientem nauigant, si catholici agendi ratio fuerit. Quippe ex Ecclesiasticis & Regularibus seligendi essent tum legatorum christianorum facellani, tum pauci quidam in caenobijs qui alijs exemplo, doctrina, oratione ad Deum praelucent: ij ergo commodissime tractandi, atque ad spiritualia exercitia, si his indigeant, sin minus ad auxilium a lae ad animos iuandos inuitandi, aut certe ab illis quoque consilium petendum, quibus libros pios, & alia tradere erit perutile. Ex catholicis etiam habendus delectus, ut per quos facilius ac suauius insinuari veritas, & pietas possint, per istos fiat. Doctrina Christiana, si Christianorum pueros doceatur, ea publice potius in templis, quam priuatim tradatur. Arripiunt enim scandali, atque calumniae occasioem aliqui, traducendorum sacerdotum, si in domos pueri aduocentur. Cum haereticis nisi valde opportune id fieri possit, aut nisi quaerentibus respondendum esset, de ea, quae in nobis est fide, vitanda erunt colloquia, ne quid praesertim Caluiniani comminiscantur, quo operarij Ecclesiae ablegentur. Si quid pijs effici potest libris illic, id fiat. Sin minus, committenda Deo res est. Ceterum quae de ratione agendi cum haereticis diximus, ex septimo libro petenda sunt.

C Postremum, quod huic loco videtur adijciendum, erit librorum Index qui in Turcica classe sunt inuenti, cum ad Naupaetum prope Echinades Insulas Victores fuere foederati catholici: Hinc enim conijcere cordatus, atque idem eruditus vir Dei poterit, quam ratione aliquando se in gratiam Turcae alicuius primarij poterit insinuare; si quo modo tandem concepta de nobis meliore sententia, legis Christianae praestantiam tanquam à fide dignis audire cuperet.

- De caelestium orbium numero liber vnus.
- De intelligentiarum numero tractatus.
- De Vnitate aut pluralitate Mundi.
- De sursum, aut Deorsum.
- De Mundi, & caeli Dextera, & sinistra.
- De Galaxia, siue lacteo Circulo.
- De umbra tam ex Elementaribus, quam ex caelestibus corporibus, Stellis, &c. (solem excipio) proficiscente.
- De situ stellarum fixarum in Aplane, hoc est firmamento, vbi sunt Planetae.
- Quota hora sit apud omnes cuiuslibet Regionis gentes, qualis item diei nostrae hora quolibet anni tempore.
- De centro Mundi, & Vniuersi Caeli ad ipsum collati constitutione, ac Motu.

- Quare sol paucioribus diebus Australia, quam Borealia peragat signa.
- De altitudine Caucaei Montis, de qua Aristoteles in Meteoris loquitur.
- Futuram maris tranquillitatem, aut tempestatem recognoscere.
- De Elmet nu magis ab Aequinoctiali linea Sol cum ad Cancrum, quam ad Capricornum accedit, cognoscere.
- Ratio noscedi, quantus vnuscuiusque aquae decidentis sit impetus: Vniuscuiusque altitudinis, vel magnitudinis, vel Venti, vel nauis, vel triremis, vel virium Remigum, vel vnus triremis generatim, aut singuli remigis.
- Facilitas agendi remos in triremibus, ac minore

Premuniendi quomodo Religio si, vel clerici, qui ad Turcas commeant.

Libri inuenti in classe Turcica.

nore cum Remigum numero parem ma-
iori impetum promouere.
Monita addenda ponderi statere, qua de ma-
teria scripsit Cusanus.
Palsimetria, hoc est, Ars præcise dimetiendi
quot siue passus, siue passuum millia nauis
procefferit in longum, latum, mixtum, ac
terrenum orbem. mixtum autem dico, ubi
Terra, & aqua sunt transeunda.
Ars dimetiendorum milliarium terra, mari-
ve secundum Mundi longitudinem, atque
corporum caelestium consideratione, Res
difficilis, atque à nemine inuenta, quem-
admodum à Francisco Coper Hispano Hi-
storiographo occidentalium Indiarum ob-
seruatum fuit.
Facilitas & ars mouendæ nauis.
De Verfabilitate Acus, seu Iudicis Nauiga-
torij: De magnete, & eius Vsu ad quoduis
humanum commodum.
Artificiale Velum, quo cum Vento ad dexte-
ram, vel lauam pro desiderio Rectoris cla-
ui, nauis moueri possit.
Artificialis constructio triremis, quæ sine re-
mis, ac Vento nauiget.
Hydrotechnia, hoc est liber, siue Ars omniū

commodorum, quæ natura, vel arte pos-
sunt ex aquis proficisci. **A**
Architectonia, hoc est, Artificium Principū,
ad perpetuandos suos Principatus sacros,
vel Ciuiles omnium nationum.
Anemologia, hoc est Tractatio de ventis, eo-
rumq. supra Terram situs, & motus.
Dioptrometria, hoc est ars metiendi quæ-
cumque sub mensuram cadere possunt,
caelestia, terrestria, propinqua, distantia
per Quadrantem Astronomicum.
Horametria, hoc est, Ars construendorum
omnium Solarium Artificiorum per ipsum **B**
Quadrantem.
Terrametria, hoc est Modus dimetiendorum
omnium corporum, plenorum, Vacuorū,
per solum Quadrantem, aut Quadrilon-
gum. Ac reductionis omnium figurarum
mensurabilium, ad horum figuram, & de
Quadratura Circuli.
Consolatio Visioneia, Quod est Volumen
omnium consolationum, quæ ex scientijs,
studijs, & veritatibus capiuntur ab homi-
nibus earum studiosis.
Pyromachia.
Ydromachia, **C**

DE GENTIBUS AC PRÆCIPUE INDIS NOVI
Orbis, deq. eorum tribus classibus. Caput VII.



VOD S. Thomas Aquinas scripturus aduersus gentes præfatus
est officium quidem sapientis esse veritatem eloqui, & errorem
contra veritatem oppugnare: At contra singulorum errores age-
re, id esse perdifficile: quod aut singulorum errores ignotifint:
aut quod non omnes vetus, vel nouum Testamentum admittant,
per quæ Iudæi, & hæretici possunt euinci: ac proinde esse confu-
giendum ad rationem naturalem, cui omnes assentire coguntur: quæ tamen in re-
bus diuinis est manca; Id iam facilius est, cum non solum patuerint hoc sæculo
quæ S. Doctore superstitite, prouinciæ minus innotuerant, verum etiã nouus ipse orbis
se exeruerit, frequentiq. Christianorum ad eos cursu, & nauigatione, non tam re-
gionum, quàm & ingeniorum qualitas singulis annis magis illuxerit. At multo ad-
huc facilius quotidie fit, posteaquam non tam mercatores, quàm Theologi, im-
portantes in omnem terram Euangelium, sæpe iam nauigarunt; inde autem reuerfi
plures eadem retulere, quin & scripsere luculenter. Ac de ijs quidem, qui tum an-
tiquitus, tum hoc sæculo, hoc præstiterunt, sequenti capite dicemus; Nunc autè or-
dinis ratio poscit vt è libris de natura noui Orbis, & de procuranda eorum salute,
qui libri à Iosepho Acofta Theologo Societatis nostræ, qui in Indijs aliquot annos
Euangelio annunciando commoratus est, fuere conscripti, aliquid de tribus Indo-
rum classibus huc inferamus, quandoquidem ad eas reliquæ ferme omnes gentes
referrî possunt. Quamuis igitur (inquit) Indorum nationes innumerabiles sint,
quarum singulis sui certi ritus & mores sunt, quas alio atque alio modo instituere
oporteat, tamen cum id ego præstare non possem, cui plurimæ gentes ignotæ sunt;
& vt maxime essent cognitæ, immensum opus existeret singillatim de omnibus di-
sputare, operæpretium duxi, vt barbaris omnibus accommodatius scriberem, Per-
uensum maxime habere rationem. Idq. feci duabus ex causis; Vna, quod hæ pro-
uinciæ mihi notiores essent, vt aliquid certius afferrem: Altera, quod hoc Indorum
genus

Facilius est
nunc, quâ
tempore S.
Thomæ Ge-
nium erro-
res euincere.

IOSEPHVS
Acofta.

A genus veluti medium mihi inter cetera semper est visum, ex quo facilius veluti ex-
trema iudicari queant. Etsi enim Indi vocantur barbari omnes, quos nostra ætate
Hispani & Lusitani suis classibus longissimo Oceano traiecto inuenerunt, non so-
lum ab Euangelica luce alieni, sed ab humanis quoque institutis abhorrentes, ta-
men non omnes eiusdem ordinis sunt, sed Indus Indo, (vt comice dicam) multum
interest, barbarus barbaro longe præstat. Barbaros autem probati auctores eos ef-
se definiunt, qui à recta ratione, & hominum communi consuetudine abhorrent.
Vnde barbarica stoliditas, barbarica feritas, barbaricæ quoque opes, & opera
apud nobiliores scriptores celebrari solent, quæ & ab vsu hominum ceterorum
valde recedunt, & sapientiæ, certæque rationis vix quicquam habent. Hos autem
omnes Noui orbis barbaros, inde Indos appellatos existimo, quod apud veteres
remotissima tegio, quæ fines orbis terrarum claudere putaretur, India esset, quo
Alexandrum Macedonem, & Traianum Cæsarem penetrasse, & sacri, & prophani
scriptores, tanquam terminos terræ adierint, cum magna laude commemorant. Ex
quorum imitatione nostri nomen ad nouas à se inuentas gentes deriuasse mihi vi-
dentur. Quanquam initio non Indi, sed Insulani, aut Antiliani, Occidentales bar-
bari dicebantur. Cum igitur horum prouinciæ, nationes, genera plurima sint, ta-
men mihi diu rem diligenter peruestiganti tres, veluti classes esse barbarorum
videntur, quæ magnopere inter se discrepent, ad quas ferè nationes hæ Indicæ re-
digi possint.
Prima classis eorum est, qui a recta ratione, & consuetudine generis humani nõ
ita multum recedunt. Hi sunt potissimum, quibus & respublica constans, & leges
publicæ, & ciuitates munitæ, & magistratus insignis, & certa, atque opulenta com-
mercia sunt, & quod omnium caput est, litterarum celebris vsus. Nusquam enim
litterarum, & librorum monumenta extant, quin eæ gentes, humaniores, & maxi-
mè politicæ sint. In hoc genere primi videntur esse Sinenses, quorum ego charac-
teres vidi Syriacis persimiles, qui librorum copia, academiæ splendore, legum
& magistratuum auctoritate, publicorum operum magnificentia plurimum florere
dicuntur. Secundum hos sunt Iaponenses, tum pleræq. Indiæ Orientalis prouin-
ciæ, ad quas Asiatica, atque Europæa instituta olim peruenisse ego non dubito. Hæ
gentes quamuis barbaræ re vera sint, & à recta & à naturali lege plerisque in rebus
discrepent; tamen ad salutem Euangelij non aliter ferè vocandæ sunt, quam olim
ab Apostolis Græci & Romani, ceteriq. Asiæ, atque Europæ populi. Nam & po-
tentia præstant & nonnulla humana sapientia, atque à sua ipsi ratione potissimum,
Deo intus agente, vincendi sunt, & Euangelio subigendi, quos si per vim & po-
tentiam Christo subicere pergas, nihil aliud agas, quam vt à lege Christiana alie-
nissimos reddas. In secunda ego classe eos barbaros numero, qui quamuis neque
litterarum vsu norint, neque leges scriptas, neque philosophica, aut ciuilia stu-
dia; habent tamen magistratus suos certos, habent rempublicam, habent frequen-
tes, & certas sedes, vbi politiam suam seruant, habent militiæ & duces & ordinem,
& religionis suæ celebritatem quandam. Denique ratione quadam humana re-
guntur. In hoc genere erant Mexicani, & Peruenfes nostri, quorum imperia &
Respubl. & leges, & instituta merito admirari quibus possit. Et quod incredibile
pene videatur, litterarum inopiam, tanta ingenij dexteritate suppleuere, vt & hi-
storias & vitas, & leges, & quod est amplius, temporum cursus, & rationes numero-
rum ita teneant quibusdam à se excogitatis signis, & monumentis, quos ipsi Qui-
pos vocant, vt nostri cum litteris suis plerumque eorum peritiæ cedant. Nescio
equidem an certiores Arithmeticos, cum quiduis est numerandum, aut partien-
dum, litteræ nostræ faciant, quam hos signa illa sua. Memoriam verò omnino est
admirabile quam fidelem etiam rerum minutissimarum per Quipos suos diutif-
sime conseruent. Multum tamen etiam hi, & à recta ratione & à consuetudine ge-
neris humani absunt. Hæc autem classis latè patet, & primum imperia continet,
quale Ingarum fuit, deinde regna minora & principatus, quales Caci qui plerique
habent,

S. Tho. in
epi. ad Ro.
c. 1. lect. 5.
& 1. Corin.
19 lect. 2.

1. Mac. 7.

PRIMA clas-
sis Indorū.

SECUNDA
classis In-
dorū.

QUIPVS cer-
tissimi Ar-
ithmetici.

habent, tum magistratus publicos ab ipsa Republica creatos, quales Araucani, Tucapelenses, ceteriq. Chilenses ferè sunt. His omnibus illud commune est, vt oppidatim viuant, ac non palantes more ferarum, vt certum Iudicem præfectumq. habeant, & iura sua cuique feruentur. Sed quia morum & rituum & legum monstra tantaque apud hosce sunt, & tanta in subditos fauendi licentia, vt nisi potentia Superiore & auctoritate regantur, vix aut Euangelij lucem, aut homine ingenio vitam dignam accepturi videantur, aut si semel acceperint, non facile in ea perseueraturi intelligantur, meritò his præfici, qui inter tales ad vitam Christianam transierint, Christianos principes & Magistratus, cum res ipsa deposcit, tum ecclesiæ auctoritas præcipit: sed ita tamen vt facultatibus forunisque suis & legibus non naturæ, aut Euangelio contrarijs vt liberè permittendi sunt. Iam verò tertia atque extrema classis barbarorum, quot hominum nationes, quot huius nominis orbis regiones teneat, dici non potest. In hac sunt homines syluestres, feris similes, vix quicquam humani sensus habentes, sine lege, sine rege, sine fœdere, sine certo magistratu, & Republica, sedes identidem commutantes, aut ita fixas habentes, vt magis ferarum specus, aut pecudum caulas imitentur. Huc in primis pertinent, quicunque à nostris Carybes dicuntur, nihil aliud quam sanguinolentiam exercentes, in hospites omnes faui, qui humana carne vescuntur, nulla veste, vix ipsa virilia regentes. Hoc barbarorum genus Aristoteles attingit, cum ferarum more capi & per vim domari posse scripsit, quorum in nouo orbe sunt infiniti greges. Tales Chunchos, Chiriguas, Moxos, Mcaycingas nobis vicinos nouimus, tales plerosque Brasilienses, tales Florida propemodum vniuersæ populos narrant. Pertinent etiam ad hanc classem ij barbari, qui etsi atroces non sunt, neque tygrides aut panthera, tamen à pecudibus parum distant, nudi & ipsi, timidi, tædissima Veneri aut etiam Adonidi, vulgo dediti. Quales esse ferunt, quos nostri Moscas vocant, in nouo regno, quale Carthaginis omnisq. eius ora promiscuum vulgus, & qui per magnos Paraguay fluij maximi campos incolunt, tum etiam plurimæ gentes, quæ infinitum vtriusque Oceani medium tenent, nondum nobis satis explorata, sed fama certæ. In Orientali quoque India Insulares permulti eius generis esse videntur, vt Maluquiani. Huc etiam spectat aliud barbarorum genus mansuetum, sed sensu valde exiguo, qui nonnihil superiores excellere videntur, quandam Reipub. imaginem præ se ferentes, sed nugarum perfimiles & leges & cultus gerentes: cuiusmodi esse feruntur, qui apud Insulas Salomonias dictas innumerabiles habitant, & maxime continenti hæere dicuntur. Hos omnes homines, aut vix homines, humana docere oportet, vt homines esse discant, tum puerorum more instituire, & siquidem blanditijs sponte ad meliora ducantur, bene: Sin minus defendendi non sunt, sed si aduersus salutem suam proteruiant, & in magistratus medicosq. suos infant, per potentiam & honestam vim quandam, ne Euangelium impediant, coercendi sunt, & in officio continendi; quos de syluis transferri ad vrbes, & humanam vitam, & quodammodo inuitos ad regnum introire compellere expediet. Neque enim de omnibus Indorum gentibus eodem modo pronunciare oportet, nisi grauitè errare malimus. Neque verò aut cupiditatem & tyrannidem magistratam adhibere Euangelij, aut quod æque noxium est, otiosam imperitorum quorundam philosophiam certæ & exploratæ rerum ipsarum fidei, & experientia anteferre. Mihi cum in has vastissimi orbis terrarum gentes tot sæculis ante ignotas oculos conuerto, nihil aliud magis dicere libet, quam illud. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Verè enim altissimi & nobis penitus inscrutabilis consilij fuit, vt tot gentes multiplicarentur, quibus esset tamdiu salutis ignota via. Quas tamen nostro sæculo, quod alijs generationibus non est agnitum, ad Euangelium vocare dignatur Dominus, & concorporales facere, & participes mysterij Christi: idque eo ordine & modo, ita aliud agentibus nostris hominibus, vt altitudinem diuini consilij humana mens penitus reformidet. Horum igitur omnium salutem procurandam, & sentimus & dicimus Christo duce: ac pro

Arist. 1. & 5. Polit.

Luc. 14.

Psal. 111.

Ephes. 3.

A ac pro nostra inopia aliquid afferre tentamus; quo ministri Euangelij iuuari queat. Et res quidem ipsa difficilis, noua, varia existit: vires autem nostræ perquam exigua. Qui autem docere dilucide potest, & quæ docuerit, animo persuadere, ille certè est magister omnium, idem Sapientiæ dux & sapientium emendator, in cuius manu sumus & nos & sermones nostri. Ipsi honor & gloria & nunc & in diem æternitatis Amen.

Porro Gētium vbique, ac præcipue in nouo orbe iuuarū non eadē fuit ratio: neq; adeo vna hoc tempore sententia est. Vi initio, potiusquam Euangelio est actū. Cōtra nunc Euangelio tantū, nō armis, aut Magistratus auctoritate agendū esse quidam existimant. Cordatores Euangelium, & Magistratus auctoritatem nec essariā esse iudicant recte. Sed & interea non desunt, qui vrgeant opus illud esse omnino deferendū. Reliqui si non deferendū, certè ab excipiendis Indorum confessionib. & ab sacra iis porrigenda Eucharistia esse abstinendum. Qui dicunt esse deferendū, afferunt tanti non esse vniuersum illum Occidentis, & Orientis tractum, vt transmitendis tot maribus, & linguæ illi difficili addiscendæ, ac concionando vita sit ad dicenda. Hæc quidem illi. Quæ omnia si æquo animo, atq; attente perpendantur, nemo non intelligit vnus spiritus esse non posse, quæ non cohærent. Pleraque certè astum Satanae produnt, qui se in multiplices spiras torquet, vt bene currentium conatus aut retardet, aut prorsus impediatur: Diuinæ interea Sapientiæ vias reprobet, quasi negotium tam insignne noui orbis ad Christianā fidem vocati ex Deo non fuerit. Qua arte simul patrocinij Regum auertat: Christi regnum, quod inde augetur, imminuat; necessaria remedia remouat: Qui Christo dedere olim nomina, tanquā omni præsidio destitutos adducat in desperationem; eos, qui nunc Christianā amplexi sunt fidem, seducat; dissensiones inter sæculares Magistratus, atq; Ecclesiasticos ferat; Gentes licet deuictas, non dum tamen erga Christianos propensas, ad seditionem commoueat; Eos, qui nouissimè Christianæ se adiunxerunt Ecclesiæ, tanquam calamos quassatos conterat: Hæreticos iuuet, qui remis, velisque; a ddo, & piraticam exercentes Catholicorum sacerdotum Euangelium in Indias importantium sanguinem iam fuderunt, quem ex alijs sitire non desinunt.

Horum igitur primò retundenda sunt tela, mox è CHRISTI penu promendum est, qui fecit vtraque vnum, quod iuuaris gentibus conduceret. Ac quidem summi momenti est in qualibet re, præsertim autem in tanta, quanta est Orbis noui conuersio, vt noscatur Diuina voluntas: Ratio qua ipsa in rem conferatur: Sedulaq; operi manuum admotio. Testantur autem plurima, factum infinita Dei clementia fuisse, vt fidem hoc sæculo Christianam Indi susciperent, vt prorsus de ipsius voluntate nullus restet ambigendi locus: Id quod & de Medijs Diuinitus ad tam insignne opus promouendum, negandum non est. Porro illa Dei sunt propria; quæ in id simul concurrerunt. Verbi Diuini Prædicatio. Domini IESV notitia. Conuersio complurium populorum. Salus plurimarum animarum, infantium, virorum, mulierum, ægrotorum, etiam qui diu lecto affixi, denique baptismo accepto ad Cælum ilicò euolarunt. Quæ omnia magno cum rerum variarum euentu, atque miraculis contigerunt. Licet enim id ipsum alij peroptauerint, & adeo nos cupiamus; Deus tamen (inquit Apostolus) nouit, qui sunt sui: ac quos ab æterno nouit, istos prædestinauit; quos autem prædestinauit, hos item non solum internis inspirationibus, verum etiam clara CHRISTI Domini prædicatione vocauit; & quos vocauit, conuertit, & sanctificauit; atque ad illos, vt audirent, & conuerterentur, misit Concionatores; atque vt hi eò proficiscerentur, eos ipse & reliquos impulit, à quibus denique missi, transuecti per maria, conseruati, & custoditi sunt. Inde igitur vniuersa huius conuersionis moles, & ratio ortum, progressumq. coepit, vt quicquid ex ea boni manauerit, id Diuinitus factum sit; quicquid autem mali acciderit, iustissimè id à Deo fuerit permittum: quippe qui hominibus semel traditam libertatem adimere non vult.

Opus autem Diuinum fuit: quoniam hæc tanta res absque eius voluntate,

Ccc

ac pa.

In hoc alios
effe dicitur, dif-
ficulas ite-
neris, fup-
rata.

ac patrocinio nunquam fieri potuiffet: Tot enim maria, atque vniuerfae Ter-
ra ambitum obire, ac sanctum eius nomen, & IESV CHRISTI Domini fi-
dem in tam diuerfas gentes, easque adeo barbaras, & efferas, atque indomi-
tas inferre, vt in toto Terrae spatio nullus sit locus, in quo Christi fama, & no-
men non percubuerit, certe non potuit non esse digitus, ac dextera Dei, quae tan-
tam virtutem fecerit.

Et verò notum est pluribus, à Lusitania per Tertiarias, & alias Insulas
SVR, perque longissimam Africæ, atque Asiæ oram vsque ad Regnum Sina-
rum: & à Castella per Canarias, & alias Septentrionales Insulas; atque per in-
gentes tractus PERVANOS, & nouam Hispaniam, atque Philippinas, ac deniq;
vsque ad SINAS Mundum fuisse peragratum; sparsumque interea fidei Christia-
nae semen, excitataque plurimorum corda, vt conuertantur; præter eos, qui conuersi, ac
conuertendi sunt, quos ab æterno prænouit Deus.

Hæc cum ita sint, ruit eorum opinio, qui quoniam huic rei efficiendæ media quæ-
dam humana Deus adhibuit, eam haud diuinitus obtigisse suspicantur. Tâto enim
admirabilior Diuina prouidentia, & sapientia apparuit, quæ tam infirmis. vfa sit me-
diis, cupiditate, lucro, curiositate, & ipsis hominum vitiis, vt tantam rem suauis, le-
cretius, pacatius, sine multis miraculis, aut prodigiis, ac quasi sine sensu, quod ferè
facit, promoueret. Quamquam enim complanasse dena leucarum millia itineris,
quina per Orientem, totidem per Occasum sola ipsa videatur humana cupiditas,
certissimum tamen est in hoc inprimis Diuinam concurrisse voluntatem, quæ Sum-
mo Pontifici desiderium, Regibus Zelum, Religiosis sollicitudinem, & labores, per
multis probis, ac piis charitatem indidit, vt gentes, quæ longissimè aberant,
fierent proximæ. Quamobrem dum aliis maria cupiditas æquabat, vt aurum conse-
querentur, eadem inseruiebat Deo, ac seruis suis, vt ipsamet illa maria traicerent
ad animas CHRISTO lucrandas. Quibus enim mediis homines sua negocia
agunt, iisdem nec cogitantes excolunt Diuinum agrum, & findunt Terram, ex qua
coelestis horrei seges Deo semper ferente, & operante maturefcit ad frugem.

Nō esse de-
ferendū o-
pus, quod
improbi vi-
uant inter
Indos.

Nec verò recte faciunt, qui vt Diuinum hoc improbant opus, mala quæ inter In-
dos committuntur, obseruant, bona non item. Fatemur enim esse adhuc complures
improbos, & idololatrias. At si propterea opus Dei negandum sit, Ecquis aufit in-
ter Christianos vim vllam Diuinam agnoscere, inter quos viuunt tot peccatores,
hæretici multi, plurimi vitiosissimi, meretrices innumeræ? Sanè quorum mens in
Diuinæ Sapientiæ vias acutius inspicit, flores inter spinas, triticum intra paleas,
aurum sub terra dignoscens, Diuinam eò magis bonitatem commendat, quò magis
ille rectam, & sarram tueretur apud nos fidem, pietatem Regum, & Principum,
disciplinam Antistitum, virtutem bonorum Christianorum, vsum frequentem
sanctorum Sacramentorum; Diuini Verbi prædicationem, studia scientiarum, lu-
cem, atque notitiam Dei, hoc est, totius boni. Ceterum improbi iuuandi sunt;
Nec reprobandus hortus, qui totus non sit flores; nec palea abiicienda, quæ tota
non sit triticum; nec vniuersa Terra existimanda est inutilis, quæ vniuersa non sit
aurum. Quin & hinc tanto maior de misericordia Dei concipienda spes est, quòd
inter Gentes adeo barbaras tantam fidem plantauerit, fodinas (vt ita dicam)
tot animarum aperuerit, Ecclesiam tot Archiepiscopis, Episcopis, Clericis, Re-
ligiosorum ordinibus munitam excitauerit, tot item paræcias, doctrinam Chri-
stianam, Sacramenta, Scholas, Academiæ, tot Principes Viros ibidem
constituerit.

Marc. 16.
Luc. 24.
Act. 1.
Matth. 28.
Apoc. 7.
Sophon. 2.
Esa. 42. &
66.
Act. 17.
Rom. 1.
Coloss. 3.

Sed & valide se istorum argumentis opposuerit, qui recordetur mandantem
Dominum IESVM Apostolis, vt vniuersum peragrarent Mundum, vt omnes do-
cerent Gentes: ac Prophetas prædicentes attenuationem cunctorum Deo-
rum terræ; atque Aethiopiæ interfectionem gladio Domini, quod est Verbum Dei;
& futuram omnibus Gentium Insulis veram Dei adorationem, quæ dicturæ es-
sent laudem Domino: Ac linteum esurienti Petro oblatum, ne videlicet puta-
retim-

A ret immundum, quod DEVS sanctificauit. Quæ cum ita sint, non est (inquit
Iosephus Acofta) Christiani pectoris, sed à CHRISTI Spiritu alienissimi,
homines inde auocare, & à negotio gerendo dehortari: cum difficultates om-
nes quantacumq; sint, Dei præcepto, & gratia superiores esse non possint, fructusque
animarum, vt parcissimè succedat in tam infinita multitudine, non possit non esse
copiosus, & multo maxima merces apud DEVM.

Idem dicendum est aduersus eos, qui ceteris difficultatibus linguarum, inepti-
tudine barbarorum, & si qua sunt alia incommoda, atque pericula deterren-
tur. Quod quoniam aptè perfectus est idem Acofta iisdem libris de procu-
randa Indorum salute, propterea rogo, vt qui sese vocari ad sanctam illam ma-
rium traiectionem senserint, nimirum vt Deo Indos vocanti cooperentur, eum
attente versent, ac perlegant: Septimum præcipue caput libri primi. Quomodo
Indorum ingenia tractanda sunt, vt Christo lucrifiant: Octauo enim satis aperte
indicat, Barbarorum ineptitudinem non tam à natura, quàm ab educatione, & con-
suetudine proficisci.

Veruntamen quoniam non desunt, qui specie perfectioris boni cogitent nil aliud
esse curandum ijs, qui ad Indias pro Euangelio nauigant, & adeo reliquis, qui
Christiani sunt, quàm vt illuc in baculo, & pera proficiscantur; vni Deo
absque aliis præsiidiis innixi, certe, non omnino omnibus in locis ita pensanda
res est: Quin secundo addendum. Non solum destrui finem, cum media tol-
luntur; sed diuersa quædam pro diuersis Mundi quasi ætatibus requiri. Potuisse
quidem illud ab Apostolis præstari, quibus varia charismata, linguarum do-
num, & peculiaris à Deo concessa facultas fuerat, donec grandesceret, quæ
plantabatur, Ecclesia. At irrigatio cessat (inquit Gregorius Magnus) vbi arbor
egit radices: Et quod non valet sacerdos efficere per Doctorum sermonem (ait
Isidorus) iam potestas hoc debet implere per disciplinæ terrorem. Sanè verò
plurimis, qui sub Regum patrocinio, atque inprimis à Sedè Apostolica ad Indias
transmiserunt, si naucleri, naues, remiges, milites, commeatus, vestes, libri, por-
tus, domicilia defuissent, Ecquid inter illas truces gentes sine miraculorum, &
linguarum dono efficere potuissent? aut quomodo sine Magistratu, præsiidijsve
vllis salui fuissent? Et vero qui absque his medijs, specie quidem zeli, sed
non integra fortasse scientia impulsus, in easdem gentes aliquando procurre-
runt, paucissimi fuere, qui aut re infecta, aut omnino non redierint, aut
non perseverauerint, aut denique miserè trucidati non sint in FLORIDA, in no-
ua Hispania, in Brasilia, in Peruano tractu, in Philippinis, in Malucis, in Ma-
cano, Malaca, & in reliqua India. At contra reliqui Diuinum negocium be-
ne gessere, qui pristinam viam institerunt, in eadem Florida, Chichimecis,
California, noua Mexico, multis tractibus Peru, Brasiliæ, in plurimis item
Insulis Archipelagi Philippinarum, Babuyana, Lequius, China, Cochinchina,
Camboxa, Ciano, Iaua, Burneyo, & plerisque aliis Insulis. Huc verò fa-
ciunt, quæ idem Iosephus Acofta octauo, & nono capite, ac sequentibus se-
cundi libri de procuranda Indorum salute, magno cum iudicio, ac pietate
pertractat, veterem, & exactam euangelizandi rationem ostendens non posse
seruari exactè inter Barbaros; docens item, cur miracula in conuersione gentium
non fiant nunc, vt olim à Christianis Prædicatoribus.

Ioseph. A-
cofta li. de
procur. In-
dorum salu-
te cap. 9. &
cap. 11. 12.
13. 14. 15.
16. 17. 18.
libri 6. vbi
agit de ne-
cessitate co-
fessionis: vt
& eiusdem
libri de Eu-
charistia p-
cipienda c.
7. & seq.

Vide ca. 8.
& 9. libr. 2.
Ioseph. A-
cofta.

*QUAE ADUENIENTE IN MUNDUM DOMINO,
cura fuit Apostolis Gentes ad Christum adiungendi, eandem Ecclesiae, omni
parte saeculo, sed hoc potissimum fuisse, cum in Novum orbem gratia
sua diuinitas Deus infudit. Caput VIII.*



DORRO ad gentes docendas, atque ad Christianam Religionem ab earum calumniis, vindicandam, scripsere Graecè, Latine, ac patria lingua plerique, è quib. aliquos attigisse sat fuerit, tum quod idololatria in multis nationibus concidit, quæ cunctis non indiget argumentis, quæ olim aduersus eas afferebantur: tum quoniam Euangelij luce dispulsæ sunt crassiores illæ tenebræ, quibus earum corda obscurabantur.

Et egregium quidem opus contra Gentes scripserat olim Tatianus, nisi quod nominis & meriti gratiam perdidit, cum post Præceptoris sui Iustini Martyris nouam condidit hæresim. Quare & iudicio Diuino fortè factum est, vt integer eius labor interierit. Scripsere item Iustinus idem Martyr, Clemens Alexandrinus, Eusebius, cuius operum hac de re Methodum secundo libro breuissimè inseruimus, Theodoretus de affectione Græcarum, affectionum, Apollinarius Laodicenus, ac quotquot è Græcis vel Diuinâ Scripturâ sunt interpretati, vel orationes habuerunt aduersus Iudæos, & gætes, vbi sese dabat occasio. Quales fuerunt inter alios Io. Chrysostomus, & Cyrillus Alexandrinus. Ex Africanis autem potissimè Tertullianus suo Apologetico, Augustinus opere de Ciuitate Dei nunquã satis laudato, & Arnobius, & alij.

Extra Africam vero ij, quos supra memorauimus, nitidiorè stylo; sed alij accuratiore, ac Scholastico examine: quemadmodum inter omnes Sanctus Thomas Aquinas, eo præsertim opere, quod scriptum aduersus Gentes interpretatus est magna cum laude Franciscus Syluestrius Ferrariensis. Et verò hic eius Interpretis Clementi VII. Pont. Max. testatus est ingenuè, se nunquam, vel Schedulingam à B. Thomam neglectam legisse, quæ illum in eius admirationem non traxerit: aut nunquam B. Thomam euoluisset, quin abierit doctior, vel eius amantior; In libris tamen istis, quos aduersus Gentium errores inscripsit, seipsum (inquit Syluestrius) B. Thomas visus est superasse: neque enim Christianæ Reipub. (subdit) aut nostræ fidei, aut humanæ, Diuinæq. Philosophiæ splendidius, luculentius, vtiliusve aliquid afferri potest. Accedunt ad B. Thomam, quæ Guilielmus Parisiensis, tum in reliquis libris, tum præcipuè in primo de fide ac legibus sapienter disseruit. Ex his autem Ecclesiæ luminibus qui vim illam rationum hauserit, vix dici potest, quam armatus procedet ad præliandum prælia Domini, quæ potissimum in eo consistunt, vt animi Deo vocanti cedant, seq. in Patris clementissimi manus dent integre.

Sed quoniam in Scholasticis intelligendis, altior est puteus, quam vt inde omnes hauriant: Ad omnium autem captum visum sunt ista scripsisse hoc sæculo, qui patria lingua suos hac de re labores edidere, idcirco sciant rudiores vberem sese fructum percepturos ex ijs, quos diximus, Ludouico Granata, & Io. Auila: quorum ille in Introductione sua in Symbolum, hic verò suis spiritualibus epistolis de Euidencia credibilitatis fidei (vt loquar cum Scholis) appositissimè egerunt. Vt certè valde essent commendandi, qui eam susciperent curam, vt ex illorum operibus, hi duo libelli exempti cuderentur, atque ijs qui in Gentes, atque ad Indos comitant, subinde, cum soluunt è littore, traderentur.

Ipsam enim aut itineris, aut nauigationis ocium ingentem ansam præberet ea legendi, quibus sese præmunirent, ac ceteros in fide statueret, vel ad fidem Ethnicos, Deo inspirante, allicerent.

Extat vita B. Ludouici Beltrami à Vincentio Iustiniano Antistio Hispanicè scripta, in qua de eius inter Occidentales Indos commoratione per aliquot annos agit, septimo, octauo, & nono capitibus, quæ expediet attentè legere.

Iam

1567. Editio melior prodit Lugduni ad insigne Salamandæ.

LAUS LIBRI B. THOMAE aduers. Gentes. GUILIELMVS PARIENSIS.

LYDOVICVS GRANATA. IO. AVILA.

A Iam verò è litteris Indicis, quas nostri ex India persæpe scriptas Typographi Italicè, Hispanicè, Gallicè, Latine ediderunt, obuia sit passim, & Christianæ Religionis inter Indos defensio, & eius vterius propagandæ ratio. At Iosephus Acofta noster, cum duplici Opere, Altero de Natura noui Orbis: Altero de procuranda Indorum salute: Latine quidè antea, deinceps autem Hispanicè auctius egisset, turâ viam ijs munivit, qui posthac ad Indos (præsertim Occidentales) mittentur à Deo. Nã quod pertinet ad Orientales, ipsæ Goenses, atq; Iaponiæ, & Sineses epistolæ materia suppeditant vberem, eiusdem negocij rectè procurandi: Nisi quod, qui hæctenus de Sinarum regno libri circumlati sunt, ac typis expressi non ad eò naturam illius, ceteraq; continent, quin plènius, & interius (quare & verius) de quibusdã egerit Alphòsus Sancius Societatis nostræ, qui cū aliquot annos in Philippinis Insulis fuisset, ac bis ad Sinas nauigasset, ad extremum ab ea gente, Episcopo, & Regis Præfectis ad Catholicum Regem Philippum, deniq; ad Pont. Max. allegatus omnia nobis voce, scriptisq; hic Romæ, vbi hæc scribimus, reliquit. Sed de Sinesibus plenissimè Michaël Rogerius Italus, & ipse è nostris, qui cum decennium prima Euangelij cū sociis eo in Regno fundamenta iecisset, saluus ad nos rediens pleraq; omnia mihi comunicauit, quæ partim sequenti capite, partim alibi, Deo aspirante, copiosius attin gam. Id vnum addo, quando in Asia, quæ Gentes Scythiam, atque alias Prouincias incolunt, eam linguam Arabicam vel norunt, vel discunt, eisdemq; idiomate libros habent manuscriptos, è re futurum, si qui ad eos traicerent, libros Romæ in magni Ethuriæ Ducis Typographia, quæ linguarum dicitur, iam eleganter Arabicè editos secum afferret. Qui verò hæctenus sunt absoluti, hi sunt. Nempè, quatuor Euangelistæ Arabico omnes idiomate; idem deinde cum Latina interpretatione interlineari. Duæ Grammaticæ; Altera quam Cassiam vocant, Altera quam Garromiã. Liber Geographiæ. Euclides. Quinque libri Auicennæ Canonum Medicinæ: Eiusdem Logica, Philosophia naturalis, & Metaphysica. Iam verò paratur editio Actorum Apostolicorum: Epistolarum Apostoli Pauli, aliquæ aliæ Grammaticæ, ac Dictionaria: plures alij libri Medicinæ. Grammatica item ac Dictionarium idiomate Persico cum Latina Interpretatione. Quatuor Euangelistæ, ac libri alij: Persæ autem libentius audiunt homines de Christiana religione loquentes, & antiquum in pluribus vocibus Latinis obtinent, quippe quorum maiores antiquitus fuerint Christiani, atque ad eò Martyria pro fide Christi insignia subierint.

D *QUIBUS RATIONIBUS GENTES, ET INDI
iuuari possint. Qua occasione id certioris historia de Regno Sinarum
innotuit, quod hæctenus ignoratum est, quodque Auctor reli-
quis suis Commentarijs in lucem postea edendis co-
piosius adtexuit. Cap. IX.*



AD Sineses quod pertinet, quando hæctenus incertior eorum apud nos historia fuit, hæc dici nunc possunt, rem quidem totam propriis Commentarijs egere, quæ Deo iuuante emittentur in lucem; at interim eam percipi posse ex adiuncta (sed breuissima & vera) Regni Sinarum narratione: E libris, quos de virtutibus moralibus ante aliquot sæcula gentes illæ retinent. Ex Catechismo, quem in linguam Sinensem verti, & in eo Regno edicari curauit, quemadmodum & plures annos eum edocuit, Michaël Rogerius Societatis nostræ, à quo hæc accepimus.

Sinarum igitur Regio fecundissima est, atq; amplissima, vltima terrarum Asiæ ab Oriente, & à Meridie alluitur Oceano, quem Sericum vel eorum prisca dixere, ab Occidente Indiam vterius artingit, à Septentrione autem cingitur Mafagetarum, Scytharumque limitibus, qui quidem Scythæ cum essetatisimj

sint, identidem Sinas bellis infestant, licet certo quodam temporis spatio inter A se aliquando foedera pacifcantur, quam ob causam Sinenses suis in limitibus ducentarum leucarum longitudine murum munitissimum struxerunt, qui eam Regionis partem tutatur. Tota Regio in quindecim diuiditur Prouincias, quarum singulae quauis cum mediocri Regno conferri possunt, inter quas duae praecipue (Pacquinum alteram, alteram Nanquinum incolae dixere) Regiae vocantur; in altera, scilicet Pacquino, quae ad Scythas vergit, Rex suo cum comitatu maximo diuersatur. Hisce duabus Regiis aliae omnes Prouinciae subiectae sunt. Vrbes praecipuae magnitudinis, quae vocantur FV, hoc in Regno numerantur centum quinquaginta quinque, paulo minores quae dicuntur CEV ducentae triginta quinque, Villae autem (instar Villarum Hispanicarum) quae vocantur HYEN, mille centum quinquaginta quattuor, reliqua autem parua loca innumerabilia penes sunt, in fluminibus tamen B quibus circumflua est tota Regio, mobiles habere domos tecti inopia coguntur, quippe sobolescente indies prole, & in alienas regiones migrationibus interdictis, vni Regi turba hominum omnis per summam concordiam obtemperat. Regio quia magna ex parte intra temperatae plagae limites continetur, caelo est saluberrimo, & purioris aurae dulcedine perfruitur, ea fertilitate, vt ingenti prouentu diuersi generis (praesertim arorij) copiam frugum gleba fundat. Hinc hortorum innumeralis multitudo, tam arte, quam natura amoenissimorum; flumina, quae magnas quoque patiuntur cymbas viridissimo riparum vestitu passim labuntur; magnam praeterea volucrum vim, & ferarum ad aucupium, & venatum, paludes, luci, saltusque suppeditant; metalla auri, argenti, & ferri gignit tellus feracissima: odores, aromata, gemmae, margaritae praecipuae nobilitatis, vasa fistilia, praeciosa pelles, mollissimaq. serici fila, praeter ingenitum a natura praecium, vix vllum in huiusmodi aestimatione propter abundantiam habent; vt huic genti quia haecenus negatus est paradisus (dicas datum esse terrestrem) nihil aliunde ne ad delicias quidem requirant: Incolae (vt aliqua iam de moribus attingamus) iustitiam in primis colunt, maiores Magistratus non ex indigenis leguntur, quod magis inter ignotos odio, & amore vacui, rectam in administrando rationem sequuntur: non commendatione nobilitatis ad honores euehuntur, neque per ambitionem, aut corruptelas, sed dato sui in imis documento, gradatim ad maiora conscendunt; Magistratus, Praefecturaeque non tam honoris, quam oneris, nec tam beneficij, quam laboris loco Rex tribuit; feruolque omnes, & affectas sua alit impensa, vt quot domesticos, totidem habeat non assentatores, sed vitae arbitros, actionumque censores. Ex aperto administrantur omnia, solitudines, & secreta colloquia, arcanique susurri vetantur, quod minus flagitijs, & fraudibus, quae lucem oderunt, aditus sit. Regij redditus penes incredibiles: infinita quadam tenentur argenti cupiditate, quod auro praefereunt, & tum indidem effossum, tum illatum auarissime accumulunt: in cultum corporis praecipua est capillamenti cura: nam crines exquisite pexos in verticem coactos illaqueant, & oblongum ex argento clauum in laqueum inferunt; neque omnes eodem modo crines componunt: Coelibes comam a fronte discriminant, Mariti confundunt. Ceteri Primarii, quiq. militiam exercent serico verticillato, inopes, infirmi, bombe regunt corpora: sagis vtuntur media sui parte crispis, ac rugosis; fusa, & explicata; lacinae sunt: accedit talaris tunica, quam qui est Regia stirpe sunt, aut supremo aliquo Magistratu funguntur circa baltheum maxime, ceteri lumbo tenus acupingunt; caput operiunt praecelso pileo, è subtililibus virgulis atro filo contextis: salutandi ritus inter plebeios eiusmodi, leuam in pugnum constrictam dextera regunt, ambas deinde saepius admouent pectori, simulque accommodato ad gestum sermone amico blandiuntur, ac bene precantur: At Primores brachijs arcuatim extensis, ac digitis vtriusque manus implicitis identidem se ad terram vsque submittant, verbisque humanitate plenissimis certant, vter posterior alterius honoris causa quiescat: sellis mulieres, rhedis, & vehiculis Viri feruntur: illarum sella praetensis ex omni parte velis, occultae speculationis causa reticulatas habent ex eboris fenestellas

las ad latera; horum vehicula partim equis iuncta sunt, partim hominum humeris deportantur: non sine magna voluptate rustificantur: aucupio, venatui, piscationi multum inuigilant: illa in primis pisces capiendi iucunda ratio, praegrandes, ac domesticos eiusmodi praedae coruos assuetos habent, horum colla nodo ita laxo constringunt, vt nequaquam interclusa respiratione cibos tamen transmittere, ac deglutire non valeant: ita è cymbis demissi admirabili solertia sese in aquas immergunt, pisciculos ore conceptos, maiores autem rostro apprehensos fideliter in cymbam vnde abiire identidem referunt, quoad solutis faucibus ipsi quoque ad satietatem pascuntur. Quod ad animum attinet, praecipuas eius partes duas, intelligentiam, atque voluntatem ita excolunt, vt si solum naturae lumen inspicias, nihil habeas, quod quasi desideres: nam cum variae sint pro rerum varietate facultates, omnes in penes toto pectore peruestigandas incumbunt. Poetae inter illos plurimi, & egregij nascuntur, ex quo illorum ingenij praestantia cognoscitur, praesertim cum illorum carmina non certo tantum pedum numero, sicut Latina, sed quadam etiam, sicut Italica, sint necessitate rhythmorum astricta; in eloquentia plurimum elaborant, & frequentes habent de religione, de Reipublicae administratione, & de virtutis laudibus conciones; Geometriam, & Arithmeticam optime callent; Physicam tamen vix attingunt; Astrologiam penitus amplectuntur, vt humana contemnere, caelestia appetere videantur, cum tamen miseri ad inferos ruant: reliquis etiam artibus incredibilem vim declarant ingenij, & industriae; quam licet summam habeant, multum tamen ab huius potentiae distant perfectione; quippe cum ex Sancti Augustini sententia, vera cognitio viam intellectui aperiat, infidelitas claudat, voluntatem non habent illam quidem perfectam (qui enim fieri potest, cum humi depressi optimum rerum omnium IESVM CHRISTVM non ament?) ita tamen informant, vt quo fidei destituta praesidio peruenire natura possit, peruenisse videatur: Cuiusdam autem voluminis de moribus, quorum plurima habent (in hoc enim ferè toti versantur) hoc est initium.

Humanae institutionis ratio posita est in lumine naturae cognoscendo, & sequendo, in aliorum hominum conformatione, & in suscepta probitate retinenda. Quando autem coeptum fuerit vbi sistendum est, tunc homo consistit, consistens quiescit, quietus securus est, securus potest ratiocinari, & diiudicare, demum potest fieri voti compos.

Res habent ordinem, vt aliae antecedant, aliae sequantur. qui scit hunc ordinem tenere, non procul abest a ratione, quam natura praescribit.

Principio, qui voluerunt naturae lumen, animis hominum ad mundi perfectionem concessum, inter mortalitatis huiusce tenebras dispicere, prius Regnum constituerunt; qui autem Regnum optimis voluerunt institutis, & legibus temperare, domum suam recte administrarunt; Domum suam recte administrare qui voluerunt, semetipsos ex rationis praecipuis formauerunt: Qui vitam suam penitus cum ratione consentire cupuerunt, eius, quod intimum esset, cordis scilicet, & mentis statum summo studio direxerunt: Qui cor quaesuerunt ab omni labe facere alienum, eius cupiditatem, & studium aliquod vel amplectendi, vel fugiendi ordinarunt; hoc verò vt praestaret, cuiusque rei causas, & naturas noscere studuerunt. Quinque autem virtutes ponunt, quas perpetuas vocant, de quibus ferè totis suis illis voluminibus fusissimè, & subtilissimè disputant. Primam, Amorem, quem vniuersalem dicunt, hoc est, qui ad vniuersos vel inimicos, & hostes deriuatur; qua virtute inducti Rogerium è nostris, quem diximus, qui paulo ante fuerat expulsus, reuocatum amantissimè susceperunt; tum Beneficiorum memoriã, & grati animi declarationem; necesse enim videtur esse, vt beneficiorum sint memores, cum immemores sint iniuriarum; tum etiam sunt vrbanitatis studiosissimi, cum qua singularem sociant Prudentiam, quam ita exercent, vt per mille, & eo amplius annos rerum praecium, neque auctum, neque imminutum sit, nihil de imperio detractum; denique huic etiam comitem penes necessariam Veritatem, & simplicitatem addunt, scilicet ne prudentia sola in astutiam

tiam vergat, quæ virtutes maximæ sunt præparationes ad Christianam Religionem excipiendam, & quasi præcultiones quædam, & subactiones Terræ, vt semen Diuini Verbi facilius exceptum, felicius effundat; nam verè si inspicere velimus quæcumq. possunt quempiam in Christianam Religionem inflectere, omnia summa Sinenses habent: nam ijs, quæ diximus, diligens accedit repressio, & moderatio cupiditatum, ex quo fiet, vt pacato animo, atque tranquillo veritatem faciliè agnoscant, agnitæque amplectantur; vt illud Platonis, qui pro foribus Academia scriptum appofuerat, nemo huc accedat, nisi Geometra, hoc est qui omnia, & præsertim corporis sui terrestres, & humanos motus rationis regula metiatur; optimè ad hoc transferri possit, vt scilicet ad Christi Academiam admittantur; hac quasi cultura præculti. Huc accedit naturalis ipsa Sinensium docilitas, atque facilitas, quod si, vt Poëta canit; Nemo adeo ferus est, vt non miscere possit, si modo culturæ patienter accommodet aurem; multo magis gens non efferato, sed facili ingenio excolitur, præsertim si cultorū præstata adhibeatur. Adde quod nescio qua animi inductione, vix vltimo in honore suos habent Sacerdotes (si sacerdotes dicendi sint) nec admodum parrii sunt dediti superstitionibus, an quod inanes esse deprehenderint, an vsu iam confirmato, non dixerim faciliè: Certe cum hoc sit, non erit difficile, eos ab illa Secta auellere, cui non ita tenaciter inhæreant; Quod manifestissimè apparuit superioribus annis, dum Patres nostri per decennium commorati, nunquam mutis illis Deorum simulacris signum aliquod venerationis ostenderint, immo verò nonnulla ex Idolis destruxerunt, & noua templa ad veri, atque immortalis Dei gloriam cum Prætorum licentia erexerunt; nec propterea aliquam iniuriam, aut offensam ab Ethnicis acceperunt; Ergo à religione non abhorrent, neque suis sunt superstitionibus addicti, suos enim contemnunt Deos, quippe quos præter externam speciem, & ligni materiam, vident habere nihil: intelligunt autè perspicacissimo viri ingenio illam animorum in muta animantia transmigrationem absurdam esse. Deinde cum Pseudosacerdotes illi neminem consequi posse beatitudinem dicunt, nisi perpetuo flexis ante Idola genibus degant, & quasdam precatiunculas, certo numero, & conceptis verbis effundant, hanc necessitatē à nulla vera religione imponi posse apertissime vident. Quin etiam cum in historiis antiquos illos suos Patres longè se castiores, honestioresque fuisse comperiunt, qui hæc Idolorum monstra non nouerant, sic ratiocinantur; vnde hæc tanta morum diuersitas? si hi Dij essent, ad omnem nos virtutem incitarent. Sunt etiam LVZI, sacerdotum genus, qui quàmuis inanissimam ipsi suspicionem inducant, Idolorum tamen multitudinem acerrimè impugnant. Hæc dixerim, ne quis eos animo putet esse à religione alieno, sed eo magis ad Christianam propensos esse intelligat, quòd à sua sunt alieniores. Iam verò maximam rei gerendæ facilitatem Regni totius administratio; statulque suppeditabit, quippe, cum perpetua pace fruuntur, non erunt armorum strepitus, qui rem perturbent, aut remorentur, quod maximum est in Iapone impedimentum. Ac cum ab vno Rege ita pendeant, vt quicquid ille probauerit, probent omnes, & amplectantur, videtur res in vno tota consistere.

Sequitur Catechismus, quem idem Rogerius Superiorum permisso edidit characteribus Sinensibus, hoc est notis, & figuris, quibus in scribendo vtuntur, excusum, quem iam plerique in eo Regno libere legebant. Rationem in eo conscribendo habuit ille earum rerum, quæ solitæ sunt à Sinensibus interrogari. Itaque hæc capita continet

1. Ostenditur esse vnum Deum.
2. De Diuinis Virtutibus.
3. Declarantur hominum errores circa Dei cognitionem.
4. Agitur de iis, quæ pertinent ad Deum omnium Creatorem, & differtim de rerum creatione.
5. Agitur de euentu Angelorum, & primorum parentum.
6. Ostenditur animum humanum esse immortalem.

7. Agitur

- A 7. Agitur de iis, quæ pertinent ad Deum Legislatorem, & quoties lex Diuina fuerit promulgata.
 8. Prosequitur Sacerdos tertie legis Diuinae promulgationem, & Deum assumpsisse naturam humanam exponit.
 9. De articulis Fidei.
 10. De decem Christianæ Legis mandatis.
 11. De Consiliis à CHRISTO propositis.
 12. Differitur de Sacramentis, & præcipuè de Baptismo.
 13. Agitur de Deo quatenus remunerator est.
- Is autem Catechismus Deo dante Latinus edetur. Interea verò, ne auidos morer lectores, hæc pauca habeant.

B. Iuuantur Sinenses potissimum doctrina remedij tanti, quantum fuit Christi Domini nostri Incarnatio, & Passio. Nam cum vnum finem administrandi restè Republicam sibi proposuerint, intelligant verò perturbationibus animi fieri, vt eum consequi nequeant, curentq. enixè, vt adolescentes, dum litterarum studiis operam dant, peccatorum occasiones declinent, victoriam tamen illam non consequuntur, quòd frustra sine Diuina gratia laborent, licet minus inhabiles fiant.

Propterea item summopere iuuantur, si hæc doceantur, quæ sequuntur.

Fuisse Incarnationis, & Passionis Dominicæ remedium præsentius, præstantius, & Diuinæ gloriæ conuenientius.

Non fuisse rem vilem, quòd Deus humanitatem nostram assumpserit, cum eam ornasset tot gratis vnionis personalis, & vniuersalis capitis, vnà cum gratis aliis gratis datis, linguarum, miraculorum, Prophetiarum, & aliarum virtutum, & donorum supernaturalium: his enim omnibus vilitas humanitatis nostræ ab humanitate CHRISTI sublata est.

Mortem Crucis, etsi fuit gentibus stultitia, & Iudæis scandalum mysterium tantum ignorantibus, honorificentissimam tamen coram æterno Patre fuisse. In cruciatibus enim, & morte non propter pœnam malus quisque est iudicandus, sed causa spectanda est: hæc vero causa si iusta sit, & ob publicum bonum, quanto acerbior sit, atq; ignominia plenior, tanto gloriosior existere in patiente sine propria causa. Id quod maximè suspiciunt Sinenses, cum gloriantur & ipsi si innocenter, atque ob Rempublicam patiantur.

Sed & mirificè erga Decalogum afficiuntur. Erat in Prouincia eius Regni, quæ dicitur QVANSI, Prorex in publico confesso. Aderant plerique Ciuitatum Præfecti. Is cum ceteris audientibus Decalogi præcepta legisset, grauissimè locutus. Hæc, inquit, Lex Diuina est: Nam si ab aliquo Rege condita fuisset, ea tantum ipsius Regno esset vsui. At hæc vniuersalis est, atque omnibus quadrat. Quin Sinenses sibi persuasere, leges omnes, quæ ab hominibus scriptæ sunt, errare, ac proinde salutem afferre non posse. Idque ipsum credunt de sua ipsorum lege, quam à Scythia accepere, quem XACAM vocant Iaponij.

Immortalem esse animum: hac enim veritate imbuti facilius reliquas veritates imbibunt.

Ac publicè quidem eos baptizari prohibet nemo. Verum summa deinde adhibenda cautio est, ne plures simul conueniant ad Ecclesiam. Alternatim igitur sat est, si decem, quindecimve acceperint, nequid videlicet Præfecti suspicentur. Cui autem mulieribus numquam domo egredi liceat, nulla ratione id modo cum iis præstandum est. Quin ea cura relinquenda parentibus, & maritis, vt illas domi & Catechismum doceant, & baptizent.

Externas ceremonias admirantur, quæ quantò decentius fiunt, tantò ædificantur magis.

Pecuniæ, rerumq. mundanarum auidissimi, ex earum contemptu, quem vident in Christianis sacerdotibus, rapiuntur in admirationem. Huic contemptui si addatur grauitas quædam humana, & auctoritas, omnia facilius Deo adiuuante persuadebuntur. Piis ope-

Pijs operibus, visitatione aegrotorum, eleemosynis, & ieiunio permouentur. **A** Ex-
tat in eorum libris caput, quo abstinencia, atque ieiunium ad castitatem, ac pu-
ritatem seruandam docent efficac esse, atque conueniens sacerdotibus suis re-
medium.

Qui eorum conuersionem fatagunt, non ostendant peritos esse se aut regio-
num, aut climatum &c. facile enim suspicantur inde aliquid damni Regno posse
imminere.


Idiomatis Sinensis notitia perutilis, ac necessaria est. Quod, si quemadmodum
Maometanis concessit Rex Sinarum, vt Meschitas in suo Regno excitarent, ita
Christianis aliquando integrè liceat, ingens ad Christianissimum accessio spe-
randa erit.

B Iam de libris, qui in Europa de Sinensibus rebus editi circumferuntur, erit locus
agendi, siue in Commentariis nostris, siue in Sacra Bibliotheca. Id interim pro
certo habendum est, multa ad eorum, qui eos scripsere, non potuisse venire noti-
tiam, quibus, vel diuturna commoratio non fuit, vel interior aditus in eo Regno
non patuit. Certè quæ vel de militum copiis penè innumerabilibus, vel de prædica-
tione S. Thomæ Apostoli, ac de aliis ab illis scripta sunt, secus se habere decennij
commoratione experti sunt nostri.

F I N I S L I B R I N O N I .



A  **A R G V M E N T V M**
L I B R I D E C I M I .

B  **V**AE cum Indis, & Gentibus essent agenda, postremo supe-
rioris libri capite breuius, quàm tanta res poscat, egimus:
spe commentaria vberiora emittendi. At interim ne quem
fraudemus, cuius cor tetigerit Deus, vt ad diuites illas ani-
marum fodinas traiciat, omnino addendus huc fuit vtilissi-
mus liber, quem non tam scribendo, quàm operando, viginti totos annos
edidit Alexander Valignanus, qui pro Societate nostra in vniuersa Orien-
tis India fuit tum Visitator, tum Prouincialis, hodieque adeò eum tractum
ingentem administrat. Cuius certè scripta in tanto illo negotio versatissimi,
potius erant huc adtexenda, quàm vt nos inde aliqua decerpentes, nominis
nostri magis, quàm salutis, & vtilitatis aliorum videremur habuisse ration-
em: siue enim per nos, siue per alios glorificetur Christus, in hoc gau-
dendum est.

C Hinc igitur cum Iaponiis quidem; At & cum vniuersis Gentibus (ne di-
cam etiam cum Catholicis, quorum corda galefacienda sint) quænam ratio
adhibenda sit, intelligent, qui vtrumque librum, qui in hac nostra Bibliotheca
locum Decimi, & Vndecimi occupant, perlegerit attentius.



D **C A P I T A L I B R I D E C I M I .**

- | | |
|--|---|
| <p>E 1 <u>Rationem esse inftar lucis cuiusdam, qua in-
tellectus humanus in percipiendis, & diu-
dicandis rerum differentijs illustratur.</u></p> <p>2 <u>Vnum esse primum principium intelligentia
prædium.</u></p> <p>3 <u>Cur Iaponij in errores de primo rerum prin-
cipio prolapsi sint, de quo vera, & certa do-
ctrina traditur.</u></p> <p>4 <u>Humanum cor non esse vnã, & eandem
rem cum primo principio, id quod Iaponij
docebant. Vnde post hanc vitam nullum su-
peresse premium, aut pœnam sequitur.</u></p> <p>5 <u>Quæ de apparente quam vocant, doctrina.
Neque Cami, Fotoque, Xacam, Amidam
posse in hac, vel alia futura vita domina-
ri; ac proinde nullam esse felicitatem, quam
Iaponij docent.</u></p> | <p>6 <u>Leges à Iaponijs latas esse falsas, & iniquas:
salutem per eas conferrì nullam: earum cul-
tores damnatum iri.</u></p> <p>7 <u>Christianorum legem, & doctrinam esse à
Deo latam, & traditam: ex hac vna veram,
rectam, & certam existere, quæ homines ad
salutem sempiternam adducat, curque fides
necessaria sit.</u></p> <p>8 <u>Mundi creatio, casus Angelorum, & lapsus
Hominum.</u></p> <p>9 <u>Ex primis parentibus homines geniti, quomo-
do in varios errores ruerunt: veritatem ta-
men à Deo subinde semper fuisse Humano
generi per aliquos monstratam: Causse item
cur Dei filius incarnari, nasci, pati, & mori
voluerit.</u></p> |
|--|---|



ANTONII POSSEVINI
SOCIETATIS IESV

Liber Decimus

BIBLIOTHECAE SELECTAE.

Qui est de Ratione procurandæ salutis Iapo-
niorum, & aliarum Orientalium
gentium.



RATIONEM ESSE INSTAR LUCIS CUIUSDAM,
qua intellectus humanus in percipiendis, & diiudicandis rerum
differentijs illustratur. Caput Primum.

Discrimen
inter homi-
nem, & Bru-
ta.



DISCRIMEN, quo vno potissimum à ceteris animantibus homo secernitur, est, quod reliquæ animantes vita tantum, & sensibus præditæ sunt, quorum ministerio ad propria vitæ suæ commoda trahuntur, & sese tuentur, & seruant: ratione vacante, & intelligentia carent, qua quid in rebus verum sit, quid falsum, & quid prosequendum ut honestum, & bonum, quid fugiendum ut turpe, & malum, discernere queant: homo verò præter vitam & sensus, quibus eum Deus suo beneficio donauit, vi quadam, & facultate longè præstantiore constat, quam mentem, & intelligentiam vocant, qua per rationes, & argumenta confecta rerum veritatem inquirat, & quid differat inter honestum, & turpe, cognoscit. Mens itaque, siue ratio, & intelligentia in hominibus verè instar lucis cuiusdam est, qua intellectus humanus in percipiendis, & diiudicandis rerum differentiis illustratur: & sicut candelæ lux iuuat ad oculos corporis dirigendos, ut quæ sit eundum, homo probè cernat: alioqui sine lumine in caligine, & tenebris oberrat: nec nouit, quæ feratur, aut tendat: sic animal, quod rationis, & intelligentiæ luce caret, in cœcitate, & rerum ignoratione versatur: nescit verum à falso, bonum à malo distinguere: nescit, turpiterne, an honeste, & bene faciat: &

Aciat: et quemadmodum rerum colores sunt propria oculorum obiecta: neque enim potest corporis aspectus vllam rem intueri, quæ non sit aliquo colore affecta: nec factis est ad videndum color, sed opus est etiam lucis præsidium, nam dum rerum colores iacent, et versantur in tenebris, nihil penitus cernere possumus: sic proprium mentis, & intelligentiæ obiectum est verum, & ratio est veluti lux, qua veri notitiã percipimus, quæq. dignoscimus, sitne verum, an falsum, quod dicitur. Ob hanc rem tanta est inter verum in ratione positum, & hominis intelligentiam consensio: ut quod ratio falsum esse demonstrat, intellectus ut verum iudicare non possit: & quod turpe esse, & malum ostendit, tanquam honestum, & bonum prosequi nequeat: & quoties homo fallitur pro vero falsum amplexus, idè labitur, & errat, quia falsum ei ut verum apparet: quapropter ne decipiatur, opus est, ut intentum, et vigilantem animum adhibeat, rerum differentias duce ratione expendat, ut sic ductu rationis, tanquam veri luminis fulgore diiudicet, sitne verum, an falsum, quod dicitur, sitne malum, an bonum, quod sit: ita ut, quod ratio naturalis verum esse docet, & quod bonum ostendit, id amplectatur, & teneat: et quod falsum esse, et malum iudicat, id totum improbet, & respuat. Tractaturi igitur de veritate, & probitate legum, ut verã, rectamq. legem, & dignam, quæ eligatur, & obseruetur ab omnibus, cognoscamus, rationem duce sequi debemus: cuius præuio illustrati lumine videbimus, quæ sit vera, & recta viuendi lex, quæ item falsa, vana, et hominum deceptrix: & ut hoc melius intelligatur, Iaponiorum sectas, & leges principio tractabimus: ubi veritas eorum, quæ in hac Iaponensium sectarum, et legum confutatione tradentur, firmis rationum præsidijs muniatur: vanitas verò, & falsitas eorum, quæ in hisce sectis, & legibus deteguntur, mendacia, fraudes, cõmentæ, et fabulæ, argumentis verissimis confutabitur. Nihil dicetur, quod iniuria aliquem afficiat, vel offensione lædat: sed potius eo animo, ut planè omnes intelligat, quid differat inter verum, & falsum: hoc enim vnum sollicitè curamus, & magnopere cupimus, ut vniuersi veram, rectamq. vitæ legem amplexi eam sectentur, & teneant viuendi normam, quæ saluos eos ad optatissimum sempiternæ vitæ finem rectissime perducatur.

Mentis ob-
iectum est
verum.

Tractatio
de verita-
te, ac pro-
bitate le-
gum.

De Iaponio-
rum sectis,
& legib.

Finis huius
Tractatio-
nis, & sco-
pus.

UNUM ESSE PRIMUM PRINCIPIUM INTEL-
ligentia præditum. Cap. II.

PRIMA omnium quæstio, in qua veluti quodam naturæ impulsu incitati summo studio nituntur homines veri aliquid, & certi inuenire, ea est, sitne aliquis primus, & summus mundi opifex, cuius nutu, vi, & potestate tota hæc rerum vniuersitas procreata sit: & an ille res curet humanas, & hominum genus administret, & regat, ita ut piorum, et impiorum rationem habeat: & bonos pro bene gestis operibus beneficiis, & præmiis remuneret, et improbos suppliciiis meritis, & debitis afficiat: et in præsentia, vel in futuro sæculo reddat vnicuique prout bene, vel male se gerit, aut meritis honores, aut pœnas. Hæc quæstio, ut quæ vehementer omnium hominum interest, quod quisque suam vitam bene, recteq. instituat, ita est in omnium animis naturaliter insita, & impressa, ut nullæ penitus sint nationes, et gentes, à quibus non fuerit accuratè tractata, et disputata diligenter. Id apertè testantur tot, tantaq. scriptorum volumina, tam diuersis vbique hominum linguis de huius quæstionis tractatione confecta: nec est vlla hominum natio tam barbara, tam rudis, et ignara rerum, quæ ductu rationis, ceu quodam luminis radio illustrata non intelligat, necessario constitui debere vnum primum, & summum rerum omnium principium, à quo suum ducat initium, et originem habeat totus hic mundus, et quidquid eius complexu vastissimo continetur. Ceterum in hoc primo rerum principio inquirendo in tribus maximè cernimus homines diffidere: primo in huius principij vi, & natura, siue substantia docenda. Secundo in ratione explicanda, qua primum principium rebus omnibus cõmunicat vim, et naturam, qua constant, et sunt: nam quisque hac in re id dixit & docuit, quod sibi probabilius

De primo
rerum prin-
cipio tres
sententiæ.

D d d bilis

An huic vi
re alia suc
cedat.

An prou
dentia sit
reū huma
narum.
An pignu
pena ve sit.
Secta Iapo
niotum in
ter se differ
ta.

GONIT
verbum Ia
ponicu def
gnat verita
tem, & veri
tatis spe
ciem.
Xaca, & A
mida Iapo
niorum ma
gistr.

De futura
felicitate,
quid Iapo
nij.

Femina an
& quomo
do felicit
tem sint ad
epture.

Dux Iapo
niorum fe
ctz.
Altera que
specie ve
ritatis, Al
tera que la
tentem re
rum verita
re dicitur
sequi.

SOQVXIN.
SOQVBT.

IXIN.

Rerū prin
cipiu qua
le Iaponij
faciant.
XIN.

bilis videbatur. Tertio in exponendo ultimo omnium hominum fine, in quem vniuersæ vitæ nostræ actiones referuntur: & quem nosse nationes omnes, & gentes summo semper studio curantur: nimirum an huic vitæ præsentis alia succedat, in quam homines huius sæculi munere, & officio functi transferantur: & an primus, & summus rerum omnium opifex prouidentiam rerum humanarum habeat: an administrat, & regat hominum opera: an curet, qualis quisque sit, quid boni admittat, quid mali agat, quid eligat, ac probeat, quid respuat, & fugiat: ita vt in hoc præsentis vel in alio futuro sæculo vnumquemque pro meritorum ratione, vel beneficiis, & præmiis, vel suppliciis, & tormentis afficiat: & in hac vltima quæstione fuit semper longè maior, quàm in cæteris difficultas. De his etiam quæstionibus secta Iaponiorum, & leges aliquid tractant: quæ quamuis multæ sint, & inter sese discrepantes, & tam confusè de hisce rebus agant, & disputent, vt vix percipi, & intelligi queat, quod dicitur, & sententiam subinde variant, & mutant: omnes tamen in vno verbo communi opinione consentiunt, nimirum GONIT, quod duo significat, veritatem, & veritatis speciem, idest verum, & apparatus. Alij namque rerum tantum specie ducti id confectantur, quod foris apparet, & cernitur, ac dicitur: alij verò quod intus latet, amplectuntur, quam ipsi veritatem appellant. Quod autem ad opinionem corum, qui rerum faciem extrinsecus apparentem sequuntur, spectat, communis est omnium sententia, in qua fuisse XACA, & AMIDA, et alios eiusdem generis FOTOQVE legimus, esse quædam certa, et distincta loca in quatuor mundi plagis, & partibus constituta: quibus in locis quotquot habitant, lætam, et felicem vitam agunt, suisque rebus satiati, et contenti sunt, et vniuersas Iaponiorum leges tulisse FOTOQVE, quas qui obseruant, et colunt, quum primum ex hac vita discedunt, ea loca petent, et ibi renascentes FOTOQVE mutabuntur in formas triginta duab. figuris donati, et octoginta qualitatibus, affectibus, quibus præditi in omnem æternitatem viuunt læti admodum felices, et sua sorte contenti. Aiunt insuper in hæc loca foeminas admitti non posse, vnde eas, quæ prædictarum legum obseruatione, et cultu saluæ sicut in viro rum formam, et figuram solitas transferri, eoq. foeminae sint natura detestabiles, execrandæ, et immundæ. Docent item eos, qui instituti, et informati à FOTOQVE prædictas leges violauerint, quum ex hac vita præsentis migrant, in alia quædam inferiorum loca delabi, quæ sex esse dicunt, et ibi sex poenarum genera passuros, nec vnquam in posterum ab illis cruciatibus, & suppliciis liberandos: & quamuis de hisce rebus vnaquæque Iaponiorum secta loquatur, vt vult, communi tamen consensu quicumque extrinsecam rerum faciem sectantur, in hoc, quod diximus, conueniunt, & hanc opinionem rudes, & vulgares homines amplectuntur. Porro quod attinet ad sectas eorum Iaponiorum, qui intus latentem, vt ipsi putant, & dicunt, rerum veritatem sequuntur, tametsi inter eos nonnulli sunt, qui prædictam de extrinsecus apparenti rerum specie, opinionem profitentur, alij tamen eam sententiam præmittunt, & negligunt: suumque omne studium, & operam collocant in meditand. abiicientes omnem prorsus disciplinam, quæ in verbis, & sermone consistit: huic sese totos exercitationi addicunt, & dedunt, quam suo proprio vocabulo SOQVXIN SOQVBT vocant, quod significat cor: Paradisum, & inferos tollunt, hoc est beatam bonorum in cælis sedem, & sempiternam perditorum hominum apud inferos poenam, dicentes vnum esse principium rerum omnium primum, & summum: quod in rebus singulis inest: & tam ipsorum hominum cor, quam reliquorum omnium intimum nihil ab eo principio differre: omnia item quæcunq. sunt, quum dissoluantur, in vnum, & idem principium reuerti, quod ipsi dicunt IXIN, quod fuit ab omni æternitate vnum, clarum, & lucidum, ab omni decremento, & incremento alienum, figura carens, ratiocinationis expertum, vitam agens otij, quietis, & tranquillitatis plenissimam. Hoc rerum principium, quod dicunt vnicum, & singulare XIN quidam appellant vnicum, & eximium, singularem, ac verum FOTOQVE: alij vocant cor: alij primam rationem, vel purissimam sententiam: alij esse dicunt gradum claritatis: alij DAINICHI CAQVVO, quod significant, magnum Solem, & Regem intelligentem: alij veritatem celestem vnicè claram, & perspicuam: alij veram

sub-

A substantiæ, & accidentium imaginem: alij sempiternum AMIDA, alij IPPOQVQVO significat verbum subito productum: alij veram absque dignitate personam: alij perexiguam sermonis mutationem in loquedo factam, quales sunt ij, qui apud eos CAMI nuncupantur, appellant QVNITOCO TACHINOMICOTO: alij, qui Philosophi apud ipsos habentur, quales sunt COXIROXI, vocant QVIOBVNODAIIDO, quod significat maximam, & longissimam viam confectorem. Quod verò pertinet ad merita hominum supplicia, vel præmia aiunt, eos, qui in hac vita præsentis ad perfectam primi principij notitiam, & intelligentiam peruenerunt, perfectam FOTOQVE, & successorum eius gloriam, & honorem assequi: eos verò, qui nunquam ad absolutam primi principij cognitionem pertingunt, ex vno inferiorum loco in alium renascendo commigrare: in alio autem sæculo omnes in illud primum rerum omnium principium redire, quod vocant ICHIBVTXO, inter inscitiam, & sapientiam nullum esse discrimen, inquirunt: & quum ad hoc inquirendum, & examinandum venitur, continuò dicunt, malum, & bonum non esse duo: inter prauum, & rectum nullam esse distantiam.

Philosophi
qui apud
Iaponios.

Quod attinet ad primam Iaponiorum sententiam, quæ foris tantum apparentem rerum speciem constituit, nihil est, quod in ea confutanda immoremur: siquidem vt ex ipso vocabulo deduci facile potest, planè constat, quidquid in ea dicitur, solum esse apparens verum, nihil in se firmi, & solidi, nihil certi, & veri habens: nam (vt ipsimet Bonzj, qui sui sententiæ magistri, & doctores sunt, aperte fatentur) totam de CAMI, & FOTOQVE disciplinam propter rudes, & inscios rerum homines, captu, & ingenio imbecillos, esse compositam, vel potius confictam: non quod aliquid eorum, quæ in ipsa docentur, verum sit. Quamobrem siquidem id, quod docent, ipsi dissoluunt, & confitentur ingenuè, esse falsum, & solum apparens, & propter eos tantum compositum, & fictum, qui imperiti, & ignari sunt, nihil est, quod anxij, & solliciti simus in huius doctrinæ falsitate ostendenda: nam si falsum, & vanum est, quod docetur, quidquid in eo intus continetur, & latet, vt falsis mendaciis innixum, falsum & vanum esse, conuincitur. Insuper ea, quæ de CAMI, & FOTOQVE referuntur, tam ridicula sunt, tam absurda, tam sibi inuicem repugnantia, & ex numero eorum, quæ fieri nulla ratione queunt, vt facile constare possit, ea omnia esse vana commenta, inanes fabulas, confictas rerum narrationes, quæ foeminas duntaxat, & rudem plebem deceant: quoniam verò in alio loco non nihil de hac doctrina dicemus, ostendentes rationes, & causas, ex quibus ortæ aniles de CAMI, & FOTOQVE fabulæ irreperunt in mundum, eam in præsentia silentio præteribimus, & de iis tantum differemus, quæ Bonzi in Iaponiorum secta docent, quæ quod intra res latet, sequitur, & tenet, quam ipsi veritatem appellant.

BONZII.

Hæc doctrina, vt liquet ex iis, quæ commemorauimus ad quatuor capita potissimum redigitur, in quibus videtur tota consistere. Primum est, secundum eam vnum esse primum rerum omnium principium, quod multis, & variis nominibus appellant, vt etiam supra dictum est: quod item principium aiunt esse omni ex parte perfectum, sapientia præditum, sed nihil intelligens, eoq. in summa quadam quiete, & tranquillitate vitam traducat, nihil curans ea, quæ in hoc mundo geruntur, instar hominis, qui, quod acriter in rem vnam mentis aciem intendat, aliud non cogitat, nihil de reliquis aduertit. Secundum est, hoc primum & summum rerum omnium principium in rebus singulis inesse: cum ipsique suum esse communicat, ita vt res ipsæ vniuersæ cum illo primo principio sint idem: & in illud vnum principium cuncta, cum finiuntur, & desinunt, reuertantur. Tertium est, intimum hominis cor esse vnam, & eandem rem cum illo primo rerum principio, & cum homines intereunt, ipsorum corda prorsus perire, & absumi, superesse tamen in eis illud primum principium, quod vitam ipsis antea cõferebat. Hinc cõsequitur secundum hanc doctrinam alteram huic vitæ præsentis, nõ succedere neq. post hæc hominum vitam vllum esse benefactorum præmiu, aut vllum male factorum supplicium. Quartum est, posse hominem in hoc sæculo summum primi principij gradum, & locum adipisci,

Quatuor
capita, ad q
referuntur,
quæ de v
no princi
pio dicuntur.

Ddd 2

pisci, & tenere: ad amplissimam illius maiestatem, & dignitatem ascendere: eo quod possit in hac vita meditando, & perfecte cognoscendo principium rerum ad summam illam vitae tranquillitatem, quam habet in seipso primum principium, peruenire: & hoc esse omne bonum, quod possit homo consequi, & donec hoc adipiscatur meditando, & cognoscendo perfecte, continuo moru agitatur, & ex vno Inferno in alium subinde transfertur, in nulla re quietem adeptus.

Falsitas superiorum opinionum.

Porro ut videamus, quanta sit totius huius doctrinae falsitas, & quanta in ea insit hominum inscitia, eam primum ob oculos posuimus, nunc quatuor eadem capita argumentis, & rationibus adhibitis examinabimus: & in singulis tractandis tria potissimum agemus: primo clarè, & aperte vana esse, & falsa, & nullo modo constare, quae dicunt, aut fieri posse, monstrabimus: secundo ostendemus, quae sint rationes, & causae, quibus in tam falsas opiniones, & tam multos errores incidant: tertio nos eam, quam complecti debemus, veram, firmam, & solidam doctrinam trademus.

Primo igitur a priore capite inchoantibus, plane liquet, paucissima esse, quae de primo, & summo rerum principio huiusmodi lapsoniorum sectae tradiderunt: & ea, quaecumque de illo docent vana, & falsa esse, & imperite dicta, duabus praecipue rationibus conuincitur: primo eorum inscitiam coarguit dogmatum, & sententiarum paucitas, quae de praedicto rerum omnium principio tradunt: nihil prorsus clari, & aperti docent: nesciunt ad interrogata respondere: quaestiones soluere: obiecta diluere: confirmare sua: omnia vnicui verbo putant se dissoluere dicentes, hominum non interesse huius principij vim, & naturam perscrutari inquirendo, aut disputando: quod totum manifestè constat, ex ignoratione profectum, & natum.

Secundo, quia quidquid de hoc primo principio dicunt, facile rejicitur, facile confutatur: defendere, & tueri nulla ratione queunt: hinc aperte deducitur, eos nescire prorsus, quae docent, aut aniles fabulas, & superstitiones vanas esse eorum sententias. Quare, quum ipsi huius primi principij vim, & veritatem ignorent, sese aliis submittere deberent, & ab iis discere, qui de primo principio veriora, solidiora, & certiora dogmata constituunt: quiq. claris, & apertis rationibus ea tuentur, & comprobant: est enim rationi admodum consentaneum, ut qui ignari, & imperiti sunt reru, dirigantur, & discant ab iis, qui scientia, & doctrina praestant, et valent.

Confutatio errorum lapsoniorum.

Ceterum ut ad horum comprobationem veniamus, & quae primum docent, tractemus, clarè monstratur, falsum esse quod dicunt, hisce rationibus subiunctis. Prima, quia ipsi inquirunt, primum rerum principium esse omni ex parte perfectum, sapientia praeditum, sed nihil intelligens: quod plane ridiculum est, & aperte cum recta, & vera ratione pugnant, neque secum penitus cohaerens: nam si sapientiam habet, qui fieri potest, ut nihil intelligat, cum sapientia sit rerum, vel altissimarum causarum notitia sublimis, vel eadem sit perfecta rerum cognitio per rationes, & causas altissimas, ex quibus oriuntur effecta, & cetera procreantur? Item sapientia est res quaeque dirigere, & earum causas suo debito ordine, & dispositione collocare, ut ex eis probe digestis effecta singula consequantur. Quae igitur ratione percipi potest, ut quis sapientiam habeat, & non intelligat? Insuper sapientia propriam in mente, & intelligentia sedem habet: & sicut figura corporum non potest in alia re, quam in quan-

DE SAPIENTIA DEI.

titate consistere: sic sapientia absque mente, & intelligentia esse non potest. Ob eamque rem solus inter animantia homo sapientiam habet, quoniam solus inter reliqua animalia mente, & intelligentia constat: quare sequitur, ut primum rerum principium, siquidem est sapientia perfectum, sit quoque intelligentia praeditum: quod si sapit, intelligat etiam oportet.

Secunda ratio est: id quod primo docent pugnat omnino cum eo, quod secundo tradunt: nam in secundo docetur, primum rerum principium in rebus singulis inesse, quibus naturam, & substantiam praestat, quae sunt, vires, & facultates confert, quibus mouentur, & agunt: at in hac rerum vniuersitate plurima sunt, quae intelligentia pollent: rerum notitiam, & cognitionem habent: primum igitur principium intelligentia, & cognitione viget, ac praestat: alioqui enim procreatis ab eo rebus cognoscendi, & intelligendi vim communicare non posset: neque enim vilius id conferre, dareve potest, quod ipse re, aut

Primum principium intelligentia, & cognitione ne viget.

re, aut potestate non habet. Item siquidem primum principium rebus singulis vires, & facultates, quibus praedita sunt, & quibus vel mouentur, vel agunt, subministrat, & in ipsis omnibus inest, necesse est, ut eas probe cognoscat, ut videat, quid his rebus, quid illis communicet: quid has debeat, quid illas: non enim ut experimento didicimus, res omnes eidem viribus, & facultatibus donantur, & constant.

Perfectum esse primum principium.

Tertia ratio est: primum rerum principium, ut ipsi quoque docent, est omnibus numeris, & partibus perfectum, & ita est reuera dicendum, quoniam tribuit rebus singulis perfectionem, quam in seipsis habent: oportet igitur, ut intelligentiam habeat: alioqui enim summa omnium perfectione careret: siquidem intelligendi vis, & facultas est omnium perfectionum maxima, quae in rebus conditis sunt: ideo enim homo animantium est perfectissimus, quia solus inter animantia mente, & intelligentia praestat.

Quarta ratio est, quoniam si primum rerum principium, ut ipsi dicunt, nihil intelligit, sed in quiete quadam perpetua, & tranquillitate viuit instar hominis nihil cogitantis, nihil intelligentis: aut hoc ideo est, quia vim, & facultatem intelligendi ra-

tio non habet: & tunc omnis intellectus, mentis, & rationis est expertus, imperfectum maxime, & parum a lapide, & saxo distans: aut vim, & efficaciam cognoscendi habet, nihil tamen intelligit, quia alia non curat: omnia negligit, & occupari in ceteris non vult: & tunc vel incertissimam, & desidiosissimam in otio vitam aget, vel somniculosam per somnum omnibus rerum curis, & negotiis vacuam, & erit principium stolidum, stupidum, & hebes.

Quinta ratio est: si primum principium nihil intelligit, ei igitur conuenire non possunt, quae de eo in ipsorum doctrina traduntur: non enim vocari potest certus quidam claritatis gradus, vel prima, & summa ratio, vel purissima sententia, vel caelestis veritas singulariter clara, vel vera vita: quibus illud ipsi nominibus appellant: nam veritas, claritas, ratio, & sententia purissima in mente, & intelligentia propriam sedem, & suum domicilium habent: qui vero mente, & intelligentia vacat, nihil horum prorsus habere potest: idcirco, ut plane constat, bene consequitur, secum ipsos in doctrina pugnare, aduersa, & contraria docere: & falsam penitus, & absurdam sententiam, & disciplinam ipsorum esse, clara ratione conuincimus.

Ceterum quoniam nonnulli sunt, qui primum, & summum rerum omnium auctorem, a quo sit tota haec mundi moles fabricata, temere insciantur: ostendemus modo aliis productis in medium rationibus firmissimis, quae hominis ingenium, & intellectum satis clarè conuincant: esse necessario ponendum vnum primum, & summum rerum principium, quem rerum Conditorem, & Creatorem vocamus, a quo procreata est pulchra, & magna haec rerum vniuersitas, quem mundum ab ornatu appellamus. Item hunc mundi fabricatorem, non solum quomodocumque cognoscere, sed perfectissimam etiam intelligentiam omnium rerum habere: ut sic eidem omnino rationibus tam ij, qui negant, esse primum rerum principium, quam ij, qui docent, esse quidem, sed nihil intelligere, coarguantur.

Contra negantes vnum primum principium.

Prima ratio est. Quum innumeræ sint in toto terrarum orbe nationes, omnes, aut saltem ferè omnes consistuntur, esse diuinam aliquam vim, diuinumque Numen: quod pertimescunt, & horrent gentes, cum mala perpetrare: quod precibus placant, quum sibi iratum esse arbitrantur: cuius opem, & auxilium implorant, quum arumnis: & calamitatibus affliguntur. Et quamuis multi homines in vera huius primi, & summi Numinis notitia inquirenda, & docenda fallantur: ipsa tamen ratio, & natura cogit, & docet omnes asserere, esse in caelis huiusmodi vim, potestatem, & Numen, quod ipsi quoque Sinae, & Iaponij fatentur, & nominant TENTO. Hunc summum mundi praesidem reformidant: hunc inuocant: ad huius praesidium malis vexa-

Diuinam esse vim, quam omnes mali pertimescunt.

ti confugiunt: credunt enim, res humanas ab eo probe cognosci. Porro cum hanc hominum animis, & mentibus natura notitiam impresterit, fieri nequit, ut falsa sit: neque enim quod naturalis ratio praescribit, falsum esse potest: siquidem veritas nihil aliud est, quam notitia, quae res talis esse cognoscitur, & iudicatur, qualis est in seipsa: quare concluditur, esse necessario ponendum vnum primum, & summum mundi principem, & dominum, qui res omnes finxit, & condidit: quique intelligit, ac nouit quaecumque in hoc mundo geruntur.

Quod ratio naturalis praescribit falsum esse, non potest.

Secunda ratio est, nullo pacto intelligi potest, ut idem seipsum gignat, aut faciat: alioqui enim esset, antequam esset: ideoque quum primum rem aliquam facta esse, cognoscimus.

Idem seipsum non gignit.

scimus; vt verbi gratia, domum, nauem, pic-
turam, imaginem, aut aliquid aliud simile:
statim intelligimus, nō ipsam seipsam fecisse:
sed aliquem auctorem, & opificem fuisse,
a quo effecta res illa sit: & quō artificiosus,
pulchrius, accuratius, & melius illud est fa-
ctum, eō artificem peritiorem, praestantio-
rem, & meliorem esse intelligimus: quare,
siquidem totam hanc mundi structuram vi-
demus tam vastam, tam ornatam, & pul-
chram, & tam bene vndique compositam,
non aliud profecto capere possumus, aut iu-
re debemus, quam tanti operis artificem,
& conditorem esse maximum, optimum, sa-
pientissimum, & summē perfectum.

Rerum or-
dinatū a-
liquo fuisse
composito-
rem.

Tertia ratio est. Ipsa natura duce cogno-
scimus, quoties res aliqua bene est ordina-
ta, & sapienter disposita: fuisse aliquem pe-
ritum, & sapientem compositorem; vnde ita-
tum atque domum aliquam intramus, & sin-
gula suo ordine recte digesta conspiciamus,
expansā humi peristromata, tapetia depic-
ta, optimē strata cubilia, hortos pulchrē
compositos, arma suo loco disposita, & re-
liquā supellectilem cultē, distinctē, & ordina-
tē collocatā, intelligimus, esse aliquem, qui
illa omnia sapienter, & ornatē disposuit: at
in hoc mundo videmus admirabilem om-
nium rerum ordinem, & concordiam: cer-
tos, & constantes Solis, Lunae, reliquorumq;
siderum cursus, atque circuitus: terram, a-
quam, aerem, & cetera omnia suis in locis,
ac propriis sedibus commorantia: est igitur
aliquis, qui haec omnia recto hoc ordine co-
stituit: qui nō solum intelligat, sed etiam
qui mente, & sapientia excellat.

Moueri or-
dinate non
posse ali-
quid, nisi
ab aliquo,
qui sit pra-
ditus intel-
lectu.

Quarta ratio est: nihil est, quod inanimū,
& vitā expers cum sit, in suo naturali loco
consistens moueri queat a se; sed impulsu
agitatur externo, quoties inde, vel ibi moue-
tur: at motus ex alio extrinsecus aduenire
certū, & statō ordine non potest, nisi ex ali-
quo, qui intellectu praeditus sit: sicut quum
contemplanur ratem in vastissimo pelago
expansis altissimis velis suum rectum, & fir-
mū tenet: cursum ad nulla laxa, & scopu-
los appulsam, intelligimus, scientissimum a-
liquem esse in nauī rectorem, qui eam opti-
mē gubernet, & moderetur: quamuis nemi-
nem nauigio vectum videamus: at nos Solē,
Lunam, & reliquas caelorum stellas perpetuo
circumvolui videmus suis propriis in
locis, ac sedibus, rato, & stabili ordine tan-
tam in has inferas mundi partes efficientiā
habentes: intelligere ergo iure debemus, &
confiteri cogimur, esse aliquem in caelis
praesidem, atque gubernatorem: qui tam re-
cto, fixo, & constanti ordine mouet eos; licet
illum nostri corporis oculi non cernant: &
hunc mundi rectorem, & principem, mente,
& intelligentia praestare.

Ad primū

Quinta ratio est: si res singulas perlustre-

mus, & rogemus eas, verbi gratia, homines,
& ceteras animantes, herbas, arbores, & re-
liquas terrae stirpes, vnde procreatae sunt?
& quomodo in hanc mundi lucem prodie-
runt? & quis ipsis vires, & facultates tam va-
rias, & diuersas, & tam suis naturis congruē-
tes, & commodas praestiterit? respondebunt
sanē, se ex suis parentibus, aut seminibus
progenitas: & parentes ex suis aliis maiori-
bus procreatos, & semina ex aliis herbis suis
se generata: quod si ultra progressi, quera-
mus, vnde nam illa orta fluxerunt, dicent, se
ex aliis, & illa item ex aliis prodierunt: & sic
tandem ad primam rerum originem venie-
mus: nam cum in infinitum progressio esse
non possit: necesse est, primos aliquos homi-
nes extitisse, primas animantia, primas her-
bas, & primas arbores, ac stirpes: quae ex
aliis hominibus, animantibus, plantis, aut
seminibus orta non fuerint: quapropter fa-
teri debemus, esse vnum rerum Condito-
rem, qui primos illos homines, animalia, &
stirpes effinxerit: siquidem prima illa seipsa
gignere, aut efficere non potuerunt: & om-
nium prima cum fuerint, ex aliis formata
non sunt: oportet etiam, hunc rerum prima-
rum auctorem sapientia maxima vigere: vt
qui nouit omnibus procreatis rebus tot, ac
tantas vires, & facultates conferre earum
naturis maximē congruentes.

rerum ori-
ginē in om-
nibus re-
creatis esse
veniendū.

In infinitū
non dari p-
gressum.

Sexta ratio est: omnia, quae in rerum natu-
ra consistunt, ad suos propositos fines diri-
guntur: qui ipsis sunt proprii, & suis naturis
conuenientes, & apti: neque verō ipsae res,
cum partim vitā, partim sensu, partim rati-
one, & intelligentia careant, intelligunt fi-
nes, aut media, suis finibus accommodata:
quemadmodum cernimus, vermiculos feru-
cum conficere tanto ordine, vt debitum si-
bi finem assequantur: araneolas tam bene, &
industriē telas, & retia texere, quibus pos-
tea sustententur: sic etiam volucres vide-
mus nidus fingere, atque construere: & stir-
pes suis radicibus terrae affixas ex succo ab
ea tracto nutriri: mox primo frondes emit-
tere, quibus flores, fructusque suos operiant,
tueantur, & seruent: quae postea flores edūt,
& tandem fructus proferunt; vt sic demum
constitutos sibi a natura fines consequantur.
Hunc eundem modum, & naturae cursum ce-
tera retinent. Porro cum ipsa non intelli-
gant, quod faciunt, nec fines eos, ad quos na-
turae impulsu feruntur, agnoscant: fieri ne-
quit, vt per seipsa ad fines debitos dirigan-
tur: nec esse potest, vt appositis, & idoneis
ad fines adipiscendos mediis vtantur: ob
eamque rem fateri, necesse est, esse aliquem
naturae opificem, & Dominum, qui hanc in
rebus omnibus vim, & impetum impresserit:
qui quae singulas ad certos, & definitos
fines direxerit. Nam quum sagittam rectā
ad propositum scopum tēdem videmus,
ab ali-

Omnia, est
in propriis
fines diri-
gantur ab
aliqua me-
te suprema
dirigi. &c.

ab aliquo sagittario perito emissam cogno-
scimus, vt sit natura veluti sagitta, vel iacu-
lum praestitutum sibi finem recta petens. At
quoniam medijs ad finem aptis vtī non pos-
sumus, nisi ratione, & intelligentia ducamur,
necesse est, vt is, qui vniuersa tam ordina-
tē, & distinctē ad fines naturae debitos diri-
git, ac refert, summa, & infinita intelligen-
tia praestet.

Septima ratio est: quoniam exemplo me-
lius demonstratur, quod dicitur: fingamus,
nos globum, & sphaeram videre, vbi depicta
sint, Sol, Luna, & reliqua sidera caelis infixā
tanta artis industria factam, vt per seipsam
in circulum moueretur: & planetae in ea, er-
rantēque stellae eosdem exortus, contrarios,
occurfus, & occasus haberent, quos nunc in
caelis retinent: & dies, menses, hora, & reli-
qua anni tempora non secus, atque in cae-
lis apparent, describerentur in ea: vt multi
litteris prodiderunt, olim effectam fuisse in
vrbe Roma ab eximio, & insigni quodam ar-
tifice, qui Possidonius dicebatur: profecto
nemo fuisse tam barbarus, & rudis, qui tan-
to artificio formatam sphaeram contem-
plans, non statim intelligeret, artificem il-
lius, intellectu plurimum praestitisse. Quam-
obrem cum hanc ingentem, & penē immen-
sam mundi sphaeram cernamus, tanto ordi-
ne, & concordia procedentem; quis est, qui
in dubium reuocare queat, sit ne aliquis ar-
tífex, qui in hac sphaera tantum ordinem, &
concentum posuerit? cum ipsam videamus
tam admirabilem, & pulchram, tam sapien-
ter, & artificiosē exornatam; profecto qui
dubitat, num haec sphaera ab aliquo effecta
sit, aut num is, qui ipsam construxit, men-
tem, & intelligentiam habeat: se potius stul-

tum, rationis, & intellectus expertem pro-
dit, quam dubium, an sit huius tanta si ha-
rae artifex, & an sit sapientia praeditus. Qui-
bus omnibus rationibus, & argumentis cla-
rē conficitur, falsum esse, & penitus absur-
dum, quod Iaponiorum secta primo lo-
co de summo rerum principio docent, ex
quo tota huius mundi coagmentatio profu-
xit, id nihil intelligere: sed in perpetua qua-
dam quiete, & tranquillitate vitam agere:
nec res humanas curare: nec iis, quae in mū-
do geruntur, aliquid consulere. Imō sanē ex
hoc ipso, quod dicunt, & ex ordine, consen-
su, & motu rerum constanti, qui in singulis
manifestē cernitur, & ex ceteris, quae supra
iam diximus, planē concluditur, non solum
ponendum esse primum, & summum rerum
principem, ex quo sit procreatus hic mun-
dus: sed etiam illum summā, & perfectā in-
telligentiae compotem: qui res vniuersas in-
telligit: qui singulorum curam, & admini-
strationem habet: quique omnibus tribuit,
quod ipsorum naturis est debitum, & com-
modum. Hinc etiam sequitur, vt primum
rerum principium totum hunc mundi glo-
bum regat, & seruet; nam quum eximium,
& summum intellectum habeat, nullae ipsi
occupationes possunt aptius conuenire, &
attribui, quam illae, quae sunt omnium ma-
ximae, perfectissimae, & praestantissimae: qua-
les sunt, res vniuersas, quae toto mundi am-
bitu continentur, sapienter moderari, cura-
re, regere, & conseruare: quamuis, vt infra
dicemus, tanta est eius potestas, & sapien-
tia, vt nullis prorsus negotiis, & occupatio-
nibus impeditus totum mundum conseruet,
ac gubernet.

CUR IAPONII IN ERRORES DE
primo rerum principio prolapsi sint: De quo vera & certa
doctrina traditur. Cap. III.



vt Iaponij in istos errores adeo graues prolapsi sint, inde est fa-
ctum. Omnes homines semper haec credidere, primum re-
rum principium esse in seipso beatum, & summē perfectum: & ob
eam rem in perpetua quadam quiete, & pace consistere: Bōzij, ve-
ro Iaponiorum non callentes, qualis nam esset ista pax, & vitā
tranquillitas, atque perfectio, cum ex altera parte conspicerent,
quid quid ratiocinando percipitur, laboriosē nimis, & imperfectē cognosci: rati
item rerum humanarum curam, & eorum, quae in mundo accidunt, admini-
strationem esse huiusmodi, vt primo principio quietem, & tranquillitatem adimeret: vel
aliqua ex parte minueret: molestiam ei, & sollicitudinem pareret: intelligentiam ab
eo, & rerum notitiam sustulerunt dicentes, ipsum nihil curare res, & gesta morta-
lium, sed in iugi quadam quiete vitam traducere, nihil cogitantem, nihil prorsus
intelligentem: vt igitur omnem ab eo laborem, & molestiam depellerent, & ab om-
ni cura liberarent, inscium, otiosum, & ignauium posuerunt. Ceterum horum opi-
nio ex

Bonziorū
erroris cau-
sa.

Duas esse intelligendi rationes.

nja ex infcitia, & ignorantia manauit: non enim intellexere, duas esse intelligendi rationes, & duos etiam aliquid operandi modos: vnam cognoscendi per ratiocinationem, quae est hominum propria: & haec laborem, & molestiam adfert: & semper imperfecti aliquid habet admixtum. Alteram intelligendi citra vllam ratiocinationem: qualis est notitia omnis ea, qua res obiecta vt in seipsis praesentes cognoscuntur: quae verè tunc inest, quando res veluti praesens cernitur: & haec intelligendi ratio est perfectissima, ab omni molestia, & labore aliena: quoniam quidquid sic intelligitur, ante praesentiam, & conspectum propositum est: ita vt mens intelligendo saturata, contentaque sit, nullis curis, aut laboribus in cognoscendo defessa. Sunt item duae efficiendi, seu operandi rationes: vna, quae machinas, & operum instrumenta adhibet, vt solent homines admouere, cum aliquid fingunt, componunt, aut formant: & haec imperfectorum opificum est: ac laboris & defatigationis plurimum habet: altera est, quae nullis machinis, nullis instrumentis, adhibitis ad agendum vitur: sed res fit solo nutu, imperio, & potestate facientis: quia ad eò potens est, vt quidquid velit, possit efficere, complere, & ad exitum perducere: & haec faciendi ratio est cum summa oblectatione, & infinita perfectione coniuncta: omni caret lassitudine, & molestia: primum igitur, & summum rerum principium non habet illam primam, vel intelligendi, vel operandi rationem, sed secundam: ob eamque rem est summè beatum, summè perfectum: quod quia laponesium sectarum doctores non distinctè cognouerunt, primum rerum Auctorem intelligentia, cura, & administratione mundi priuarunt: & eum otiosum, ignauum, & imperfectum penitus reddiderunt.

vera de primo principio Doctrina.

Porro vera, & certa de primo rerum principio doctrina haec est: ipsum esse substantiam quandam spiritalem ab omni prorsus corporis genere, & ratione seiunctam, & alienam, sua natura, & operatione perfectissimam: longè sublimiorem, quam vt ab homine villo aut intelligi, aut cogitari, queat: aeternam, omnis principij, & finis expertem: quoniam ipsa temporis principium attulit, & iis omnibus, quae in tempore consistunt: quae ex nihilo hunc mundum effinxit, & condidit, & tandem quaecunque in ipso cernimus: & singulis eas vires, & facultates distribuit, quae suis naturis maximè congruebant: ipsa item perfectiones vniuersas, quas rebus singulis communicauit, in se continet gradu quodam multò nobiliore, & praestantiore: quoniam ipsa est omnis perfectionis, & ordinis summa, & prima regula, & norma: idcirco etiam necessariò vitam habet, & intelligentiam: & praeter modum sapientia, & consilio pollet: vt clarè, & apertè cognoscitur ex pulchritudine, perfectione, ordine, & concentu, quem in rebus omnibus impressit: ipsa itè in intelligendo ratiocinatione non eget, nec vti potest: neque enim rem vllam prius nouit, quam aliam: vniuersa habet ante suam praesentiam, diuinum aspectum, & intelligentiam proposita: & sic omnia simul vnico, & simplici, mentis intuitu agnoscit. Quare nulla est in ea intelligentia temporis vicissitudo: nullae ibi sunt temporum differentiae: nihil ibi praeteritum, nihil futurum: vitam habet in omnem aeternitatem perpetuam: in qua semper habet cuncta sibi praesentia: quamuis res in seipsis sibi inuicem succedant, & procedente tempore elabantur, atque mutantur: suo diuino nutu, & potestate operatur quidquid vult absque villo instrumentorum ministerio: idcirco omnipotens est: potest enim efficere omnia, quae sibi placent: vnde in summa quiete, & tranquillitate degit, summa cum iacunditate, & suauitate intelligit, curat, & administrat vniuersa, quae in hoc mundi complexu concluduntur: rebus singulis consulit, ac prouidet, prout ipsa natura exoptulat: nec tamen vnquam molestiis, vel laboribus defatigatur, defatigarivè potest: & quia est principium in seipso vndique perfectum, continet rerum omnium perfectiones, vires, & facultates: & inde consequitur, vt sit omni iustitia, & aequitate, misericordia, benignitate, & bonitate plenissimum: est denique summum, & infinitum bonum, fons, & origo omnis bonitatis, & perfectionis. Ceterum omnes huiusmodi virtutes, & perfectiones sunt in ipso primo principio longe aliter, quam sunt in hominibus: nam in eo est scientia abique ratiocinatione: confi-

Virtutes in Deo alias esse, quam quae sunt in hominibus

consilium absque inquisitione: operatio absque vllis instrumentorum praesidiis: amor absque vlla animi perturbatione: iustitia sine vlla debiti obligatione: misericordia sine vlla animi commotione: est vbique nullis locorum spatijs circumscriptus: est semper nullis temporum interuallis conclusus: est magnus, & tamen omnis quantitatis est expers: demum omnes virtutes, & perfectiones in gradu longè nobiliore, & sublimiore continet, quam quomodo in mortalium hominum genere reperiuntur: hoc primum rerum omnium principium iure Deum vocamus, quo nomine significatur is, qui cuncta curat, prouidet, moderatur, & regit: tribuitque singulis, prout videt eorum naturae expedire.

RATIONES quib. probatur à Deo Mundum conservari, & regi.

Rationibus modo ostendendum est verum esse quidquid de primo rerum principio traditum est, quod deinceps hoc nomine scilicet Deum appellabimus. Quod igitur ipse nimirum Deus totum hunc mundum condiderit, ex argumentis, & rationibus supra in medium productis apertè colligitur: sed quod etiam mundum perpetuò conseruet, & regat: & vniuersa, quae continentur in eo, hac ratione comprobatur. Quoties ad rem aliquam conseruandam variae, & diuersae causae conueniunt sic ordine inter sese conuexae, & congruentes, vt vna ab alia vim suam, & motum accipiat: illa, quae omnium est prima, à qua reliquae vim suam, & efficacitatem habent, totum quod efficitur, conseruat, vt verbi gratia, ad rem aliquam vase aqua pleno contentam calefaciendam, & genitum ibi calorem conseruandum concurrunt ignis, qui vas ipsum calefacit: & vas, quod aquam calefacit: & aqua, quae calefacit rem intus in vase contentam: quoniam tamen aqua recipit calorem à vase: & vas ab igne: dicimus ignem esse, qui gignit, & conseruat totum illum calorem, quem habet res vase conclusa, sic etiam vt sint, & conseruentur omnia, quae tota hac mundi vniuersitate clauduntur, concurrunt Solis vis, & facultas, Lunae, & reliquorum Siderum potestas: quae per aerem interiectum vires suas in his inferis mundi regionibus exercent: caeli etià suis motibus conueniunt: concurrunt similiter Deus, cuius nutu, & imperio caeli circumferuntur: & à quo Sol, Luna, Stellae, & ipsi caelorum orbis vim suam, & efficientiam accipiunt: ita vt si Deus ab illis mouendis, & suam vim communicando desistat, res ipsae moueri nequeant: nihil possint efficere: nec conseruari, & consistere queant. Quapropter Deus, siquidem est prima omnium causa, res singulas conseruat: & ipsa viribus acceptis à Deo operantur: ita tamen vt nihil agere, vel facere valeant, nisi Deo conseruante eas, & operante vnà cum ipsis. Est Deus veluti Sol, qui non solum suum lumen effundit, sed etiam effusum per aera tuetur, & seruat sic, vt suo recessu lumen penitus intereat, & nox offundatur rebus, & mundus tenebris obscuretur: item cum Deus sit omnium causarum prima, & perfectissima, ne-

Deus prima omnium causa.

Deus veluti Sol.

cessè est magis ex ipso, quam ex aliis causis effecta pendeant: si lumen igitur, & alia videmus suarum causarum praesidio conseruari, magis oportet, vt à primo rerum opifice Deo conseruentur: insuper Deus est altissima, & perfectissima omnium causa, habet igitur perfectissimum operandi, & efficiendi modum: at causa eò est perfectior, quò magis ab ea effecta pendet: & ea est perfectior, à qua effecta non solum procreantur, & fiunt, sed etiam conseruantur: Deus igitur non solum res procreat, & format, sed etiam formatas conseruat: item quod causa conditae, & factae habent, Deo omnium perfectissimo deesse, aut denegari non potest: at in rebus multas causas videmus, ex quibus effecta non tantò oriuntur, sed exorta etiam conseruantur: Deus igitur non solum mundum effinxit, sed etiam effectum conseruat. Similiter ostenditur, summa Dei cura, & prouidentia mundum gubernari: quia si ipse mundum suis motibus ciet, & conseruat: & res vniuersas ad certos propositos fines dirigit distinctè, & ordinate: planè conficitur, vt mundum ipsum gubernet. Hinc etià concluditur, esse vbique Deum, & rebus omnibus praesentem: non quia Deus pars aliqua rerum procreatarum sit: aut quia conditae res aliquid diuinæ substantiae participant: sed quia ipse Deus res singulas conseruat: & in ipsis operatur: & vnicuique tribuit & substantiam, qua est in rerum natura, & vires, quibus mouetur, & agit: fit igitur, vt Deus vbique, & in rebus omnibus sit: siquidem operatur sine medio vbique, & in singulis: & vis & potestas Dei ab ipsa diuina substantia non differt: vt aliis contingit in rebus: quae ideò non semper ibi sunt, vbi aliquid efficiunt: quia faciunt, & operantur per aliquid emissum à se: Sol per lumen effusum terras illustrat: ignis per calorem immissum in corpora loco distantia calefacit: nix refrigerat non solum vicina sibi corpora, sed etiam aliquantulum remota: at Deus vbique, & in omnibus per suam proximè substantiam operatur: item Deus infinitus est, & immensus: nam cum ab aliquo factus non sit, siquidem ipse est primum omnium principium: ab alio eius substantia intra aliquos fines, & terminos concludi non potuit: si igitur

Deus habet perfectissimum modum operandi.

Deus est vbique.

Deus immensus.

tur infinitus est, & immensus, vbique præsens sit necesse est: alioqui certis locorum spatii clauderetur: & infinitus, & immensus non esset, nec est maior ratio, cur vni loco, vel rei præsens sit, & non alteri: siquidem infinitus est, & immensus. Insuper sicut hoc ipso, quod est æternus, semper est, nec vilo certo tempore concluditur: si hoc ipso, quod est immensus, vbique est: nec potest vllis locorum spatii definiri, sed omnibus est longe superior, & maior. Item quia cognitio eius est infinita, cuncta habet ante suum aspectum, præsentiam, & notitiam proposita, nihil eum fugere, late reue potest: vniuersa sunt nuda, & aperta ante conspectum ipsius. Item de omnibus, & de singulis potest efficere, quidquid sibi placuerit: siquidem est omnipotens: & ipse omnia ex nihilo condidit: & conseruat ea solo suo nutu, & imperio. Hinc etiam consequitur, Deum esse omnis principij, & finis expertem: quoniam ipse est omnium temporum, & eorum quæ suis certis temporibus sunt, procreator, & causa: ipse est æternus, qui ab omni æternitate fuit, viuenteque in omnem æternitatem: item ipse factus non est: quia ab alio fieri non potuit: cum ipse sit omnium primum principium: nec à seipso fieri potuit, quia nihil seipsum facere potest: insuper est omnipotens, quia cum eius natura, & substantia sit infinita, necesse est etiam, vt eius vis, & potestas sit infinita. Item sicut eius substantia, quia facta à nullo intra fines aliquos, & terminos concludi potuit: sic eius vis, & potestas, quia facta ab alio, vel accepta non est, non habet, cur intra aliquos certos terminos claudatur. Item potest facere quidquid secundum se repugnatum non habet, vt fieri queat: cum omnia ex nihilo effinxerit, atque formauerit, & nihil eius voluntati possit obistere. Est etiam perfectissimus: quia in seipso continet rerum omnium perfectiones: vt qui singulis vires, & facultates, quibus sunt prædita, contulerit: & quia inter res ipsas aliæ sunt perfectiores aliis eo ipso, quod Deo viciniore, & similiores reperiuntur: ipse est enim rerum omnium perfectarum mensura, & norma. Ex quibus etiam efficitur, vt Deus sit iustissimus, æquissimus, sapientissimus, misericordis, & benignitatis plenissimus: & demum est Deus infinitum quoddam bonum, fons, & origo, vnde profuxit quidquid in rebus singulis perfecti, honesti, iucundi, pulchri, & boni cernitur. Sequitur insuper, vt Deus sit ab omni genere & ratione corporis alienus: nã corpus vi & natura sua vitam non habet, sed accipit eam ab anima: & inde fit, vt anima sit corpore nobilior, atque præstantior: quare si Deus ex corpore, & animo constaret, non esset omnium primum: nam ea, ex

Deus expers omnis principij & finis.

Deus æternus.

Deus omnipotens.

Deus perfectissimus.

Deus iustissimus, æquissimus, & benignissimus.

Deus abscq; corpore.

quibus aliquid componitur, semper sunt sua natura priora, quam ipsam compositum: sunt enim priora ligna, quam domus, vel nauis ex lignis confecta: est prius aurum, argentum, marmor, quam statua ex auro, argento, vel marmore fabricata. Item si Deus ex animo cõponeretur, & corpore, necesse esset, vt aliquid eo prius antecederet: quidquid enim conflatur ex partibus, ab aliquo componitur, non enim se ipse componunt, atque coniungunt: semper est aliquis, qui copulata connectit, & colligat: item aliquid haberet in seipso Deus nimirum corpus, quod non esset omnium perfectissimum: nam spiritus, mens, & animus perfectior est corpore, cum sit illud perfectius, quod ex se viuunt, quam id, quod viuunt ex alio. Quapropter est omnino dicendum, Deum esse substantiam ab omni genere, & ratione corporis secretam, spiritalem, intellectualem, longè multò sapientiosem, & meliorem, quam vt ab imbecillo hominis captu, & ingenio percipi, aut cogitari possit.

Ex his etiam conficitur, vt vnus tantum sit Deus, nec possint esse plures Dij. Nam Deus, vt hætenus ostendimus, est summum, & infinitum bonum: est item prima, & maxima perfectio eorum omnium, quæ sunt: quare fieri nulla ratione potest, vt sint plures vno. Dij: quoniam si plures essent, nullus eorum esset primum, & summum bonum, cum non esset cæteris omnibus prius, & maius bonum. Item Deus est omnipotens, vt hætenus diximus, solus per seipsum facere potest, quidquid sibi placuerit: non igitur habet, nec habere potest socium, & confortem: nam si duo essent, tunc vnus alterum, vel potest perdere, delere, & de summa dignitate deicere, vel non, si non potest, non igitur est omnipotens, & ideo nec Deus, si autem potest, non erit omnipotens is, qui deleri, & perdi ab altero potest, siquidem dignitatem, honorem, & potestatem suam tueri, & defendere nequit: item si duo essent, & illorum vnus vellet aliquid facere, quod alter fieri nolit, cum sit omnipotens vterque, eodem temporis momento illud fieret, & non fieret: fieret quidem, quia alter illorum, qui est omnipotens vult, vt fiat: non fieret etiam, quoniam alter æquè potens non vult, vt fiat: aut necesse est, dicere vnum illorum omnipotentem non esse: quare sequitur necessariò, fieri non posse, vt sint duo, vel multi Dij, sed vt sit tantum vnus numero Deus perfectissimus, & omnipotens: insuper, quia Deus est summum, & infinitum bonum, vt prædictum sæpe est, necessariò fit etiam, vt sit vltimus rerum omnium finis: in quem veluti scopum propositum vniuersa quodam nature impetu diriguntur: quoniam cuncta, quæ in rerum

Deus vnus

Deus ideo

PRIMUM rerum primum primum non esse idem in ipsis rebus.

Prima absurditas dicitur omnia esse vnum principium.

Parmenides Melissus.

Ab absurdum.

ram natura sunt, Deus ipse finxit, & condidit, conditaque seruat: vt sua maiestatis gloriam, & splendorem omnibus apertum, & manifestum reddat. Eadem quoque ratione fit, vt Deus sit sua natura in seipso beatus: beatitudo enim nihil aliud est quam perfecta, & pura quadam omnium bonorum possessio: & hominis felicitas est, sui vltimi finis adeptio, in quo omne bonum consequitur, & in quo omnis eius cupiditas expletur, sariatur, & conqueiscit, & sicut Deus est in se ipso beatus, sic etiam homines beati fiunt, cum Deum ipsum præsentem clarè cernunt, & intuetur, & clarè vnicuique tuti, & securi possident, & amant: nec potest homo vlla in re conqueiscere, donec ad hunc vltimum finem, & summum bonum perueniat, quia quousque summum bonum obtineat, eius voluntas nullo potest bono saturari.

Ex quibus omnibus consequitur, vt Deus

Quod vero de secundo docent, longè etiam est à veritate, & ratione alienum, & incertis plenissimum hoc est, primum rerum principium esse in omnibus rebus, ita vt vnum, idemque sit cum ipsis, & vniuersa in ipsum dissolui, cum intereunt, & desinunt: quod totum argumentis, & rationibus, falsum esse, & nullo pacto fieri posse, aperte conuincitur.

Nam si cuncta vnum, idemque sunt cum primo, & summo principio, aut hoc est, quia primum rerum principium sit tota ipsa substantia, rerum diuersa sibi nomina vendicans, propter varias ipsarum facultates, & dotes; ac tunc necesse est, multa vt cõsequantur absurda. Primum, res omnes esse vnam, eandemque rem, & non multas, & rerum omnium esse vnam substantiam, atque naturam: & inde fieret, vt res vnaquæque seipsam euerteret, ac perderet: siquidem vna est omnium rerum substantia, & rerum alia alias perdunt, ac delent: hic fuit error duorum veterum Philosophorum, qui Parmenides, & Melissus vocantur: quorum incertiam confutauit Aristoteles, qui fuit alius Philosophus gentilis insigni, & singulari doctrina præditus in primo libro eorum, quos de rerum naturalium principijs, & causis conscripsit: quo in loco vt falsam, & cum ratione pugnantem illorum Philosophorum sententiam ostendit: nimirum quam docebant, vnum esse rerum omnium principium, quod sit ipsa rerum substantia, atque natura, ita vt vniuersa sint vna, & eadem res, & sint vna, & eadem substantia cum primo principio. Secundo dici inde verè posset, cum res aliqua perit, ac desinit, primum rerum principium interire, & extingui: nam quum ignis pannum exurit, ipsam panni substantiam absumit, vt experimento noquimus. Si igitur substantia panni est primum principium, ignis primum principium exurit. Ter-

ab hominibus coli, adorari, & amari super omnia debeat: ab eoque solo vniuersi homines pendcant, ipsumque innocenti, & ab eo petere, & sperare debeant, quidquid boni, vel ad huius vitæ commoda, & subsidia, vel ad alterius consequutionem exoptant: ipse est enim optimus, maximus, omni ex parte perfectus, omnipotens, huius vniuersitatis, & tanti operis effector, terræ cœlique moderator, & dominus, qui cuncta ex nihilo condidit, quique singula ijs, quibus prædita sunt, naturæ dotibus, & conditionibus exornauit: & omnia dispensare, & disponere pro suo nutu, & arbitrato potest: est summum, & infinitum bonum, in quo vno tota hominum salus, & alterius vitæ felicitas summa consistit: & ob eam rem super omnia diligi, coli, & adorari debet: & hæc quidem de ijs, quæ ad primum caput spectant.

tiò primum principium verè diceretur saxum, equus, & vnum quodque eorum, quæ in rerum natura sunt: vt & ipsum saxum dici posset equus, & vnaquæque res vocari nomine alterius: quoniam si omnium rerum est vna, & eadem substantia multis tantum appellata nominibus, eo quod sit multis, ac varijs facultatibus prædita, & exornata dotibus, rectè primum principium multis, & varijs nominibus, imò iure optimo omnium rerum nominibus posset appellari. Nam si quis multarum artium, virum, & facultatum est compos, & ob eas multa sibi nomina vendicat, ita vt faber ferrarius, faber lignarius, architectus, argentarius, & tutor dicatur, quod earum omnium artium gnarus, & peritus sit: profectò sequitur, vt de huiusmodi vi, & artifice perito dici valeat: hic vir est faber ferrarius, faber lignarius, est architectus, est argentarius, est tutor: & eadem prorsus ratione dici queat, hic faber lignarius est argentarius: hic faber ferrarius est tutor, hic tutor est architectus, & singularia horum nouissimè dicuntur, quia ita se res habet, sicut enunciatur, ac dicitur in his singulis. Quare si primum principium est omnium rerum substantia, & varia sibi nomina assumit pro varijs rerum conditionibus, & viribus, verè dici poterit, hoc primum principium est saxum: hoc primum principium est equus: & eadem ratione fit vt verè dici queat, hic homo est equus, & hic equus est saxum.

super omnia esse adorandum.

3 Absurdum.

saxum: quæ sanè summa fuerit dementia: nulla ergo ratione fieri potest, vt primum principium sit ipsa rerum omnium natura, atque substantia.

An primum principium sit rerum omnium substantia.

Aut fortassis docent, primum principium esse rerum omnium substantiam, eo quod sit pars quædam substantiæ ipsarum, ex qua res habent, vt sint: tunc enim necesse est, vt primum principium sit forma rerum omnium substantialis: ex quo hæc sequentur absurda: primum, vt summum rerum initium sit pars res ipsas componens, & proinde sit aliquid ignobilius rebus ipsis compositis: quoniam omne totum, & compositum ex partibus est perfectius: nam continet partem, ex qua componitur, & aliquid amplius: sicut experientia docemur; Quapropter si primum principium est pars rerum substantialis, fiet inde necessarium, vt res ipsæ sint longè perfectiores primo principio, ex quo componuntur: & ita saxum erit primo principio perfectius: quod stultum, est dicere.

Tria incommoda ex ea opinione sequi absurdisima.

Secundo sequeretur, vt vniuersa quæ in rerum natura sunt, vnâ prorsus, & eandem naturam, ac rationem haberent, quia primum principium vnū quum sit, est omnium rerum forma substantialis, at res omnes à forma habent, vt tales sint: res igitur omnes vnâ secundam naturam haberent, quod quidem absurdum sanè est: nam res omnes varijs sunt donatæ viribus, varijs facultatibus præditæ, multiplici, vel vitæ, vel naturæ ratione, & conditione distinctæ: ex quo concluditur apertè, eas in diuerso formali principio consistere.

Tertio sequeretur, vt tam inordinatæ obliquæ, & prauæ actiones ex hominibus non orirentur: quoniam res per formam operantur: si igitur primum principium est rerum omnium substantialis forma, cum sit ex seipso ordinatissimum, & rectissimum, nihil non rectum, & ordinatum possent homines efficere: quia à primo principio obliqua, & praua non oriuntur, hic etiâ error fuit aliorum quorundam veterum Philosophorum, quorum sententia fuit esse vnâ in hac rerum vniuersitate substantiam, quæ sit forma, & substantiale principium omnium, quæ vt falsa, & ab omni recta ratione abhorrens cõmuni omnium consensu refellitur.

An vniuersa sint vna, & eadè res cum primo rerum principio.

Aut forsân docent, vniuersa esse vnâ, & eandem rem cum primo rerum principio, quia primum principium est in omnibus, & in omnibus operatur ministerio procreatarum rerum instar artificis instrumentorum, vel ministrorum opera, & subsidio vtentis; Sicut, verbi gratia, Nauarchus qui est magister, & gubernator nauis, instrumentis, & ministris vtitur: sed hæc sequerentur incommoda; nempe summum rerum initium aliam rem esse à rebus ipsis, in quibus opera-

tur: sicut nauarchus non est ipsa nauis, quam moderatur, & regit: neque artifex vllus est instrumentum, quo arte facta formantur: quod quidem ipsorum sententiam euertit. Secundo rerum omnium actiones essent propriæ primi principij actiones, ita vt ipsum primum principium vniuersa conficeret: sicuti verè dicitur à Nauarcho gubernari, & dirigi nauem; & ab artifice fingi opus arte factum. Sic igitur verè dici posset, à primo Principio duci, ac dirigi equum, dum currit, aut dum huc, atque illic fertur: & à primo Principio domum exuri, cum ab igne inflammata comburitur: & primum Principium insanire, & furere, cum homo desipit, insanit, ac furit.

Quæ nam ex hac opinione sequatur absurdum.

Præterea sequeretur, vt dici nequaquam posset hominem loqui, equitare, ingredi, currere: aut ignem exurere: quia sunt primi Principij instrumenta: & opera non in instrumenta, vt causas referuntur, sed artifici, vt ipsorum auctori, tribuuntur: sicut verè dici nequit, nauem à se gubernari, & dirigi: aut opus arte confectum à malleo, vel dolabra, vel ferra fabricatum esse: fieri igitur nulla ratione potest, vt primum principium sit in omnibus rebus vtens ipsis velut instrumentis, & ministris, & ob id esse vnâ; & eandem rem cum ijs omnibus, quæ sunt. Hic etiam fuit error aliorum veterum Philosophorum dicentium, humanam mentem non esse substantialem corporis formam, sed inesse corpori instar nauarchi nauim ducentis, & vti corpore veluti instrumento ad suas actiones idoneo: quæ opinio tanquam falsa cõsultata est sapienter ab Aristotele, & à reliquis doctis Philosophis. Ex his omnibus plânè efficitur absurdum esse, quod isti docent: nimirum primum Principium ita esse in rebus omnibus, vt vnâ, idemque sit cum ipsis: Neque enim potest esse tota rerum substantia, nec pars etiam minima ipsarum, nec ita operatur in ipsis, vt eis vtatur veluti instrumentis, & ministris instar artificis machinas & instrumenta ad mouentis ad opera arte facta fingenda. Neque item minus falso, & absurde dicitur, res omnes cum intereunt, & desinunt, in primum principium dissolui, & abire; Quoniam omne compositum in eas partes dissoluitur, ex quibus coagmentatur & constat: quare si vniuersa in primum principium dissoluantur, necesse est, vt ex primo principio, tanquam parte consentur, & tunc ea sequentur absurda, quæ supra deduximus, essent enim procreatæ res primo principio digniores, & præstantiores. Deinde Res, cum primum pereunt, & desinunt, inciperent suam perfectionem consummatam habere: quia, cum intereunt, in primum principium soluantur, & abeunt. Quum igitur illud sit excellentissimum, tunc

Error veterum negantium humanam mentem esse substantialem corporis formam.

res

res inciperent esse perfectæ, quod profecto est absurdum, quoniam quando desinunt, nihil sunt, & in nihilum recidunt. Tertio, quoniam primum principium est substantia quædam omnium nobilissima, & præstantissima

longissimè distans à ceteris rebus omnibus, cum quibus nec genere aliquid commune habet: quare esse nulla ratione potest, vt in ipsam conuertantur, & abeant res, quando pereunt, & desinunt.

At vero afferendæ iam sunt rationes, cur in tantum errorem isti sint lapsi. Ea prima. Ignoratio diuersorum principiorum, è quibus res oriuntur, & sunt: Rationis item, ac modi quo res ex principiis ortæ, et procreatæ conseruantur. Res itaque omnes natura constantes, & ex quatuor elementis compositæ ex tribus principiis oriuntur: quorum duo sunt, ex quibus res ipsæ constatæ sunt: tertium verò res componit, & inter sese connectit, ac veluti vinculis quibusdam colligat, & legibus deuincit. Duo nimirum naturalium rerum principia dicuntur materia, et forma: materia est corpus illud quantitate præditum oculis obiectum, nam vel aspectu cernitur, vel manibus contrectatur, vel aliquo sensu percipitur, forma verò est, quæ rebus dat, vel sensum, vel vitam, vel motum: à qua res ipsæ habent, vt sint, & à qua rerum vires, dotes, & facultates emanant. Si quis enim velit vas argenteum effingere, opus est argento, quod est materia, ex qua formandum sit vas: mox apte, ac certo ordine fingendum est vas; quoniam si figura, & forma careat, argentum quidem erit, sed vas non erit. Quin si alio modo fingatur argentum, erit catinus, vel patina, vel statua, vel aliqua res alia formata pro varietate figuræ, qua figuratur argentum; & quia figura, vel forma facit vas, vel catinum, vel statuam, idè forma est, quæ dat rebus singulis esse, et vires, ac facultates, quibus præditæ, & affectæ sunt.

Cur in tantum errorem inciderint. Lapsonij.

Omnia naturalia, & ex elementis composita oriri ex tribus principijs. Materia. Forma.

Res itaque omnes naturales ex duobus sunt constatæ principiis, nimirum materia, & forma. At quoniam ex his duobus principiis rerum natura, et substantia manat, & ambo in ipsa re veluti intrinseca principia sunt, fit inde vt sint substantiales corporum partes, ex quibus res componuntur, et in quas, si vtraque per se iuncta consistere potest, composita dissoluantur: & pro varietate formarum variæ rerum naturæ oriuntur, variæ rerum conditiones, & vires, et ob eam rem est aliud canis ab equo, saxum à pane; Ac variæ, ac multiplices sunt rerum facultates, et dotes, prout variæ sunt rerum naturæ. Hinc etiam fit, vt aliæ sint alijs longè nobiliores, & præstantiores.

Tertium principium est, quod cum materia formam colligat, & iungit instar artificis, qui figuram in cera imprimit, & in annulis sigillum: principium efficiens dicitur. Quod & si rebus singulis dat esse, & rerum naturam, atque substantiam componit, non est tamen, vel ipsa substantia rerum, vel substantiæ pars; sicut argentarius, qui vas fingit argenteum, licet in materia figuram, & formam impresserit, non est tamen vasis substantia, nec pars substantiæ eius. Porro ad formam in materia imprimendam, vt inde rerum naturæ exoriat, necesse est, vt materia bene affecta, præparataque sit: item vt semel impressa forma conseruetur, quibusdam affectionibus eget, quæ illam in materia contineant: quare necessaria est opera efficientis principij, quod materiam præparet, & idoneam efficiat; Alioqui enim nec poterit forma in materiam induci, nec inducta conseruari diutius: nam experimento didicimus, nec in cera sigillum insculpi, nec inscribi in charta litteras, nec imprimi in argento vasis figuram, nec in lignum formam ignis induci, nisi prius obstantia quæque, & impediencia è medio tollantur, & ab omni contrario materia exuatur. In rebus sanè naturalibus hæc materiæ præparatio consistit in quodam ordine, & certa temperatione qualitatum contrariarum, quibus affecta sunt quatuor elementa; ex quibus omnia corpora naturalia ortum, et interitum habentia componuntur. Vnaquæque forma, vi, naturaque sua proprium ordinem, & propriam harum qualitatum temperationem, & moderationem exigit; sine qua

Causa efficiens tertium Principium.

Obstantia submouenda, si quid effici debeat.

Materiæ præparatio in quoniam consistat.

E e e nec

Vnde nam
omniū re-
rum acci-
dant interi-
tus.

nec in materiam inferri, nec semel illata conseruari potest in ea. Atque hinc animā-
tium obitus, stirpium occasus, et reliquorum interitus contingunt. Nam dum debi-
tus ille ordo, et temperatio qualitarum aliqua ex parte soluitur, vt vel sanguis cor-
ruptus sit, vel calor immodicus redundet, vel frigiditas in corpore, morbi, ægrotati-
onesq. animalium nascuntur. Quod si omni ex parte moderatio qualitarum dissol-
uitur, morte vita eripitur, vt res omnes naturales.

Deus opi-
fex omniū
rerum.

Sic itaque dicimus, Deum esse huius mundi effectorem, & omnium rerum sum-
mum, & primum opificem: qui nutu, potestateq. sua vniuersa fingit, ac format: ma-
teriam præparat, formam imprimit, & ita res coagmentat, & construit, vel per seip-
sum, vel per proprias, & proximas ipsarum rerum causas efficientes, quibus ipse vi-
res, & facultates indidit, & quas finit operari iuxta suæ naturæ vires, & cōditiones:
& idcirco ipse nec est, nec esse potest substantia rerum conditarum, nec vna, & ean-
dem res cum ipsis, sed est quædam substantia longè multò nobilior, & præstantior,
vt supra dictum est.

Cum autem res naturales ex materia, & forma certo ordine, & temperatione cō-
iunctis componantur, sublato ordine, & debita temperatione detracta, totus mate-
riæ, & formæ nexus, & vinculum soluitur; & à materia forma secernitur, & ita res
ipsa composita definit, & dissoluitur in eas partes, atque principia, ex quibus con-
stabat, non in principium, & causam, quæ illam effecit, & colliguit.

Altera cau-
sa erroris
Iaponiorū.

Secunda causa, ob quā in hunc errorē inciderunt, est, quod haud intellexerint,
multis modis aliquid esse in alio: nam vel aliquid est in alio, sicut in loco, vt in hoc
cubiculo, in hac aula: vel sicut pars est in toto, & ita materia, & forma sunt in re na-
turali, quia res naturalis ex illis componitur. Vel sicut causa in effectis, quibus vi-
tam, motum, & formā communicat, & cōmunicata conseruat; Atq; ita Sol est in his
omnib. inferioribus corporibus, quibus lumen præbet, et datum conseruat: sic ignis
ferro calorē communicat, et conseruat in eo: & dicitur esse in illo; quod sic est in re-
bus, quia facit eas, & effectas conseruat, non tamen est, nec esse potest substantia, &
natura rerum procreatarum. Nam Sol neq; substantia est, nec pars minima substan-
tiæ eorū corporum, quæ sui luminis radiis illustrat. Quare primum, & summum prin-
cipium est in rebus omnib. sicut earum auctor, et opifex, quia ipsas procreauit, &
condidit, & semel conditas conseruat, & ita nec esse potest, aut tota substantia, aut
pars minima ipsarum rerum conditarum: et ipsæ res sicut sunt per formas sibi com-
municatas à Deo, ita per vires, et facultates in ipsis impressas à Deo operantur. I-
aponiorū igitur sectæ non intellexerunt modum, quo causa efficiens est in effectis, &
ideò confundētes modos, quibus vnum est in alio, putarunt, primū principium esse in
rebus, sicut materia, aut forma est in cōposito naturali, cuius est pars substantialis.

Aliquid in
alio esse di-
ci diuersi-
mode.

Deus quo-
modo sit in
omnib. re-
bus.

Tertia causa huius erroris est, quod neque per ceperint, duos esse modos, quib.
vnum alteri communicat esse. Primum est secundum rationem formæ, quæ pars est
substantialis, & principium intrinsecum rei, et est etiam operandi vis. Alterum se-
cundum rationem causæ efficientis: quo pacto primū principium, quod Deus ap-
pellatur, rebus vitam, motum, et formam confert, ordinemq. ac temperationē qua-
litatum debitam, et naturam rebus singulis largitur: et hæc omnia suo nutu, et po-
testate facit, nec ob id tamen est pars substantialis, vel accidentalis rerum; sed est
substantia longè superior, et altior, sicut Sol est alia res, & substantia seiuncta ab iis
corporibus, quæ suo lumine perfundit, fouet, & seruat.

Tertia er-
roris cau-
sa.

Duo modi,
quib. Vni
alteri com-
municat ef-
fe.

VERA de
primo prin-
cipio sentē-
tia.

Ex his omnibus cognoscitur vera sententia, quæ de primo, et summo rerū princi-
pio habenda sit. Nimirum, quod sit rerum omnium auctor, et cōditor, qui principio
materiam, et quatuor elementa procreauit, ex quibus vniuersa naturalia corpora cō-
ponuntur: et hæc ex nihilo effinxit, et condidit: quiq; in rebus singulis, aptas et ido-
neas formas impressit: ipse est qui cūctis communicauit esse, et cōseruat illud: qui-
que in singulis operatur nutu, et potestate sua: ita vt ipso non conseruante, vni-
uersa in nihilum reuertantur. Est enim sicut lucidissimus Sol, qui inferiora corpora
sua

A sua luce complet, & illustrat, cuius abscessu caligine, & tenebris obuoluuntur. Por-
rò tribus modis Deus est vbique, & in singulis rebus: primum per essentiam, sub-
stantiamq. suam; quæ cum infinita, & immensa sit, nullis locorum spatiis concludi-
tur, nec ita est in vno, certoque loco, vt distet ab alio, non est maior ratio, cur sit in
vno, & non in alio, cum tota sit immensa, & indiuisibilis prorsus, & vbique proximè
operetur. Secundo per præsentiam, quia omnia videt, & intuetur, omnia sunt ipsius
notitiæ obiecta, et exposita: nihil penitus est quantumuis abditum, & occultum,
quod ipsius cognitionem fugere queat: quidquid cogitamus animo, & mente vol-
uimus, multò melius intelligit, ac penetrat, quàm ipsi nos. Tertio est in rebus om-
nibus per potentiam; nam pro nutu, imperioq. suo efficere potest, quidquid volue-
rit. Cum igitur his tribus modis sit in rebus, nec est, nec esse potest substantia re-
rum, vel pars ipsarum: & ob id res cum pereunt, & desinunt, nequeunt vllò pacto in
ipsum dissolui: sed res singulæ dissoluantur in eas partes, atque principia, ex quibus
constant, nimirum in materiam, & formam: ex quo intelligitur, quàm falsa, & absur-
da sit sententia Iaponensium sectarum.

Deus tribus
modis vbi-
que.

Res singu-
las dissoluit
in ea prin-
cipia ex quibus
cōstāt.

*HUMANUM COR NON ESSE VNAM, ET EAN-
dem rem cum primo Principio, id quod Iaponij docebant, vnde se-
quitur post hanc vitam nullum superesse premium, aut
pœnam. Cap. IIII.*

C AM verò & falsum, & absurdissimum est primum rerum principium
esse vnā, & eandem rem cum humano corde, quod quidem
pars sit hominis substantialis, vnde vitam, & motum habet; quare
sicut primum principium nequit vllò pacto esse forma, aut pars
substantialis ceterarum rerum, sic non potest esse forma, aut pars
vlla substantialis hominum. Deinde quia primum rerum princi-
pium est sapientiæ, consilij, et veritatis plenissimum; At humana mens est plurima-
rum rerum inficia, et ignara, sæpe fallitur, et errat: non est igitur humana mens pri-
mum rerum principium. Tertio, primum principium, quod probatum est supra, est
summum, & infinitum bonum, perfectissima substantia: at humana mens est multis
ex partib. imperfecta, multis passim concussa, et oppressa malis, peccatorū inuētrix;
D scelerū sectatrix: fieri igitur nō potest, vt humana mens sit primū principium. Quarto,
primū principium est æternū, & omnino immutabile, vt etiā supra diximus, at humana
mēs, subinde mutatur; nunc ignorat, nunc sapit; modo vult, modo non vult: respuit,
quæ antea probauerat, & probat, quæ ante respuerat: discit, quæ ante nescierat, &
obliuiscitur, quæ ante didicerat; non igitur esse potest, vt humana mens sit primū re-
rum principium. Si dicat aliquis primum principium suapte natura esse sapientissi-
mum, perfectissimum, & ab omni penitus mutatione alienum, sed cum inest in
hoc corpore, ratione materiæ, cui inest, has habet imperfectiones, et crebras muta-
tiones: dici hoc nulla ratione potest; quia hoc primum principium, vt dictum est su-
pra, est omnipotens, quare impediri ipsius vis, et potestas non valet à tam infirma,
debili, et fragili re, quale est corpus humanū: imò potius hac ratione concluditur,
E primum principium, quippe quod est potentissimum, et perfectissimū, non esse eandē
rem cum humana mente, quæ tam imperfecta, imbecilla, & tenuis est: sed esse aliā
substantiam, & rem longè superiorem, et nobiliorē. Causa verò huius erroris fuit;
quia videmus humanam mentem aliquid amplius habere, quod est in ea eximium,
singulare, quo ceterarum rerum naturas, et formas, et aliarum animantium vi-
res exuperat: quod considerantes aliqui dixerunt, humanam mentem esse quan-
dam substantiæ diuinæ portionem corpori immerfam: et ob id tanto interuallo à
ceteris animalium, et rerum formis differentem: cum enim intelligere non pos-
sent, vnde nam genus suum, et originem ducat humana mens, arbitrati sunt, eā esse

HUMANA
mēs cur nō
possit esse
primū prin-
cipium.

Causa er-
roris Iapo-
niorum.

portionem quandam Diuinæ substantiæ, quæ sublimis, et singularis est: sed decepti sunt: nam vt ostendimus, id nulla ratione constare potest.

HUMANAMENS, quid nam sit: & vnde.

HUMANAM mentem esse immortalem aduersus lapsonios.

MORS quid sit, & vnde fiat.

NATURA rerum exigit temperatione quatuor qualitatum.

Vnde nam aliquarum rerum citior sit interitus.

Quæ omni contratio carent dissolui nequeunt.

Hac in re veritas sic se habet: humana mens est substantia quædam, & forma spiritalis, quæ sensum, vitam, & motum corpori præstat: quæq; nobilior, et præstantior est ceterarum rerum naturalium formis: & quia spiritalis est, sit, vt interitus sit expers, & post hanc vitam in perpetuum duratura: Nihilominus tamen creatura Dei est à primo principio ex nihilo formata, et condita, alterius longè inferioris naturæ, et substantiæ, quàm sit ipsum primum principium, quod procreauit eam: & ita primi principij imperio, et potestate subest, sicut reliqua sub Dei ditione constituta sunt. Porro hanc humanam mentem immortalem esse ab omni interitu abhorrentem modo ostendemus, confutantes id, quod secundo loco docent lapsoniorum sectæ in tertio hoc capite, de quo in præsentia disputamus: aiunt enim hominem, cum primum moritur, in vniuersum perire, nec in aliam commigrare vitam, nec vllum futurum supplicium, aut præmium: quæ sententia est omnino falsa: apertissimis enim argumentis comprobabimus, humanam mentem esse immortalem, corpore solutam, nunquam interituram, sed pereunte corpore in aliam vitam trāsferri, et deduci, vbi à primo rerum Auctore, quem Deum nos appellamus, quiq; illam ex nihilo finxit, & condidit, aut debitis suppliciis, aut meritis præmiis afficitur, vitam, et gloriam sempiternam, apud superas beatorum sedes, aut ignominiam, & penam perpetuam apud inferos damnatorum carceres, & tenebras consequuta, prout bene, vel male se in hoc mortali sæculo gessit.

Principio nosse vos oportet, mortem esse viuentium rerum interitum, vt sapientes Philosophi tradiderunt, et ipsa experientia docet, ac ratio naturalis ostendit: interitus autem rerum ab aliquo contrario fit, quod rem pereuntem absumit, et dissipat: nam vnumquodq; naturaliter viuere, et esse desiderat, & naturaliter seipsum tuetur, & seruat, et ita si contrarium non habeat, cuius vi dissoluatur, et pereat, sese in perpetuum conseruat: quare, cum vniuersa corpora naturalia, quæ mortalia experimur interitui obnoxia, ex quatuor elementis, coagmentata sint: & elementa vires, & facultates contrarias habeant, quibus inter sese pugnant, nam ignis siccitate, & calore viger, et dominatur: aqua humida est, et frigida, ex opposito pugnat: aer humidus, et calidus est: terra frigiditate, & siccitate resistit, & pugnat: sit, vt ali quando tandem intereant, et desinant dissipata à contrariis: Natura namq; & substantia rerum naturalium exigit certum ordinem, et temperationem quatuor qualitarum: & ideo, cum primum debitus ille ordo, et certa qualitatum temperatio deletur, rerum natura, et substantia perditur: prædictæ verò quatuor elementorum qualitates, quia sunt sibi inuicem contrariæ, et aduersæ, diu consentientes, et concordantes esse non possunt (alia enim alias euertere, & è medio tollere contendunt) inter sese continuo pugnant: & quò magis vna earum dominatur, et regnat, eò magis debitum illum ordinem, et temperationem disturbat, ac dissipat, in qua rerum natura, substantia, et vita consistit. Hinc animalium morbi, & grotationes, et obitus: hinc stirpium decrementa, et occasus; hinc ceterarum rerum interitus oriuntur: et quò magis rei compositio his qualitatum contrariis obnoxia est, eò facillior est eius interitus. Sic itaq; belluæ, & homines, quia magis qualitatum aduersis sunt naturaliter obiecti, citius, & facillius intereunt, quàm saxa, & metalla, et alia similia, quæ tardius, et difficilius dissipantur, quoniam minus sunt contrariis exposita. Hinc etiam fit, vt nihil eorum, quæ sunt ex contrariis conflata, in perpetuum permanere queat; sed ex suæ naturæ constitutione citò, vel tardè pereat: & è contrario nihil eorum, quæ omni contrario vacant, dissolui, seu interire possit: Nam cum contrarium non habeant, cuius vi, & actione perdantur, perpetuo durant: semper enim sese tuentur, et seruant; sicut cernimus, permanere semper Solem, Lunam, Sydera, & coelestia corpora; quæ quia ex quatuor elementis composita non sunt, contrariis carent, à quibus dissipantur, perpetuo lucent, semper extant: Quare concluditur apertè, viuentium mortem, & aliarum rerum interitum ex aliquo contrario nasci: & vbi contrarium non est, ibi nec mortem, nec interitum esse.

Hoc

A Hoc fundamento iacto, planè conficitur, humanam mentem esse immortalem, omnis interitus expertem hac ratione. Humana mens contrarium non habet: non igitur habet, à quo dissoluatur: est ergo immortalis, & ab interitu aliena, secundum suæ naturæ conditionem: quod autem contrario careat, hoc argumento probatur: omne habens contrarium ex quatuor elementis componitur, et eo ipso materiam habet, et corpus est, vt experientia docemur: at humana mens materiæ est expers, corpore vacat, quia spiritalis est forma, atque substantia: non igitur contrarium habet, cuius vi extingui, et absumi possit.

B Quod autem forma, et substantia sit spiritalis, omni materia secundum se, & corpore vacans, multis rationibus manifestè comprobatur: prima sumitur ex varietate cupiditatum, et propensionum naturalium, quæ animam nostram spiritualem esse substantiam ostendunt: primo, quia anima nostra dominatur, & potestatem habet in suos affectus: nulla enim res corporata, & materiam habens, vim liberam, et facultatem habet, qua naturalem appetitum, & motum cohibeat, atque impediatur: imò potius naturali appetitu, veluti quodam naturæ pondere, et impetu fertur: & ita appetitui naturali veluti subiecta patet: quia omnis appetitus naturalis, & motus ex ipsa natura fluit, et ex naturæ conditione, et necessitate proficiscitur: & ita videmus, belluas vim liberam non habere, qua possint, quum velint, suos animi motus, et impetus continere, & refrænare: at humana mens liberè, prout vult, suos affectus, et motus coërcet, & temperat, corpori imperat, sensibus dominatur: non igitur est substantia corporea, sed est natura quædam, et forma superioris, & altioris ordinis, nimirum est substantia spiritalis materiæ expers secundum se: et ideo vim habet, & potestatem in corpus, & in corporis affectus.

C Secundo probatur hoc idem: quia quisque nostrum passim experitur in se duos animi appetitus contrarios eodem tempore, & erga eandem rem, & materiam obiectam: verbi gratia sæpe experimur, inesse nobis magnum cibum, vel potus appetitum, vel alicuius rei voluptariam, et amoenam cupiditatem: et simul etiam sentimus in nobis aliam voluntatem repugnantem prædicto appetitui, et respicientem cibum, & potum, et verantem capi à sensibus voluptatem: ita vt liberum nobis sit hoc prosequi, et amplecti, aut repudiare, et abiicere: et aliquando cibum, potum, voluptatem respicimus, solum quia volumus; aut quia rerum spiritualium studio, et honestatis ratione ducimur, quantumuis videamus, cibum, potum, vel voluptatem illam corporis sensibus profuturam: ea igitur voluntas, quæ ius, vim, et potestatem habet contrarium appetitum coërcendi, et corpus, ac sensus continendi in officio, incorporea est, et spiritalis, et superioris, ac sublimioris ordinis: neque enim vna, eademque substantia, et natura corporalis simul ad contraria fertur, sed ad vnum solum recta contendit: sicut homo simul cernere, et non cernere eandem rem obiectam oculis non potest.

D Tertio similiter probatur: quia naturale animantium desiderium est eorum naturæ consonum, quippe quod ex ipsorum innatis principiis exoritur: verbi gratia, quoniam equus seipsum conseruat capeffendo pastum, et ex conquisitis herbis, non autem ex carnibus viuunt, naturaliter herbas appetit, ad pastum natura fertur, non ad carnes: contra vero canis, quia naturaliter carnibus, non autem pastu viuunt, ad carnes, non ad pastum quadam insita naturæ propensione properat: at videmus ple rosque homines firmiter credere, humanam mentem esse immortalem, et eos, qui vel hoc in dubium vocant, vel oppositum asseuerant, naturaliter optare vitam immortalem, et perpetuam: eosque videmus incredibili desiderio teneri cognoscendi huius rei veritatem, et res alterius sæculi, ac statum huic præsentem, et mortali corporis vitæ, successurum: hoc igitur naturaliter impressum hominibus desiderium non potest non esse ipsorum naturæ consentaneum: et ita humana mens immortalis est, et interitus expers: neq; enim belluarum aliqua est, quæ hoc immortalitatis desiderio teneatur, quia belluæ sunt naturæ suæ conditione mortales.

E Quarto probatur: quia nulla substantia, quæ sit secundum se corpore, & materia, affecta,

Ecc 3

HUMANAMENS, quoniam contrarium non habet, dissolui nequit. Probatio, quòd humana mens nullum contrarium habeat.

I. Ex libertate arbitrij.

MENS habet vim, & potestatem in corpus.

Secunda ratio ex vi, & potestate coërcendi contrarium appetitum & corpus, ac sensus continendi in officio.

Tertia ratio ex appetitu finis, & desiderio immortalitatis.

Quarta ra-

es. ex co- gnitione, Amore, & Appetitu, hęcum Spi- ritualium.

Quinta ra- tio ex stu- dio æterni- tatis conse- quendæ.

Alter mo- dus pbæde spiritualis conditionis humanæ mentis ab obiecto.

Propriū in- tellectus ob- iectum est, verum. Voluntatis autem, bo- num autem.

A modo in- quirēdi sub- stantias re- rum.

Substantia hominis, nec tangi- tur, nec cer- nitur.

affecta, rerum spiritualium studio ducitur, vel cura sollicitatur, vel desiderio tene-
turspiritualia enim superant eorum captum, atque naturam: & ita inter belluas nul-
la est, quæ aliquid supra corpora desideret: solum cibum, potum, somnum, & alia id
genus belluæ desiderant: sola est humana mens, quæ spiritualia cognoscat, dili-
gat, & appetat: nouit enim Deum, colit, adorat, amat: nouit, & diligit reliquas
spirituales substantias: honoris, & gloriæ studio, & appetitu ducitur, quærit, & cu-
rat honestatem in rebus: virtutem colit, multa causa virtutis agit: disciplinarum,
& scientiarum est compos: famæ, & laudis est cupidus: est igitur humana mens spiri-
tualis, corpore, & materia vacans, & ita immortalis, & ab interitu aliena.

Quinto monstratur: quia inter mortales res, quæ intereunt, & occidunt, nulla
est, quæ vitam sempiternam, & perpetuam desideret: quia huiusmodi desiderium
supra captum ipsarum est: nulla est bellua, quæ vitæ sempiternæ desiderio teneat-
tur: sola est humana mens, quæ perpetuam, & æternam vitam appetit: & ita pro-
viribus studet perpetuam sui memoriam in hominibus relinquere, & ut hoc asse-
quatur, multa sustinet, multa patitur, multa præstat: humana igitur mens tot, & tan-
tarum rerum auida immortalis est, & æternæ vitæ capax: siquidem huiusmodi desi-
deria sunt veluti quidam naturæ impetus, & pondera.

Secundus rationum, & argumentorum modus ad comprobendam spirituales
humanæ mentis conditionem, & immortalitatem sumitur ex ratione cognoscen-
di, & intelligendi res, quam in humana mente naturæ auctor impressit. Primò
omnis facultas, & potestas naturalis habet proposita sibi obiecta suæ naturæ
consona, & congrua: ita ut si vis naturalis, et facultas sit corporea, habeat
obiecta corporalia: contra verò si obiecta facultatis spiritualia, & ab omni mate-
ria secreta sint, facultas quoque naturalis spiritualis sit, & ab omni materia se-
iuncta: verbi gratia, aspectus corporis, quia facultas est corporalis, non ha-
bet obiecta, nisi corporalia: nam si spirituale obiectum sit, sub aspectum cadere
nulla ratione potest: cum oculorum naturalem vim, & facultatem exuperet: &
ita cernere oculis non possumus aërem inter cælum, & terram interiectum: quo-
niam licet corpus sit aër, est tamen ita natura subtilis, & tenuis, ut spiritus est
se videatur: & multò minus intueri possumus spirituales substantias: hoc idem
patet manifestè in reliquis corporis sensibus: gustatu enim nihil percipi potest,
nisi corporeum sit: nec auditu percipitur, quod est corporis expertus: nec aliquo
exteriori sensu concipitur, nisi quod corpus est: sola humana mens, & sola que
eius vires, & facultates obiecta sibi proposita habent spiritualia, ab omni cor-
pore, & materia separata: proprium enim intellectus obiectum est verum, ut su-
pra dictum est: in solo vero, ut in proprio obiecto, aut in eo, quod putat, &
credit esse verum, conquiescit: & voluntas ad bonum, & ut ad suum proprium
obiectum fertur: bonum naturaliter appetit, nec alia re satiari potest: verum au-
tem, & bonum spiritualia sunt, non corporea: nam verum in spiritualibus re-
bus etiam reperitur, bonum quoque spiritualibus conuenit substantiis: huma-
na igitur mens, quæ obiecta spiritualia habet, spiritualis est substantia, &
proinde immortalis, & omnis interitus expertus, sicut ab omni corpore, & ma-
teria aliena.

Secundo probatur, quia humana mens, quando rerum naturas, & substantias in-
quirat, scrutatur, & intelligit, eas modo quodam spirituales reddit: nam verbi gra-
tia, si hominis substantiam considerat, intelligit, eam non esse id, quod aspectu cor-
poris intuemur: idque, quod est oculis nostris obiectum, non esse eam figuram, quam cer-
nimus, eam quantitatem, & molem, quam tangimus: probe enim nouit, hæc omnia
esse hominis accidentia: sed cognoscit, substantiam hominis esse aliquid aliud,
quod nec visu corporis, nec tactu, nec gustatu percipitur: itaque quando hominis
substantiam mens cogitando perquirat, eam facit quodammodo spirituales: siqui-
dem ipsam cogitatione à materia, mole, figura, & quantitate secernit: est igitur
humana mens spiritualis à materia segregata, aliter enim quomodo posset rerum
natu-

B

C

D

E

A naturas materiæ concreatas à materia cogitatione semouere? Item hoc idem pro-
batur: quia quidquid suscipitur ab aliquo, ita ut in ipso receptum insit, recipi so-
let iuxta modum eius, quod recipit: verbi gratia, si vas, in quod aquam infundi-
tis, sit rotundum, eo ipso conglobatur aqua: quod si vas quadratum fuerit, aqua
formam accipit quadratam: in eam igitur figuram, & formam aqua mutatur, quam
habet vas, quo aqua concluditur: sed quidquid intellectus sua cogitatione com-
plectitur, & concipit, sit quodammodo spirituales: nam amplissimas vrbes, vastis-
sima regna, latè patentem campos, mente, & cogitatione concipimus; quod non
fieret, si corporali modo mentem, & animum nostrum subirent. Mens igitur huma-
na spiritualis est, quippe quæ res materia coniunctas à materia cogitando separat.
Insuper, quum humana mens rerum naturas inuestigando perquirat, singulas ea-
rum conditiones, & circumstantias omittit, & solum considerat, quæ in genere
communi rebus conueniunt: & in quibus ipsa singularia communicant: verbi gra-
tia, quando hominis substantiam intelligit, non cogitat aliquid eorum, quæ
propria priuatorum hominum sunt, quæ propria personarum, nimirum Petri, vel
Pauli dicuntur: sed communem hominis naturam concipit: quæ communis natura
spiritualis quodam modo est, quia à materia, & singularibus personarum conditio-
nibus cogitatione seiungitur: mens ergo humana, quæ hanc hominis communem
naturam spiritualiter cognoscit, spiritualis est, & ab omni materia separata.

Tertiò probatur. Quia vis omnis, atque facultas corporalis, eo ipso, quod ma-
terialis est, modo quodam corpori colligatur, & corporeis vinculis constringitur:
ita ut supra corpora sese attollere nulla ratione possit: sic enim belluæ, & si sensu
vigent, ac cognitione ducuntur, multa que appetunt, nihil tamen percipiunt, nisi sit
corpori, & materiæ coniunctum, quia sensus, & ceteræ facultates, quibus eas na-
tura donauit, vires sunt materiales: & ita obiecta sibi proposita habent suæ natu-
ræ congrua: nec sese ita in sublime erigere possunt, ut spirituales substantias in-
telligant, vel communes rerum naturas considerent, vel proprias suas essentias co-
gnoscant: equus enim nescit naturam equi: nec canis nouit naturam canis: sunt
enim belluarum sensus, & vires ac facultates naturales carnis vinculis astrictæ
instar auium, quæ quum ad lignum alligatæ, vel fune aliquo deuinctæ sunt, eu-
gari, aut euolare non possunt: sola humana mens est instar auis omni vinculo so-
lutæ, quæ sese erigit in altum, & sublimia petit: & ita suam propriam naturam con-
siderat, & communes rerum essentias, & non solum corporalium rerum, sed etiam
spiritualium substantias intelligit: & ab omni corporis, ac materiæ nexu, & vincu-
lo libera per omnia cogitatione euagatur; omnes mundi partes perlustrat; vniuer-
sa gentium regna vno temporis momento peruolat, cælos ipsos percurrit, & pro-
uolat: arbitrari id facit, ac præstat, quod vult, respuit, & abiicit; quod non probat:
oportet igitur asserere, intellectum, & voluntatem humanam non esse vires, & fa-
cultates carnis vinculis astrictas, aut alicui corporis organo alligatas, sed esse à
corpore, & materia solutas, & ita immortales, & interitus expertes.

Quarto probatur hoc idem. Quia omnis substantia corporalis, eo ipso quod cor-
poralis est, certis materiæ, & corporis limitibus, veluti quibusdam cancellis con-
cluditur, & appetitum habet intra certos naturæ terminos constrictum, qui sunt ip-
si naturæ conuenientes: & ita belluæ non appetunt, nisi admodum pauca suæ natu-
ræ congrua, & accommodata; quæ quum primitim adepta sunt, conquiescunt, ex-
plentur, saturantur: sola est humana mens infiniti boni capax: cuius intelligentia in
nullo procreato vero conquiescit, cuius voluntas nullius boni creati addeptione fa-
tiatur: quidquid intelligat, & quantumcumque rerum notitiam, & sapientiam
consequatur; semper plura nosse, & plus sapere desiderat: qualescumque delicias,
& opes obtineat, nunquam expletur; semper plures voluptates, & plura bona eu-
pit, & appetit: ut reuera omnes nos experimento didicimus: humana igitur mens
est natura quedam substantialis materiæ, & corporis expertus, nullis carnis vinculis
astricta, nullis sensus limitibus conclusa. At confirmari potest hoc idem: quia na-
tura,

Quidquid recipitur, per modum recipiētis, recipitur.

Facultates corporales supra cor- pora sese ne- queunt at- tollere.

Similitudo de Huma- na Mente

Intellectus, & voluntas carnis vin- culis non astringun- tur.

Ratio quat

Sola est hu- mana mens infiniti Bo- ni capax.

Humana mens quid sit.

tura, & substantia appetitus, & capacitatis conuenit, & concordat cum eo, quod res ipsa consequi potest, sed humana mens appetit nosse infinitum verum, desiderat adipisci infinitum bonum, est igitur capax infiniti veri, & boni per intellectum, & voluntatem, quibus est Dei beneficio praedita: at hunc finem in hac mortali vita obtinere non possumus, ergo oportet ut in alia futura vita assequatur: & ita necesse est, ut sit immortalis, & interitus expers. Praeterea quia natura, & Deus, qui est naturae conditor, rebus singulis vires, & facultates concessit, quibus debitos suos fines consequantur, sed homo est res longè multò ceteris nobilior, atque praestantior, & infinitum verum nosse desiderat, atque infinitum bonum possidere: cum ergo ad hunc sibi propositum, & constitutum à Deo finem perducere non possit in hac vita mortali, necesse est, ut humanus animus sit immortalis, & corpore exutus post huius vitae functionem debitum sibi finem obtineat, nisi improbi malè actae vitae mores impediunt, alioqui enim vilior, & abiectior, siue deterior esset hominis conditio: siquidem reliqua suos aliquando tandem fines pertingunt, homo verò nunquam ad destinatum sibi finem perveniret.

Tertius modus probandi immortalitatem Animae, & praemia futura sumitur ex singulari Dei Providentia.

Tertius argumentorum modus ad probandam humanae mentis immortalitatem, simul & alterius consequentiae vitae supplicia, & praemia sempiterna, sumitur ex singulari unius summi Dei providentia: est enim à nobis supra demonstratum, esse unum Deum totius huius mundi principem, ac dominum, rerum omnium auctorem, & moderatorem, qui est summum, perfectissimum, & infinitum bonum, quique cunctarum rerum finis est ultimus, ad quem uniuersa referuntur, & quem cuncta appetunt, et qui rerum humanarum, et omnium providentiam, et curam habet.

Ex Natura summi Boni.

Quo fundamento iacto, primo ita probatur. Bonum suapte natura se communicat cum alijs: ac quisque quo melior est, eo magis sua bona, alijs impertit, & proximorum inopiam subleuat: Sed Deus est summum, & infinitum bonum, potestque non solum communicare cum rebus vitam corporalem mori obnoxiam, sed etiam spiritualement, & mortis, atque interitus expertem; quippe qui omnipotens est: credendum igitur est, Deum hanc vitam spiritualement, & ab interitu abhorrentem, rei perfectissimae contulisse: at humana mens est omnium formarum perfectissima: ergo procreata est à Deo rerum omnium opifice immortalis, ab omni corpore secundum se, & materia aliena. Item Deus est perfectissimus, non solum in seipso, sed etiam in suis operibus, & factis; nam condidit hunc mundum vndique perfectum, & singula etiam iuxta suae naturae conditiones perfecta formavit: cum autem in hac rerum uniuersitate possent esse non solum corporalia, & materia praedita, atque mortalia, sed etiam spiritualia, materia expertia, & ab interitu aliena, fuisset hic mundus imperfectus, & foret sanè haec rerum uniuersitas manca, si Deus aliquam naturam, & formam spiritualement, & immortalem non procreasset: nam deessent in mundo substantiae perfectiores, & nobiliores: oportet igitur fateri, esse in hoc mundo formam, & naturam aliquam immortalem solo spiritu constantem: at haec esse non potest, nisi ea, quae est omnium formarum praestantissima, & nobilissima omnium naturarum, quas mundus suo complexu continet, ut est humana mens: est igitur ea spiritualis, & ita immortalis, atque interitus expers: & inde consequitur, ut Deus in alia consequutura vita ipsi suae gloriae amplissimos honores, diuitias sui regni summas, & ornatisimum suae maiestatis domicilium, & sedem ostenderet: neque enim Deus est parcus, & tenax, sed munificus suorum bonorum largitor: Insuper contemplare singularem Dei sapientiam, & planè agnosces, qua ratione Deus Optimus Maximus coelum, & terram ex nihilo finxit; caelos clarissimis Solis, Lunae, reliquorumque siderum luminibus illustrauerit, terram ac totam huius mundi molem multis, & varijs gemmarum, herbarum, fruticum, arborum, piscium, auium, & quadrupedum formis exornauerit, in quibus innumeras, incredibiles, & admirabiles vires, & facultates impressit, ut cuius diligenter singula consideranti facile patere potest: solus est homo inter cetera naturalia procreata, qui mente, & intelligentia praestat, qua possit harum rerum naturas, & facultates

Ex Summa Dei perfectione.

Debere esse in hoc Mundo naturam aliquam immortalem solo spiritu constantem.

Ex alijs, quae Deus, caelis, & uniuersae mundi machine comunicauit.

Solus homo rerum naturas cogitatione potest perquirere.

A facultates, vires, & dotes cogitatione perquirere: has igitur tot, ac tantis viribus, & facultatibus praeditas, non temerè, non frustra procreauit: nec hominem ipsum consilio, sapientia, & intelligentia vigentem sine causa effinxit: certè mente, & intellectu Deus donauit hominem, ut per haec varia rerum genera veluti per quaedam impressa, & relicta vestigia Dei sui amplissimam celsitudinem, magnitudinem, & potestatem consequeretur, & consequutam amaret, amatam coleret, & summa veneratione adoraret: Sic facere decuit summam Dei sapientiam, & benignitatem: & sicut hominem mente, & intelligentia exornauit, ut suum conditorem, & parentem agnosceret, atque diligeret, sic eum immortalis animo à ceteris distinxit, ut eum ex hac mortali vita discedentem meritis honoribus, ac praemijs remuneraret: alioquin enim quid homini prodesset nosse Deum? Deum ex omni corde coluisse, & totis viribus amasse? Item, Deus, ut supra dictum est, summè, & infinitè bonus est, & eo ipso consequitur necessariò, ut uniuersa ad se tanquam ad vltimum finem dirigat. Si humana autem mens immortalis non esset, non forent uniuersa ad Deum, ut ad vltimum finem relata, quod esset absurdum: nam cetera naturalia vno dempto homine, cum intellectu, ratione, & voluntate careant, Deum consequi non possunt, ut vltimum finem; Quippe Dei, qui est vltimus finis, adeptio non fit, nisi media notitia; & amore: est igitur humana mens immortalis, quae intelligendo, & amando Deum propositum sibi finem consequitur, & homine consequente, cetera etiam, vltimum finem assequuntur, quoniam reliqua sunt propter hominem procreata, & homo ipse propter Deum, & Deus est summè, & infinitè bonus, qui sui participem hominem fabricauit, & proinde immortalem effecit. Ad haec, si Dei iustitiam, & aequitatem consideres, eam summam, & infinitam cognosces: porò multos in hominum genere comperies, qui cum benè, & sanctè, ac purè viuant, honestatem colant, toto studio, opera, & diligentia Deo famulentur, & seruiant, in hoc tamen Mundo grauitè, & acerbè affligantur, vi, tyrannide, & seruitute opprimuntur, ærumnis, calamitatibus, & malis vexantur, plurima denique aduersa patiuntur, & sustinent: contra verò cernimus multos improbos, ac perditos homines, facinorosos, nefarios, impios, in Deum ipsum iniuriosos, & contumeliosos opibus affluere, in delitijs versare, prosperè, & feliciter vitam transigere: ergo si hominum animi immortales non sunt, & vita alia futura non est, vbi sint bonorum hominum praemia, & supplicia malorum, profectò magna esset rerum confusio, & perturbatio, neque esset summa, & infinita Dei iustitia, aequitas, ac sapientia: quod sanè cum omni recta ratione pugnat. Ex quibus omnibus rationibus satis apertè conficitur, animum humanum esse immortalem, omni interitu vacantem: & eisdem rationibus concluditur, futuram esse aliam vitam, vbi sit salus, & felicitas bonorum, & malorum extrema calamitas, atque perditio: & vbi recipiet quisque debitam sibi mercedem, prout benè, vel malè vixit in hoc saeculo: & quoniam alterius saeculi vita perpetuò est duratura, ideò tam praemia bonorum, quam malorum supplicia futura sunt sempiterna.

Cur Deus hominè mente dotaauerit.

Ex necessitate dirigit ad vltimum finem.

Dei adeptio non fit, nisi media notitia, & amore.

Ex Dei iustitia, & aequitate summa.

B Deum ex omni corde coluisse, & totis viribus amasse? Item, Deus, ut supra dictum est, summè, & infinitè bonus est, & eo ipso consequitur necessariò, ut uniuersa ad se tanquam ad vltimum finem dirigat. Si humana autem mens immortalis non esset, non forent uniuersa ad Deum, ut ad vltimum finem relata, quod esset absurdum: nam cetera naturalia vno dempto homine, cum intellectu, ratione, & voluntate careant, Deum consequi non possunt, ut vltimum finem; Quippe Dei, qui est vltimus finis, adeptio non fit, nisi media notitia; & amore: est igitur humana mens immortalis, quae intelligendo, & amando Deum propositum sibi finem consequitur, & homine consequente, cetera etiam, vltimum finem assequuntur, quoniam reliqua sunt propter hominem procreata, & homo ipse propter Deum, & Deus est summè, & infinitè bonus, qui sui participem hominem fabricauit, & proinde immortalem effecit. Ad haec, si Dei iustitiam, & aequitatem consideres, eam summam, & infinitam cognosces: porò multos in hominum genere comperies, qui cum benè, & sanctè, ac purè viuant, honestatem colant, toto studio, opera, & diligentia Deo famulentur, & seruiant, in hoc tamen Mundo grauitè, & acerbè affligantur, vi, tyrannide, & seruitute opprimuntur, ærumnis, calamitatibus, & malis vexantur, plurima denique aduersa patiuntur, & sustinent: contra verò cernimus multos improbos, ac perditos homines, facinorosos, nefarios, impios, in Deum ipsum iniuriosos, & contumeliosos opibus affluere, in delitijs versare, prosperè, & feliciter vitam transigere: ergo si hominum animi immortales non sunt, & vita alia futura non est, vbi sint bonorum hominum praemia, & supplicia malorum, profectò magna esset rerum confusio, & perturbatio, neque esset summa, & infinita Dei iustitia, aequitas, ac sapientia: quod sanè cum omni recta ratione pugnat. Ex quibus omnibus rationibus satis apertè conficitur, animum humanum esse immortalem, omni interitu vacantem: & eisdem rationibus concluditur, futuram esse aliam vitam, vbi sit salus, & felicitas bonorum, & malorum extrema calamitas, atque perditio: & vbi recipiet quisque debitam sibi mercedem, prout benè, vel malè vixit in hoc saeculo: & quoniam alterius saeculi vita perpetuò est duratura, ideò tam praemia bonorum, quam malorum supplicia futura sunt sempiterna.

D Praeterea ad animorum uim, naturam, & substantiam cognoscendam, sciendum est, animum nostrum duos modos, & rationes habere, quibus existit: nam est forma spiritualis, intelligentia, & notitia praedita: & hac ratione conuenit cum substantijs spiritualibus, quae mente, & intellectu vigent: & ita secundum se ex corpore alligata non pendet, & tribus viribus, seu facultatibus ornata, quas Philosophi animae potestates appellant: prima est memoria, quae est veluti commune quoddam receptaculum, et vas, in quo seruantur repositae rerum effigies, et cum res ipsae corporatae sint, imagines tamen ipsarum in memoria receptae, et impressae sunt modo quodam spirituales, ut supra diximus: hinc fit, ut in hac nostra memoria conseruare possimus praesentes magnarum urbium, amplissimorum regnorum, & late patentiū terrarum imagines. Neque enim, dum in nostra memoria velut inscriptae, insculptaeque manent, loco, et spatio concluduntur: et pro varietate harum imaginum in memoria inhaerentium, et hominis cogitationem, ac notitiam subeun-

Duos esse modos, quibus animus noster existit.

Intellectus
quoniam fa-
cultas sit.

Voluntas
quoniam fa-
cultas sit.

Anim' post
corporis
mortem uti-
tur trium
suorum vi-
tium officijs.

Ab similitu-
dine homi-
nis Regis.

fubeuntium, recordatur homo. Secundo animi facultas, seu potestas est intelle- A
ctus, quo mens hominis ratiocinatur, intelligit, considerat, & rerum naturas di-
scernit; verum à falso distinguit, honestum à turpi, bonum à malo; vt supra dictum
est. Tertio animæ vis, atque facultas est voluntas, ratione cuius homo liberum ha-
bet arbitrium, & liberè vult, aut non vult, liberè operatur prout vult: harum trium
virium ministerio obeunt homines officia, & munera omnia spiritualia. Et quam-
uis, dum animus noster viuit in hoc mundo corpori coniunctus, ratione corporis,
cui copulatur, prædictæ facultates suas actiones cum corpore communicent, & ex
corpore pendere videantur, quia rerum simulacra, & effigies, sensuum opera, &
ministerio, suscipiunt; nihilominus tamen vires sunt secundum se spirituales, nul-
lo corporis organo, vel instrumento colligatæ, nullis materiæ vinculis astrictæ, ita,
vt liberæ, & solutæ corporis, aut carnis legibus, sua opera, & officia præstare queant. B
Næque enim, sunt veluti corporis sensus, & reliquæ materiales facultates, quæ
quia sunt alicui corporis organo alligatæ, aut materiæ vinculis deuinctæ, sine cor-
poris organo, aut absque materia nihil possunt efficere: hinc etiam fit, vt animus
noster (licet sit à corpore seiunctus, & corpore exiit) harum trium virium offi-
cij fungit possit commodissimè. Est item animus noster secundo modo substantialis
forma hominis, & hac ratione corpori, & carni coniungitur, sicut forma suæ ma-
teriæ copulatur: hac etiam ratione suas proprias vires, & facultates habet, & actio-
nes peritus ex corpore pendentes: ipse enim animus corpori vitam præstat: cum
illo etiam communicat sensum, & motum, & appetitum, ac cetera, quæ cum bel-
luis communia retinemus. Et quia huiusmodi vires ita sunt corporeis organo &
instrumentis alligatæ, vt nulla ratione officia sua facere possint absque corporis C
opera, & ministerio, fit hinc, vt anima nostra soluta corpore nihil sentiat, nimirum
videndo, gustando, tangendo, audiendo, odorando: Quare cum homo diem vitæ
suæ claudit extremum, & anima separatur à corpore, amittit animus dominatum,
ius, & potestatem, quam vt forma habebat in corpus, perdit etiam sensus, & reli-
quas corporeas vires, & actiones: retinet tamen suum proprium esse, quod ipsi con-
uenit vt spiritualis substantia est intellectualis, ratione, cuius non pendet ex corpo-
re: & ita etiam conseruat in se tres vires, & facultates spirituales memoriam, qua
recordatur, intellectum, quo intelligit, voluntatem, qua honestum, et bonum am-
plectitur, turpe, & malum detestatur: et ob id quoque in alia vita corpore solutus
animus tristari, gaudere potest, et sic supplicij, præmijque capax est. Et vt hæc om-
nia exactius, et commodius intelligantur, ea hoc exemplo in medium producto D
declarabo. Fingamus hominem quendam Regem esse: profectò in eo duæ personæ
rationes sunt, vna, quatenus homo est, qua ratione proprias hominis actiones ha-
bet, et exercet, & sentit, ingreditur, dormit, comedit, viuit: altera, quatenus rex
est, qua similiter ratione, sua propria opera, et officia præstat; gubernat enim, le-
ges condit, imperat, punit. Quod si rex hic, casu, vel alio pacto suum regnum amit-
tat, cum eo simul regiam amplitudinem, et maiestatem perdit, omnem quoque im-
perandi potestatem, puniendi vim, et legum ferendarum auctoritatem, quibus an-
tea excellebat: non tamen vitam, rationem, et formam hominis amittit, et proin-
de proprias hominis actiones, et officia non perdit: et ita quamuis è regia digni-
tate, et imperio deciderit, vt tamen homo est, sentit, dormit, ingreditur, comedit,
et viuit, ac reliqua hominis munera obit. Sic etiam sese habet animus noster et ita E
per seipsum manet, ex corpore nequaquam pendens suis proprijs functus muneribus:
et corpore solutus, ac liber migrat in aliam vitam, ac sæculum, vbi in perpetuum
est duraturus, vel debitis supplicijs, vel præmij afficiendus prout benè, vel
malè in hac fluxa vita se gessit.

A QUAE DE APPARENTE, QUAM VOCANT,
Doctrina Iaponij docent, ea esse falsa, & absona. Neque Cami, Fo-
toque, Zacham, Amidam, posse in hac vel alia futura Vi-
ta dominari: ac proinde nullam esse felicitatem, quam
Iaponij docent. Cap. V.



B AM verò tanto magis absona est Doctrina illa, quam apparen-
tem Iaponij vocant. Id quod ex ratione ipsa docendi, quam hu-
ius sectæ professores obseruant, facile intelligi potest. Primò, quia
homines decipiunt docentes exterius ea, quæ ipsi interius non
credunt, imò contraria, & aduersa sequuntur, & approbant: &
precedente tempore nonnullis eorum, quos antè deceperant, sua
mysteria secretò narrant, & ad veri cognitionem, vt ipsi putant, eos traducunt:
Quæ docendi ratio profectò tota est fallax, mendax, hominum deceptrix: quare
consequitur, vt eorum leges prauæ, & iniquæ sint, vt pote mendacijs, dolis, & frau-
dibus innixæ.

Secundo cur, quod ipsi norunt falsum esse, id alios docent? si dicant quod fo-
lent, se id facere, quia non omnes idonei sint vero percipiendo quod multi sint
simplices, & rudes, qui aliter instrui nequeant veluti pueri, qui, cum plorant,
vt pecuniolam auream, vel argenteam recipiant, placari solent exiguo aliquo mu-
nifculo quod ipsi aurum, vel argentum putant: nihil sanè est hoc: probi enim, &
C sapientis hominis est rudes, & imperitos instruere, errantes dirigere, non noua
inuenta inducere, noua consilia excogitare, ad homines decipiendos, & imperi-
tiores reddendos: Quare negare nulla ratione possunt, se esse deceptores potiùs
hominum, quam Doctores, nam hisce suis confictis narrationibus, & fabulis plu-
rimos fallunt, qui alioqui non deciperentur, si rei veritas illis explicaretur. Sin
rursus dicant, se ista docere solitos, vt admoneant alios de ijs, quæ in hoc Mundo
contingunt, & quia aliter regi, & gubernari non possunt rudes, & vulgares homi-
nes: hoc etiam nihil iuuat eos: Nam leges, quæ sapientium, & proborum homi-
num consilio, & prudentia decernuntur, prauos, & corruptos mores probare non
debet: ac cultum, & venerationem impendere ijs, qui CAMI, ET FOTOQVE
nominantur, vanum, & ridiculum est, & inscitia magna, vt ipsi quoque fatentur: D
nefas igitur est, quod ipsi ista doceant: impium sanè est, & execrabile, quod ip-
si hominibus persuadeant, vt cultum, & adorationem exhibeant CAMI, ET
FOTOQVE: siquidem eorum sectæ, doctrinæ, & leges improbæ, & perditæ vi-
tæ mores constituunt: quod si rudes, & imperiti homines latis ab ipsis legibus satis
commodè gubernari nequeunt, argumento est, leges, quas ipsi tulerunt, & quas
ipsi interiores, & veras appellant, vanas, inanes, & falsas esse: nam si æquæ, &
iustæ essent, homines in officio continuissent, & ipsum quoque vulgus à malo deter-
ruissent: hoc enim proprium est rectæ, & iustæ legis officium, vt conferat plurimum
ad bonæ vitæ institutum, & virtutem magna ex parte promoueat: contra verò pra-
uæ, & iniquæ leges honestatem euertunt, officia tollunt: quare si lex, quam
E foris euulgant, mendax, & fallax cum sit, iuuat ad homines in officio retinendos,
& lex, quam intus, & secretò tradunt, quamque ipsi veram existimant, si doceat-
tur, nihil iuuat ad id, quod est rectum, & bonum promouendum: consequitur sa-
nè, vt melior, & præstantior sit falsitas, quàm veritas: siquidem falsitas plus robo-
ris, & virium habet in tuendo, conseruandoque bono: quod profectò absurdum est,
& ab omni recta ratione alienum: quippe veritas & honestas bona sunt, mala, con-
trà, falsitas, & turpitudine. Palàm hinc colligitur, eos, qui doctrinam istam euul-
gant, cum norint, inanem esse, & falsam, nihil aliud curare, nisi vt opes sibi con-
gregent, honores comparent, vt eos facere videmus, summa ope, & studio ni-
tentes, ad sua dogmata, & placita homines allicere, vt beneuoli ipsis munuscula
offerant,

CAMI, &
FOTOQVE
legum Iap-
ponicarum
coditores.

Propriū
legis of-
ficiū quod
nam sit.

offerant, eleemosynas largiantur, pecunias reddant, beneficia conferant, honores deferant: hisce igitur artibus, & fraudibus homines decipiunt: sciunt enim, sese nihil expiscaturos nisi hisce fallendi artibus vterentur.

Porro quam multi passim decipiuntur hac doctrina apparenti, rati eam esse rectam, & veram: operæpretium est, eam ut falsam, & absurdam, & cum recta ratione pugnantem argumentis, & rationibus comprobare: & ut commodius hoc præstare possimus, vniuersam hanc doctrinam ad tria potissimū capita redigemus.

Primum erit, in quo docent, esse CAMI, ET FOTOQVE, quos ipsi multis, & varijs nominibus appellant, & hos asserunt, quidquid boni in hoc mundo homines haberent, conferre, & post huius vitæ obitum in alio sæculo salutem præstare ijs, qui ipsorum leges obseruauerint.

Secundum caput est, in quo docent, salutem, quam in alio sæculo homines consequuntur beneficio CAMI, ET FOTOQVE in hoc esse sitam; ut homines in FOTOQVE mutantur octoginta qualitatibus affecti, & triginta duabus figuris donati, & inter fructuum, & florum amœnitates viuere multis, ac varijs musicorum cantuum generibus oblectati, multis recreati delitijs, omni iucunditate perfruuntur læti, & alacres, & suis rebus maximè contenti in quatuor terræ partibus constituti.

Tertium caput est, in quo docent, omnes homines, donec illam felicitatem, & salutem prædictā assequantur, cursare huc, atque illic sex vijs insistentes, quæ in varijs vitæ statibus, & conditionibus consistunt, in quibus versantur animæ ex vno corpore in aliud migrantes, ita ut modò homines fiant, modò dæmones, aliquando bellæ pro meritorum ratione, quousque iterū homines fiant, qui leges latas à XACA, ET AMIDA feruēt, quarum obseruatione possint sibi salutē comparare: & quamuis in his tribus capitibus pro varietate sectarum multa dicantur inter se contraria, & pugnantia, tamque absurda, & ridicula, ut aperte constet, ea esse conficta. Dicimus itaque nullos esse CAMI, nullos esse FOTOQVI, qui ius aliquod, vel potestatem habeant hic, vel alibi, & ita nullum illis impendendum honorem aut cultum: non esse ab hominibus adorandos, vel rimendos, quod & supra comprobatum est & magis adhuc probabitur.

Primā ratio ex ijs argumentis existit, quæ allata sunt, aduersus eam Iaponiarum sectarum doctrinam, quam veram appellat: monstrauimus namque, neque esse, neque esse posse nisi vnum factum primum principium, quem Deum vocamus, cuius nutu, & imperio tota hæc rerum vniuersitas creata ex nihilo est, conseruatur, ac regitur: & cuius potestate fieri potest, quidquid voluerit, Penes hunc Deum est ius, & facultas seruandi homines, & ad vitam in alio sæculo sem-

piternam perducendi: fieri igitur non potest, ut alicubi sint isti CAMI, ET FOTOQVI, qui in hoc mundo homines beneficijs, & in alio honoribus, & præmijs afficiant: quippe Deus vnus tantum est, qui toti mundo dominatur, & imperat.

Secunda, quia XACA, AMIDA, & ceteri CAMI, ET FOTOQVE, quos Iaponij colunt, & venerantur, homines fuerunt, suos maiores, & progenitores, filios, vxores, & familiam habentes: quique & orti aliquando, & procedente tempore obierunt, ut manifestè nobis conscriptæ de ipsorum gestis, & vita narrationes tradiderunt: non igitur esse potest, ut eorum potestate, & consilio mundus hic gubernatur, vel hominibus in alio sæculo salus, & felicitas conferatur: item gubernatio, & administratio mundi, siue terræ, cælorumque moderatio, & cura totum hominum captum, sapientiam, & facultatem exuperat, utpote qui formicam exiguam, aut vilem muscam, & minimum culicem efficere nequeunt, ne dum totum hunc mundum temperare, & regere: est igitur ridiculum prorsus huius mundi administrationem infirmis & mortuis hominibus tribuere, quales fuerunt CAMI, ET FOTOQVI, & reliqui similes, quos Iaponij honore, & veneratione prosequuntur.

Item, isti progeniti ex suis parentibus sunt, & parentes ipsorum ex suis maioribus nati fuerunt, & maiores ex alijs hominibus suum genus, & originem traxerunt: ante omnes tamen mundus exiit, nam quando orti sunt, mundus iam erat, in mundo enim ipsi nascebantur: ergo antequam CAMI, ET FOTOQVE in hanc communem lucem ederentur, ab aliquo alio mundo hic gubernabatur, & aliquis erat, qui hominibus salutem, & felicitatem conferret. Item, CAMI, ET FOTOQVE, & alij similes, quos, colunt, & adorant supplices Iaponij, vel sunt Dij, qui mundum hunc ex nihilo condiderunt, & hoc est absurdum, ab omni recta ratione penitus abhorrrens, nam plures Dij esse non possunt, ut est supra monstratum à nobis, vel non sunt Dij. Si Dij non sunt, nihil iuris, & potestatis habent, vel in hoc, vel in altero mundo: & ita perperam coluntur, adorantur, timentur.

Porro varijs, & causis orti sunt errores qui bus non solum hominibus mortuis diuinos honores,

ius & facultatem seruandi homines.

Xaca Amida Cami Fotoque fuisse homines.

Nota

honores; & cultus tribuerunt, verum etiam belluas, & lapides, ac signa rationis, sensus, & vitæ expertia coluerunt.

Prima fuit, quia, ut in initio diximus, naturaliter homines vnum mundi principem agnoscent: sed quoniam in multa flagitiorum genera prolapsi sunt ideo à vera rectæ rationis norma aberrarunt: Mox crassis tenebris, & ignoratione excæcati cum summum rerum omnium opificem non coluissent, ne dum agnosissent diuinos honores, & cultus procreatis à Deo rebus tribuere cœperunt, & summum rerum principatum, ac potestatem vero Deo debitam ad alia transulerunt, in quibus eximium aliquid, & excellens elucere cernebāt: hinc factum est, ut alij Solem, alij Lunā, alij reliqua cœli sydera coluerint: alij ignem, alij aquam, aërem, terram, & elementa adorauerint: ex quibus alia corpora fieri, & componi videbant: alij alias res procreatas ex nihilo à summo Deo venerabantur, quia ex ipsis alia multa profuebant: fuerunt alij, qui homines diuinis honoribus prosequuti sunt, rati in eis aliquid diuinitatis inesse, quod ipsos cæteris hominibus multis in rebus antecellere viderent, & ita aliqui sunt habitus, existimatiq. Dij, quod plurimum bello, & armis valent, alij quod viribus, potentia, vel sapientia, & litteris præstitissent: alij quod inuentores artium aliarum, vel magnarum rerū auctores extiterint, quales fuerunt nauticæ scientiæ conditores, & artis medicinæ parentes, qui dij marini vocati sunt, dij salutare, dij bellatores, dij rustici, dij syluani, montani, & similes.

Prima causa peccati. Cur non solum hominibus, mortuis, verum etiam creaturis sensus expertibus tributi sunt honores à Iaponijs.

Prima causa peccati. Cur non solum hominibus, mortuis, verum etiam creaturis sensus expertibus tributi sunt honores à Iaponijs.

Secunda causa. Honoris cupiditas.

Secunda causa fuit effrenata honoris, & gloriæ cupiditas, & libido, quæ in hominum genere dominata est: nonnulli enim cum opulenti, potentes, & superbi essent, & vbique per se ipsos imperare non possent, erigi sibi statuas, & simulacra inserunt ex argento, vel auro, vel alia simili materia: quæ suam ipsorum amplitudinem, & maiestatem referrent, & varijs, ac multis locis constituerentur: vbi ipsi, ac si coram præsentibus cernerentur, adorarentur ab omnibus. Alij vero plus æquo suos parentes, vel maiores, vel filios adamantes, ut dolorem ob ipsorum obitum aliqua ex parte leuarēt, ipsis iam mortuis statuas, & simulacra extruxerunt, ut in illis imaginibus mortuorum parentum, vel filiorum memoriam refricarent, & subinde repeterent: cumque fabricatis statuis honorem, & venerationem impenderent, imperarunt ancillis, seruis, famulis, ac reliquis suæ ditioni, & potestati subiectis, ut illas imagines, & simulacra cultu, & honore prosequerentur; ac si viui essent ij, quorum figuram imagines adumbrabant: hac sese arte fallebant, & se ipsos consolabantur mortuorum imaginibus conspectis, ac si viuorum coram præsentia cerne-

retur: procedente tempore nepotes, & posterum cum in magna incertitia, & ignoratione versarentur, arbitrati numen aliquod in simulacris inesse, Deos aliquos esse iudicauerunt.

Tertia causa fuit, summa dæmonum malitia, quos TENGV Iaponij vocant, & immodica hominum libido. Dæmones enim hominū genus exorsit ob eas causas, quas suo loco dicemus, cum de dæmonum malitia tractabimus, ad homines decipiendos, se se in illas statuas, & simulacra hominum arte, & industria confectas abdebant, & inde responsa rogati dabant, huc, atque illuc imagines locumoueabant, & ita loquendo, respondendo, & sese dæmones in illis imaginibus mouendo significabant hominibus in illis statuis diuinitatem inesse, quæ ad interrogata responderet, oracula ederet, consilia præberet, miracula patraret, loqueretur, incederet: & hinc factum est, ut delusi mortales, & miseri homines diuinos honores confectis à se imaginibus deferrent: indeque arrepta occasione alij homines quæstus auidi, & cupidi se se sacerdotes talium simulacrorum, & Bonzj, mencijs, & delirijs gentium populos sibi conciliantes: morum varios cultus, ritus, ceremonias, sacrificia, & victimas instituerunt, persuaferunt hominibus, simulacra esse Numina, esse Deos, quibus victimas, & hostias offerri oporteret: ut placarentur: ut salutem concederent, vitam conseruarent, ut pestē, famem, morbos, & calamitates arcerent, ut terræ fructus tuerentur, denique ut in hac fluxa, breuique peritura vita beneficia conferrent, & felicitatem in altera: templa, & aras dicarunt, ut in eis munera offerrentur ab omnibus, quæ in suos ipsorum vsus conuerterentur, & immodicam lucris cupiditatem explerent: atque maximam ipsis laudem, & gloriam conciliarent. Non defuere alij, qui ut hæc facilius assequerentur, pacto cum dæmonibus inito varia sortium excogitata in terrarum orbem inuenerunt: & ita vi pacti cum dæmonibus initi, cum certa signa, circulos, & figuras describunt, sese illis præsentibus inuocati dæmones exhibent varias, vel hominū, vel pecudū formas induti, & ad ipsorum iussu exequenda parati, & assumptarū figurarū horrore terrentes alios homines, ac persuadentes statuas, & simulacra cōstrui similia iis figuris, in quibus ipsi inuocati cōparuerunt: & hinc factū est postea, ut talia simulacra dæmonibus dicata colerentur: & multæ, ac variæ conscriberentur historiarum plenæ mendacijs: & cōmentis ad fallendos homines mira dæmonū arte confictis: Dæmones enim vel ex magna rerū experiētia, vel ex naturalium corporū peritia aliquando nonnulla præsentiuunt, atque diuinant, & cum quæ ventura sunt prænucciasent, præ se ferebāt, se esse rerum omnium futurarum conscios,

Tertia causa. Immodica hominum libido.

Aras Dæmonum.

Bonzj.

Pactum cum Dæmonibus initū.

Historiarum plenæ mendaciorum pleag.

Metempsychosis.

Nil esse CAMI, nec FOTOQVI falsos Iaponiarum Deos.

Apud vniuersum Deum esse

Auguria, fortes, & cetera eius modi, vnde introduca.

cum tamen non nisi ea, quae naturaliter ipsi percipiunt, & ex rebus ipsis scire possunt, praecognoscant, atque praedicant: sunt enim mendaces, & sese futurorum gnaros nugantur: & sibi diuinos honores, & cultus vendicant, & nefarie vsurpant: & hac ratione introducta sunt auspicia, auguria, sortes, divinationes, & reliquae vanae superstitiones, quibus sunt imbutae gentes: item ex his tribus causis veluti ex fontibus idolorum cultus, & superstitiosa, ac falsa religio promanuit, & veri Dei notitia, ac veneratio extincta, sublata, & sepulta est: nam hominum, & aliorum quoque animantium effigies, & simulacra adorari coeperunt: item earum rerum imagines, & figurae, quibus sese hominibus demones visendos praebant: & hinc factum est, vt in Iaponiam demones CAMI, & FOTOQVI inuenerint, & in alias mundi plagas alia innumera simulacra, quibus diuini cultus sunt exhibiti: postea vero exorta inde est effrenata quatuor libido: nam excogitatae sunt varia sacrificiorum genera, quibus demones tanquam Diis placarentur, exadificata, & erecta templa, creati, & constituti sunt sacerdotes, qui sacrificijs, & sacris praesentent: quique vt quatuor non minimum sibi compararent, sexcentas historias, & fabulas confinxerunt mendaciis plenas: & ita Iaponiae Bonziji, & si suorum CAMI, & FOTOQVI historias credunt esse ridiculas, & meras nugas, ne tamen lucrum amittant, quod ex ipsis faciunt, & quo viuunt, populum summa ope, & studio nituntur in CAMI, & FOTOQVI cultu, & religione superstitiosa, & vana retinere.

Vnde varia sacrificiorum genera excogitata.

Lucri auditas in Bonzijiis.

PROVIDENTIA Dei tribus modis potissimum occurrere solita fuit demonum fraudi.

EVLCERA.

Huic autem Demonum fraudi singularis Dei Providentia nunquam occurrere destitit: eam enim detegere, & a medio tollere tribus potissimum modis, & remedijs adhibitis curauit. Primo. Opportunis temporibus homines, & litteris, ac scientia, & moribus, atque vitae integritate conspicuos tanquam legatos misit, vt gentes docerent, quo sibi ab his demonum artibus, & fraudibus cauerent. Secundo. Permisit, vt in his sectis vanis, ac superstitiosis tot, ac tanta ridicula commenta, mendacia, absurda, & incommoda cum omni recta ratione pugnantia traderentur, vt facile cordati, & prudentes homines perquirendo nosse valerent, ea omnia esse aniles, & inanes fabulas ab hominibus excogitatas, & confictas. Tertio. Permisit Demones in tam monstruosos, & portentosos figuris apparere, vt absque villo ne-

At vero (quod erat secundum caput) quoniam docent, alterius vitae felicitate in eo consistere, quod homines, octoginta qualitatibus, & triginta duas figuras induiti, victuri sint inter fructuum, & florum amoenitates multis, & variis oblectati cantibus, atque inter sonantes vndique tibias, & lyras, & alia id genus musica instrumenta: quanquam ipsorum historiis produntur, eadem ipsa esse, vt aiunt, aniles fabulas, ridicula

Demonum in Iaponia quomodo pinguntur.

cula, & vana commenta, & deliria excogitata ab hominibus, qui nesciunt, quod dicunt: nos tamen relictis eorum verbis, quibus vtuntur, cum ista docent, loquentes more sapientium ostendemus, falsum esse, quod tradunt, & fieri nulla ratione posse, vt nostra felicitas, quam futuram in alia vita speramus, sita sit in iis, quae corporum sensibus voluptatem afferant, quod hisce firmissimis rationibus comprobatur.

Ad felicitatem necessesse esse, vt desiderium vndique sit expletum.

Prima, vt homo sit omni ex parte beatus, & ad quaevis bonorum sorte contentus, opus est, vt eius desiderium sit vndique expletum, & ea, quae sunt in homine praecipuae facultates, & nobilissimae, adepta sint bonum, quod earum cupiditate satiet: at plane experimur, in nulla re, quae corporis sensibus obiecta percipitur, voluntatem hominum conuiescere, vel intellectu expleri. Nam quantacumque sensuum voluptate perfundatur homo, quantifcumque opibus abundet, licet delicatissimo cibo, & potu fruatur, nunquam saturatur omnino: semper enim plura, & maiora bona appetit: fieri igitur non potest, vt alterius vitae felicitas posita sit in fructu, & florum amoenitate, in sonantibus vndique fidibus, in musicis cantibus, & in aliis id genus delitijs, quae corporis sensum oblectant, animum non satiant.

Necessaria esse proprii obiecti ad expletionem facultates animantium explendas.

Secunda. Quia nulla animantium facultas expleri, satiarive potest, nisi sui proprii obiecti ad expletionem ad facultates animantium explendas. Si ad expletionem: verbi gratia, gustatus non conuiescit, vel oblectatur odore, sed rerum saporibus, qui in cibis, quibus vescimur, reperitur: auditus non satiatur corporum coloribus, sed sonis, qui aures demulcent: sic intellectus noster, vt supra diximus, verum habet vt proprium obiectum, non tamen quodcumque verum, sed vniuersè verum, vnde de fatiari nequit alicuius privati veri conuiescunt: quia nullum est peculiare verum effectum, quod tota eius capacitate exquet: quare in nullo vero conuiescit, donec omnem verum obtineat: similiter nostra voluntas fertur sua natura vt in proprium obiectum in id, quod est vniuersè bonum, & ita nullo procreato peculiari bono satiatur, quousque omne bonum possideat: at in his rebus, quae corporis sensibus obijciuntur, neque inest vniuersè verum, nec vniuersè bonum, siquidem praeter istas res sensibus expositas, aliae sunt multo veriores, & meliores. Non igitur esse potest, vt alterius vitae felicitas in hisce rebus, & bonis consistat. Item, quia haec bona sensibus oblata non sunt propria obiecta intellectus, vel voluntatis, quippe quae sunt obiecta sensus, & appetitus, qui sensuum est comes. At praestantissimae hominis facultates sunt intellectus, & voluntas, quibus mens est praedita: fieri igitur nequit, vt in alio saculo conuiescat homo, nisi haec mentis facultates suorum propriorum obiectorum conuiescuntione expleantur.

Cum, homine intereunt.

Tertia. Quoniam (quod dictum est supra) homine intereunt, omnes sensus, & corporis

facultates, & vires intereunt, vt quae corporis instrumentis sunt alligata, & corporis vinculis astricta, & carne concreta: & ideo extinctus homo, nec audit quidquam, nec cernit, nec gustat, nec odoratur, nec manibus contrectat: sed solum post hominis obitum super sunt tres animi facultates, quae rationis compotes vocantur, quaeque ad suas functiones corporis adiumentis, & instrumentis non egent: quia nulli corporis parti alligatae sunt, nimirum memoria, intelligentia, voluntas, quae mortis, & interitus expertes sunt, vt supra est a nobis fusè tractatum: Est igitur ridiculum, & penitus absurdum, quod isti docent, nempe alterius saeculi felicitatem esse positam in choris, cantibus, tibis, & fidibus, & alijs id genus rebus, quae sensus nostros oblectant: quandoquidem animus corpore solutus, & in alia vita translatus sensibus caret, quos vna cum corpore amisit: & idcirco nihil percipere valet eorum bonorum, quae ad corporis sensus spectant: sed eius felicitas consistit in trium spiritualium facultatum actionibus, nimirum in functione memoriae, qua semper est memoria eorum bonorum, quae possidet: in actione intellectus, qui est omni sapientia plenissimus, utpote qui omne verum, cuius mens hominis capax est, cognoscit perfecte absque villo errore, deceptione, & lapsu: neque enim vlla falsitate, aut mendacio decipitur, neque vllis ignorantiae tenebris obscuratur, nec alicuius rei discenda studio, & desiderio tenetur: & in operatione voluntatis, qua semper iucundissimo quodam amore diligit Deum, qui est summum, & infinitum bonum: & his actionibus expletur, & satiatur animus dulcissima omnium bonorum, quae possunt expeti, possessione contentus.

te sensus corporis intereunt: tres vero animi facultates rationis compotes superant, absque Iaponia rum sententiam de futura felicitate.

Felicitas hominis post mortem in qua consistat.

Causa cur in errores inciderint Iaponij.

Porro causa, ob quam in huiusmodi errorem praedictae sectae incurrerunt, fuit: quia cum homines essent sensuum voluptatibus, & corporis delitijs dediti, vt qui ventri, & carni indulgerent, intelligere non potuerunt, aut potius noluerunt, alia esse bona hisce sensuum, & corporis bonis longè praestantiora, & ideo in corporis, & sensuum delitijs, ac voluptatibus alterius vitae felicitatem ultimam collocarunt: qui sane plurimum a vero aberrarunt: quia sunt alia bona caelestia, atque diuina hisce caducis, fluxis, & breui interituris rebus sublimiora: quae consistunt in cernendo clarè, amando, & possidendo Deum rerum omnium principem, ac dominum, qui est omnis sapientiae fons, & origo, & omnium bonorum auctor: qui solus nostri animi capacitatem

tatem implet. & omne nostrum desiderium faciat, intellectum omni sapientia illustrans, & voluntatem omnium bonorum iucunditate perfundens. AMIDA autem, & XACA, & alij similes FOTOQVI caruerunt, huius Dei Optimi Maximi noetia & idcirco in iis, quas Iaponiis tulerunt legibus, nihil de eo tradiderunt: imò sibi ipsis vendicarunt honorem, cultum, & veneratio-

HUMANAM mentem, ex vna nò migrare in alteram.

Sed & tertio capite docent Bonziz, humanos animos, donec ad prædictam felicitatem, & salutem perueniant, per sex illas cursitare vias ex vno in aliud corpus migrantes: aliquando dæmonum, aliquando belluarum, aliquando hominum formas indutos: ex quo plane intelligitur, in quantâ ignorantia versentur non solum diuinarum, sed naturalium rerum; manifestissimis namque rationibus ostenditur, fieri nulla ratione posse, vt meas humana ex vno corpore migret in aliud ita, vt aliquando fiat dæmon, aliquando bellua.

Quibus est vna, & eadem forma substantialis, ibi nulla potest esse naturæ distinctio.

Primo. Quia, mens substantialis est forma, quæ homini vim, motum, sensum, vitam, & naturam præstat, omnis verò forma substantialis rerum, rebus singulis esse, quod sunt, tribuit; Quare pro varietate formarum variae sunt rerum naturæ, atque substantiæ: & vbi est vna, & eadem forma substantialis, ibi nulla potest esse naturæ distinctio: & hinc fit, vt in hominibus sit eadem secundum speciem natura, quia eadem est secundum speciem forma: sed dæmones, ac belluæ diuersas secundum speciem naturas habent, atque homines: ergo fieri nequit, vt eisdem secundum speciem formis consent, & eadem ratione fit, vt mens hominis fieri nequeat dæmon, aut bellua.

Materia est se præparanda pro forma, quæ susceptura est, conditione.

Secundo. Quia inde conficeretur, vt dæmones, belluæ, & homines eandem naturam haberent, quod nullus dicere potest, qui sit rationis còpos, & mētis humanæ particeps. Tertio. Quoniam (quod supra probatum est) vt substantialis forma cum sua materia coniungatur, necesse est, vt materia prius debite præparetur pro formæ, quam susceptura est, conditione: sicut forma ignis in lignum debito calore, & siccitate inflammatur: & pro diuersitate formarum substantialium diuersæ sunt affectiones, & preparationes materiæ, quæ sunt veluti ornamenta, quæ forma ad suum in materiam aduentum postulat. At in belluarum, & hominum corporibus diuersæ penitus affectiones, & qualitates sunt: fieri igitur non potest, vt hæc tã diuersa corpora eadem secundum speciem forma imbuantur; sed potius sicut diuersæ

Diuersas esse qualitates in belluarum, & hominum corporibus.

Veruntamen, quæ in quarto capite docet, ex omnibus, quæ hætenus dicta sunt, facile intelligitur, eos vehementer falli, cum dicunt, posse hominem in hac mortali vita ad primi rerum omnium principij naturam, & dignitatis fastigium peruenire: quasi homo possit ex 2^{te} res cognoscendo, & meditatione penetrando, eam vitæ tranquillitatem adipisci, quam summus rerum Princeps in seipso habet. Nam, cum hic primus rerum opifex sit Deus Opt. Max. qui est infinitus, immensus, vndique

nem, quæ soli Deo Opt. Max. debentur. Hinc fit, vt credi, nulla recta ratione possit, eos esse saluos, aut aliis salutem conferre potuisse; sed potius vt mendaces aliorum duces, & vanos hominum Doctores supplicis cruciari sempiternis vna cum iis, qui ipsorum vestigia sectati, vitam, & mores imitati fuerunt. Hoc satis est ad secundum caput cogendum.

Quarto. Quia vt supra etiam ostendimus, belluarum animæ sunt secundum se materiæ, & quæ oriuntur, & pereunt: vt quæ iuxta naturam suam ex corpore pendunt, & nullam actionem habent, quæ corporis adiumentis non egeat: sed humanae mentes sunt immortales, omnis interitus expertes, materiæ nò obstrictæ, nec obnoxia, à corpore libera, & immunes, quarum vires, & facultates memoria, intellectus, & voluntas nullis corporum instrumentis alligantur: non igitur fieri potest vt humana mēs sit belluarum forma.

Belluarum animas esse per se materiâs.

Quinto. Quia mens humana, vt diximus hætenus, secundum intellectum, & voluntatē ex corpore non pendet, nec est corporatorum instrumentorum legibus obligata, vel astricta vinculis, vt quæ sine vllò corporis adminiculo suis potest commodè fungi muneribus, nimirum intelligendo, & amando: ergo si mēs humana in belluarum corpora sese recepisset, pro nutu, arbitrioque suo posset intelligere, & appetere, & amare, quæ vellet; siquidē in his vitæ functionibus corporis instrumentis nò eget: at oppositum omnino in belluis comperimus. Est igitur penitus absurdum, & à vera ratione alienū, quod isti de tertio hoc capite docent, nimirum mentē humanam ex corpore vno in aliud migrare, & p sex illas vias summa celeritate loca trāscurrere. Hinc aperte concluditur, totam istorum doctrinā esse falsam, ineptam, ridiculam, omnis inscitie plenissimā, & ita iure optimo cōmuni omnium doctorum Iaponensium consensione etiam ipsorum Bonziorum sententiâ confutatur.

Mēs humana secundum intellectum, & voluntatem ex corpore non pendet.

Idolatria legib. Iaponicis præscripta.

que perfectissimus, omnipotens, totius mundi auctor, dominus, conseruator, & rector, fieri nullo pacto potest, vt homo, vel in hac, vel in alia futura vita ad huius primi principij naturam perueniat: nec potest homo eum vitæ statum, & conditionem assequi, vt nihil penitus intelligat, nullum bonum exspectat: quia in summa inscitia, ac in summa imperfectione abiectissimè iaceret: imò potius maxima vitæ perfectio, & tranquillitas, ad quam homo potest in hoc sæculo prouehi, posita est in bene ordinata, & instituta suarum actionum ratione, qua sui animi affectiones, & motus ita temperat, vt rationi pareant, & ratio summo rerum principi Deo obtemperet, & nullatenus impediatur, aut abstrahatur à veri Dei cognitione, amore, & cultu. Hæc enim vera, & germana huius vitæ perfectio, hæc vera tranquillitas, quæ in hoc sæculo potest obtineri. Porro quia animus dum est in hoc mortali fragili, & infirmo corpore, nequit summum rerum Principem Deum ita contemplari, atque ita diligere, vt deberet, quia passim ab eo diuellitur, & in varia studia citò distrahitur, ideò in hoc sæculo eum nunquam vitæ statum retinere potest, vt beatus sit: in alia tamen futura vita summa felicitas comparatur, quæ in clara Dei Optimi Maximi visione, & amore consistit, vt dicemus, cum de vltima hominis felicitàte tractabitur. Itaque ex his omnibus efficitur, vt falsa sit, & profus absurda omnis Iaponensium sectarum doctrina, quam isti appellant disciplinam veritatis, in abditis rerum arcanis contentam.

LEGES A IAPONIIS LATAS ESSE falsas, & iniquas: salutem per eas nullam conferri: earum cultores damnatum iri. Caput VI.



AM verò planius ostendenda est legum Iaponiarum iniquitas, & falsitas sumptis argumentis ab ijs, quæ in istis legibus traduntur, docentur, permittuntur, præscribuntur, quæ profecto detestabilia sunt, omni æquitati, & rectæ rationi aduersa. Vt vero nunc alia taceamus, quæ millies secum inuicem pugnant, & in quibus summa est inscitia, stultitia, & amentia, pauca hic attingenda sunt absurdiora, & detestabiliora.

Primo omnes Iaponiæ sectæ, & leges vbi-que Idolorum cultum præscribunt, quod est inter peccata, & crimina grauissimū: & scelus cum recta ratione pugnant. Idololatriam vocamus crimen, quo honorem, & cultum soli summo rerum principi Deo Opt. Max. vt huius mundi conditori, rectori, & conseruatori debitum, in hominum mortuorum, vel dæmonum, vel aliarum rerum effigies, & simulacra transferimus, vt fit ex præscripto legum Iaponensium, quibus præcipitur coli, & adorari CAMI, FOTOQVE, dæmones, & alia sexcenta portenta, & monstra: à quibus supplices Iaponij petunt, & sperant in hoc mundo beneficia, & in alio salutem sempiternam: manifesta ratione comprobatur hoc crimen, & scelus esse detestatione, & iniquitate plenissimum: nam cum Deo rerum omnium Domino pugnat aperte, & illi quasi bellum indicit: & qui huiusmodi crimen pertrant, quantum est ex parte ipsorum, Deo summo rerum parenti, & auctori gloriam, honorem, dominatū, & potestatem eripiunt, & eius naturam euertunt, & dissipant: quia

Dei in hoc mundo notitia extincta, & è medio sublata, diuinos honores, & cultus dæmoni impendunt, qui est vilissimus, abiectissimus, impudicissimus, immundissimus, & perditissimus, ac flagitiosissimus omnium spirituum, qui sunt à Deo procreati, qui mortales inimicitias gerit cum Deo auctore suo: quique hominum animos perdere cupit aut dissimè. Sicut nullum crimen in Regem, ac Principem potest grauius admitti, quàm eum è suo regno pellere, è regni dignitatis gradu deijcere, & alium in summū regni amplitudinis fastigium euehere: ita summa est in Deum iniuria, summum in eum scelus admittitur, cum diuinus honor, & cultus, qui ipsi soli debetur, in alium transfertur, ipsi detrahitur, alij tribuitur. In istis Iaponicis sectis, & legibus Dei notitia penitus extinguitur; deletur diuinus cultus, & honor admittitur; ad dæmones, atque ad CAMI, ET FOTOQVI homines mortuos traducitur. Sunt igitur iniquæ leges, & falsæ. Item quis non videat, apertam iniuriam fieri alteri, cum ab eo auferatur debitus honor, vt aliis

Quantum scelus Idolatria.

Nota.

tribuat, quibus nulla ratione debetur? & quod dignior, & superior est is, cui honor eripitur, eod est grauior, & atrocior iniuria: sed summus rerum princeps, ac dominus Deus est infinitum, & immensum bonum, cui infinitus honor, & gloria debetur: ergo summa est iniquitas, summa iniuria, summum scelus, ipsi diuinum cultum, & honorem detrudere, & in alios transferre, qui sunt ipsius potestati, & imperio subiecti.

Nefandissimum peccatum legibus Bonziorum permitti.

Cur omnino execrandum sit peccatum contra naturam.

Procreatio nem impedit.

Bellus non agnoscere concubitu alium, quam maris cum femina.

belluis pedes: oculos ad aspectum: aures ad voces, & sonos audiendos: itaque pro ratione functionum, munerum, & finium cum rebus omnibus debita, & accommodata instrumenta communicauit. Sed vna cum viro feminam Deus procreauit, vt vir consortem haberet, cuius opera, & vsu hominum ortum procurasset, & femina destinatus est vir, vt socius, cuius opera semen hominum procreationi aptum reciperet, & ita conciperet fetum: puerorum igitur vsus contra totum debitum naturae ordinem est, feminam vero vsus natura est institutus, vt idoneus, & aptus ad homines procreandos. Insuper nemo est sanae mentis compos, qui indignum non iudicet, vt vir adultus, & prouecta aetate vtatur VACAXV. Item quis non videat, rem esse spurcissimam, & omni detestatione dignissimam, virum esse tam effeminatum, mollem, vt muliebrem vsu, & officium praestet abiectionis? nefas igitur est, vt pueri feminam muliebrem vsu exerceant: si enim hic vsus pueris liceret, liceret quoque; viris adultis, imo etiam ipsis feminis, siquidem est idem vas naturale: nec quia puer adoleuit, mutatur natura hominis; at virum muneris, & functiones muliebres obire in hac re, obscenissimum est, impudicissimum est, abiectionis est: est igitur hoc flagitium admodum detestabile, turpissimum, & contra omnem debitum naturae ordinem.

VACAXV.

Item si quis orizam, aut frumentum seminasset in tabulis, vel faxis, iure diceret, eum esse hominem stultum, & insanum, & mente, ac ratione captum: nam sementem facimus, vt metamus, vt fruges colligamus: at nisi semina mandentur terrae aptae, & idoneae, & ad semina suscipienda preparatae, nullae messes, nullae segetes pronenire possunt: semen humanum est a natura institutum ad homines procreandos, vt ipsa experientia didicimus: committi ergo debet vasi, & loco legitimo, & ad id a natura destinato: alioqui enim (sicut frumentum seminatum in tabulis, vel faxis) amittitur: itaque contra debitum naturae ordinem extra legitimum, & solitum feminae vas seminatur: est igitur puerorum vsus contra rationem, & contra ordinem a natura in hominibus constitutum, & sic execrabilis.

Similitudo qua peccati ranti facit monitatur.

Insuper, id dicitur contra naturam, quod vitur contra finem, & ministerium naturale, & debitum: at est a natura institutum, siue in pueris, siue in viris, siue in feminis, vt redundantes, & superfluentes potus, & cibi faeces, & excrementa egerantur, & emittantur e corpore: ergo ij, qui eo vtuntur ad semen hominis recipiendum, naturae ordinem peruestant: & ob eam rem iste abusus interdicitur est siue in pueris, siue in feminis, siue in viris, & quia crimen est omnino execrandum, & spurcissimum, fuit diuina lege sancitum,

tum, vt siue masculus, siue femina, quae se hoc flagitio pollueret, occideretur: e medio penitus tolleretur: & hinc etiam fit, vt in Christianorum prouincijs, & regnis huius fedissimi criminis rei interfecti comburantur, vt tam vsus, quam memoria eorum funditus deleatur: & peccatum tam spurcum, & foedum penitus extingatur: quare hinc intelligitur quales sint Iaponiae leges, & facta, quae hunc impurissimum puerorum abusum permittunt vt mundum, honestum, & sanctum.

Tertium absurdum in legibus Iaponiorum, ex des quorum dam animantium. Hominum voluntaria caedes permittitur.

Tertio. In Iaponicis legibus, & factis prohibetur caedes multorum animantium rationis expertium, vt quae CAMI, ET FOTOQVI dicata, & sacra censetur; tamen res bona, & sancta permittitur hominum occisio, qua sese inuicem homines interimunt, imo etiam se ipsos necant: & credunt hoc ipso, non solum suis CAMI, ET FOTOQVI rerum gratissimam facere, sed etiam fieri se CAMI, ET FOTOQVI, & in Diuorum numerum ascribi: hinc fit, vt multi se ipsos in mare proiciant, & submersi, & obruti aquis intereant: alij se viuos humi sepeliant: alij sese ignium flammis committant, & viui exurantur, alij ex altis rupibus se praecipitent, & discerpti, ac dilacerati miserabiliter pereant. Porro quia seipsum occidere, vt res bona, & sancta habetur, eodem modo Iaponij deuenerunt, vt passim homines leuibus de causis suum ventrem discendant, matres filios enterent, aliquando foetus pestiferis herbis enecent, aliquando compressis faucibus crudeliter suffocent in lucem editos: quae omnia manifeste rectae rationi aduersantur, & ipsam naturam subuertunt. Est hoc delicti genus, flagitium grauissimum, & admodum detestabile: nam res vnaquaeque naturaliter seipsum tueri, & conseruare conatur: iure homines suam vitam defendunt: vnde institum est a natura rebus singulis desiderium propulsandi iniurias, repellendi vim, fugiendi contraria, & sua salutis, vitae, & naturae noxia, & aduersa vitandi: quare hominem seipsum necare, cum hoc sit sibi ipsi vitam, & naturam eripere est contra omnem rectam rationem, & contra debitum ordinem, quem in rebus natura constituit. Item id euertit, quod natura constituit, & frabicauit, est sane naturam ipsam persequi, naturae bellum indicere, cum natura dimicare: cum foetus in matris utero fouetur, & alitur, eum sensim natura perficit, vt tandem in hominem euadat: membra effingit, ossa corroborat, corpus format, vt animam a Deo Opti. Max. conditum suscipiat infusum: ergo subuertit hoc naturae opus, hanc naturae fabricam diruere, & impedire tantum naturae conatum, & studium venenis, & herbis mortificis adhibitis, est profecto eum natura ipsa

Vnquodque natura licet seipsam conseruare conatur.

pugnare. Item bellum omnes, licet earum multae sint natura saeuae, immanes, naturaliter suos foetus, & filios diligunt; & eos tuentur; & seruant anxie, & diligenter; foetus solliciti, & caute edunt in lucem, editos proprii lactis subministracione nutriunt, donec adolecant, confirmantur, & robusti fiant: ad haec enim ipsa natura matres instigat, impellit, & quodam instinctu cogit: ergo matres dum suos filios occidunt, vel cum gestant in utero, vel postquam produxerunt in lucem, totam naturam subuertunt, & maior est in hominibus saeuicia, quam in belluis, & feris ipsis cernatur.

Quartum absurdum in legibus Iaponiorum Inuocatio De monis.

Quarto in istis Iaponij factis, & legibus continetur, homines, quantumuis innumeris sint polluti flagitijs, hoc solo, quod inuocent NAMV AMIDAVT, vel clament FORENGVEQVIO, vel alium daemone nomen, continuo ab omni peccatorum labe, & macula purgari, quia ipsis haec sola inuocacione vniuersa delicta, & crimina licet alioqui ingentia, & plurima condonantur: nullam rationem habent poenitentiae, nihil de satisfactione pro peccatis admissis reddenda, nihil de bonis operibus praescribunt: aiunt, iniuriam fieri meritis XACA, ET AMIDA, si peccatorum poenitentia, & satisfactio exigantur: quia satis ipsi pro peccatis doluerunt, satis poenitentiae egerunt, satis poenarum pro hominibus peccantibus exsoluerunt: quae omnia daemone sunt inuenta ad seducendos, & perdendos homines: hac enim arte, passim homines delinquant, intrepide male perpetrare spe vana decepti: & quamuis satis aperte XACA, ET AMIDA merita sint confutata, cum eos aeterno supplicio damnatos ostendimus, manifeste tamen, vel hac vna ratione monstratur, praedictam istarum sectarum doctrinam esse penitus absurdam: nam licet is, qui praedictis nominibus inuocatur, Deus verus esset, fieri nequit, vt sola horum nominum inuocacione peccatorum remissio, & venia impetretur: & sola aliquarum vocum videri delicta, & flagitia vniuersa condonentur: neque enim peccata deleri queunt, nisi nos eorum poeniteat ex animo, & nisi simul firmissime statuamus, deinceps nos numquam peccaturos, transgressuros ve Dei, & rectae rationis legem: quod his probatur argumentis. Primum, quia omne peccatum a nobis commissum propria nostra voluntate perpetratur: & ita qui voluntarij violata rectae rationis lege naturae ordine, & diuinis iussis contemptis Diuinam maiestatem offendunt, & summa iniuria afficiunt, necesse est, si suorum peccatorum, & scelerum velint veniam obtinere, vt a male agendo resipiscant, in saniores, & meliorem mentem redeant, vitam emendent per veram cordis poenitentiam: quae male antea facta vitae detestacionem,

Poenitentia peccatorum esse necessariam & curam.

rem, & vitandi postea peccata, ac bene, & iuxta diuinarum legum praescriptum viuendi propositum complectitur: nam ratio, & experientia docet, si te quispiam contumelia, vel alia iniuria laesit, velitque tibi reconciliari, profecto non eum prius tuae amicitiae, & benevolentiae restituas, quam cum iniuria tibi illata poeniteat: quid enim facies si eum noueris obstinato animo esse te amplius offendendi? num ignoscas? condonabis veniam quaerenti occasionem te contumeliosius laedendi? non sane: imò potius indignaberis vehementius in eum, ut qui tibi illudit, & mentitur, licet supplex poenitentiae signa praebet, & veniam petat: cum eius animum probe noscas. Deus autem

Deus omnium animos, corda & cogitationes optime nouit.

Quid debeat facere peccator, cum ad poenitentiam redit.

Tadit peccator peccatorum labem polluitur, quam diu peccandi voluntatem non abijcit.

Cur Iaponij: tunc calamitatibus affligantur.

Opt. Max. omnium animos, corda, & cogitationes, quamuis alijs occultissimas, exactissimè nouit: parum igitur prodest, si peccandi voluntatem, & animum non deponas, si per veram cordis poenitentiam ad meliorem vitae frugem non redeas, licet alioqui ipsius nomen ore clames. Secundo. Deus est optimus, iustissimus, rectissimus: peccator verò malus, iniquus, prauus: opus igitur est, ut peccator sui delicti ex animo poeniteat, nimirum malè antea vitam odio habeat, & detestetur, & statuatur apud se, nullum unquam crimen patraturum postea, si velit sibi suorum peccatorum veniam condonari: nam Deus, cum optimus sit, non potest non odio habere, & detestari peccatorem, quam diu peccator est: & peccator tam diu peccatorum labe, & sordibus polluitur, quam diu peccandi voluntatem non abijcit. Tertio. Multa sunt peccatorum genera, quibus non solum Diuina Maiestas offenditur, sed etiam proximis iniuria, & damnum inferitur: qua-

Hinc absque dubio sanè tot, tantisque calamitatibus, & malis perpetuo Iaponij affligantur: plagis iusto Dei iudicio immissis puniuntur, vt debitas suorum scelerum poenas luant, assiduis vndique bellis diuexantur, continuis sese coedibus eneant: fame, peste, & alijs sexcentis aerumnis, & miserijs premuntur: exitiosis subinde ortis coniurationibus trepidant: sese inuicem defraudant, & passim decipiunt; vbique doli, fraudes, & insidiae dominantur: seruis hero fidem non seruat: hominum pacta, & foedera violantur: ita vt inter eos nulla pietas, misericordia nulla, nulla charitas esse videatur: siquidem saepe ipsi seipos interimunt: & alij alios impune trucidant: filij suos parentes impiè necant: denique tot criminum, execrandorumque scelerum genera regnant, vt apertè colligatur, quales sint Iaponienses leges, & sectae, vt quae talia impune permittunt, imò etiam probant: hoc satis erit ad istas omnes Iaponias sectas cofutandas, siquidem planè constat, tam eas, quae nullam aliam vitam futuram, nec bonorum praemia, nec vlla malorum supplicia constituunt, quam eas quae in alio saeculo alteram vitam, & bonorum felicitatem, meritorum remunerationem, & malorum poenam annunciant, esse Daemonum inuenta ad seducendos, & perdendos homines: & esse hominum fraudes, & quasdam confictas fabulas ad alios decipiendos; ad quantum comparandum, ad opes expiscandas; ad populorum benevolentiam conciliandam, ad captandam fidem, & auctoritatem & vt istae humanae fabulae tamquam leges probantur,

lia sunt furta, rapinae, latrocinia, adulteria, quare si is, qui huiusmodi peccatis proximum laedit absque vlla restitutione damni, iniuriæ satisfactioe diuinitus absolueretur à culpis per solam diuini nominis inuocationem, Deus fuisset iniustus: sicut iniquus Rex aliquis esset, qui furibus, latronibus, praedonibus, & raptoribus veniam concederet nulla facta furti, rapinae, & praedae restitutione: quare absurdum est, & cum recta ratione pugnant, quod isti docent, nempe, homines suorum peccatorum, & scelerum veniam obtinere per solam horum nominum inuocationem NAMV, AMIDABVT. Quarto, haec doctrina ansam, & occasionem praebet hominibus, vt malè viuant, & iniqui multò peiores fiant: ita vt inter homines nulla ratio habeatur honestatis, & turpitudinis: quoniam si sola horum nominum inuocatione NAMV, AMIDABVT homines veniam, & salutem impetrant, & assequuntur, cum facillimum sit haec nomina clamare: absque vilo rationis frano, legisue metu homines furta, & latrocinia patrabunt, plurimorum caedes efficiant, in omnium scelerum, & flagitiorum genera pro libidine sua prolabantur: vt qui facilem suorum omnium peccatorum remissionem habent in clamando solum NAMV, AMIDABVT: & ita id experimento in Iaponiorum regnis didicimus; vbi peccata bibi solent tam facile, quam bibi aqua consuevit: & vbi eo ignorantia, & caecitas processit, vt scelera omnium impurissima, atrocissima, & maxime detestabilia impune licere & honesta esse existimentur, qualia sunt, quae supra retulimus.

Absurdum est homines obtinere veniam suorum scelerum per solam inuocationem Diuini nominis, nisi prius satisfecerint cui debeant.

NAMV AMIDABVT.

Doctrina Iaponiorum occasione praebet hominibus vt peiores fiant nullaque ratio habeatur honestatis, & turpitudinis.

rentur, & colerentur ab omnibus alijs, curatum est, vt plausu, & approbatione populorum reciperentur, et ita constitutae sunt leges non seuerae, non rigidae, non acres, sed laxae, remissae, leues, quae docent, facile cuique patere aditum ad salutem, et felicitatem sempiternam; facile peccata, et scelera condonari, et deleri: simul etiam tradentes non tantam esse flagitiorum prauitatem, vbique peccatorum turpitudinem minuentes: quibus omnibus rectè viuendi habent laxantur, et honestas eiicitur, et quilibet ventri, sensibus, et carni indulget, ita vt vbique, et passim peccata dominantur.

CHRISTIANORUM LEGEM, ET DOCTRINAM esse a Deo latam, & traditam: Ex hac una Veram, rectam, & certam viuendi normam existere, quae homines ad salutem sempiternam adducat, curque fides necessaria sit. Cap. VII.



SUPEREST, vt agamus de ea lege, quam Christiani, idest Christi cultores sectantur, et colunt: vt simul etiam inuestigemus, num Christianorum lex, et doctrina sit à Deo Optimo Maximo lata, et tradita, ita vt ea sit vera, recta, ac certa viuendi norma, quae homines ad felicitatem, et salutem sempiternam perducatur: quod profecto hisce sequentibus rationibus comprobamus.

Quaenam sit ea lex, quae sola est à Deo, quae hominibus salutem afferat.

Primum. Illa lex sola est à Deo, & est vera, & recta vitae regula, quae potest hominibus salutem animorum praestare: at ea sola potest homines saluos facere, quae docet, & tradit veram veri Dei notitiam, cultum, & religionem, ac caritatem, quia solus Deus verus est, qui potest hominibus salutem perpetuam conferre: ceterum sola Christianorum lex est, quae docet, & continet veri Dei veram notitiam, cultum, religionem, & charitatem: sola igitur lex Christianorum est lata, & tradita à Deo: & quae possit homines saluos efficere. Secundo, lex lata à Deo est pura, omni ex parte recta, sancta, ab omni immunditia penitus abhorrens, aliena prorsus ab omni errore, tota vndique perfecta, quae docet homines omnem vitae perfectionem, & sanctitatem, sicut Deus ipse est totus secundum se perfectus, purus & sanctus.

Christiana lex lata est à Deo pura, & ex omni parte perfecta.

Sanctitas vitae in quo consistat.

Quid lex quae sancta & iusta sit, efficiat in hominibus & haec sola est, Christianorum lex.

Porro sanctitas, & vitae puritas non solum in externis ceremonijs consistit, sed in moribus etiam internis voluntatis, & mentis: in animo enim tanquam in sede sunt virtutes, & vitia: ob eam rem lex, quae iusta, recta, & sancta est, & veram Dei cognitionem ostendit, non solum ritus, & cultus externos praescribit, & externa opera interdicit, vel praecipit, sed etiam curat, vt totus interior hominis animus sit bene cultus, & mundus, & homines sint puri, & sancti corpore, & animo: sicut enim homo ex his duabus partibus constat, sic tam corpore, quam animo bene dirigi, ornari, & perfici debet: at sola est Christianorum lex, quae puram & integram corporis & animi sanctitatem praescribit, vt quae tradit veram Dei notitiam, cul-

tum verum, religionem, & charitatem. Tertio, ea lex, quae est à Deo lata, omni ex parte est recta rationi consona: nihil debet habere stultum, falsum, imperitum: non debet, quae turpia sunt, praua, & iniqua approbare, aut fouere: haec enim omnia prima, & summa veritati, summae sapientiae, & bonitati aduersantur: & Deus est prima, & suprema veritas, sapientia, & bonitas. At reliquae omnes sectae praeter vnā Christianorum legem, sunt inscitia, stultitia, falsitate, errore, mendacio, & multis contra rectam rationem absurdis plene: vt quae continent ridicula, fabulas, commenta, & multa incommoda, quae nulla ratione defendi queunt, imò facile coarguuntur: sola est Christianorum lex, quae tota rationi innititur, vel auctoritati, & testimonio diuino, quo multa creduntur, vt diuinitus hominibus patefacta: ita vt haec Christianorum lex summa sit sapientia constituta, & talis, vt suorum dogmatum, vel rationem reddere, vel veritatem diuina auctoritate valeat comprobare: & quae reliquas aliarum nationum, & gentium sectas confutare queat, nec tamen ab vlla possit conuinci. Sola igitur Christianorum lex est à vero Deo condita, & stabilita: hoc in Iaponia passim experientia docet: nam Doiicorum vnus si cum Christianis quatuor dies in ecclesia versetur, omnium litterarum alioqui rudis, & imperitus, qui litteras numquam didicerit, potens est, & idoneus ad Bôzios Iaponiorum doctores, & duces coarguendos; cum ipse tamen ab eis conuinci non possit. Satis ergo concluditur, sectas Iaponiorum falsas esse, & mendosas,

Lex quae lata est à Deo nihil habet stultū, aut falsū quod quidem habent reliquae sectae praeter vnā Christianorum legem.

Sola Christianorum lex à Deo condita.

Ab initio mundi cepit, & usque ad finem integra permanebit.

Christiana lex doctissimorum hominum iudicio approbata.

Christiana legis est vitis bellu.

Quarto, Christianorum lex iam inde ab initio mundi condita cepit, quandoquidem Deus ipse veram sui ipsius cognitionem, & cultum, ac religionem hominibus exhibuit, quae duravit haecenus, a primis hominum parentibus in posterum continuata successione transmissa, & extabit semper, quamdiu totus hic mundus integer permanebit: numquam abrogabitur, numquam vlla ipsius sententia, aut dogma mutabitur: cum tamen cetera leges, & secta subinde abrogentur, tollantur, & varientur: & cum passim hominum opiniones mutari cernamus, Christianae legis sententiae, & placita numquam per tot annorum saecula mutata sunt, aut mutabuntur posthac. Haec igitur sola Christianorum lex est a vero Deo auctore lata, & ita immutabilis est, sicut Deus conditor ipsius est immutabilis.

Quinto, lex Christianorum saepius innumerabilium doctissimorum hominum iudicio est approbata, saepius discussa, examinata: nam ut verum, & probatam historiae commemorant, saepe gravissimi, & sapientissimi viri ex varijs mundi regnis, & partibus conuenerunt, ut de Christianae legis veritate tractarent, atque differerent, & tamen semper communi omnium consensione non solum recepta, sed etiam laudata est. Item cum haec Christianorum lex tam seuerè carnis, & sensuum delicias, & voluptates coerceret, vitijs resistat, cum mundanorum hominum libidinibus assiduum bellum gerat, virorum tamen doctissimorum, Regum, & Principum potentissimorum iudicio est commendata, & libenti animo suscepta, & culta: quis non videt homines alioqui sapientia, & litteris conspicuos, iudicio, & consilio graues, opibus, potentia, honorum, & dignitatum titulis illustres, mundi delicijs delicatos, molles, tam libenter Christianae legis iugo, carni, & sensibus alioqui duro, seuro, & rigido sese subdere non potuisse, nisi huius nostrae legis veritate compulsos? Item vnde est, ut innumerum viri doctissimi diuersarum regionum, linguarum, & gentium maximo interuallo distantium, qui sese inuicem alloquentes intelligebant, infinita pene librorum volumina conscripserint de Christianae legis veritate tractantia, in quibus est summa sententiarum, & dogmatum consensio: summa argumentorum, & rationum concordia, qui fieri potuit, ut omnes tam facile consenserint, cum alij aliorum scripta non nossent, non legissent, nisi quia veritas erat vna, vnus Deus, vna lex verissima, certissima, quam omnes probabant, in quam omnes consentiebant, eos intus mouente Deo, & suae diuinæ gratiae lumine dirigente?

Sexto, haec Christianorum lex fuit sanctissimorum hominum ministerio promulgata: qui sanè cum essent omni vitae, & morum integritate clarissimi, eam legem non praedicassent, nisi purissimam, sanctissimam, & a Deo hominibus latam probe cognouissent. Item haec Christianorum lex quantum ad ea dogmata, quae ex Deo reuelante tradita, & accepta credit, fuit multorum virorum, quos misit Deus, vaticinijs praeiuncta multo ante tempore, quam contingerint ea, quae tempore procedente nouit, & credidit: ut id non solum Christianorum historiae, sed etiam Iudaeorum, & Gentium scripti libri prodiderunt: nam licet Iudaei, & Gentiles Christiani nominis, & religionis fuerint hostes, non potuerunt tamen rei veritatem inficiari, quae ipsorum tempore euenit. Sola igitur Christianorum lex est a Deo lata, siquidem tanto tempore antè praeiunctari non posset, nisi ea diuino afflatu reuelaretur hominibus.

Septimo, hanc Christianorum legem non solum promulgarunt, & praedixerunt ante multa saecula sancti Dei serui, quos nos Christiani Prophetas vocamus, id est, homines diuino instatu illustratos, qui ventura, siue futura praecognoscunt, & praeiunctant, sed etiam eam vltimus praedicauit in terris ipse Deus, & comprobauit, ac confirmauit innumeris editis miraculis, ut eam tanquam legem a Deo suscipere, colere, & seruare, vniuersis: quae facta diuinitus sunt in terra, mari, & caelo, multis à morte ad vitam reuocatis hominibus, restituito caecis aspectu, claudis incessu, surdis auditu, & mutis lingua, & sermonis vsu: ventis diuino imperio parere compulsis, sanis maris procellis sedatis, consistente sole, & suum terris subtrahente lumen meridiano tempore, cum clarissima esset vndique caeli facies: alij denique multis confectis miraculis tam apertis, & magnis, & totius naturae vim superantibus, ut eorum, & multitudine, & magnitudine victi, & coacti homines sese totos huic legis Christianae iugo subdiderint, ut ex veris, & certis historijs edoctissimus, quas litteris mandarunt plurimorum virorum testimonijs confirmatas ij, qui illis ipsis temporibus vixerunt: quare dubitari non potest de huius Christianae legis veritate, maior quippe certitudo esse nequit, quam sit ea, quae ex Deo est.

Octauo, quia plurimi Principes, Reges, & Imperatores infideles hanc Christianorum legem penitus abolere summo studio, & conatu contenderunt, ne lex Gentilium tolleretur à medio, & ad hoc praestandum summis, ac sauisis tormentis Christianos vexabant, alios innumeris, & exquisitis cruciatibus necantes, alijs bona, & facultates omnes eripientes, alios omni honoris, gloriae, &

Christiana lex ministerio sanctorum virorum promulgata.

Vaticinijs praeiuncta.

A Deo miraculis confirmata.

Magnitudine miraculorum homines coacti, sese Christianae legis iugo subdiderunt.

Lex Christiana nullis perfectioribus acrius persequitur.

Martyrium tormenta à Deo lata legem conuincunt.

Dogmata legis Christianae quae de Deo tractant, duplicia.

Intellectus noster imbecillus respectu naturae Diuinae.

riae, & dignitatis gradu priuantes, ut à Christianorum lege, & religione deficerent, & tamen infiniti pene homines, quamuis illis honores, & diuitiae, ac magistratus promitterentur, morti sese tradiderunt, & vitam potius, quam legem, & religionem perdere maluerunt: & cum haec Christianorum lex tam sit carni, sanguini, & corporis sensibus aduersa, tot hominum consensu approbata est: qui reuera non approbassent, nisi eam esse legem diuinitus latam hominibus certò credidissent. Item nisi lex haec esset à Deo, illi, qui pro hac lege pugnabant, & acerbissima mortis supplicia perferabant, diuinæ gratiae praesidio, & auxilio non iuuarentur, & tamen in medijs ipsis tormentis mira dulcedine, & consolatione recreabantur, & innumera miracula supra totam naturae facultatem fiebant: alij in medijs ignium flammis ardentibus coniecti non exurebantur, sed illaesi, integri, & viuui cantica concinebant: alij gladijs nec ingulari, nec eorum capita truncari, nec vulnerari poterant: alij feris bestiis obiecti nihil mali patiebantur, sed potius bestiae alioqui sauisimae ad eorum pedes sese abijciebant, eos reuerentur: alij nullo tormentorum genere interfici poterant, donec ipsi supplices Deum Optimum Maximum precabantur, ut eos ex hac fragili vita migrare sineret, ut ad caelestem patriam conuolarent: quibus visis miraculis innumere gentes ad Christianorum legem, & religionem conuertebantur: itaque aduersarij non solum suis tormentorum generibus hanc Christianorum legem, & nomen delere, & extinguere non valebant, sed etiam tandem victi manus dabant, & huius legis veritate compulsi ad Christianos sese adiungebant: Christianorum legem profitebantur: & hac ratione toto terrarum orbe maxima Regnorum copia est ad Christi cultum, & religionem traducta.

Porrò scire nos decet dogmata Christianae legis, quae de Deo Optimo Maximo tractant, esse duplicia. Alia enim sunt adeo clara, ut ratione naturali efficaci comprobari queant, ita ut intellectus conuincatur: alia sunt, quae fide credi debent, nec minus sunt vera, & certa, quam reliqua, quae ratione naturali comprobantur: hoc autem oritur ex nostri intellectus imbecillitate, & diuinæ naturae magnitudine, & maiestate. Sicut Sol non minus est sua natura spectabilis, quam cetera colore affecta, quae oculis obiecta cernuntur, imò est magis sua natura visibilis, ut qui est lucidissimus, atque clarissimus, & cuius lumine perfusi nos reliqua intuemur: sed quoniam aspectus noster imbecillus est, tantum Solis fulgorem pati non potest, nec tantam lucem videre: itaque cernere lucidissimum caeli astrum non possumus, ut nocturnae, & vespertiliques interdum videre nequeunt,

donec appetente nocte post Solis occasum rebus tenebrae offundi ceperint. Sic igitur nos Diuina intueri, & contemplari nequimus; Diuina quippe substantia est spiritalis, omni materia, & corpore vacans, infinita, & immensa: noster verò intellectus infirmus, & debilis tantum Diuinæ naturae splendorem ferre non potest, & ideo nequit omnia Diuinæ substantiae propria argumentis, & rationibus comprobare: licet ipsa secundum se diuina, verissima, & certissima sint. Quare sicut stultum esset dicere, non esse lucidum Solem, quia nocturnae, & vespertilioes eum videre non possunt, sic insanum est profectò, dicere veritates Diuinæ naturae proprias, quas in seipso Deus habet, non esse certissimas, quia eas noster intellectus capere, comprobare ratione non potest: hoc idem alio exemplo intelligitur. Certum est enim homines omnes intelligentia, & ratiocinatione praestare: sed quia rerum alia sunt alijs difficiliore, sublimiore, & occultiore, & hominum captus alius perspicacior alio, fit hinc, ut non omnes res eodem modo percipiantur, nec omnes homines possint eandem rem capere. Hac enim ratione variae artes, & disciplinae sunt excogitatae; nam alij has, alij illas inuenerunt: alij has res inuestigauerunt, alij alias suo ingenio percrutati sunt: & hoc interest inter sapientem, & doctum, atque inter insipientem, & imperitum hominem: quoniam sapiens, & peritus utpote disciplinis instructus multa percipit, quae rudis, non potest. Quare sicut magna esset inscitia, si quis imperitus negaret, quod à magno Doctore constanter asseritur, quia ipse illud percipere non potest: sic sanè summa esset insipientia, si quis dicat, hoc aut illud, quod Deus de seipso dixit, verum esse non posse, quia nos illud capere, vel ratione ostendere non valeamus. Itaque Diuina aliqua sunt, quae tametsi nos ingenij nostri exiguitate probare non possumus, verissima sunt, & ideo ea credi oportet, non ratione comprobari; fides debet haberi Deo, qui ea dignatur hominibus patefacere. Fides porro in hisce rebus Diuinis, quae ratione ostendi nequeunt, est sicut oculare specillum: nam sicut oculi acies infirma rem procul distantem non cernit, adhibito tamen specillo eam videt: sic mens, hominis infirma, cum ratione naturali consequi nequit, quae sunt diuinæ substantiae propria, fidei lumine inuatur ad credendum, quae Deus voluit nobis reuelare. Ergo fides est donum naturam superans à Deo hominibus collatum, quo firmissime creduntur Diuina, & super naturalia mysteria, & arcana diuinitus reuelata, quae ratione naturali cognosci nequeunt. Adde: si quis sese aliquò procul conferre velit, dum terrestre iter conficit, pedibus incedit, vel equo vehitur; At, dum mare traicit, nec suis, neque equorum

Intellectus noster nocturnae comparatur.

PVLCHRVM.

Hominum alij, alijs perspicaciores.

Variae artes vnde.

Discrimen inter sapientem, & doctum.

Fides Deo habenda.

Fides tanquam specillum.

Fides quid.

PVLCHRVM.

equorum pedibus vitur, sed nauim conscen- dens, mare traicit: sic qui ultra naturæ vi- res ad Diuina conscendere intelligendo vo- luerit, siue peritus, & doctus sit, siue insecus, & rudis, siue magnus, necesse est, vt fidei sese committat. Præterea, sicut traiecturus ma- re se Nauiculario tradit, ut ad optatum por- tum appellat: sic qui fidem recipit se Deo Duci committere debet. Est igitur fides ue- luti nauis, qua per supernaturalia uehimur, & Deus ipse fidei Diuinæ auctor, est ueluti nauicularius, cuius fidei additi ad superna- turalia tanquam ad tutissimum portum per- ducimur: & quæ naturæ ingenio, ac uiribus perquirendo consequi non possumus, fidei ministerio, & Dei ope, & beneficio obtine- mus: fidem enim Deo Optimo Maximo præ- stamus reuelanti nobis, quæ propria in se ha- bet. Porro, quia ueritas est maximè nostro intellectui consentanea, quantumuis eam ra- tio naturalis non assequatur, non capiat, nõ demonstrat, conuincitur tamen ad eam cre- dendam hisce præcipue rationibus. Prima, quia intellectus noster probè nouit, se esse sa- tis infirmum, at Deum esse substantiam im- mensam, ut non magis eam possit capere, quam uniuersam pelagi aquam intra uasculum exiguum concludi liceat. Quinetiam ex- perimento docemur, plurima fieri, quæ re- uera mira esse cognoscimus, admiramur, su- spicimus, causam eorum nescimus, quo pacto fiant, ignoramus. Item multæ sunt in stir- pibus, gemmis, metallis, & animantibus ui- res, & facultates, quæ nostram notitiam effu- giunt; quid ergo mirum, si multa diuina sint, quæ nos omnino lateant? & sicut uires reru- abditas, & occultas credimus, & si nos fu- giunt, sic multa diuina, oportet nos credere, licet nostræ mentis captum exuperent. At- qui licet multa Diuina assequamur, intelli- gimus tamen, esse creditu dignissima, neque à ratione abhorrentia: non absurda, non in- commoda.

Addo. Mens nostra naturali ratione du- cta cognoscit, Deum esse primam, & summam ueritatem, quæ nec falli, nec fallere, nec men- tiri potest: & omne dictum à Deo esse ueris- simum, atque certissimum, quamuis homo id intelligendo non consequatur, sed simul etiam intelligit, quæ Christianorum lex de Deo supernaturalia præcepta tradit, ac do- cet, tamen si ratione naturali non proban- tur, dignissima esse creditu, esse admodum consona, nihil cum recta ratione pugnare: ex-

Fides ue- lut nauis. Deus uelut nauicularius.

Intellectus quomodo conuincitur ad capiendam ueritatem. Ab immensitate Dei.

Ab mirabilibus effectibus quæ credimus.

A multis, quæ necessari- tur, ac ta- men cre- duntur.

go natura mens credit prudenter, ac sapien- ter, quæ lex Christiana præscribit.

Nemo ite m est, qui non probè norit, homi- nes non posse uiuere, quin multa credant, quamuis ea clarè non uideant: & adeo uerū est hoc, vt, licet certò experiamur, homines sæpe deludere, labi, errare, mentiri, plurima tamen uera esse arbitremur, solum, quia iis, qui ea dixerunt, fidem habemus: uerbi gra- tia MEACVM, DAIRI, NOBVNAN- GAM nunquam uidimus, & tamen credere cogimur, quia ea uniuersi testantur: si ergo uiuere non possumus, quin multa, solo homi- num testimonio, & auctoritate credamus, quid mirum si plurima diuina sint, quæ ra- tione non comprobata, diuino tamen testi- monio patefacta credamus? nec hinc conse- quitur, vt ea, quæ Deo reuelante credimus, & ratione naturali non demonstrantur du- bia, ambigua, incerta ue sint: imo cer- tiora sunt, & ueriora, quam ea, quæ na- turalis ratio, uera esse demonstrat: aut ea, quæ corporis aspectu cernimus: quia quæ Deus testificatur, & dicit, fieri nulla ratione potest, vt falsa sint, aut ambigua, vel incer- ta, sicut esse nullatenus potest, vt Deus, vel fallat, vel fallatur, vel mentiatur: at ea, quæ uel ratione consequimur, uel oculis intue- mur, aliquando falsa sunt: quippe hominis ra- tio falli, & decipi sæpe potest: & sensus corpo- ris fallaces sunt: experientia didicimus rem alioqui magnam, paruam uideri, quia è lon- ginq̄o spectamus: & corpus uo colore af- fectum existimari à nobis longe alio colore tinctum: & uirgam media ex parte in aquam immerfam putare nos, sectam esse, cum ta- men sit integra, obliquam uideri, cum tamen sit recta; sed Deus nullo modo labi, decipi- ue potest: quare ratio nostra dum diuino te- stimonio fidem habens, aliquid uerum esse credit nullo pacto decipi, uel errare ualet: Deus quippe, vt diximus, est summa, & infi- nita ueritas. Opus itaque est fide, quare nõ multum exposcitur cum ad credendum hor- tamur, quãdoquidem nulla est, uel Iaponio- rum secta, uel uana aliarum gentium, & na- tionum superstitio, in qua non credantur plu- rima ridicula, inania, absurda, & rectæ ratio- ni aduersa; Natura uero comparatum sit, res alterius uitæ sciri à mortalibus non posse, sed ea credi oportere: & multa esse, quæ quã- uis ratio naturalis non probet, credi tamen debeant.

Ab uita quæ tradi- ci non pot- test quin multa cre- dantur.

Quæ Deus reuelat, esse ueriora, quam quæ aspectu cog- nitum.

VNVS

UNUS DEUS, TRES PERSONÆ; GENERA- tio, Processio aeterna. Mundi creatio. Casus Angelorum, & Hominum. Cap. VIII.



PRIMUM autem omnium hæc Christianorum lex profitetur, & credit, vnum solum esse Deum uerum, auctorem, principem, & Dominum omnium rerum, qui est summum, & infinitum bonum: quiq̄ est sapientissimus, perfectissimus, vndiq̄ omnipotens, qui cum sit spiritus purissimus, omni materia, corpore, & mole, siue quantitate vacat, totus simplex omnino, nullam partium constitu- tionem habens: est substantia quædam longè altior, atque sublimior ceteris rebus: & longè multo præstantior, & excellentior, quam vt humano captu percipi, cogita- ri uè queat: quippe qui immensus est, & infinitus, noster uerò intellectus finitus, fra- gilis, & infirmus: & ideò ad intelligenda ea, quæ ipsius naturæ competunt, opus est fides, cuius ministerio nobis est diuinitus reuelatum, vnum esse Deum secundum na- turam, & substantiam, trinum uerò secundum personas, ita vt sit vnus numero Deus in natura, tribus tamen personis distinctus: vna numero Dei natura, & substantia, tres personæ Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Quæ personæ licet sint distinctæ in- ter sese, ita vt Pater non sit Filius, nec Spiritus sanctus, nec Filius sit Spiritus san- ctus, vnam tamen omnes tres personæ naturam, & substantiam habent, vnum tantū intellectum, & vnam solam uoluntatem habent; vnam uitam, & vnum esse retinent. Et idcirco Pater est Deus, & Filius est Deus, & Spiritus sanctus est Deus, & non sunt tres dii, nec tres substantiæ, siue naturæ, sed vnus tantum numero Deus, & vna tantum diuina natura, & substantia in tribus personis existens: & hæc est vna præci- pua, & maxima fidei, & religionis Christianæ sententia ex ijs, quæ credi debent: quam difficilè noster intellectus capit, & ratione naturali demonstrare non ualet, quia est ueritas, vt planè constat, supernaturalis, & ita humanæ rationis, & ingenij captum, & vires excedens, ob eas rationes, quas diximus: at uerò oportet, vt eam si- dei lumine perfusi credamus, quia ipse Deus reuelauit hanc ueritatem, qui nec mentiri, nec aliquem decipere potest: & quamuis hæc ueritas, quia supernaturalis est, naturam superet, & intelligentiam humanam, non tamen est à ratione aliena, nec cum ratione pugnat, sicut nihil aliorum, quæ Christiana lex credit, rectæ ratio- ni aduersatur. Quare aliquo modo hanc ueritatem ex ipsis rebus, in quibus Dei ve- stigia quasi impressa cernuntur, inuestigare possumus.

Vnus Deus, Tres Perso- næ.

Veritas Tri- nitaris, li- cet intelli- gētiam hu- manam su- peret non est tamē à ratione a- lienā.

In ipsis re- bus uesti- gia Sanctis- simæ Trini- tatis. A natura Boni.

A natura Boni infini- ti Deum se- infinite cõ- municare Filio & Spi- ritui san- cto.

Primo. Quia, Deus est summum, & in- finitum bonum, & hoc est boni proprium, vt sese cum alijs communicet: si igitur Deus est sua natura infinite bonus, infinite se com- municare poterit. at tota hæc rerum uniu- uersitas est finita: ergo, etsi Deus suam bo- nitatem cum mundo communicat, infinite eam participare non potest. Quare licet ratione naturali non probetur, Deum sese infinite communicare, ea tamen non distat, fieri non posse, vt Deus se infinite com- municet. Ac uerò fides ostendit, Deum se infinite communicare, ex sua propria sub- stantia generando Filium; & producendo vnà cum filio Spiritum sanctum. Itaque fi- de instructi cognoscimus, Deum se infini- tē communicare Filio, & Spiritui sancto: & ratio naturalis non probat, hoc esse ab- surdum, imò dicit, summo, & infinito bono non repugnare, vt se infinite com- municet.

Secundo. Ratione naturali docemur, Deum, cum hanc rerum uniuersitatem ex nihilo effinxit, uoluntariè, & liberè sese communicasse rebus effectis, quippe qui potuisset, si noluisse, hæc res pro- creare, & nunc, si uult, potest nutu suo uniuersas in nihilum redigere. At natura summi boni est, vt possit se naturaliter, necessariò, ac summè communicare: er- go Deus, qui est sua natura summum bo- num, se summè communicat, naturali- ter, & necessariò.

A natura summi bo- ni, quod se possit natu- raliter ne- cessariò, ac summè cõ- municare.

Et quamuis ratio naturalis intelligen- do non consequatur rationem, & modum, quo id fiat, intelligit tamen, esse creditu dignissimum, & fides docet, hanc com- municationem fieri, Patre aeterno gene- rante filium, & producente, vnà cum Fi- lio, Spiritum sanctum: quæ quidem gene- ratio Filij, & Spiritus sancti processio, quia naturalis est, & substantialis, neces- saria

Generatio. Processio in Diuinis.

Ggg saria

faria est, nec potuit non esse, nec potest unquam desinere.

Ab aternitate.

Tertio, Deus est aternus, & Mundus principio temporis fuit a Deo ex nihilo conditus: & quoniam Deus est summè, & infinite bonus, decet eum, vt se summè, & infinite ex omni aternitate communicauerit: quare intelligit ratio naturalis, rectè credi, quod fides docet, in Deo esse generationem quandam aternam, qua ante omne tempus Pater Filium sibi in natura, & substantia parem genuerit, & Pater, & Filius Spiritum sanctum sibi per omnia aequalem produxerint: nam Mundi creatio aterna non fuit, nec fuit naturalis, nec necessaria, sed certo, & definito tempore, & liberè pro arbitrio suo Deus Mundum fabricauit, & ante tempus Mundus non erat: nec necessariò Deus Mundum effecit, siquidem potuit non illum efficere, & potest modo, si velit, illum dissoluere, & penitus delere. Alioqui enim nisi hoc posset, non esset Deus perfectissimus vndique, & omnipotens. Quare efficitur, decere plurimum id, quod fides monstrat, in Deo esse generationem aliquam aternam, quæ ab omni aternitate, Mundi ortum præcesserit, qua Pater aternus Filium generauit, cui totam suam naturam, & substantiam communicauit, & quæ, quia naturalis est, fieri nequit, vt aliquando non fuerit, vel aliquando futura non sit. Ex quo etiam ostenditur, Deum in seipso quandam suæ naturæ, & bonitatis communicationem habere præstantissimam, & perfectissimam, nec indigere, vt se huic Mundo communicet, nec a creato mundo vllam perfectionem recipere, siquidem in se habet Filium, & Spiritum sanctum, quibus sese communicat infinite, necessariò, & ab omni aternitate.

Generatio aterna. Processio eterna.

Mundi creatio non fuit aterna, neque naturalis, nec necessaria.

Deum habere in se quædam suæ naturæ, & bonitatis communicationem perfectissimam.

Exemplum, quo generatio & processio in diuinis ali-quatenus designatur.

Porrò vt rudi quadam Minerua, hanc aternam generationem Filij, & Spiritus sancti processionem inuestigemus, ita patet hoc exemplo. Fingite hominem ante se habentem speculum: cum primum is seipsum in speculo intuetur, imprimitur in illo effigies, in qua seipsum representatum cernit: quæ quidem hominis effigies figura est accidentalis, quippe quæ substantia caret: at verò si effigies illa, quæ in speculo impressa conspicitur, sicut eandem figuram, & similitudinem habet, eandem quoque naturam, & substantiam representati hominis retinisset, essent profectò duæ personæ in eadem natura, & substantia: nam vna persona fuisset ea, quæ se in speculo intuetur, altera ea, quæ in speculo apparet impressa: & tamen substantia vtriusque personæ fuisset eadem: at ita esset vna substantia in duabus personis existens: hoc quod in speculo fingimus, reuera est in ipsa diuina natura: Deus enim in seipso tanquam in speculo quodam purissimo seipsum intelligit, & ita in se re-

presentat suam diuinam substantiam, sapientiam, potestatem, bonitatem, & ceteras omnes diuinæ maiestatis perfectiones, quas habet: & hæc imago in diuino intellectu representans Patrem aternum, qui seipsum in se videt, & intelligit, non est figura aliqua accidentalis, qualis est imago hominis in speculo apparens, & seipsum ibi intuentis, sed est ipsa Patris aterni substantia, & natura: quia Deo nihil accidit, nihil in eo accidentis rationem habet: quare hæc imago Dei seipsum in se intelligentis est Filius Dei naturalis, qui est alia persona a Patre aterno; sed non est alterius naturæ, vel substantiæ, nec est alius Deus a Patre, sed est vnus, & eiusdem naturæ, substantiæ, maiestatis, & diuinitatis cum Patre, & ita vnus, & idem Deus, atque Pater. Et ex hac communicatione, qua Pater seipsum intelligens Filium generat, & Filius diuinitatem eandem, quam Pater habet, accipit, fit vt Pater seipsum diligat, & Filium, & Filius seipsum, & Patrem amet, & ita producit amor, in quo Pater Filium, & Filius Patrem diligit: & hic amor infinitus accidens in Deo esse non potest, sed est ipsamet substantia, & natura Filij, & Patris: hunc itaque amorem procedentem in Deo a Patre, & Filio Spiritum sanctum vocamus: vnde fit, vt tres sint personæ diuinæ, & vna substantia, natura, & diuinitas. Tres personæ, vnus tamen Deus. Et huius Trinitatis personarum, & vnitatis essentia in Deo, in nostra mente quoddam vestigium apparet. In mente nanque humana, vt dictum est, sunt tres vires, & facultates; memoria, intellectus, & voluntas, quæ tres vires, & potestates sunt inter se distinctæ: nam memoria non est intellectus, nec intellectus est voluntas, & tamen tres istæ potestates, & vires non sunt tres animæ, sed vna numero anima: & ideò reuelatū nobis a Deo est, humanam animam esse creatam ad imaginem, & similitudinem ipsius Dei, & proinde esse spiritualem, & immortalem: Deus enim spiritualis est, & immortalis: & licet Dei natura, & substantia sit longè multò superior, atq; sublimior, nihilominus tamen hanc habent cum humana mente similitudinem. Vt quemadmodum humana mens est vna tantum anima, & sunt in ea tres potestates, & vires distinctæ, sic Deus est vna tantum substantia, & natura, suntq; in eo tres personæ distinctæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, qui tamen non sunt tres Dii, sed vnus tantū Deus: & quia Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt vna substantia, & vnus numero Deus, ob eam rē tres personæ diuinæ sunt per omnia sibi inuicem aequales, sicut sunt vnus diuinitatis, sic vnus, & eiusdem potestatis, sic vnus, & eiusdem maiestatis. Et proinde debet Filius coli, & adorari sicut Pater, & Spiritus

Nihil in Deo est accidentale.

Productio amoris in diuinis quo modo.

In mente humana vestigium Trinitatis.

Reuelatū a Deo fuisse animam esse immortalem.

Tres personæ æque esse adorandas.

Spiritus sanctus debet similiter coli, & adorari vt Pater: hoc est sicut Pater colitur, & adoratur vt conditor omnium, vt dominus, vt rex, gubernator, & conseruator omnium, sic Filius, sic Spiritus sanctus colitur, vt auctor, vt dominus, vt rex, conseruator, & gubernator omnium rerum.

Porrò hic Deus in seipso, & ex seipso beatus, & nullius rei indigens, pro sua tantum liberalitate, & beneficentia, solo nutu, & imperio ex nihilo condidit cælum, & terram, & totam hanc rerum vniuersitatem, vna cum omnibus rerum formis, quæ in eius cõplexu continentur: & rebus singulis vires, & facultates concessit aptas, & idoneas ad finem naturæ consentaneum consequendum: & quia substantia, & natura rerū, vel est spiritualis, vel corporalis, ideo Deus res partim spirituales, partim corporales effecit: ne aliqua natura in hoc Mudo deesset: at verò, quæ substantiæ materiæ, & corporis expertes sua sunt natura altiores, & præstantiores, quàm res materia, & corpore concretæ: ideo substantiæ spirituales superioribus naturæ dotibus, & viribus exornauit: eas enim intellectu præditas effinxit, quo possent intelligere omnium rerum corporatarum naturas, & seipsas, & ipsum Deum rerum omnium opificem pro suæ naturæ captu, & ingenio: item quia spiritus sunt, & ab omni corporis vinculo, & nexu immunes, & liberi, sunt sua natura immortales, ab omni interitu alieni, qui in tanta multitudine, & copia creati sunt, vt sint ferè innumeri: hos item spiritus, vt sublimiores in altiori quoque, & perfectiori loco constituit: nam eis domicilium, & sedem illustriorem attribuit, nimirum cælum, quod vt patrum, & naturale solum incolunt: similiter etiam, quia spiritus sunt sua natura immortales, voluit, vt cælum ipsum, vbi est eorum habitatio, esset etiam corpus omnis interitus expertes, neque enim contrarium habet, a quo soluatur, neque est ex quatuor elementis conflatum, qualia sunt cætera mixta corpora. Contulit etiam eis alias multas naturales vires, & dotes, & multa quoque diuinæ gratiæ beneficia, quibus longè ceteris creatis rebus antecellunt: inter ipsos tamen spiritus alios fecit multò illustriores aliis, quia alios pluribus, & longè maioribus beneficiis cumulauit.

Mundi creatio.

Res partim spirituales, partim corporales.

Superioribus dotibus præditas spirituales substantias.

Angeli natura immortales. Ferè innumeri. Cælestes.

Cælum interitus expertes, & cur.

Angeli alii illustriores.

Ex elementis composita cur peccant.

Trium generum sunt.

res. Alia sunt, quæ vita, & sensu prædita sunt, qualia volucres, pisces, & alia terræ belluæ: & ne huic tantæ rerum vniuersitati aliquid deesset, rem aliam, atque naturam creauit ex spiritu, & corpore constantem, nimirum hominem, qui ex animo, & corpore conflatus est: ex parte corporis interitui obnoxius est, ex parte animi est immortalis. Quamobrem ratione corporis sensum, & interitum cum belluis communem habet: ratione autem animi est substantia spiritualis, immortalis, ab interitu aliena, Angelis, qui sunt secreti, & remoti a corpore spiritus, similis. Itaque præter esse, vitam, motum, & sensum, intelligentia præstat vt Angeli: vnde in homine reperitur esse, sicut est in saxis, vita sicut est in stirpibus, sensus sicut est in belluis, intellectus sicut est in Angelis: Homini verò terra data est tanquam sedes, & Mundus vt domicilium eius: cum primum creatus a Deo homo est, positus est beneficio Dei in loco aptissimo, & suæ naturæ maximè congruo: qui quoniam amoenissimus erat, & iucundissimus, dictus est Paradisus terrestris: qui varijs, & multis arboribus erat vndique constitus: fructuum suauitate gratissimus, florum varietate pulcherrimus, fontium, fluminum, & aquarum amoenitate optatissimus: multis denique deliciarum generibus plenissimus. Dedit quoque homini Deus dominatum, & imperium in omnia Mundi animantia, & in cetera omnia, quæ in hoc Mundo creata sunt in hominis ministerium.

Homo ex anima & corpore cõflatus.

Paradisus terrestris.

Homini datum Imperium in Mundo.

Porrò principio, vbi Deus Mūdum creasset, virum condidit, qui Adam vocatur, & feminam, quæ dicta est Eua, quod perinde est, ac si dicatur mater omnium viuentium. Hos duos homines multis, & magnis dotibus ornavit Deus ipsorum naturæ maximè commodis, sicut Angelos multis quoque beneficiis donauerat. Inter alia homini contulit donum præstantissimū, quæ iustitia originalis appellatur, cuius muneris vi caro adeò erat animo subiecta, vt illi per omnia pareret nihil obstitēs: & animus erat rectæ rationi subiectus, ita vt rectæ rationis ductū sectatus Deo Opt. Max. rerum omnium artificii obtemperaret: quibus hoc munere affectis promisit Deus, se huiusmodi munus daturū posteris, qui ex ipsis genitrixissent, si ipsi a diuina lege, diuiniq; iussis non aberraret: & ideò donū illud diuinitus homini cõcessum dicitur iustitia originalis: hominē enim in officio cõtinens iustum reddebat, & rectum quæ lē esse decebat: & in prima hominis creatione collatū est, & ex diuina promissione, quot quot ex primo homine genus, & originem duxissent, illud acciperent: datum etiam hominibus a Deo est, vt vitam suam tuerentur, & conseruarent perpetuò absque

Iustitia originalis.

Adam. Eua.

Arbor vitæ. vitæ propriæ detrimento: & ad hoc inter alios arborum fructus, quibus paradifus abundabat, arborem confecerat Deus profertem fructum adeo salutarem, vt eius esum homines conseruari possent sine vlla vitæ iactura in perpetuum: ita vt si primi illi hominum parentes in illo vitæ statu, & conditione perstitissent, post certum diuinæ legis seruata tempus ad cœlum, & felicissimum Angelorum beatorum domiciliū transferendi essent nulla corporis intercedente morte. Quare tam hominibus, quam Angelis, qui omnes intellectu præditi sunt, donauit Deus liberum arbitrium, quo prohibito quidquid voluerint, præstare queant: ita vt liberi in operando essent, & suarum actionum, & affectuum liberum haberent imperium. Hac collata homini, & Angelo dignitate, gloria, & honore præ ceteris, quæ facta in mundo sunt, euexit eos multis diuinæ suæ gratiæ beneficiis: in primis eos condidit in gratia, & amicitia sua: nam sibi gratos, & charos procreauit: & tot, tantisque muneribus ornauit, vt si vellent, possent diuinæ gratiæ auxilio sese in gratia, & amicitia Dei perpetuo conseruare.

Obediencia iniuncta primis parentibus. Porro vt debitam Deo tanquam summorum omnium domino obedientiam agnoscerent, & agnitam præstarent, noluit eos statim ad gloriam, ac beatitudinem sempiternam euehere, quin potius debitam sibi voluit obedientiam in ipsis experiri: & ob eam rem iniunxit Angelis leue præceptum: nam præcepit eis, vt Deum conditorem suum agnoscerent, venerarentur, & colebant, tanquam summum rerum omnium opificem, rectorem, & dominum, vt ei tanquam domino suo obtemperarent, & ab eo penitus penderent, ac peterent, quæ opus essent ad gloriam, & salutem æternam consequendam, ita vt se infirmos agnoscerent, ad eam suis propriis viribus obtinendam: hominibus vero legem tulit, ne ex interdico cuiusdam arboris fructu vesceretur, quam constituerat Deus in medio Paradifus, quæ dicebatur Arbor scientiæ boni, & mali: cuius esus, & fructus non congruebat eis, quoniam conditi à Deo erant omni bonorum copia pleni: nec par erat, vt mali quippiam experirentur: omnibus igitur tam Angelis, quam hominibus promissit, si diuina iussa exequerentur, se illis daturum gloriam, & felicitatem perpetuam, in qua fruerebantur bonis, quæ Deus ipse in se habet, sine vlla iactura metu: simul etiam comminatus est illis sempiterna supplicia, nisi diuinis mandatis paruissent, amissuros eos gratiam diuinam, ceteraque supernaturalia bona, & incurfuros simul iram sui diuini numinis, & mortem perpetuam, ac reliquas ærumnas, & calamitates, quas primorum parentum.

Arbor scientiæ boni, & mali. tur Arbor scientiæ boni, & mali: cuius esus, & fructus non congruebat eis, quoniam conditi à Deo erant omni bonorum copia pleni: nec par erat, vt mali quippiam experirentur: omnibus igitur tam Angelis, quam hominibus promissit, si diuina iussa exequerentur, se illis daturum gloriam, & felicitatem perpetuam, in qua fruerebantur bonis, quæ Deus ipse in se habet, sine vlla iactura metu: simul etiam comminatus est illis sempiterna supplicia, nisi diuinis mandatis paruissent, amissuros eos gratiam diuinam, ceteraque supernaturalia bona, & incurfuros simul iram sui diuini numinis, & mortem perpetuam, ac reliquas ærumnas, & calamitates, quas primorum parentum.

posteri nunc in hoc mundo patiuntur, & in alio perpetua illa tormenta, quibus improbi igne cruciati torquentur.

Porro inter Angelos, quos Deus creauerat, quique penè innumerabiles erant, vnus fuit omnium nobilissimus, & maximus, quæ Luciferum vocamus: qui cum se vidisset tot, ac tantis naturæ dotibus, & gratiæ muneribus exornatum, in superbiam prolapsus est, putans beatitudinem suæ naturæ debere, vt pote pulcherrimam, & maximam, quam viribus propriis promereri existimabat: ceteris etiã Angelis id ipsum suadebat, & in suam sententiam multos pertrahens persuasit eis, non solum vt debitam Deo obedientiam denegarent, & pro susceptis beneficiis gratias abauerent, sed etiam vt temerè, & superbe contra Deum conditorem, ac dominum suū coniurarent, & sibi plusquam fas est tribuere, ipsi quasi bellum inferrent, suis meritis, ac suæ naturæ viribus sempiternam gloriam ascribentes. Quamuis autem Angelorum plurimos in hanc prauam suam sententiam adduxit, magna tamen eorum pars tam improbis consiliis, & sceleratis conatibus obstitit referens Deo Optimo Maximo acceptum, quidquid boni habebat: & damnans Luciferi, & sceleratorum eius sententiam vt superbam, & eorum conatum vt intolerabilem audaciam detestans. Quare intelligens Deus Angelorum cogitationes, consilia, conatus, & opera, sententiam tulit æquissimam: quæ eos, qui præ superbia inflati à sua diuina lege, & obedientia defecerant, è summis celorum sedibus deturbatos eiecit: & in imam terræ partem detruxit, vbi locus est densissimis tenebris, & mestissimis luctibus plenissimus, quem fecit Deus carcerè terræ malorum Angelorum, quemq. nos infernum appellamus: vbi condemnati improbi Angeli suorum scelerum penas luunt suppliciiis cruciati perpetuis ob impiam, & nefariam coniurationem, & superbiam suam. Hoc igitur modo aberrarunt à gloria, & felicitate sempiterna, quæ Deus illis promiserat, atq. paruenerat: & cū antea spiritus essent pulcherrimi, mirificè exornati, insigni vi, & potestate præditi, facti sunt impurissimi, abiectissimi, & nequissimi: quippe, qui ab illustri honoris, & dignitatis gradu deiectione, priuati sunt diuinæ gratiæ munere, ad quam fuerant diuinitus euecti. Hi sunt, quos Japonij TENGU appellant: qui multo magis detormes sunt, quàm qui in Iaponia depingi solent: & sunt flagitiosissimi, & sceleribus plenissimi, ad omne iniquitatum genus, vel per se, vel per alios perpetrandum promptissimi: ceterum quia velut improbi serui in vincula à Deo coiecti sunt, & carcere coarctati, nihil possunt efficere mali culpæ nisi aduersus eos, qui suam eis assensum præstiterint, quique sponte se illis tradiderint: sunt enim sicut catenis, aut funi-

Luciferi casus Angelorum ipso.

Boni Angeli.

Deiectio malorum Angelorum.

Infernus.

TENGU. Dæmones.

Nil posse Dæmones contra nos nisi assensum.

funibus ligati, & astricti canes, qui quoniam vinculis detinentur, latrare possunt, sed solui à vinculis, mordere, & lædere neminem possunt, nisi aliquis sua sponte sese in eorum ora, & dentes immitrat. Alij verò Angeli, qui in recto, & bono perstiterunt, quique sese in officio continent, debitam Deo obedientiam nullatenus denegarunt, diuinæ gratiæ beneficiis gloriam, & felicitatem sempiternam assequuti sunt: in qua collocati semper beati erunt bonis expleti, ab omni malorum genere penitus alieni: hi sunt spiritus naturæ quadam conditione pulcherrime conspicui, omnium, quæ sunt à Deo opifera creata ex nihilo, formosissimi, potentissimi, & perfectissimi.

Ceterum intelligens malignus, & nefarius Lucifer vnâ cum suis sceleratissimis angelis se in perpetuum è cœlo exclusum, & ad tam acerba supplicia damnatum, & proiec-tum in tam horrendum, tetrum, & spurcum carcerem, in eam impudentiam, & per-uicaciam deuenit, vt pertinacem, & obstinatam mentis sententiam retineat aduersus Deum conditorem suum, ratus iniuste torqueri se vnâ cum suis sceleratoribus apud inferos: & velut insanus, ac furens rabie commotus appetit semper quæ sunt inimica, & aduersa Deo. Cū autem isti impurissimi spiritus nihil Deo nocere queant, summa ope, & studio nituntur mille fraudibus, & artibus auertere homines à vera Dei optimi maximi notitia, & cultu, ac religione: ob eam rem iam inde ab initio Mundi primos illos hominum Parentes Adam, & Eam à diuina lege, & obedientia abducere studuerunt: vt vnâ cum posteris perpetuo condemnerentur. Nam cognoscens improbus, & perditus Angelus, Diuinum esse homini præceptum iniunctum, ne vesceretur fructu arboris, quæ dicebatur scientiæ boni, & mali, arrepta occasione curauit, vt primi illi homines diuinam legem transgressi interdico cibo vterentur, quo ipsi, & eorum posteri in mortis sententiam incurrerent, ac in reliquis prolaberentur penas, quas illis fuerat comminatus Deus: & ad eos facile seducendos, figuram serpentis indutus in Paradifum intrauit, vbi primos illos generis humani parentes Deus constituerat, & feminam solam, ac seorsum aggressus vt pote natura, sexu, & conditione fragiliorum: eam rogauit, num sciret, cur Deus ipsis esum arboris scientiæ boni, & mali interdixisset. At cum femina rogata responderet, præcepisse Deum ipsis, vt abstinerent se omnino ab esu illius arboris, alioqui se morituros certò, nisi Diuinis mandatis paruissent: esum verò aliorum fructuum, qui in Paradiso erant liberum reliquisse: dixit tunc malignus spiritus figuram serpentis generens: falsi, & decepti estis, si enim ex ista ar-

Boni Angeli ex obedientia quæ sunt confecti.

Obstinata Satanæ contra Deum.

Dæmones, cum nocere nequeant Deo, creaturas semper querunt quas deuotent.

Satanas figuram serpentis indutus.

bore vescamini, perpetuo viuētis: Deus vobis istius arboris esum prohibuit, quia nouit istius arboris fructu hanc vim occultam inesse, vt quisquis esu eius vtatur, sit sicut Deus bonum, & malum discernens: tunc putans femina verum esse, quod à diabolo per figuram serpentis loquente dicebatur, oculis iniectis in arborem, intuita fructum est, & visus est illi fructus arboris pulcher admodum, iucundus, & gratus aspectui: & ob id firmius conceptæ ex diaboli sermone sententiæ adhæsit: & capta desiderio, sciendi bonum, & malum more Dei, decreuit vesci ex arbore sibi interdita: & statim decerto fructu manu comedit, & se ad virum suum Adam conserens inuitauit eum, vt arboris fructum gustaret, & ederet: ac tantum importunis suis precibus apud virum valuit, vt is probè aliquin cognoscens prohibitum sibi esse talis fructus esum, ipsum gustauerit, & comederit volens vxori placere consors, ac particeps fieri boni, & mali: illius igitur arboris fructum comedit vir, & confestim ambo ceperunt experientia discere, quid bonum, & quid malum esset: antea enim nihil mali fuerant experti, statim puduit eos perperam capti cibi: sunt enim magno pudore suffusi, quod à diuina lege aberrassent, & cum sese nudos conspexissent, & ab originali iustitia, & diuina gratia, quam cum ipsis Deus largè communicauerat, alienatos, ceperunt in seipsis perturbatos animi affectus, & motus experiri, & carnem spiritui, ac rationi obstitentem: & vnâ cum iustitiæ originalis, & diuinæ gratiæ dono amisso perdiderunt multa alia bona, quibus erant primum diuinitus ornati: ex quo factum est, vt in multas ignorantie tenebras incurrerent, & seipsos erubescerent à conspectu, & præsentia Dei se subducere curarent: sed cum diuinum aspectum nihil vnquam latere possit, eos accessit Deus, & rogauit, cur interdico sibi cibum ceperint comedentes ex arboris fructu: quibus sic rogatis occasionem præbuit, vt perpetratum crimen agnoscerent, & resipiscentes veniam postularent ab eo: ipsi tamen vt delicti rei, & sui peccati tenebris excæcati se excusare, & culpam omnem in alium transferre voluerunt dicente Adam, se esse deceptum à femina: quam sibi consortem dederat Deus: qua in re suum peccatum auxit denuò delinquens, & errans: mendacio sese excusans: nam cum ex prohibito arboris fructu comedit, probè nouit, se malè agere, & in ea re violata lege Deum offendere: quare non est seductus à femina. Porro femina se quoque excusans omnem culpam in serpentem coniecit, dicens, se à serpente delusam: quamobrem Deus iustissimè in eos animaduertit, sententiam, quam tulerat, & quam fuerat minatus

Esus pomi Veriti.

Primi parentes nudi.

Agnitio peccati in primis parentibus.

Adempta originalis iustitia primis parentibus.

Iustissima Dei sententia in primos parentes.

Deus male dixit serpenti.

Et ipsa ceteret caput tuum.

Premissio Saluatoris.

pœnam, si à suis mandatis deficerent, exequens, ipsos à Paradiso eiecit loco amoenissimo, & iucundissimo, & hanc terram iussit incolere vt in exilium missos: vbi vna cum belluis commorati sunt ad mortem condemnati: nec solum ipsis adempta est originalis iustitia, sed eorum posteris quotquot genus suum, & originem trahunt ab eis, iustitia originali priuati sunt, & nascuntur peccati ex primis parentibus contracti labes, & sordibus infecti, gloria cœlesti exclusi, morti obnoxij, pœnâ suâ a Deo sententia lata, & addicti ad sempiternam pœnam, quâ post corporis mortem subibunt perpetui Dei clarissimo conspectu, & felicitate beatorum iucundissima carentes. Fuit enim admodum rationi consentaneum, vt talem pœnam exolverent, qui magis diabolo, quam Deo paruerunt, quiq; se excusare nullatenus potuerunt, siquidem bene intelligebant, serpentem esse suâ naturâ, natum omnis loquelæ, & sermonis expertem, & proinde diabolum esse, qui in serpente loqueretur, cum serpens per se loqui non posset: diaboli verò nequitiam, fraudes, insidias, & dolos probe callebant. Ceterum, cum Deus sit summè pius, benignus, & clemens, hominum euentum, & casum miseratus, & debitis pœnis diabolum afficiens maledixit eis, promittens facturum se, vt sicut ipse per deceptam feminam viri ruinam, & exitium procurauerat, femina nasceretur in mundo ex primis parentibus dicens originem, cuius filius ipsius superbiam comprimeret, potestatem, & imperium deiceret, & omnem in homines dominatum eriperet, & demum genus humanum ad Dei obsequium, & cultum traduceret: sic primis illis hominibus nimium Ada, & Eua promisit ex suis posteris nasciturum Saluatorem mundi, qui vniuersos homines sperantes in ipsum, & legem eius, ac religionem amplectentes à peccatis erueret: quos hisce promissis cōsolatus est, & ad sui peccati pœnitentiam agendam permouit, pollicitus quoque se eos saluos aliquando facturum, & in suam gloriam perducurum. Hac ratione conditus est mundus, creati sunt Angeli, & homines: hoc fuit cunctarum rerum initium: hic casus primorum hominum, hæc hominibus diuina promissio de vniuerso Redemptoris in mundum aduentu ad saluandos homines: quæ statim post primum hominum peccatum primis nostris parentibus innotuit: hoc reuelauit ipse Deus, reuelarunt Angeli, prodiderunt etiam ipsi dæmones, qui ab obsequio hominum corporibus expulsi, nunc, & potestate Dei, & iustorum hominum sanctitate, & virtute compulsi, sæpè huiusmodi veritatem confessi sunt. Hoc idem tradiderunt primi homines, vt legimus in diuinis historiæ voluminibus, quæ sanctæ sunt, & veræ, & receptæ,

atque approbata sunt non solum à Christianis, sed etiam in summa veneratione à Iudeis habitæ, qui Christianorum sunt hostes, & aduersarij. Et hæc omnia sunt reuera rationi consentanea: quod enim ad Angelorum creationem spectat, iam supra monstrauimus, decessit Deum, qui est sapientissimus, potentissimus, optimus, & perfectissimus rerum artifex, hanc mundi fabricam vndique perfectam effecere, & ita alias res corpore concretas, & alias verò à corpore seuinctas condere: alioqui hæc rerum vniuersitas manca, & imperfecta esset, si Angeli non fuissent creati diuinitus. Item cum Deum scilicet finisset tanta pulchritudine ornatum, Solis, Lunæ, & aliorum siderum splendoribus lucidissimum, tot, & tantis viribus affectum, par erat, vt cuniorum aliquorum esset domicilium, qui immensam Dei maiestatem reuererentur, & colerent, & tantarum cœlestium virium, & facultatum contemplatores essent, quos decuit esse immortales, & ab omni interitu alienos, quales cœli sunt. Item decuit diuinam maiestatem, quæ hanc rerum vniuersitatem condiderat, creare etiam aliquos spiritus, vt ei semper assisterent, honorem, & cultum impenderent, diuinas laudes deferrent, obsequium, & famulatum præstarent in iis omnibus, quæ ad corporatarum rerum gubernationem pertinerent: hos spiritus, Angelos vocamus, vt supra diximus.

Quod verò ad Luciferi, & sectatorum eius casum spectat, facile etiam intelligitur, id omnè, quod diximus, cum recta ratione congruere. Primo, quia omnis substantia spiritalis sua natura est ceteris rebus perfectior, sublimior, & sapientior: dæmones sunt substantiæ spirituales intelligentiæ præditæ: decebat igitur eos esse sua natura reliquis creaturis nobiliores, perfectiores, & sapientiores: & eò pluribus, ac maioribus bonis ornatos: at nos in eis oppositum deprehendimus, vt ipsi quoque ingenuè confitentur: sunt enim spiritus immundi, iniqui, scelerati, semper ad malum propensi, hominibus semper insidias mouentes: non igitur est rationi consentaneum, vt ab initio suæ creationis fuerint mali conditi. Secundo, quia Deus est summè, & infinite bonus: non ergo spiritus tam improbos, & impuros creauit, quales sunt dæmones: par igitur est credere, eos sua propria voluntate in tantam malitiam prolapsos fuisse.

Quod ad hominum casum attinet, idem similiter ostenditur cum ratione conuenire: Deus enim est perfectè bonus, & omnia recto ordine creauit, & constituit: inter corporas verò res, quæ in toto hoc mundi cōplectuntur, homo est reliquis multò perfectior: cū ratione igitur cōgruebat, vt Deus hominem creasset meliorem, & perfectiore,

Scriptura ab hostibus nostris iudeis in summa veneratione habitata.

Manca figurata fuisse hanc rerum vniuersitatem sine Angelorum creatione.

Casus primorum hominum.

Homo sua propria voluntate deprauatus.

Mundi propagatio.

Traditio priorum Parentum.

Nō omnes eandē pietatis viam instituisse post Adam.

Dæmonum astus in hominibus deceptendis.

Dæmonum falsa responsa.

CAMI FOTOQVI.

pulchriori, & nobiliori ordine constantem, quam res ceteræ habeant: at contrarium omnino cernimus: est enim homo ad malū pronus, difficulter bonum prosequitur, passim ab honesto, & recto aberrat, mille miseris, calamitatibus, & malis obnoxius, quippe qui habet in se deprauatos animi motus, & carnem spiritui, & rationi sæpè aduersantem: non igitur incredibile est hominem esse à Deo creatum tot, ac tantis deprauatis animi affectibus addictum, & proinde verisimile est, hominem à seipso pollutum fuisse, sua propria voluntate deprauatum: hoc enim est, quod supra diximus creatum esse hominem rectum, & fuisse iustitia originali donatum diuinæ gratiæ munere: cuius tanti doni

facultate sese in officio, & recto rationis ordine continere posset, si vellet. His itaque, & aliis rationibus aperte comprobatur credi non posse, cum Deus sit infinite bonus, & in suis vniuersis operibus maxime perfectus, dæmones, & homines fuisse ab eo in peccato, & malitia conditos: non enim tantam diuinæ maiestatis bonitatem decebat, eos tam improbos, & tam immundos effingere. Hinc igitur conficitur, quæ dicta sunt de Angelorum, & hominum casu, quæque sacræ Christianorum litteræ, & historia commemorat, cum recta ratione consentire. Et cum hæc omnia diuinâ reuelatione patefacta Christiani cognouerint, nulla ratione fieri potest, vt vera, & certa non sint.

Deus infinitè bonus, & in suis operibus maxime perfectus, nec dæmones, neque homines in peccato condidit.

EX PRIMIS PARENTIBUS HOMINES GENITI quomodo in varios errores ruerunt: Veritatem tamen à Deo subinde semper fuisse Humano generi per aliquos monstratam: causa cur Dei Filius, incarnari, nasci, pati voluerit. Caput IX.



X duobus primis hominibus nati sunt multi filii masculi, & foeminae, è quibus deinde filii orti sunt alij plurimi, & ita procedente tempore propagatum est totum genus humanum, quod vniuersum Mundum replauit. Hos omnes filios Adam, et Eua ab initio mundi docuere, referentes ipsis casum suum, & simul etiam spem, et diuinam promissionem, qua Deus pollicitus fuerat, redimendum esse genus humanum aliquando, per vniuersi Saluatoris aduentum, cuius beneficio essent homines à peccato liberandi, & demonstranda via, qua possent vniuersi ad gloriam peruenire, quam Adam sua culpa perdidit: & ita filios hortabantur vt Deum adorarent, & colerent, & naturalis legis præcepta seruarent, quam in hominum mentibus Deus suo beneficio impresserat, neminem læderent iniuria, honestatem, & æquitatem tenerent in omnibus, ceterum homines, quippe qui sunt natura liberi, & possunt pro libito hoc, aut illud efficere, alij id agebant, ad quod eos Adam incitabat, Deum venerabantur, sese in officio continebant. Alii vero neglecto Dei cultu à recta ratione aberrabant, in varia peccatorum, & scelerum genera prolapsi: ad quæ quoque dæmonum persuasionem trahebantur. Dæmones enim semper pro viribus studuerunt homines à vera Dei notitia, cultu, & obsequio abducere; semper hominibus persuaserunt male operari, ventri, & carni indulgere; & sic paulatim homines à vera Dei religione defecerunt, & sensim Dei gratiâ, & amicitiam amiserunt: donec tandem extincta fere est in eis vera Dei notitia, qua erant primum imbuti. Item cum hominum infirmitas tanta sit, & tanta eorum ignorantiâ, & inscitia, & propter peccatum natura ad malum prona feratur, deprauatis affectibus corrupta, dæmonibus mentientibus sibi charos, & amicos esse homines, facile decepti sunt homines, vt improbos sensuum, & carnis motus prosequerentur pro libito viuentes, secundum propriæ voluntatis affectum, contempta Dei religione: qui eò cæcitate, & malitiæ deuenerunt, vt omni Dei veri cultu abiecto simulachra construxerint, statuas, & imagines coluerint, in quibus sese dæmones abdebant, responsa præbentes, & suadentes hominibus, vt simulachra, & statuas falforum Deorum, & brutorum colerent tanquam Deos, & sic tantum dominatum, et imperium dæmones in homines obtinuerant, vt persuaserint credere, se esse Deos, & tanquam Deos coli, & adorari debere: & ita procedente tempore introducti sunt CAMI, ET FOTOQVI, confictæ sunt eorum historiæ, & narrationes ridiculæ, & vanæ,

Nō omnes eandē pietatis viam instituisse post Adam.

Dæmonum astus in hominibus deceptendis.

Dæmonum falsa responsa.

CAMI FOTOQVI.

vanæ, & tandem inuenerunt dæmones in Iaponiam tam multas, & varias sectas, & A
superstitiones: quæ quia sunt dæmonum, & hominum commenta, plena sunt mendacis, fraudibus penitus detestandis, quia nihil aliud curasse videntur, quam vt homines proprio affectu ducti carni indulgeret, vitis sese dederent, & omnem denique honestatem abicerent.

Porro videns Deus deceptos homines in peccata precipites labi, cum sit infinite pius, benignus, & clemens, & omnium bonorum largitor, miseratus est hominum ruinam, & summopere eorum salutem desiderans, voluit eos veritatem, & rectam ad gloriam, & vitam sempiternam viam docere: vnde per omnia Mundi secula misit in mundum homines sanctitate, & virtute conspicuos, fidelissimos sui nominis cultores, & sui honoris studiosissimos defensores, vt homines recte, & sancte informarent, ab insidijs dæmonum, mendacis, & fraudibus, quibus passim capiebantur, abducerent; verâ Dei notitia, cultu, & religione imbuerent: & tandem omnibus persuaderent, solum Deum vt mundi artificem, principem, rectorem, & dominum rectorem, & dominum esse adorandum, simulacra detestanda, CAMI, & FOTOQVE relegandos, quippe nihil aliud sunt, quam mortuorum hominum effigies, dæmonum statuas, & imagines, quæ nihil prorsus nocere hominibus possunt: nihil mali inferre, nihil boni præstare: & simul etiam homines docerent, quo pacto essent à Deo optimo maximo creati, & donati animo immortalis: & qua ratione bene, & inculpate viuendo possent æternam vitam assequi: & suorum operum redditori rationem, & in alio vitæ seculo, vel debitis supplicijs, vel meritis præmijs afficiendi: & ob eam rem soli Deo vero diuinum cultum, & honorem exhiberent: simul quoque docerent, polliceri Deum, se missurum in Mundum Redemptorem hominum: idque sanctissimi illi viri prædicarunt: totque, ac tanta signa eius aduentus prædixerunt, vt facile dignosci posset eius in Mundum aduentus: vt homines probe cognoscerent ex ijs, quæ in Mundo suo tempore futura essent, Mundi Saluatorem venisse: & eum esse, quem signa illa sæculis multis ante prædicta monstrabant, & veluti loquendo dicebant, eum esse, quem Deus longe ante promiserat, ne à diabolo deciperentur. Porro quoniam sancti huiusmodi viri, quos Deus subinde mittebat in mundum, plurima prænucciabant eorum, quæ euentura erant eo tempore, quo hominum redemptor venturus erat, Prophetæ appellati sunt, quo nomine significantur homines diuini numinis afflatu illustrati, prædicantes futura: vt autem homines horum Prophetarum dictis fidem haberent, magnam vim, et potestatem suis Deus Prophetis exhibuit, quâ ingentia, et multa miracula edebant, egregia, admiranda, et supra omnem naturæ facultatem opera præstabant: quippe qui ægro tis sanitatem, cæcis aspectum restituebant, et ad vitam mortuos reuocabant, vt Sacra Diuinarum litterarum Monumenta testantur: et quæcunque sancti huiusmodi Prophetæ populis dicebant, ipsi litteris consignata reliquerunt: vt ipsorum scripta testificari possent Saluatoris in Mundum aduentum, et eum venisse eo tempore, quo venit. Hæc sacra volumina à Sanctis huiusmodi Prophetis conscripta semper Hebræorum populus, ad quem suos Prophetas dignatus est Deus mittere, conseruauit. Ceterum quia sancti huiusmodi viri rectæ vitæ rationem, et normam homines docere conabantur, et eos à vitis, et criminibus detertere studebant, seuerè, et acriter eos obiurgando ob deprauatos mores, et vitam, et eorum CAMI, ET FOTOQVE, è medio tollendo, paucissimique erant, qui bene, et inculpate viuere, et sui instituti rationem ad ipsorum dicta, et monita sanctissima componere, et emendare voluissent: imò potius BONZII, ET CAMI, AC FOTOQVE sacerdotes videntes sua delicta, et flagitia detegi, sua quoque mendacia et fraudes prodici, eos capitali odio persequerentur, et plebi persuadebant, vt necerentur tãquam homines nefarii, et in deos impii, et totius Reipublicæ libertatis, et salutis euersores. Nihilominus tamen semper in varijs Mundi regionibus multi viri floruerunt, qui veram Dei notitiam habentes vni Deo debitum cultum, venerationem, et honorem impenderunt, CAMI, et FOTOQVE execrati tanquam exitialem pestem: potissimum

Propheta à Deo missi in Mundum omni penè seculo.

Veri Prophetæ quid docuerunt.

Messias promissus.

Propheta cur ita vocati.

Propheta rum miracula.

Hebræi cõseruauerunt D. scripturam.

Cur Prophetæ inuenerunt.

A potissimum verò floruit populus quidam, qui dicitur Hebræorum plebs, qui neglecto omni CAMI, FOTOQVI, & gentium instituto, & ritu, viuebat iuxta præscriptum Diuinarum legum, quibus instruebatur à Prophetis, quibus fidem habebat, quosque vt sanctissimos viros, & sibi datos à Deo tanquam vitæ duces, & magistros venerabatur, & eorum conscripta volumina magnificiebat: quamobrem Deus populum hunc Hebræorum per multa sæcula summis beneficijs ornauit: quippe eum potentissimum reddidit, & omnium suorum hostium victorem effecit: & sic Dei munere in summa pace, & tranquillitate degebat: magna bonorum omnium copia, & vbertate affluebat: multis miraculis Diuinitus paratis in eo illustrabatur, vt est in sacris ipsorum litteris proditum: Et vt certius, ac rectius Deum coleret, data est ei diuinitus lex, secundum cuius præscriptam rationem viueret. Hanc legem accepit populus ille Hebræorum ministerio viri cuiusdam sanctissimi, qui dicitur est Moyses, per quem etiam promisit Deus, se postea in mundum missurum Saluatorem hominum: cui quoque reuelauit modum, quo Saluator adueniens esset homines redempturus. Hoc idem iussit Deus, vt alij multi Prophetæ prædicerent. Post obitum verò Prophetæ Moysis populus ille Hebræorum, quamuis alioqui multis à Deo beneficijs affectus, magnis euectus honoribus, plurimis ditatus opibus, robore, & potentia præstans, pace, & tranquillitate gaudens, ingenti bonorum cumulo exornatus cœpit à Diuina lege aberrare, & sese ad gentes adiungere: nam Gentilium feminarum pulchritudine oblectatus cœpit earum coniugia appetere: & licet ex gentibus vxores ducere Diuinis legibus esset interdictum, coniugia sæpe cum gentibus celebravit: cumque vxores nimium pulchras, & idolorum cultrices essent, facile viris suis Hebræis persuadere paulatim cœperunt, vt eo ritu, & more viuerent, quem ipsæ tenebant: filiosque docebant eam vitæ rationem, & institutum, quod ipsæ sectabantur: & sic tam viros, quàm filios ad idolorum cultum, & CAMI, & FOTOQVI venerationem traxerunt: & hac ratione populus ille Hebræorum tot, ac tantis bonis diuinitus cumulatus, seductus est: & Dei veri cultum, & venerationem neglexit: ad quem populum postea misit Deus viros, & Prophetas alios sanctos, quorum consilijs, & verbis crebro admonebatur, vt resipisceret, vt ad meliorem vitæ frugem rediret, vt diuinis legibus pareret, sin minus, intellexeret fore aliquando, vt deleretur, & funditus periret: admonebatur quoque de aduentu Saluatoris in Mundum: item iussu Dei, & nomine eius populum illi Prophetæ docebant dicentes, venturum Mundi Saluatorem Dei filium futurum esse: quod Dei Filius humanam naturam indutus, & factus homo venturus in terram esset, & ipsum Hebræorum populum docturus veram Dei cognitionem, cultum, & legem: essetque multa, & magna miracula factururus, ita vt homines persuasum sibi satis arbitrarentur, eum esse verum Deum, verum Filium Dei naturalem, & Redemptorem diuinitus promissum: item quòd liberaturus Mundum esset hac ratione, quòd vt homo passurus esset, & tandem moriturus pro hominibus libenter ferens pœnâ, & mortem, quam homines ipsi pro suo peccato soluere deberent: vt sic ipse pro hominum peccatis satisfaciens Diuinam iustitiam placaret, & hominibus suorum peccatorum veniam impetraret, & aditum ad cœlum patefaceret, et demum cunctis salutem sempiternam præstaret. Porro quia Hebræorum peccata, et delicta in dies magis augebantur, ita vt ipsis quoque Prophetis vitam eriperent, innocentium sanguinem effunderent, quorum opera, et ministerio utebatur Deus in suis diuinis legibus promulgandis, declarandis, et interpretandis: nec desisteat populus ille Hebræorum à cultu, & veneratione idolorum, CAMI, & FOTOQVI: nec abstinere à vitis, corruptis, deprauatisque moribus, quibus imbutus erat: ob id misit etiam Deus alios Prophetas, quorum monitu corrigerentur: et per quos, eos sæpe admonuit, ob sua flagitia, et scelera in eam cœcitatatem deuenturos, vt Mundi Saluatori fidem habituri non essent, quando ad eos tandè venisset: et quòd eius legem recepturi non essent, nec sectaturi eius monita salutaria, recta consilia, et sancta vestigia: imò potius, quòd ipsimet tanquam hostes essent illum interfec-

Populus Hebræorum quando, & cur floruit.

Lex Hebræis tradita. Moyses.

Hebræi desciunt à pietate.

Idololatria per carnis illecebras irrepsit in Hebræos.

B gem accepit populus ille Hebræorum ministerio viri cuiusdam sanctissimi, qui dicitur est Moyses, per quem etiam promisit Deus, se postea in mundum missurum Saluatorem hominum: cui quoque reuelauit modum, quo Saluator adueniens esset homines redempturus. Hoc idem iussit Deus, vt alij multi Prophetæ prædicerent. Post obitum verò Prophetæ Moysis populus ille Hebræorum, quamuis alioqui multis à Deo beneficijs affectus, magnis euectus honoribus, plurimis ditatus opibus, robore, & potentia præstans, pace, & tranquillitate gaudens, ingenti bonorum cumulo exornatus cœpit à Diuina lege aberrare, & sese ad gentes adiungere: nam Gentilium feminarum pulchritudine oblectatus cœpit earum coniugia appetere: & licet ex gentibus vxores ducere Diuinis legibus esset interdictum, coniugia sæpe cum gentibus celebravit: cumque vxores nimium pulchras, & idolorum cultrices essent, facile viris suis Hebræis persuadere paulatim cœperunt, vt eo ritu, & more viuerent, quem ipsæ tenebant: filiosque docebant eam vitæ rationem, & institutum, quod ipsæ sectabantur: & sic tam viros, quàm filios ad idolorum cultum, & CAMI, & FOTOQVI venerationem traxerunt: & hac ratione populus ille Hebræorum tot, ac tantis bonis diuinitus cumulatus, seductus est: & Dei veri cultum, & venerationem neglexit: ad quem populum postea misit Deus viros, & Prophetas alios sanctos, quorum consilijs, & verbis crebro admonebatur, vt resipisceret, vt ad meliorem vitæ frugem rediret, vt diuinis legibus pareret, sin minus, intellexeret fore aliquando, vt deleretur, & funditus periret: admonebatur quoque de aduentu Saluatoris in Mundum: item iussu Dei, & nomine eius populum illi Prophetæ docebant dicentes, venturum Mundi Saluatorem Dei filium futurum esse: quod Dei Filius humanam naturam indutus, & factus homo venturus in terram esset, & ipsum Hebræorum populum docturus veram Dei cognitionem, cultum, & legem: essetque multa, & magna miracula factururus, ita vt homines persuasum sibi satis arbitrarentur, eum esse verum Deum, verum Filium Dei naturalem, & Redemptorem diuinitus promissum: item quòd liberaturus Mundum esset hac ratione, quòd vt homo passurus esset, & tandem moriturus pro hominibus libenter ferens pœnâ, & mortem, quam homines ipsi pro suo peccato soluere deberent: vt sic ipse pro hominum peccatis satisfaciens Diuinam iustitiam placaret, & hominibus suorum peccatorum veniam impetraret, & aditum ad cœlum patefaceret, et demum cunctis salutem sempiternam præstaret. Porro quia Hebræorum peccata, et delicta in dies magis augebantur, ita vt ipsis quoque Prophetis vitam eriperent, innocentium sanguinem effunderent, quorum opera, et ministerio utebatur Deus in suis diuinis legibus promulgandis, declarandis, et interpretandis: nec desisteat populus ille Hebræorum à cultu, & veneratione idolorum, CAMI, & FOTOQVI: nec abstinere à vitis, corruptis, deprauatisque moribus, quibus imbutus erat: ob id misit etiam Deus alios Prophetas, quorum monitu corrigerentur: et per quos, eos sæpe admonuit, ob sua flagitia, et scelera in eam cœcitatatem deuenturos, vt Mundi Saluatori fidem habituri non essent, quando ad eos tandè venisset: et quòd eius legem recepturi non essent, nec sectaturi eius monita salutaria, recta consilia, et sancta vestigia: imò potius, quòd ipsimet tanquam hostes essent illum interfec-

C quod Dei Filius humanam naturam indutus, & factus homo venturus in terram esset, & ipsum Hebræorum populum docturus veram Dei cognitionem, cultum, & legem: essetque multa, & magna miracula factururus, ita vt homines persuasum sibi satis arbitrarentur, eum esse verum Deum, verum Filium Dei naturalem, & Redemptorem diuinitus promissum: item quòd liberaturus Mundum esset hac ratione, quòd vt homo passurus esset, & tandem moriturus pro hominibus libenter ferens pœnâ, & mortem, quam homines ipsi pro suo peccato soluere deberent: vt sic ipse pro hominum peccatis satisfaciens Diuinam iustitiam placaret, & hominibus suorum peccatorum veniam impetraret, & aditum ad cœlum patefaceret, et demum cunctis salutem sempiternam præstaret. Porro quia Hebræorum peccata, et delicta in dies magis augebantur, ita vt ipsis quoque Prophetis vitam eriperent, innocentium sanguinem effunderent, quorum opera, et ministerio utebatur Deus in suis diuinis legibus promulgandis, declarandis, et interpretandis: nec desisteat populus ille Hebræorum à cultu, & veneratione idolorum, CAMI, & FOTOQVI: nec abstinere à vitis, corruptis, deprauatisque moribus, quibus imbutus erat: ob id misit etiam Deus alios Prophetas, quorum monitu corrigerentur: et per quos, eos sæpe admonuit, ob sua flagitia, et scelera in eam cœcitatatem deuenturos, vt Mundi Saluatori fidem habituri non essent, quando ad eos tandè venisset: et quòd eius legem recepturi non essent, nec sectaturi eius monita salutaria, recta consilia, et sancta vestigia: imò potius, quòd ipsimet tanquam hostes essent illum interfec-

D quod Dei Filius humanam naturam indutus, & factus homo venturus in terram esset, & ipsum Hebræorum populum docturus veram Dei cognitionem, cultum, & legem: essetque multa, & magna miracula factururus, ita vt homines persuasum sibi satis arbitrarentur, eum esse verum Deum, verum Filium Dei naturalem, & Redemptorem diuinitus promissum: item quòd liberaturus Mundum esset hac ratione, quòd vt homo passurus esset, & tandem moriturus pro hominibus libenter ferens pœnâ, & mortem, quam homines ipsi pro suo peccato soluere deberent: vt sic ipse pro hominum peccatis satisfaciens Diuinam iustitiam placaret, & hominibus suorum peccatorum veniam impetraret, & aditum ad cœlum patefaceret, et demum cunctis salutem sempiternam præstaret. Porro quia Hebræorum peccata, et delicta in dies magis augebantur, ita vt ipsis quoque Prophetis vitam eriperent, innocentium sanguinem effunderent, quorum opera, et ministerio utebatur Deus in suis diuinis legibus promulgandis, declarandis, et interpretandis: nec desisteat populus ille Hebræorum à cultu, & veneratione idolorum, CAMI, & FOTOQVI: nec abstinere à vitis, corruptis, deprauatisque moribus, quibus imbutus erat: ob id misit etiam Deus alios Prophetas, quorum monitu corrigerentur: et per quos, eos sæpe admonuit, ob sua flagitia, et scelera in eam cœcitatatem deuenturos, vt Mundi Saluatori fidem habituri non essent, quando ad eos tandè venisset: et quòd eius legem recepturi non essent, nec sectaturi eius monita salutaria, recta consilia, et sancta vestigia: imò potius, quòd ipsimet tanquam hostes essent illum interfec-

E quod Dei Filius humanam naturam indutus, & factus homo venturus in terram esset, & ipsum Hebræorum populum docturus veram Dei cognitionem, cultum, & legem: essetque multa, & magna miracula factururus, ita vt homines persuasum sibi satis arbitrarentur, eum esse verum Deum, verum Filium Dei naturalem, & Redemptorem diuinitus promissum: item quòd liberaturus Mundum esset hac ratione, quòd vt homo passurus esset, & tandem moriturus pro hominibus libenter ferens pœnâ, & mortem, quam homines ipsi pro suo peccato soluere deberent: vt sic ipse pro hominum peccatis satisfaciens Diuinam iustitiam placaret, & hominibus suorum peccatorum veniam impetraret, & aditum ad cœlum patefaceret, et demum cunctis salutem sempiternam præstaret. Porro quia Hebræorum peccata, et delicta in dies magis augebantur, ita vt ipsis quoque Prophetis vitam eriperent, innocentium sanguinem effunderent, quorum opera, et ministerio utebatur Deus in suis diuinis legibus promulgandis, declarandis, et interpretandis: nec desisteat populus ille Hebræorum à cultu, & veneratione idolorum, CAMI, & FOTOQVI: nec abstinere à vitis, corruptis, deprauatisque moribus, quibus imbutus erat: ob id misit etiam Deus alios Prophetas, quorum monitu corrigerentur: et per quos, eos sæpe admonuit, ob sua flagitia, et scelera in eam cœcitatatem deuenturos, vt Mundi Saluatori fidem habituri non essent, quando ad eos tandè venisset: et quòd eius legem recepturi non essent, nec sectaturi eius monita salutaria, recta consilia, et sancta vestigia: imò potius, quòd ipsimet tanquam hostes essent illum interfec-

cturi,

Mors Christi
Christi præ
annunciatio
& Resurrex
tionis.

Mors Christi
Christi Domini.
Et ita Iudeis
funditus delecti,
atque expulsi
eorsu reliquit
in varias Terrarum
plagas.
Dei Filius
cur voluerit
homo fieri, ac mo
di.

Iustitia, &
Misericordie
satisfaciendum
erat.

Auxi, & futuri ministri Diuinæ iustitiæ, et sententiæ, quæ lata a Deo erat, nimirum Saluatorem mundi moriturum pro hominibus, et crucis mortem acerbissimam subiturum, sed tertio postea die resurrecturum a mortuis, et ascensurum in cœlos magna gloria exornatum, et liberaturum omnes eos, qui se ab orbe condito in ipso spem suam collocauerant, et legem implebant, et sese totos ipsius fidei commiserant: et quod ipse post mortem suam magnam gentium partem esset ad suam legem, et religionem traditurus: eosque, qui nolent ipsius legem, et doctrinam sectari, perditum iri, est similiter ab huiusmodi sanctis Prophetis prædictum, Hebræos magnum flagitium contra Saluatorem mundi commissuros in eo occidendo: sed post ipsius necem perdendos: quod totum eo penitus modo postea euenit, quo fuerat longe ante prædictum a sanctis Prophetis: Hebræi enim Saluatorem mundi occiderunt, et postea fuerunt funditus delecti, et expulsi, et eieci a patriis sedibus, captiui abducti sunt in varias terrarum plagas, sicut antiquæ ipsorum historiæ prodiderunt, et sancta Prophetarum vaticinia, ac monumenta prædixerant; quæ nutu, et singulari Dei prouidentia, et cura, salua, et integra semper apud ipsos custodita sunt, vt planum, et certum esset semper horum, quæ diximus, testimoniū.

Potuisset sane Diuina maiestas, absque Filij sui Incarnatione, atque absque Passione, vniuersum hominum genus saluum facere, si voluisset. Deus enim est potentissimus, et eo modo poterat Mundum seruare, quo vellet: Ipsius est homines saluare, eis veniam peccatorum concedere: sed voluit homo fieri, et mortem pro hominum peccatis subire, et mundum in libertatem asserre hoc modo, qui fuit multis de causis commodissimus.

Primo, quia cum Deus sit summè iustus, & summè misericors, voluit in hominibus redimendis, & saluandis eum modum adhibere, vt suæ iustitiæ Diuinæ plene satisficeret, & misericordia in homines retineretur plenissime: non potuit autem ad hæc duo maxime præstanda commodior alius modus excogitari, quàm vt Deus fieret homo, & pro hominibus ipse pœnas luere: & sic salua, & integra maneret diuina iustitia: & misericordia suo etiam fungeretur officio: & ita factum est, homo, & pro hominibus mortem perpeffus: Nam vt iuste hominum peccata contra Deum admissa vindicarentur, par erat, vt homines suorum delictorum debitas pœnas persoluerent, hoc enim Dei iustitia exigebat: vel vt æquam compensationem, & satisfactionem impenderent. Quippe si Deus culpas hominum absque vlla pœnæ solutione, & sine vlla compensatione, & satisfactione reddita, condonasset, summam quidem erga homines misericordiam retinisset, sed Diuina eius iustitia debitas ab homine pœnas non sumpsisset. Quod si (vt iustitia postulabat,) homines debitis supplicij plexi fuissent, misericordia suam non præstitisset officium erga homines, nec Deus suam erga homines misericordiam tam aperte, prodidisset: Quoniam igitur pœna, quam hominū peccata merebantur, infinita erat; (vt potest, quia peccatum contra Deum admissum est, iniuriaque illata fuerat contra infinitam Diuinæ maiestatis bonitatem,) vt perfecte iustitia seruaretur in vindicandis, hominum peccatis, opus erat infinita satisfactione ex

parte hominum: infinitè autem satisfacere homo nulla ratione poterat, quoniam humana opera, & merita finiti valoris, sua natura sunt: oportebat igitur, vt aliquis, cuius opera vim in promerendo, & satisfaciendo infinitam haberent, pro hominum delictis in Deum admissis satisfaceret; Ideo æternus summi, & optimi Dei Filius voluit fieri homo, vt in seipso alioqui infinito, & immenso pœnas hominum suscipiens, & sustinens, infiniti pretij satisfactionem redderet, & hac ratione Dei infinitæ iustitiæ, quam peccando homines offenderant, est cumulatisime satisfactum, & in homines infinitæ benignitatis, & misericordie beneficium collatum: quippe Deus, qui omni ex parte infinitus est, se ipsum hominibus exhibuit: Sequitur ergo, vt hic modus afferendi salutem hominibus sit sapientiæ, benignitatis, & iustitiæ plenissimus, quique summam Dei prouidentiam, & perfectionem maxime deceat.

Secundo. Hic modus fuit commodissimus: nam primus vir suauitate femine a Diuina lege, & imperio aberrans Deum offenderat, & totum genus hominum perdens mundo perniciem, & exitium attulerat: erat igitur rationi consentaneum, vt alius vir mundo salutem afferret, & genus hominum saluum præstaret: in Deum autem pœna non cadit: vt ergo Deus ferre, ac pati pœnas, & aduersa posset, & quæ Deus mundum expurgasset, & qua homo supplicia sustineret, decuit maxime, vt homo fieret.

Tertio. Ne diabolus gloriaretur insolenter, a se virum femine persuasionem deco-

CVR DIXIT
HOMO.

A conuenientia, quæ
suauitate femi
næ primus
homo lapsus
est.

Ne Satanæ
glorietur
tur.

A præmij
speratque a
meru pœnæ.

A charitate
Dei erga
hominem.

Peccatum
non est remissum
gratias.

Necessitas
penitentiæ.

Ab esse
li
guit vici.

Vt qui in
liguo vice
rat, vince
tur.

ptum; & in peccata prolapsus captiuum suū effectum, iam inde à primo orbis initio promiserat Deus, se alium virum in terras missurum, qui natus ex femina vniuersam dæmonis potentiam labefaceret, superbiam confringeret, dominatum deleteret, Mundo salutem afferret, & homines ex dura eius feruitute, & crudeli tyrannide ereptos in libertatem suauissimam vindicaret: at verò, quia homo ad hæc præstanda imbecillus sua natura erat, voluit Deus homo fieri, vt promissa persolueret.

Quarto. Quia nihil est, quod vehemētius, & acrius hominū animos ad Dei optimi maximi cultum, honorem, & amorem impellat, & ad bene, & inculcate viuendum omnes magis excitet, & inflāmet, quàm gloriæ studium, immortalitatis spes, futuri præmij cupiditas, pœnæ, & supplicij metus: at nulla alia ratio ad hæc præstanda commodior iniri potuit, quàm si Deus homo fieret, & pro commissio hominis flagitio mortem subiret. Quam ob rem Dei Filius factus est homo, & pro homine seipsum morti tradidit: vt infinitam in homines suam charitatem declararet: & eos in sui amorem accenderet; & certissimum sempiternæ gloriæ pignus daret: mori voluit, vt sua morte culpam hominis expiaret. Neque enim gratis omnino peccatum remissum, vt ostēderet grauissimum mali genus peccatum esse, & maximo odio Deo semper fuisse, & acerbissimum hominibus interitum asserre, vt sic hominem à peccato deterreret: si enim Deus suo filio non pepercit, sed potius eum morti tradidit, (vt, qui hominum peccata in se transferat, sese pœnis obijciens, quas fuerant homines meriti, debitas hominum delinquentium pœnas exolueret) quid faciet hominibus in diuinas leges peccantibus? si in suo filio alienam culpam non condonauit, multo minus proprijs hominum culpis, & peccatis ignoscet, nisi respiciant, nisi à peccando desistant, nisi pro commissis delictis satisfaciant per veram animi penitentiam, ad saniores, & meliorem vitæ frugem conuerfi.

Ob has, & alias rationes voluit vnicus summi Dei Filius fieri homo, & libens mortem oppetere, & cum ignominia, ac dedecore mori ad crucem affixus. Quia sicut à primis duobus hominibus, à quibus ceteri propagati sunt, delictū fuit fructu arboris sibi interdixit vescēdo, cuius primi peccati labe sunt posterius commaculati: sic est singulari Dei prouidentia constitutum, vt hominum culpa in arbore deleteretur; & primi sceleris pœna in sanctissimæ crucis ligno lueretur: vt diabolus, qui hominem ligno deuicerat, atque deiecerat, in ligno quoque victus prosterneretur, & mortale hominum genus per cru cē salutem optatissimam cōsequeretur.

Ceterum si qua aliquorū mentem, cogitationemq. dubitatio hoc loco subibit: quo pacto Deus, cum sit sua natura immutabilis, & ab omni dolorum, ac laborum perpessione alienus, fieri homo potuerit, & in cruce mori: si enim, vt supra est à nobis dictum, homo secundum suam substantiam in Deum conuerti, & mutari non potest, multo minus Deus in hominem transferri, aut fieri homo poterit. Huic dubitationi respondeo, Deus non est ita homo factus, vt Deus esse desierit, aut suam naturam in aliam verterit, aut eam cum humana substantia confuderit. Hoc enim fieri nulla ratione potest: sed homo factus est nostram naturam humanam cum Diuina in sua persona con socians, atque coniungens: ita vt IESVS Christus Dominus noster sit Deus, & homo, vna nimirum persona Diuina ex duabus, & in duabus naturis subsistens; nempe diuina, quam ex omni æternitate habebat, & humana, quam assumptam cum diuina copulauit, cum Deus factus est homo. Hæc itaque admirabilis vnio fuit in persona diuina, nimirum in Filio Dei facta, non autem in natura diuina: & sic Filius Dei vnione facta est homo, non autem natura diuina est natura humana: & quamuis in rebus nullum exemplum, nulla similitudo inueniri queat, quæ omni ex parte cum hac vnione consentiat, quippe res, quæ natura constant, non ex toto ea, quæ sunt supra naturæ vires, exprimunt, & referunt, nihilominus tamen rem istam admirabilem, quadam ex parte ostendere licet vno in mediam exemplo producto. Sume tibi arborem quandam, verbi gratia, pyrum multis natura procreatis ramis constātem: finge eius truncum insitum ex alia arbore, nimirum ficu recisum furculum, duæ tunc eius stipitis arborum naturæ affixæ adhærebunt, nempe pyri natura, quam primum habebat, & ficus substantia, quæ illi hominis industria insita est, nec tamen pyri natura, & ficus substantia permixtæ, confusæque sunt, sed potius in vno, eodemque stipite arboris salua, & integræ duæ naturæ sunt, vna, quæ ficus edit, ac profert, altera, quæ pyra fert: sic fate mur personam, scilicet Filium Dei, qui per naturam suam Deus est, & cum natura diuina naturam humanam coniunxit absque vlla prorsus duarum naturam permixtione, & confusione, & ita non desijt esse Deus, sicut Deus ex omni æternitate erat, capit tamen ex tempore esse homo secum con sociata, natura humana: & quatenus Deus est, in natura diuina subsistit, omnes diuinæ substantiæ actiones, & diuinæ vitæ perfectiones habens, quas in omni æternitate continebat: & quatenus homo est, anima constat, & corpore, & in eadem secundum speciem humana natura viuunt, in qua ceteri homines subsistunt: hoc tamen excepto, quod in ceteris hominibus

Quoniam modo Deus sua natura immutabilis fieri homo, & pat potuerit.

Deus non est ita homo factus, vt Deus esse desierit.

DOMINVS IESVS vna persona ex duabus, & in duabus naturis subsistens.

bus natura est multis ignorantia obscurata tenebris, peccati labe, & sordibus inquinata, multiplici ad malum propensione pressa: at in Christo Domino nostro est humana natura omni vita integritate, puritate, & sanctitate plenissima: neque enim decuit, ut cum natura diuina, in Filio Dei, natura copularetur humana ignorantia tenebris obducta, peccato infecta, aut prauis naturae affectibus obnoxia. Sicut igitur in vno eodemque arboris trunco coniuncte sunt duae arborum naturae, nimirum pyrus, & ficus, non tamen inter sese permixtae, seu inuicem confusae: sic in vna, eademque, persona diuina, qui est vnicus summi Dei Filius, duae naturae diuinae, & humanae consistunt, quae inter sese sunt ita connexae, & secum inuicem congregatae, ut nulla ratione sint inter sese permixtae, siue confusae. Hoc exemplo intelligere commode, & apte potestis, quo pacto Deus factus sit homo, & qua ratione sustinere, ac pati incommoda, & aduersa, ac tandem mortem subire potuerit Deus: fatemur enim ipsum, qua Deus est, nec mori, nec pati posse: at simul confitemur, eum, quia homo est, mortuum fuisse, anima corpore soluta per mortem: & sic etiam fatemur, cum multa aduersa, & acerba pertulisse, quatenus homo est. Sicut in praedicto exemplo, quod in medium produximus, quamuis fici ramus arescat, aut refectur, vel aliud quid mali patiatur, non continuo pyri ramus aliqua ex parte laedatur, quippe qui alterius naturae est saluae, & integrae. Hoc etiam percipi commode, & apte potest alio exemplo ex animo, & corpore sumpto: nam anima, ut supra a nobis est dictum, suum proprium esse habet, quod a corpore non pendet, ipsa per se ipsam immortalis est: insuper esse habet ut forma, quae corpori tribuit, vitam, motum, & vim agendi: quamobrem cum homo functus vita moritur, licet ex parte corporis moriatur, ex parte tamen animae non moritur, quippe anima corpore intereunte non perit, sed ab omni corporis nexu, & vinculo soluta per se ipsam subsistit, ac viuunt: sic fatemur, Filium Dei suum proprium esse, vitam, & naturam habere in se ipso, at idem ipse praestat etiam, & confert esse humanae naturae, quam in se ipso cum diuina natura coniunxit: & ob eam rem licet anima a corpore seiuncta per mortem Filius Dei patiat, quatenus homo est; at quatenus Deus est, nulla ratione patitur: atque ex his intelligi potest, quo pacto Deus factus sit homo, & qua ratione, ut homo est, pati, ac mori potuerit, ut homines sua morte ex saeva demonis tyrannide ereptos, & ab omni peccato liberos in caelorum felicissimis sedibus collocaret.

Cum igitur vnicus Dei optimi maximi Filius homo fieri voluisset, ut pro sa-

lute hominibus afferenda mortem oppeteret, Virginem quandam omni morum, ac vitae integritate, & sanctitate plenissimam elegerit ut matrem, ex cuius vtero nasceretur ut homo. Haec felicissima virgo MARIA appellatur, quae vna erat ex illis feminis, quae in veteri Indeorum populo vivebant: ac genus suum, & originem ex regia Davidis stirpe iam inde a magno Hebraeorum parente Abrahamo deducta trahebat: orta fuit ex maioribus vitae puritate, & prophetiae dono clarissimis: quibus, & quorum ministerio vniuersis hominibus Deus saepe promiserat, oriturum ex virgine Davidici generis, & familiae virum, qui mundum peccati labe expiaturum saluaret. Porro cum haec virgo tantum dignitatis fastigium esset adeptura, ut Dei genitrix foret, tot, ac tantis eam Deus diuinae gratiae beneficijs cumulauit, tot in omni virtutum genere muneribus exornauit, ut fuerit sanctissima, & perfectissima omnium feminarum, quae vel ab initio creati mundi extiterunt, vel orientur deinceps: tanta enim morum, ac vitae sanctitas, tanta virtutum clarissimarum perfectio decebat eam virginem, quae futura erat mater Filii Dei, quatenus homo est. In huius beatissimae virginis vtero purissimo Filium Dei in se ipso cum natura diuina naturam humanam consociauit: quippe in eo factus est homo sine vilo viri femine, & operae conceptus, sola Spiritus sancti gratia, vi, & potestate generatus: nam ille in praedicta virginis visceribus mundissimus corpusculum formauit, ac finxit, & mox figurato corpori animum infudit, ac naturam humanam ex animo formatam, & corpore in ipsamet persona Filij Dei cum natura diuina copulauit: & hac ratione vnico temporis momento sine vilo prorsus huius clarissimae virginis damno, absque vlla eius virginitatis iactura, diuina ope Filius Dei factus est homo ex duabus, & in duabus naturis diuina, & humana subsistens Deus simul & homo: quod totum vno temporis puncto peractum est, quo fuit Filius Dei in virginis vtero conceptus: & haec omnia sunt diuinitus patefacta virgini ministerio Angeli à caelo missi, ut sanctarum scripturarum monumenta testantur, in quibus Filij Dei incarnatio, conceptio, ortus, vita, & gesta scripta continentur. Cum autem hoc opus admirabile fuerit diuina ope, & potestate perfectum absque vlla hominum opera, sicut beatissima virgo Dei Filium hominem factum sine vilo suae virginitatis incommodo concepit: sic eundem peperit absque vilo eiusdem virginitatis detrimento: & ita post partum illud sum eius corpus, integrum, & iniolatum permansit, sicut virgo ante partum erat, sic incorrupta virgo in partu, & post partum extitit, nato ex ea, & in lucem edito diuinitus Filio Dei: quippe eum peperit

Vt vero mater deleat & vnde.

Dona Beatissimae Virginis.

Sanctitas.

Incarnatio Filij Dei.

Partus Virginitatis sine vilo Virginitatis detrimento.

Sine vilo dolore. rit sine sui corporis violatione, absque vilo prorsus dolore, & poena, sed potius summo cum gaudio, atque laetitia, qua totus eius animus perfundebatur in tanta mysterij magnitudine, nimirum Filium Dei pariendo. Ob eam rem singulari, & eximio est privilegio donata, ut ceteris antecellens sit Filij Dei mater, & tamen semper integra, & incorrupta virgo, Nam in eius vtero castissimo Filium Dei naturam humanam assumens produxit ex eo sicut lux Solis, quae per vitream fenestram permeat, ac transit, & tamē vitrum non rumpitur, non frangitur, sed integrum permanet. Quod si hoc lux Solis, vi sua potest efficere, quid ni faciat Filius Dei qui est omnipotens? Potuit sanè fieri homo, & nasci ex purissimo virginis vtero sine vlla ipsius virginitatis perpetuae corruptione.

Filius Dei factus sic homo ob salutem vniuersis hominibus dandam, vocatus est IESVS: hoc enim nomen est illi diuinitus impositum: sic enim vocari eum iussit Deus ministerio Angeli à caelo ad Virginem missi IESVS nomen est Hebraeum, quod Saluatorē significat. CHRISTVS nomen est Graecum, quod significat vnctum: nam dictus est etiam Christus quasi vnctus: vnguebantur in illo veteri Iudaeorum populo Reges, & ita dictus est Iesus Christus, hoc est Saluator, vnctus, electus, & constitutus diuinitus Rex. Hic fuit multis, antequam nasceretur ex virgine, temporibus in veteri Hebraeorum lege promissus à Deo, fuit multis Prophetarum vaticinijs praenunciatus, & figuris plurimis adumbratus: & ita expectabatur ab omnibus venturus in mundum, ut omnibus salutem afferret, & omnes ex duro daemone iugo, & imperio liberaret, sicut erat Abraham, & multis alijs Hebraeorum maioribus diuinitus praedictum. Hunc Iesum Christum, qui est Filius Dei, factum ob hominum salutem hominem, quique Deus verus, & verus homo est, nos Christiani colimus veneramus, & adora-

Dei filij ex vtero Virginis sicut lux solis permeat vitream fenestram, quae tamen non rumpitur.

Iesus cur ita vocatus.

Christus.

Praenunciatus à Prophetis Christus Dominus.

mus. Hunc nostrum Saluatorem, Redemptorem, & Dominum agnoscimus, credimus, & confitemur, Hunc vna cum Patre, & Spiritu sancto vnum in personarum Trinitate Deum, vnus eiusdemque naturae, substantiae, & omnipotentiae Dominum profitemur; ut supra de hac personarum Trinitate tractauimus: in hoc vno Domino nostro tota nostra salutis spes sita, & constituta est: quippe eius ope, & auxilio freti nos saluos futuros esse speramus, ipse namque ut verus Dei Filius factus propter nos homo vniuersos mortales in extremo mundi fine, & interitu iudicabit: ijs, qui crediderint ipsi, & diuina eius praeccepta, & mandata seruauerint, iuxta diuina eius promissa salutem reddet sempiternam, eosque in beatorum felicissima sede, & domicilio collocabit, vbi vna cum ipso perpetua quadam pace, tranquillitate, & gloria perfuerunt: in rerum omnium iucundissima, quae apud Deum est, possessione constituti: ijs verò, qui fidem eius, & religionem sectati non fuerint & legem eius non coluerint nefario daemone imperio parentes, perpetua supplicia rependet. Quia in obscuro, & tetro inferorum carcere conijcietur, vbi sempiternis cruciatibus torquebuntur ministerio Daemone, quorum simulacra adorauerunt, & quorum iussa fecerunt. Ibi summo mœrore confecti, & summis diuexati doloribus omni miseriarum, & malorum genere prementur, omni prorsus salutis spe destituti iustissimas suorum scelerum poenas exoluent. Id enim Dei iustitia postulat, ut qui Mundi Saluatorem contempserint, & debitum Deo cultum, & honorem detraxerint, quique summo rerum omnium opifici, principi, ac Domino iustum, & meritum obsequium, & famulatum negauerint, daemonebus subijciantur, dura eorum seruitute, & iugo afflicentur, quippe qui CAML, & FOTQVI coluerunt, & mortuorum hominum improborum simulacra adorauerunt.

Saluator Redemptor Dominus Deus.

In hoc vno tota nostra spes salutis.

Infidelium poena aeterna.

FINIS LIBRI DECIMI.

H h h



ARGUMENTVM LIBRI VNDECIMI.




DVO sunt, quæ mortalium animos ad spem beatæ vitæ poriundæ, & virtutem amplectendam excitare solent: vnum est veræ fidei, & religionis cognitio, ex qua errorum, falsorumq. dogmatum confutatio proficiscitur: alterum diuinæ legis assidua meditatio, quam Dei Optimi Maximi cultus, eiusq. sanctionum obseruantia consequitur. Hinc nimirum factum est, vt præcipui Christianæ Philosophiæ Magistri, non modò contra superstitiosa gentium dogmata differuerint, sed etiã Christi famulos præclaris diuinarum rerum documentis, ad omnem virtutem erudierint. Quorum nos vestigia persequentes postquam superiori libro Iaponensium dogmatum fundamenta inania planè esse demonstraui-
mus, atque ad eò Christianam fidem constitui mus, operæpretium duximus hoc altero libro diuinarum sanctionum, quæ Decalogo comprehensas, à Deo accepimus, explicationem afferre, simulq. ostendere, quanta sint in Ecclesiæ Sacramentis ad eadem præcepta facile obseruanda præsidia constituta.



CAPITA LIBRI VNDECIMI.

- | | |
|--|---|
| 1 Præstantia Decalogi, & cur vnaquæque natio eum seruare debeat. | 4 Christus Patiens & Resurgens. |
| 2 Præsidia ad Diuinam legem obseruandam in Sacramentis constituta. | 5 Cur Pauperes elegit Deus ad suã legem Mundo promulgandam. |
| 3 Christi legem obseruantibus quodnam præmium. Non obseruantibus quam pœna futura sit. | 6 Resurrectio mortuorum, & Iudicium extremum. |
| | 7 De Paradisi gloria, & Inferorum pœnis. |



ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

Liber Vndecimus

BIBLIOTHECAE SELECTAE.

Qui est item de Ratione procurandæ salutis Iaponiorum, & aliarum Orientalium gentium.

PRÆSTANTIA DECALOGI, ET CUR VNAQUÆQUE natio eum seruare debeat. Caput Primum.



SVPERIORE libro in eo argumento versati sumus, ex quo fati constare potest, quo pacto filius Dei factus sit homo, vt vniuersorum hominum peccata deleteret, & viam rectam, qua pergeretur in cælum, ostenderet, & Mundo optatissimam salutem præstaret: Iam vero agendum est de ea, quam sanctissimè tulit, lege: & de reliquis, quæ diuinitus constituit, vt seruarentur perpetuo vsque ad vltimum Mundi interituri finem. Cum autem ipse fuerit illemet Deus, qui olim ministerio Moysis legem cõdiderit in verere Hebræorum populo, iterum confirmauit eam denuo, postquam venit in Mundum: Hac vero lege, decem præcepta continentur, quæ iussit vt obseruarentur ab omnibus, & ea obseruantibus salutem promisit sempiternam.

Primum huius legis præceptum est. Vt vniuersi vnum tantum Deum colant, & venerentur, & eum ex toto corde, & animo supra omnia diligant. Secundum, quo prohibemur, iurare vane per sanctum Dei nomen. Tertium, vt Dies sacros, & festos colamus. Quartum, vt omnes suis parentibus debitum honorem impendant. Quintum est, quo prohibemur homini vitam adimere. Sextum est, ne adulteria admittamus. Septimum, ne aliena bona vsurpemus. Octauum est, ne falsum aduersus aliquem testimonium dicamus. Nonum est, ne alterius vxorem appetamus. Decimum est, ne aliorum bona concupiscamus. Hæc sunt decem præcepta quæ olim Deus in veteri Iudæorum populo iniunxit omnibus obseruanda: & postea Christus redemptor noster denuo stabilivit Christianorum plebe, & Republica fundata: ex quibus recte colligitur, ea esse diuinitus imposita: nam paucissimis verbis complectuntur quicquid hominibus iuberi potest: & tam suaui mandata sunt, vt in omni prouincia, Regno, natione, & gente coli, & obseruari possint, & debeant: quòd reliquæ leges à mundi Principibus latæ non habent: quæ etsi vtilis, & cõmodæ sunt in vna prouincia, vel regno, in alio profus inutiles, incommodæ, & vanæ sunt: Hæc

H h 2 tamen

Summa
Decalogi.

A Deo esse
Decalogi.

Nullas leges habere vim obligandi omnes gentes præter Decalogum.

tamen lex ut potè lata à Deo, qui sapientissimus est, & vniuersorum dominus, vim habet obligandi omnes gentes toto terrarum orbe dispersas; & ab vniuersis hominibus obseruari potest Dei ope, & auxilio. Porro, ut hæc omnia intelligatur, nosse quisq. debet, tria huic legi potissimum conuenire: nam cum sit lex diuinitus instituta, par est, ut in tribus excellat.

Primum quod est, rectissima, & æquissima, summa rōne constans, quippe quæ à Deo, in quo est perfectissima ratio æquitatis, & bonitatis, sancita est, & lata est hominibus mente, & intellectu constantibus, qui ratione ducuntur. Secundum, quod est omni ex parte absoluta, perfecte hominem instituens, ut omne malum deuiter, & bonum vndique sequatur. Tertium est, quod hæc lex in omni prouincia, & Regno, ab omni gente, & natione obseruari, & coli potest. His potissimum excellit, & præstat ceteris hæc diuina lex: hæc enim tria reliquæ humanæ leges non habent. Primum, hæc lex tota in ratione est, & æquitate innixa, & posita. Hoc facile comprobari, & constare aperte potest, si singula huius diuinæ legis præcepta percurramus, & singula declaremus iuxta Dei mentem; quæ eam tulit.

Tribus in rebus Decalogi excellere omnes alias leges.

I. Mandatum legis.

Primo namque mandato præscribitur, ut nullus adoret, & colat, nisi vnum tantum Deum, & ut omnes homines hunc Deum summo amore prosequantur: quæ res, quæ sit rectæ rationi consentanea, quis non videat? quàm sit omniæ quitati cōsona, quis quantumvis rudis, ac barbarus non intelligat? Nam si vnus tantum est Deus, vnus rerum omnium opifex, princeps, moderator, & Dominus, ut supra est claris rationibus comprobatum, rationis, & iustitiæ lex exigit, ut ipsi soli diuinus cultus, & honor impendatur: & non rebus ab eo conditis, & ex nihilo procreatis. Insuper si ipse est summa, & infinita bonitas, cuius nutu, & ope viuimus, mouemur, dirigimur, & conseruamur, par est, ut eum ex toto corde, & animo supra omnia diligamus. Nā primum, & summum bonum, summè, & ante cetera omnia expeti, & amari debet: & ita hoc præcepto interdictus est nobis omnis simulacrorum cultus: Prohibemur Camios, & Fotoquios venerari: prohibemur nostram in illis spem, & salutem collocare: ab eis opem, & auxilium petere. Quamobrem nefas est, eorum simulacra, & imagines colere: quia Deo debitas, & meritis cultus, & honor detrahitur, & creaturis impenditur: nefas est, mortuorum hominum effigies depingere, statuas erigere ut diuinis cultibus adorentur. Præterea, prohibentur nobis hoc præcepto veneficia, sortilegia, auguria, præstigiæ, & omnes Magicæ artes, ac superstitiosæ ariolationes, quæ dæmonum opera, & ministerio peraguntur: Est enim diabolus hominum deceptor, harum superstitiosum, & artium inuentor, Dei aduersarius, & hostis. Hæc autem omnia ex eius malitia profuxerunt, & in mūdum sunt inuecta, mille fraudibus, & mendaciis plena, quibus passim homines in errorem deducuntur. Est igitur vnus tantum Deus colendus, & adorandus, qui est Pater, & Filius, et Spiritus Sanctus, qui vniuersa ex nihilo finxit, et condidit: condita gubernat, et conseruat, et ita vniuersorum est Dominus. IESVS CHRISTVS Redemptor noster colendus, et adorandus similiter est, quoniam est filius Dei, factus tamen homo ob nostram salutem: in hoc vno Deo spes nostra sita est: ab hoc vno tota nostra salus pendet: huius Dei auxilium petendum, & inuocandum est: ab hoc vno vniuersa bona promanant. Hoc tamen præcepto non est nobis interdictus crucis, et aliarum sacrarum imaginum, et statuarum sanctarum vsus, qui est apud Christianos: nec prohibemur sanctos, qui in cælesti, et felicissimo beatorum domicilio consistunt, venerari, et colere: nā crucis imago refert nobis acerbissimam illam mortem, quæ Iesus Christus vnicus nostræ salutis augur spore pertulit, ut nobis peccati labe corruptis salutem conferret. Aliæ imagines referunt nobis cetera eius gesta: quæ dum in hoc mundo sanctissime vixit, mirabiliter edidit. Aliæ item nobis referunt sanctos viros, et egrègia eorum facta, ex quibus ad vitam nostram bene, et sanctè traducendā inuicemur, quæq. nobis in memoriam reducunt ea, quæ pro fide, et religione nostra inuictō animo pertulerūt. Vnde Christiani nō colūt, neq. adorāt imagines, credentes, in eis virū, aut potestatis: aliquid inesse: sed adorāt, & venerantur Deū ipsū, & Iesū Christū filiū eius in cruce, & aliis imaginibus

Cur Deus summo honore colendus.

Diabolus quomodo homines decipit.

IESVS CHRISTVS adorandus.

Sanctarum imaginum & statuarum vsus haud interdicuntur primo præcepto Decalogi.

A imaginibus adumbratum: & crucem, ac ceteras imagines colunt, & reuerentur ea ratione, qua figuræ sunt, nobis Deum, & Iesum Christum eius filium referentes: item sanctos vel homines, vel angelos, quos Christiani venerantur, non colunt, neque adorant eo cultu, honore, & veneratione, qua Deum ipsum reuerentur. Non enim sanctos adorant, credentes eis, ex seipsis sanctitatis, & diuinitatis aliquid inesse. Solum enim Deum profiteamur; & credimus ex seipso sanctitatem, & diuinitatem habere: sed veneramur sanctos tanquam fideles Dei seruos, ut Deo charos, & gratos amicos, ut Dei nuncios, et interim eorum opem, & auxilium inuocamus, ut sint nostri apud Deum patroni, sint aduocati, sint precatōres, ut diuinam nobis gratiam, & benevolentiam concilient, ac cetera beneficia, quæ petimus, impetrent nobis à Deo, à quo solo peccatorum veniam, & salutem, ac felicitatem sempiternam exposcimus, à quo, quidquid boni est, expectamus. Quamobrem eū summo cum amore, & charitate complecti debemus. Ipse est ante, & supra omnia diligendus: potius vitam perdere, quàm Deum debemus; vitæ detrimentum prius pati tenemur, quàm vllum mortale peccatum committere, quo Deus offendatur: & ita prius occidi nos patiemur, quàm Dei fidem abnegemus: Christi religionem deseramus, vanas, et superstitiosas Idolorum cerimonias seruemus: CAMIOS, aut FOTOQUIOS veneremur, aut vllum illis sacrificium offeramus: et hæc sunt, quæ primo Dei mandato continentur.

Secundum Dei præceptum est, ne vanè per sanctum Dei nomen iuremus: In quo præcepto nihil est, quod non sit æquitati, et rationi maxime consentaneum: Nam cum Deus sit vniuersorum auctor, Princeps, et Dominus, cui omnes cultum, honorem, et famulatum debent, a parte colligitur, nemini licere per sanctum eius nomen iurare, siue falso, siue vanè, siue inique: Sanctum enim Dei nomen polluimus, cum illud temere absque reuerentia, et honore proferimus. Hoc itaque præcepto prohibemur, mendacium iuramento confirmare. Est enim magna iniuria Dei, cum eum in mendacii testem adducimus: quippe qui est prima, et summa veritas, qui nec fallere, nec falli potest, quique summo odio mendacium detestatur. Item prohibemur id iuramento confirmare quod nobis certo compertum non est: nam si rem incertam, aut dubiam iuramus, periculum iurandi falsum incurrimus, et iniuria fit Deo, si ut testis incerti, vel dubii producat. Itē, hoc etiā præcepto interdicuntur nobis iuramentum, quod temere absque reuerentia, et honore Dei fit. Infertur enim Principi, et Regi iniuria, si nomen eius absque reuerentia debita tractetur. Item prohibemur re iuramento confirmare, cū iuramento opus non est: non enim est Diuini nominis vsus futurus temere, cū ratio non exigat, et necessitas postulet. Itē vetitum est nobis iurare nos aliquid facturos, vel omisuros, quod facere, vel omittere peccatum sit: tūc enim debita iustitia iuramentum carebit, non tamen tam graue peccatum est iurare absque necessitate cogente quod verū alioqui est, et nobis certo exploratum, quàm sit iurare mendacium, aut iurare nos facturos, quod fieri absque peccato nō potest. Hinc etiā plane colligitur, omne blasphemiam crimen esse nobis interdictum: nā si vanè iurare prohibemur, maiori multo ratione vetamur, ignominiose de Deo aliquid dicere, aut aliquid contumeliose loquendo Deo tribuere, vel aliquid detrahere. Ceterum non omne iuramentum in vniuersum hoc præcepto inhietur: nā licet nobis iurare, quando veritatem certam, et nobis compertam, necesse est iuramento comprobare, ut dicto nostro fides habeatur, dummodo iuremus cū debita diuini nominis reuerentia, et honore: et ad id aliqua iusta necessitate cogamur. At vero iurare per Camios, vel Fotoquios, vel per rem aliquam ad eos pertinentem, nobis non licet: esset enim grande nefas, et crimen contra primum supradictum mandatum, quia Camios, et Fotoquii cultus, honor, potestas, et veritas soli Deo debita tribuerentur.

Tertium Dei præceptum est, ut festos, et sacros dies colamus, quod ut probe intelligatur prius scire oportet, quod sicut principes, ac Reges terræ in more habent, ut certos aliquos dies constituant, quibus subditi famulatum ipsis, et obsequium præstent: sic Deus constituit statos, ac solēnes dies, quibus Christiani oēs ex legis præ-

ceptum. Dies Festi.

Vitam potius amittendā, quā Deum.

II. Præceptum Decalogi.

Quando polluitur sancti Dei nomen. Iuramentum.

Vsum Diuini nominis non debere esse temere.

Blasphemiam omnem esse interdictam.

Iurandum quando fit & per quæ.

Cur utroq-
coniugum
superbit
no licet ad
alias tran-
sire nup-
tias.

Alter con-
iugiu si Chri-
stianus fiat,
aut possit
iure alter-
um relin-
quere ac
qui voluc-
rit iungi.

Interdicta
omnis hu-
mani femi-
nis effusio
voluntaria
& actio im-
pudica.

VII. Prae-
ceptum.

Furtum.
Fraudes in
emptioni-
bus.

Debita sol-
uere.
Non exigē-
dum plus
debito.

Quid ho-
stium bona
capi pos-
sunt.

VIII. Man-
datum.

mo ne filij suis patribus, aut matribus destituantur; & ut propria suorum parentum A
 cur, et diligentia educantur, quippe diuina lege ad id obligantur parentes: aliter
 enim solent filij in aliorum potestatem venire, a quibus male educantur, male tra-
 ctantur, imò plerunque occiduntur, ut eorum bonis naturales occidentium filij po-
 tiantur. Secundo, quia maximè rationi aduersatur, ut vir qui vxorem duxit suæ di-
 gnitati conuenientem, & qua pro libito vsus est, eam repudiet; domo eiciat, &
 aliam admittat, et accipiat. Tertio, quia hinc oriri possunt multa, & magna homi-
 num incommoda, similitates, dissidia, odia, rixæ: non solum inter coniugum propin-
 quos, et cognatos, sed etiam inter filios, ut qui sint ex diuersis patribus, ac matribus
 suscepti: imò etiam inter ipsas vxores, ut experimento nouimus in iis locis, et tra-
 ctibus, vbi deprauatus hic mos retinetur. Deus verò, quia est pacis, et quietis auctor,
 omnis æquitatis, & iustitiæ fons, et origo, vult summopere hæc omnia incommoda B
 è medio tollere, & ob id iussit, ne vir, quamdiu vxor viuuit, discedat ab ea, nec femi-
 na viuente marito, alteri copuletur. At verò si coniugum alter ad Christi fidem, &
 religionem conuertatur, & alter nolit Christi fidem suscipere, & nolit cum altero
 coniuge sine iniuria Dei simul habitare, iure potest alterum relinquere, & cui vo-
 luerit matrimonio coniungi, & hoc Christi discipuli diuinitus edocti Dei auctorita-
 te tradiderunt. Item, si coniuges iustis de causis simul habitare non possint absque
 peccato, tunc alter iure potest ab altero separari quoad thorum, et aliquando etiã
 quoad habitationem, ad alias tamen nuptias transire non potest, quamdiu viuuit al-
 ter coniux: hoc autem constituit Deus, ne alter alterum fastidiret, ne facillè inter
 sese offensionem haberent coniuges, occasione accepta ex permessa sibi facultate,
 vel matrimonium dirimendi, vel ab altero coniuge discedendi. Item, hoc præce- C
 pro interdicta est omnis humani seminis voluntaria effusio, nisi ea, quæ est intra na-
 turale vas propriæ vxoris: nam humanum semen est à natura institutum ad sobolem
 procreandam, & liberos suscipiendos, ideo magnum est scelus, quod rationis, & na-
 turæ ordinem peruerit, prædictum semen emittere, ita ut debita, & legitima proles
 generari non possit. Sic etiã est hoc præcepto prohibita omnis libidinis actio im-
 pudica, quæ hoc præscripto à natura sine fraudatur, qualia sunt oscula, amplexus,
 tactus, nisi sint inter coniuges: maximè verò, & grauissimè est prohibitum impurissi-
 mum, & omnibus modis detestandum crimen Vacatorum, quod totum naturæ ordi-
 nem diuinitus constitutum euerit, quodq. ob id Deus summo odio prosequitur.
 Septimum Dei præceptum est, ne rem alienam furemur: quod quàm sit æquitati,
 iustitiæ, & rectæ rationi consonum, omnes planè percipiunt: nec solum hoc Dei mā D
 dato nobis interdicitur omne furtum, omnis rapina, præda, latrocinium siue terra,
 siue mari committatur: sed etiam prohibentur doli, & fraudes in emptionibus, &
 venditionibus, & ceteris contractibus inter homines fieri soliti, quos ius gentium
 introduxit, vnde nefas est rem vnã pro alia vendere, aut maiori pretio quàm sit,
 vel lege, vel communi hominum æstimatione taxatum: nefas est debita non soluere,
 quando solui commodè possunt: nefas est plus debito à quoquam exigere, vel
 accipere: quapropter hoc Dei præceptum, & legem infringunt quotquot alteri dā-
 num in rebus, & bonis inferunt: quotquot aliqua ratione sunt causa, ut alius iure
 suo, vel re propria spoliatur: & damna proximo illata restituere tenentur, ut sui pec-
 cari veniam consequantur, et Dei gratiam, ac benevolentiam sibi concilient. At nō
 est hoc præcepto prohibitum, Prætorum, Iudicum, & Magistratum auctoritate E
 eorum bona capere, qui patriam produnt, aut Regum, & Principum maiestatem læ-
 quant, aut aliud facinus perpetrant, ob quod promereantur, ut suis rebus priuentur.
 Item non est hoc mandato interdictum, hostium bona capere iure belli, quod geri-
 tur, siue terra, siue mari, quando bellum iusta Principum auctoritate suscipitur: ut
 est à nobis supra explicatum.
 Octauum Dei mandatum est, ne falsum in alium testimonium dicamus, quo vel
 vitæ, vel honoris, vel famæ, vel rerum detrimentum incurrat. Item mentiri prohibe-
 mur. Similiter quemquam apud Principes suos, vel iudices, vel alios calumniari, ut
 in eo-

A in eorum odium, & offensionem veniant, vel mali aliquid patiantur: item prohibe-
 mur secreta alicuius nobiscum communicata, aut fidei nostræ commissa detegere
 contra rationis ordinem, quando sunt alicuius momenti negotia, & talia, quæ poi-
 sint damno afficere proximum: Quæ omnia quantum cum recta ratione consentiāt,
 nemo est, qui non apertè cognoscat, nam clarè iustitiæ leges violantur, si alium fal-
 sis criminibus accuses, si mendaciis, si calumniis eius honorem lædas, aut famæ, &
 existimationi detrahas: fidem, et auctoritatem abroges: si consilia, & facta alterius,
 tibi secretò patefacta aperias, & referas.

Nonum Dei præceptum est, ne quis alienam vxorem concupiscat.

Decimum est, ne quis alterius bona appetat: Quibus Dei mandatis apertè doce-
 mur, non solum esse prohibita externa furta, & adulteria, aut alia exteriora crimi-
 na, sed etiam praua animi desideria, & malos quoscumque cordis affectus, seu de-
 prauatas mentis cogitationes voluntarias: quæ omnia, maxima ratione, innitun-
 tur: nam si opus externum iniquum est, consequitur, ut iniqua sit voluntas, et ani-
 mus perpetrandi: quoniam licet voluntaria malæ mentis cogitatio, aut cordis de-
 prauata cupiditas ad opus non perueniat, eo quòd idonea ad faciendum commo-
 ditas non suppetat: nihilominus tamen ipsum nefarium opus satis est iam animo, &
 voluntate commissum: Idcirco iubet rectissimè Deus, ne quidquam eorum, quæ ope
 re præstare iure non possumus, quia sint nobis lege prohibita, animi desiderio, aut
 voluntate faciamus. Hoc autem intelligitur de iis desideriis animi, & cordis affe-
 ctibus, qui voluntatis consensu, aut rationis plena deliberatione gignuntur: nam si
 malæ cogitationes homini succurrant, et illicitæ quædam rerum imagines eius ani-
 mū subeant absque vilo voluntatis assensu, nullum est peccatum: atque ita intelli-
 gitur facillè, quo pacto prædicta decem diuina madata sint æquissima, & rectissima,
 et ideo dignissima, ut ab omnibus gentibus suscipiantur, colantur, & obseruentur:
 nam vniuersa cum rectæ rationis norma conueniunt, & cum ipso naturæ ordine co-
 sentiunt: ex quo sequitur ut ea sint singulari Dei sapientia constituta, qui est ratio-
 nis, et naturæ institutor, & parens: item constat ex dictis diuina mandata perfectè
 homines instruere, ut benè, & sanctè viuant: quod abundè præstant prædicta decem
 præcepta, quippe quæ dirigunt homines, ne vnquam à recto, & iusto aberrent: do-
 cent quæ iusta, et rationi consentanea sunt: docent qua ratione sese homo gerere
 debeat erga Deum Principem, Dominum, parentem, et auctorem suum: quomodo
 se habere debeat erga proximos tanquàm conseruos, ciues, & fratres suos: quo
 modo seipsum à peccati labe, et sordibus liberum conseruet: Docent enim vnum
 tantum Deum esse adorandum, colendum, & supra omnia diligendum: ab eo auxi-
 lium, et opem implorandam: in eo salutis spem constituendam: ab eo bona vniuer-
 sa votis, et precibus postulanda: docent proximos esse amore prosequendos: ut quæ
 præscribunt, neminem esse iniuria lædendum: parentibus tam spiritualibus, quàm
 corporalibus esse obtemperandum: Regum, et principum, ac dominorum manda-
 ta obseruanda: Docent insuper non solum praua opera externa fugienda, sed etiam
 internam animi, et cordis mūditiã procurandam: denique præcipiunt, ut quoad
 fieri potest, benè, et inculpatè viuamus; prohibent quicquid malum est: iubent ut
 prauis, et improbi mentis affectus abiiciantur: deponatur omnis peccandi cupidi-
 tas. Quamobrem planè colligitur, ut nihil sit in istis decem præceptis contentum,
 quod non sit summa cum æquitate, et ratione sancitum. Est etiam tertia horum mā-
 datorum vis, ut quia præcepta sunt diuinitus data in salutem, & bonum vniuersorū
 hominum, legem contineant omnium viribus, & facultati conuenientem: ita ut in
 omnibus orbis prouinciis, & Regnis ab omni gentium natione, quantumuis barba-
 ra, rudi, agresti, & imbecilla coli, & obseruari queat: imò non solum seruari ab om-
 nibus potest, sed talis est, ut si in toto terrarum orbe coleretur, totus vndique mun-
 dus in officio contineretur, totus summa cum pace, & tranquillitate gubernaretur,
 totus denique omni virtutis genere floreret: procul essent proditiones, factiones,
 simultates, odia, dissidia, inimicitia: non tot bella saeuirent, non tot hominum cædes
 patra-

Falsum te-
stimoniu.

Mendaciū.

Secreti de-
rectio.

IX. Prae-
ceptum.

X. Manda-
tum.

Praua ani-
mi deside-
ria vetita.

Plena Vo-
luntatis co-
sensio.

Dei Man-
data æqui-
sima, & di-
gnissima,
quæ seruen-
tur.

Tertia Mā-
datorū Dei
Vis.

Si Dei lex
in vniuer-
so Mundo
coleretur,
totus Mun-
dus summa
cum pace
gubernate-
tur.

patrarentur, non tot violarentur coniugia adulteriis, non tot rapinae, praedae, latrocinia, & furta committerentur: demum vitia exularent: & vbique iustitia, & aequitas, & virtus dominaretur; nam si advertere diligenter homines velint, & rem ipsam expendere, deprehendent facile, quidquid in mundo male geritur, ideo fieri, quia haec decem diuinae legis praecipua violantur: quibus violatis, omnis iustitiae, & aequitatis, & rectae rationis ordo peruertitur,

PRÆSIDIA AD DIVINAM LEGEM
obseruandam in Sacramentis constituta.
Caput II.



Xijs, quae superiori tractatione de praecipuis Decalogi, totiusque diuinae legis ratione tradita sunt, facile quisquam in eam sententiam veniet, ut fateatur, legem Christianam iustam quidem esse, & laudabilem. Ceterum quod sanctior est, eo hominibus rerum vitae huius prope necessaria occupatione distractis, obseruatu difficilior videri. Et quidem si mentis oculos ad humanam imbecillitatem, insitamque malitiam solum conuertimus, difficilem esse, vitae vitiosae, quam improbi sectantur permutacionem in vitam honestam, ad quam diuinae legis praecipua nos erudiunt, diffiteri nec possumus, nec debemus. Hinc tamen nemo sanae mentis decalogi praecipuis omnis aequitatis, & sanctimoniae suffragiis dignissimis succedere debet; sed hominum potius insita prauitate, & vitio, qui voluntatis suae effrenatis appetitionibus seruientes, quid virtutis, & iustitiae ratio postulet, non vident. Quamuis autem haec praecipua grauioribus adhuc, quam quis opinetur, implicita essent difficultatibus: cum tamen incredibilia felicitatis sempiternae praemia hominibus proponant, fugamque immensi supplicij, quo exleges afficiuntur apud inferos, quid, quae so, magni est, aliquam operam in eorum obseruationem impendere? Quod si homines, ut humanae gloriae optatum splendorem assequantur, vel de decoris qualemcumque ignominiam diffugiant, nullos recusant labores, nulla pericula reformidant: nos, ut aeternae beatitudinis gloria potiamur, horrendosque inferorum cruciatus euadere possimus, exiguum laborem, quem in obseruatione diuinae legis ponere necesse est, intolerabilem iudicabimus? Ut interim taceam Christum Iesum, qui ut genus hominum a culpa liberaret, in terris versatus est, perspecta imbecillitate nostra, & miseria, considerata etiam difficultate, quam in diuinis mandatis exequendis experiri opus est, tanquam misericordiarum patrem multa nobis, & eximia beatè viuendi praesidia reliquisset. Illud tacere nec possum, nec debeo, quod benignissimus Dominus signa quaedam religiosa sub sensum subiecta in Ecclesia sua instituit, quae propterea Sacramenta appellantur, quod rem sacram significant. His verò Sacramentis eam contulit virtutem, ut quoties cum praeparatione animi debita, & reuerentia a nobis suscipiantur, toties ipse gratiam suam copiosè impertiret: ex qua liberalitate robur caeleste, & virtus quaedam supra omnem naturam sese offerens animis tribuitur, cuius ornamento instructi, & mandata legis non grauatè obimus, & alia alacriter facimus, quae ceteris hominibus istiusmodi auxiliis destituti factu difficilia videntur, ac prope impossibilia. Hinc fit, ut virtute horum Sacramentorum, quod passim videmus, plerique Christiani, qui ea frequentius pie, & castè suscipiunt, omnibus Decalogi praecipuis facili negotio obediunt. Quorum non pauci cum viri, tum feminae virginitatem, & castimoniam ad extremum vsque vitae diem summa cum laude conseruant.

Difficilem esse permutacionem Vitae Vitiosae in vitam honestam.

Potestas obseruanda D. Legis.

Christum Dominum reliquisset nobis praesidia ad legem obseruanda.

Sacramenta, in Ecclesia, instituta efficacia

Frequentia Sacramentorum.

Baptismus

Inter haec Sacramenta, quae septenario numero definita sunt, nonnulla breui complectar, quae tamen non pari necessitate, aliqua tamen consideratione necessaria dicuntur. Primum Sacramentum baptismus est, in quo homines certis, & sollempnibus verbis adhibitis, aqua extrinsecus abluti, intrinsecus verò diuina perfusi luce cha-

Ace characterem accipiunt, quo filiorum Dei optionem, & Christiani nominis dignitatem admirabili ratione consequuntur. In hac sacra ablutione caeleste fidei donum hominibus diuino beneficio conceditur, quo illi egregie ornati ac communiti per gratiam Saluatoris nostri opera, & doctrinam eius constantè profiteri solent: & varias assertiones Deo reuelante in ecclesia cognitatas, & receptas cum veneratione suscipiunt, & tuerentur. Adultis verò, quos & de sceleribus vitae antea poenitet, & cupiditas in omnes annos consequentes Dei mandatis obtemperandi inflammata: omnia quaelibet atrocitas peccata in hoc sacramento condonantur. Quod vsque adeo verum est, ut nemini dubitare liceat, animo hominis ad hunc modum expiati, si è corpore statim euolet, liberum patere ad caelestem patriam ingressum. Quid de virtute illa, naturae vim omnem superante dicam, qua baptizati accepta ad obsequium diuinae legis faciles se experiuntur, & alacres? Quotidiano didicimus experimento, admirabile quoddam, & plane diuinum animis hominum robur accedere, qui dolorem vitae in flagitijs actae intimis sensibus concipientes sacratis fluctibus rite abluuntur. Hi namque veterem turpitudinem detestati in nouam vitam sic ingrediuntur, ut non ui homines, & omnino alii, iis, qui eos paulò ante nouerant, videantur: Sic enim afficiuntur interior, ut vitam, & sanguinem tyrannorum immanitati largiri aequius esse existimetur, quam fidei, & religionis sacramentum fallere, quo se Deo sponte astrinxerunt. Quod ne incredibile cuiquam videatur, martyrum penè innumerabilem trophaea recordari possumus, illustriumque virorum victorias, qui cruciatus omnes quos barbara tyrannorum saeuitia ex cogitauit, pati maluerunt, quam vel transuersum, ut dicitur, vnguem à minimo diuinae legis praecipuo recedere. Quod si

Baptismi vis.

in omnibus, qui baptizantur, hic effectus non semper conspicitur, id propterea euenit, quia non omnes eandem reuerentiam, & pietatis affectu ad sacrum fontem accedunt. Aequissimo namque iure fit, ut Deus gratiam, & virtutem, qui est peculiaris baptismi effectus, ijs, neget, qui licet abluunt rite velint, obicem tamen remissioni criminum, & gratiae contrarium opponunt.

Sequitur sacramentum poenitentiae ob eam causam à Christo domino, & Salvatore nostro institutum, ut fragilitati humanae, & inconstantiae consuleretur. Prauidit enim sapientissimus rerum omnium effector Deus fore, ut plerique homines post baptismum neglecta iustitia, & diuinae legis luce, scelerum caligine, qua animi pulchritudo deturpatur, sese inuoluerent. Idcirco sacerdotibus, qui Dei vices in sacramentorum administratione gerunt, eam potestatem concessit, ut omnibus hominibus, qui Deum post baptismum in flagitia quantumcunque immania, & execranda lapsi offendissent beneficium absolutionis ita dumtaxat impertiret, si illi vitam impuram, & flagitiosam cum dolore detestati, & de omnibus peccatis rite confessi, ad studiū purioris vitae, & ex praecipuis diuinae legis informatae, ex animo anhelarent. Hanc scelerum confessionem illa utilitas consequitur, ut animo gratiae diuinae pulchritudo redeat, vitiorum omnium macula, & foeditate deterfa. Quo fit, ut Deus oculos suos pietatis plenissimos, quos antea propter peccati sordes animi deformantes auerterat, post huius sacramenti cuius virtute mens humana in pristinam pulchritudinem, et filiorum Dei adoptionem restituitur, susceptionem, ad nos rursum conuertat. Itaque poenitentiae sacramentum lauacri instar est, in quo animi hominum scelerum sordibus polluti rite abluuntur, & in Dei amicitiam, de qua

Poenitentiae Sacramentum.

Contritio, Confessio.

Poenitentiae lauacri instar.

Eucharistia.

Liturgia.

flagitio regnum animi obtinente deieci erant, restituuntur. Ceterum ut homines gratiam, & Dei amicitiam poenitentiae beneficio recuperatam facile conseruent, atque ab ijs defectibus, in quos quotidie ex procliuitate naturae vitiosae labuntur, veniam impetrarent, alia insuper beneficia, quae à Deo postulantur, adepti, sacramentum Eucharistiae, quod sacrificij etiam rationem habet, instituit. Sacerdotes vero, qui Dei ministri sunt, hoc sacrificij diuinissimum diebus singulis, in Missa caelesti patri offerunt, acerbissimos cruciatus, & mortis dolores mystice recolentes, quos nostri causa Christus salutis humanae Saluator, perpeffus est. Cuius tam insignis est in homines amor & voluntas, ut admirabili ratione

in omnibus, qui baptizantur, hic effectus non semper conspicitur, id propterea euenit, quia non omnes eandem reuerentiam, & pietatis affectu ad sacrum fontem accedunt. Aequissimo namque iure fit, ut Deus gratiam, & virtutem, qui est peculiaris baptismi effectus, ijs, neget, qui licet abluunt rite velint, obicem tamen remissioni criminum, & gratiae contrarium opponunt.

Sequitur sacramentum poenitentiae ob eam causam à Christo domino, & Salvatore nostro institutum, ut fragilitati humanae, & inconstantiae consuleretur. Prauidit enim sapientissimus rerum omnium effector Deus fore, ut plerique homines post baptismum neglecta iustitia, & diuinae legis luce, scelerum caligine, qua animi pulchritudo deturpatur, sese inuoluerent. Idcirco sacerdotibus, qui Dei vices in sacramentorum administratione gerunt, eam potestatem concessit, ut omnibus hominibus, qui Deum post baptismum in flagitia quantumcunque immania, & execranda lapsi offendissent beneficium absolutionis ita dumtaxat impertiret, si illi vitam impuram, & flagitiosam cum dolore detestati, & de omnibus peccatis rite confessi, ad studiū purioris vitae, & ex praecipuis diuinae legis informatae, ex animo anhelarent. Hanc scelerum confessionem illa utilitas consequitur, ut animo gratiae diuinae pulchritudo redeat, vitiorum omnium macula, & foeditate deterfa. Quo fit, ut Deus oculos suos pietatis plenissimos, quos antea propter peccati sordes animi deformantes auerterat, post huius sacramenti cuius virtute mens humana in pristinam pulchritudinem, et filiorum Dei adoptionem restituitur, susceptionem, ad nos rursum conuertat. Itaque poenitentiae sacramentum lauacri instar est, in quo animi hominum scelerum sordibus polluti rite abluuntur, & in Dei amicitiam, de qua

flagitio regnum animi obtinente deieci erant, restituuntur. Ceterum ut homines gratiam, & Dei amicitiam poenitentiae beneficio recuperatam facile conseruent, atque ab ijs defectibus, in quos quotidie ex procliuitate naturae vitiosae labuntur, veniam impetrarent, alia insuper beneficia, quae à Deo postulantur, adepti, sacramentum Eucharistiae, quod sacrificij etiam rationem habet, instituit. Sacerdotes vero, qui Dei ministri sunt, hoc sacrificij diuinissimum diebus singulis, in Missa caelesti patri offerunt, acerbissimos cruciatus, & mortis dolores mystice recolentes, quos nostri causa Christus salutis humanae Saluator, perpeffus est. Cuius tam insignis est in homines amor & voluntas, ut admirabili ratione

Præsentia
CHRISTI.

tione in hoc Sacramento veluti velo obductus, præsens sit, diuinæ gratiæ vberem A
copiam iis tribuens, qui hostiam hanc salutarē, aut piē offerunt, aut religiosē susci-
piunt. Atque vt mortis, quam pro bonis à peccati seruitute vendicandis pertulit, re-
cordatio ab animo ne excideret (ex ea siquidem recordatione, & amor, quo Deus
conciliatur, & scelerum, quibus offenditur detestatio excitari solet) præcipit, vt
Christiani omnes, dum sanctissimo Missæ sacrificio intersunt, Iesum Christum, quē
ibi præsentem fides agnoscit, cum reuerentia colerent, & supplices adorarent. Il-
lud etiam decreuit, vt Dei sacerdotibus, quibus castimoniam, ceterasque virtutes
commendauit, honor præcipuus & reuerentia vbiq; gentium deferretur. Id verò
æquissimis de causis sanxit: cum enim sacerdotes Christi Dei, & homines admini-
stri sint, eiusque cum in administratione ceterorum Sacramentorum, tum potissi-
mum in sacrificio Missæ, & precationibus Deo, pro peccatis hominum offerendis B
vices in terris gerant, æquum planè est, & rationi consentaneum, vt ab omnibus co-
lantur, & amentur.

Matrimo-
nium.

Quoniam vero Dominus Iesus Christus, quem nihil latere potest optimè intel-
lexit, quam difficilis ab hominibus ea doctrina iudicanda esset, quæ preciperet, vt
vni marito, vna tantum sponsa, & vni sponsæ vnus tantum maritus iungeretur in-
diuidui thori, quoad viuerent, societate conseruata, matrimonij Sacramentum
instituit, in quo sacerdotis opera interueniente confert Deus vtrique coniugi gra-
tiam, & virtutem peculiarem, ac prorsus diuinam, vt & ament inter se, & legem ma-
trimonij indiuiduam coniunctionem vitæ inducentem, ad mortem vsque obser-
uent. Hac diuina gratiæ celestis luce in matrimonij Sacramento coniugum animis
communicata, præcepto continentiæ maritalis, quod gentibus fidei splendore, & C
gratiæ diuinæ præsidis orbatis durum videtur, & intolerabile, omnes qui Christia-
no nomine censentur, facile obediunt. In quamcunque enim Christiani orbis par-
tem oculi incidunt, vni viro vna vxor, & vni vxori vnus vir eo fœdere copulatur, vt
neque separatim habitent, neque patientur, alterum noui coniugij causa ab alteri-
us societate vnquam diuelli.

CHRISTI LEGEM OBSERVANTIBUS
quodnam præmium; Non obseruantibus autem quenam pœna
futura sit. Caput III.

Alia sacra-
menta.Legem qui
condidit, is
ipse gratiã
quoque ad
eam exple-
dam largi-
tur.PROMIS-
SIO. Do-
mini sum-
mi momen-
ti.RE SVR-
RECTIO.

IS, aliisque institutis à Deo Sacramentis, tantam gratiam, & vir-
tutē Christiani, nisi in his suscipiendis ignaui sint, & negligentes,
percipere solent, vt faciliè illis sit, vel hoc vno præsidio suffultis
diuinæ legis præceptis obtemperare. Quamobrem, IESVS
CHRISTVS, qui legem condidit, gratiam & virtutem libera-
liter, & munifice largitur ad obediendum legi necessariam. Vnde
fit, vt & altissimum legis diuinæ apicem, quem homines propriis viribus freti at-
tingere nequeunt, auxilijs gratiæ, & virtutis in hisce Sacramentis à Deo collatæ, fa-
cili negotio conscendant. Igitur sanctissima lege constituta, legisque seruandæ re-
medijs, & auxilijs diuinitus assignatis pollicitus est benignus Legislator Deus iis,
qui spes suas in se figerent, & in præceptorum obseruantiam accuratè niuigilaret,
meritorum suæ mortis, & perpeffionis communionem, ad scelerum veniam, & præ- E
mium vitæ beatæ à Deo patre suo impetrandum. Pollicitus præterea est, se à mortis
caligine in vitæ lucem propria virtute reuocandum: futurumque deinde vt corpo-
ris, & animi gloriosi mole cursum nequaquam retardante in cælum ascenderet.
Quare tempore in arcano mentis suæ consilio destinato in hunc mundum iterum
uenturus est, vniuersas generis humani causas, qualesquales fuerint, Iudex cogni-
turus. Tunc enim excitatis è tumulis, corporibus, & in nouam formam accedente
anima reparatis, quisque pœnam pro meritis, aut præmium assequetur. Quicun-
que enim Christi Saluatoris doctrinæ fidem habuerunt: cumque cognoscentes, &
aman-

A mantes de hac vita quasi de statione, cum gratia decesserunt: digni iudicabuntur,
qui Paradisi beato gaudio cum Deo perfruantur, ea animi, & corporis gloria in om-
ni æternitate cumulati, iisque oblectamentis circumfluentes, quæ nulla inuestiga-
tio, nulla solertia, nulla denique humana ratio cogitare potest; atque, adeo quibus
Deus ipse, qui summum, & infinitum bonum est, omniumque bonorum origo, &
fons, cumulatur, & circumfluit. Illi verò, qui legem, & doctrinam huius diuini ma-
gistrismittere noluerunt, Deo suo amorem, & obsequium denegantes, digni iudi-
cabuntur, qui cum dæmoniis pœna perpetua apud inferos torqueantur: ignis ni-
mirum, qui nunquam extinguitur, populatrice flamma incens, aliisque tormento-
rum, & cruciatuum generibus, quæ nulla vnquam ingenij humani solertia cogita-
uit, aut finxit, immaniter excruciat. Gloria.
Pœna æter-
na quibus.

CHRISTUS PATIENS, ET RESURGENS.

Caput IIII.



AEC est fidei catholica sanctio, hæc lex, quàm Christus Salua-
tor noster, verusque Dei filius, dum in terris egit, accurate docuit.
Hanc ille miraculis infinitis, operibusque Diuinitatem testifican-
tibus abundè confirmauit: nunc ægrotis sanitate, iam cæcis ocu-
lorum aspectu reddito, interdum mortuis in vitæ reuocatis, alijs-
que præterea virtutum signis admirabilibus, & stupendis fre-
quentissime editis. Verumenimverò cum ille tam sanctæ legis promulgatione id
vnum assequi niteretur, vt vitiorum fibras extirparet, & diaboli fraudes eluderet:
Iudæi quippè, qui superbi erant, & peccatis inquinatissimi, dicta bene, interpreta-
bantur male: illi præsertim, qui doctrinæ, & sacerdotij commendatione ceteris
excelebant. Angebat homines mente in terra defixos ea res, quòd IESVS
CHRISTVS, dum populum ad beatæ vitæ studium, & morum sanctimoniam
hortabatur, illorū cum reprehensione mendacia, & dolos cum insectatione aperie-
bat. Quamobrem, ethnicorum vires ad suum agmen, & consilium associantes, om-
ni odio, & fraude suum obiurgatorem persequi decreuerunt, ac tandem extremo
supplicio afficere, persuasi mortis violentiam legi pariter, & Legislatori interi-
tum allaturam: sibi que in posterum sine vlla auctoritatis publicæ, & dignitatis ia-
ctura liberam fore ad vitia, quibus antea adhærebant, reditionem. Ignorabant ni-
mirum machinationes, quibus insectari, & occidere auctorem vitæ moliebantur,
in ipsorum perniciem redundaturas, suisque artibus id perfectum iri, vt Christus
ignominiosæ crucis acerbissimos cruciatus, prout ipsemet decreuerat, atque
morte obita pœnas peccatis hominum debitas omnino exoluere. legis Chr-
sti compro-
batio.
Christi cõ-
siliū vt nos
exeret è
manu dia-
boli.
Aftus de-
monis.

Quamobrem, videns IESVS se à Iudæis ethnicorum militum facto agmi-
ne ad mortem perquiri, noluit fuga, latebris, aut defensione vlla inimico-
rum conatus eludere; & saluti suæ, cum faciliè posset, consulere; imò sponte
obuiam illis venit, vincula, & prehensionem minimè deprecatus. Vt tamen
omnibus notum esset, se animo non inuito vinculis constringi, & vt nos à
culpæ seruitute redimeret, mortem expetere, ac denique nullam vim satis
esse, modò reniti vellet, ad diuini corporis prehensionem, aut interitum: in
congressu militum cum gladijs, lanceis, & furioso conatu ad certissimam perni-
ciem accurrentium, vel vno verbo, quo illos, quem quærent, interrogauit, ad
terram omnes tam insigni formidine consternatos deiecit, vt viribus destitu-
ti, non ante humo se excitare potuerint, quàm assurgendi facultatem ip-
semet Dominus, qui deiecerat, benignissimè concesserit. Facultate igitur
surgendi militibus data, cum adhuc Iudæi Saluatoris sui virtutem, & nu-
men, quo vel vno verbo sacrilegum agmen prostrauerat, præ cæcitate non
agnoscerent: ad maiorem furoris, & iracundiæ rabiem conuersi in eum manus in-
iecerunt Voluntaria
mortis Pas-
sio in Chri-
sto.

Iij iecerunt

Crucifixus Dominus.

Acta in cruce.

Quae Christi mortem mira sunt consecuta.

Sol obscuratur.

Multorum consensio post Christi mortem.

Animarum in Limbo liberatio.

Resurrectio Domini.

Predictio eorum, quae Dominus fecit.

Ascensio Domini in caelum, & colloquium cum Apostolis.

iecerunt primum: deinde verberibus crudeliter pulsatum, & spinea corona capiti **A** imposita derisum, morte damnarunt; ac postremo crucis ligno ignominiose affixerunt. Non intellexerunt miseri, eo facto compleri omnes pollicitationes, & mysteria, quae Deus multa ante saecula per viros sanctitate claros, & prophetiae dono spectabiles de adventu, & morte huius Saluatoris praedixerat. Quare cum ad hunc modum amore hominum impulsus Christus, qua homo erat se agi in crucem animo scienti, & volenti vidisset, omnia supplicia nobis propter vitae scelera irroganda ipsemet tulit, offerens Deo Patri suo, mortis, quam perferebat, acerbissimos dolores, ut & iustitiae divinae scelere hominum offensae satisficeret, & peccata nostra remitterentur: postulans insuper a patre, ut amore dilecti filii permotus iis criminibus condonaret, qui se cruci affixerunt; Illis etiam, qui in se crederent, & sperarent, mortis sanctissimae Mysteria animo recolentes. Pependit de cruce tres circiter horas, donec in ea mori voluit. Illo sanctissimam animam efflante, ecce tibi res omnes creatae, insolitae maestitiae, quam conceperant propter Iudaeorum, Ethniconumque flagitium, quo in morte filii Dei, & auctoris sui se obstrinxerunt, inusitatam edunt significationem. Sol Meridianis horis splendidissimus subita caligine aspectum adimente obducitur: terra tremore tota concutitur: petrae, & montes scinduntur: suscitantur e tumulis mortui complures, qui passim testificati sunt, hunc, qui moretur, verum esse Dei filium, & humani generis liberatorem in lege promissum: execrati sacrilegam immanissimi sceleris truculentiam, quo se Iudaei dominum suum occidentes flagitiose obligauerant. Quibus rebus illud effectum est, ut plerique ex ijs ipsis, qui Christum in crucem sustulerant, signa, & facta, quae a tonitis sensibus usurpabant considerantes, in Dei gratiam, & amicitiam reciperent. **C** Eo autem ipso, quo mortuus est, die Dominus, ac Saluator noster; corpus eius exanime a discipulis in sepulchrum est illatum: anima vero mortis, & poenarum victrix, ad inferorum sedes descendit. Sic liberatis a cacodaemonum potestate animabus piorum hominum, qui in eum spes suas collocauerant, & prophetarum dictis fide habuerant, quadraginta horis a morte exactis, die tertio, cum ad sepulchrum vigiles Iudaeorum excubiae pernoctarent; animus sanctissimus corpori sepulto mirabiliter est copulatus. Excitatus ergo Dominus a sepulchro victoria, & triumpho clarus, atque splendore sui corporis mirabiliter circumfusus, tantum terrorem militibus, qui ad custodiam sepulti corporis excubabant, incussit, ut pauentes, penes exanimis ad terram prono impetu ruerent. Quare ad vitam reuocatus, discipulis, & aliis hominibus, qui illius viventis adhuc, & spirantis dicto audientes fuerunt sui videndi copiam fecit: & quadraginta dierum mora post resurrectionem suam interposita, qua deserere suos noluit, versatus est iterum inter homines familiariter; seque, ut testimonium resurrectionis certissimum extaret, contrectari discipulorum manibus permisit. Id, quod ipse olim non solum veridico prophetarum ore, sed suo etiam in quotidianis hortationibus, quas ad populum habuit plurimas, praedixerat euenturum. Etenim de morte sua, resurrectione, in caelestem patriam ascensu, de quo omnium futurarum rerum, quae de se prophetice vocibus enuntiatae erant, admirabili ordine disserere frequentissimè consuevit. Quadraginta dierum explero numero, quibus inter suos versatus est, discipulis, ceterisque fidelibus in montem Galileae (quae est prouincia Palaestinae non magna) coeuntibus, palam se videndum exhibuit, affirmans teporis ratione postulare, ut ex hac lachrymarum valle in caeleste illa patriam **E** scenderet. Hortatus praeterea suos est, ut per oes mundi regiones eites crebris concionibus, & assidua declaratione suae legis sanctissimae homines a metis caecitate liberaret, & a tenebris, quibus delusi futili mendaciorum inanitate sequuntur, vanas simulachrorum & scelerorum hominum mortuorum figuras diuinis honoribus colentes, ad fidei diuinum splendorem vindicarent. Addidit, ijs ingentem quidem rerum aduersarum tempestatem illorum capitibus incumbere: ceterum permulceri posse omnes laboriosae vitae molestias iucunda expectatione aduentus spiritus sancti, quem ipse e caelo missurus esset in terras, cuius illi fortitudine, & gratia cumulatissimè

A sine ornati omnes Mundi oras ea felicitate illustraturi essent, ut arumnarum, & periculorum, quae in promulgatione diuinae legis subire omnino necesse erat, superata magnitudine, innumerabilem, ac penes infinitam hominum multitudinem sub legis huius obedientiam subiicerent, atque in viam beatae vitae, a qua deerrauerant, facile reducerent.

His, aliisque rebus discipulorum carui eo consilio manifestatis, ut eas mundo, qua latissime patet euulgarent: utque gentes fidem suam, & legem receptoras ad sacrum fontem in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizarent, vsus est oratione quadam diuina, qua & moerentes consolatus est, & formidolosus robur, & vires contulit. Denique omnibus salutatis, & benedictione ijs impertita, ad caelum propria virtute euolare cepit, maiestatis incredibili apparatu oculis aspectantium exhibito: secumque efferens pretiosum, maximeque visendum animarum sanctorum Patrum comitatum, quos ab inferorum tenebris in lucem caelestem vindicauerat, Angelorum innumerabilium laetabundum agmen obuium habuit. Ab oculis ergo discipulorum nube interposita subductus Caeli beatas sedes adiit, vbi ante omnia aeterno Patri diuitem animarum, quas Erebo triumphato secum extulerat, praedam victor representauit. Pater caelestis triumphantem de morte, & peccato Filium honorifice excepit, atque humanae naturae dignitatis ratione perspecta altissimam supra omnes Angelorum choros, & diuinissimam gloriae beatae sedem illi donauit: vbi assiduis precationibus veniam peccatoribus, qui in se credunt, & confidunt a caelesti Patre efflagitat; ut vel ex hoc vno argumento comper- **C** tum sit, neminem in possessionem hereditatis aeternae venire posse meritis, & precibus Saluatoris sui destitutum.

At suspicientibus adhuc modum in caelum discipulis, ceterisque Christianis, qui fere quingenti numerabantur, & quae fiebant, cum admiratione considerabant, vbi Christum ascendentem nubes ex oculis ademit, duo Angeli de Caelo deuolarunt, qui voce humana vsi ore laetabundo dixerunt, non esse cur obtupescerent Domini sui conspectu in caeleste regnum cum gloria, & maiestate ascendentis: siquidem parem gloriam, & maiestatem ostensurus esset cum iterum mundo senescente, & ad finem properante, adueniret omnes homines iudicaturus.

Ascendit in caelum capiti in ducentis & aperturam.

Sedet ad dexteram Patris.

Quingenti videt Christum ascendentem in caelum.

Duo Angeli.

D CUR PAUPERES ELEGIT DEUS AD SUI LEGEM Mundo promulgandam. Caput V.



DORRO ut homines facilius in animum inducerent, legem Domini sanctam esse, & omnino diuinam, ipsemet Legislator Christus, dum adhuc in Mundo versabatur, cum posset in suam scholam asciscere ad promulgationem nouae legis homines litteris, opibus, & potentia ceteris insigniores; eos huic muneri obeundo noluit destinare: imo ex omni hominum numero discipulos duodecim elegit, quorum siue genus, siue munia consideres, ignobiles erant, & imperiti. Hamo enim & rete piscibus insidiari soliti ex piscatu quastum faciebant: nemo autem nescit piscatores genus hominum esse rude, imperitum, & ad vitae sordes abiectum. His hominibus, quos Apostolos vocauit, eam prouinciam iniunxit, ut per omnes Orientis, Obeuntisque solis plagas dispersi concionandi munere strenue fungerentur. Atque hoc officij munus, ut recte obirent, decimo postquam in caelum ascendit, die discipulis omnibus in vnum locum, vbi Spiritus Sancti donum promissum expectabant, coactis, & orationi diluculo vacantibus, adfuit repete Spiritus Diuinus tantam aduentu suo sapientiam, tantam fortitudinem, tam insignia beneficia illis conferens, ut cum subito omnium gentium varia idiomata pernoferent, & diserte loquerentur, diuisi a muruo conuictu sint, legem hanc

Apostoli.

sanctissimam in diuersis Mundi regionibus magnificè promulgatur, quam illi postmodum miraculis innumerabilibus ad confirmationem veritatis passim editis confirmarunt, debilibus in nomine IESV Christi pedum agilitate restituta, caecis oculorum luce reddita, euegumenis à Dæmonum incurfione liberatis, demortuis ad vitæ vsuram reuocatis, aliisque operibus stupendis partim dum viuerent in terris, partim post mortem à caelesti patre ad humanam vtilitatem impetratis.

Apostolorum miracula.

Tanta itaque fuit, & tam insignis eorum diuina virtus, & gratia, vt cum potentissimi quique, atque opinione hominum in mundo sapientissimi ad opprimendam veritatem, & impingendam legem, quam enunciabant, falsitatis calumniam furenter insurgerent, ipsi rerum ignoracione, & domestica paupertate inter populares suos alioquin ignobiles perficere potuerunt, primum vt litterarum cognitione illustres in mundo Philosphi rationibus fidei conuicti ad legis huius obedientiam perducerentur: tum vt Reges, Principesque gentium toto orbe dominantium, qui eos suppliciis, & odio iniquissime insectabantur, cum neque miraculorum euidentia repugnare possent, neque virtuti diuinæ Dei seruos protegenti, Christianam religionem professi sunt, & Baptismo abluti, se, suorumque imperiorum integras prouincias, vt Christo nomina darent, diligentissime procurarunt. Quæ res ijs, qui legere sciunt, ex historicorum libris in diuersis orbis terrarum plagis, luce veritatis præcunte, scriptis, satis est comperta, & cognita. Neque verò à Christianis solum auctoribus rerum tam insignium memoria fidelibus est conseruata monumentis, sed ab ipsis etiam Iudæis, & Scriptoribus ethnicis, qui rem tam illustrem, & ante oculos positam, quamuis præ inuidia vellent, non potuerunt occultare. Quò fit, vt nemini deinceps fas sit de admirabili Diuinæ virtutis potentia, qua hæc omnia gesta sunt, vlllo modo dubitare, cum constet, nullis humanis opibus, aut hæc fieri potuisse, quæ incredibilia videntur, aut legem tam inusitatam, & nouam, ac proinde genio, & voluptati inimicam stabiliri vlllo modo potuisse. Ex hoc argumento, atque ex laborum tolerantia, quos plurimos, & assiduos perferunt ijs, qui hanc legem promulgatum in Iaponiam veniunt, satis intelligitur, & veritatem in ea contineri, & Dei incredibilem virtutem. Si enim illi propterea vitam in hac prouincia agerent, vt à vobis commoda aliqua, aut temporarium lucrum expeterent, profectò eius legis præcepta nequaquam inculcarent, quæ & æquitati suffragatur, & sensuum illicitis voluptatibus bellum indicit. Eam potius legem docerent, quæ sensus vestros desiderata suauitate deliniret, & rerum, quas impurè appetunt, concessione demulceret; imitantes nimirum XACAE, & AMIDAE concionatores, qui eum sibi scopum proponunt, vt quemcumque auditorem eo pertrahant oratione, quò ducit voluntas vitiosa. Illud insuper considerandum est, concionatores in Iaponiam transmissi terræ, marisque immenso spatio appulisse, præterquam quòd quidquid secum intulerant, expenderunt, diuitiis, aliisque vitæ commodis in sua quemque patria circumfluere potuisse. Nec verò huc venisse ad necessitatem vllam, vt quisque fortassis cogitabit, qua in domestica paupertate premerentur, leuandam. Vnum videlicet sibi dumtaxat lucrum amplissimum constituunt, & summum (si obtineant) vt in animarum salute procuranda castè versari possint, & religiosè. Patiuntur molestias, & incommoda propè infinita constanti animo, vt & Deo seruiant, & animas, & cæcitate, & fraudibus, quibus impliciti viuunt, eripiant: nullam interim laboribus, & detrimentis, quibus vndequeque circumueniuntur, remunerationem aliam exoptantes, nisi æternam, & diuinam: quam vt assequantur, nullos metuunt labores, nulla vitæ pericula reformidant.

Argumentum potes, ac præfens ab ijs qui erajciunt in Iaponiam, vt animas lucrentur.

RESURRECTIO MORTUORUM,
& iudicium extremum. Cap. VI.



VO D ad iudicij extremi, & resurrectionis mortuorum futuræ rationem attinet, Christus dominus oratione non obscura mundo declarauit, debere homines dissoluta in morte animæ, & corporis coniunctione ante Diuini iudicis tribunal, vt iudicium priuatum subeant, constitui, vbi anima, quæ mortis experta est, discussis diligenti examine vitæ meritis, immortalis poena, aut præmio afficietur. Quia verò hæc sententia ita occultè pronuntiatur, vt in hominum cognitionem venire nequeat, instituit sapientissimus rerum omnium effector Deus futurum iudicij vniuersalis diem, in quo omnes homines, qui vsquam fuerunt ex omnibus mundi regionibus in vnum locum congregati disceptationi suæ causæ, communique orbis terræ quæstioni exactissime discutendæ interessent, & sententiam supremi iudicis publicè proferendam audirent. Vt vel hac ratione agnoscerent omnes æquissimam diuinæ iustitiæ bilancem bonis præmia, & malis supplicia pro cuiusque meritis reddituram. Quo circa à Deo ipso edocti præscimus, in fine, quem ipse mundo præscripsit, redituros esse in vitam omnes homines corporibus denuò cum animis diuinitus copulatis. Quæ copulatione facta omnes ministerio, & opera Angelorum in locum quendam deducuntur, vbi Deo iudice sententiam audient, poenam, vel præmium animæ simul, & corpori sempiternum decernente; huius autem iudicij, & resurrectionis hominum ordinem, & modum discipulis suis frequenter aperuit, admonens eos, vt per vniuersum terrarum orbem, quæ ab ipso didicerant, palàm enuntiarent. Ordo autem iudicij futuri ita habet.

Iudicium priuatum.

Iudicium vniuersale.

In fine occidentis mundi, de quo præter Deum nemo quicquam compertit, habet, torpescuntibus ignauia hominibus, & incumbentium sibi malorum procellam ne suspicantibus quidem, repente cælum, terra, mare multis, & inusitatis prodigiorum monstris concitata terrificas oculis species obijcient, quibus tantam mortalibus incutient formidinem, vt multi præ metu exanimati moriantur. Sol, & Luna obscurabuntur, omnique splendore diuina virtute occultato, mundus caligine circumfundetur, terra stupendis tremoribus quatefacta quiescere haud poterit: mare supra omnem terræ altitudinem exundantium fluctuum immanes cumulos extollet. Terrore homines pariter, & belluæ tam insolito pauentes voces edent rauco gemitu intercisas.

Ordo extremi Iudicij.

Ad hunc rerum statum ignis vi diuina accedet in omnes mundi partes, devastatrices euomens flammæ, qui breuissimo tempore hominibus pariter, & bestiis incendio extinctis, rebusque omnibus, quas corripuerit, exustis, & deuoratis, terram, & mare mundissima specie inducta à fœcibus expurgabit. Homines ergo omnibus morte absumptis, Angelis suis Deus imperabit, vt instar clangentium ad significationem pugnae tubarum tanquam maiestatis Diuinæ laudatissimi præcones, omnes in vitam homines à morte euocent. Quo fiet, vt omnes mortuorum animæ, Deo agente, proprijs corporibus, quibus in mundo coniunctæ vixerant, restituantur, corporibus à puluere, in quem fuerant redacta in formam pristinam, quam in hac vita habuerant, excitatis. A tumulis ergo rediuiui homines Angelorum opera in spaciosum, & amplissimum locum momento temporis ducentur, vbi ijs, qui Dei gratia conciliata è vita migrarunt, corpora sua videbunt perfecta, & pulchra omni deformitatis vitio; & fœditate, qua, dum apud nos agebant, turpabantur, prorsus sublata. Quare corpora sua vndequeque integra, speciosa, & splendida

didā perfusi lætitia immortalī admirabuntur. Qui verò læthifera peccati tabe corrupti animas impoenitentes efflarunt corporum iniquo, & fœdo pondere torpescientium conspectu absterrebuntur.

Cruz in celo.

Collectis in vnum cœtum omnibus, qui vnquam fuerunt, hominibus, ante omnia gloriosum, & salutiferum Christi Dei, & Saluatoris nostri vëxillum in cœlo conspicietur numerofo Angelorum agmine decentissimè stipatum, qui illud ea cum reuerentia, & honore gestabunt, quo affici par est salutare lignum, in quo & mundi redemptio constitit, & ex quo omnium, qui in possessionem æternæ felicitatis venturi sunt, spes salutis certissima pependit. Crucem igitur tam insigni gloriæ luce coruscantem Christiani videntes, qui eam venerati sunt, & adorarunt, incredibilem voluptatis lætitiā intimis sensibus percipient, non ignari, benè secum actum iri in cognitione suæ causæ, & pronuntiatione sententiæ, siquidem crucem præsentem, quam immenso gloriæ splendore rutilare videbunt, viui adhuc, & spirantes coluerunt. Contra verò, superstitione imbutæ gentes, & omnino omnes, qui crucis virtutem agnoscere, & maiestatem venerari noluerunt, imò eam pariter, & Christi Saluatoris nostri ex ea pendentis passionem calumniati sunt, partim immensis cruciatibus miserè coangustabuntur, partim horrendæ expectatione sententiæ pauebunt: cuius seueritas qualis sit futura, ex maiestate, & gloria salutiferæ crucis, quam dum viuerent in mundo aspernati sunt, facile coniectabunt. Itaque stipati omnes, qui damnandi sunt, fœdo dæmonum infernorum grege, & horribilibus spectris: illi verò, quibus beatæ patriæ hereditas adiudicanda est, Angelorum innumerabilium honorifico comitatu, dum animi pendent, subitò in cœlo Christus orbem iudicaturus apparebit iuxta crucem, in qua olim de morte moriens triumphauit, septus Angelorum, Virginisque matris suæ, & Apostolorum lucem quoquouersus diffundentium Illustrissimo Comitatu. Maiestate igitur, & gloria tam admirabili decoratus, vt nulla oratione explicari, nulla cõgitatione comprehendi valeat, vultum suum roseo colore, & radianti lætitia suffusum illis ostendet, qui ad societatem beatæ vitæ, & gloriæ nullo æuo interitura ascribendi sunt.

Lætitia piolum.

Tristitia impiorum.

Ceteris verò, qui æterno supplicio sunt damnandi, ostendetur aspectus eius iræ, & furoris flamma adeò incensus, vt nulla res sit, cui tanta queat comparari indignatio. Atque vt ab omnibus, qui adsunt, æquitas pronuntiatæ sententiæ vel inuitis comprobetur: ex vna parte beneficia commemorabit, cum aliis modis, tum potissimum crucis interueniente mysterio, in hunc mundum collata, quæ adeò aperta erunt, vt à nemine ignorari possint, aut negari. Ex altera parte latebræ, & recessus omnes animorum intimi diuinitus patefient, vt in conscientia vniuscuiusque tanquam in libro videatur, quidquid vitio, aut virtuti affine in vita gestum est. Explicabuntur rerum occultarum implicati sinus, eorumque merita ante oculos statuentur, qui & fidele obsequium Deo præstitere, & vitam in peccatis actam longissimè respicientes optatam condonationem cum lacrymis, & vero dolore, antequam spiritus è corpore excederet, impetrarunt. Non occultabitur eorum infinita malitia, & ingrati animi pernicacia, qui neque in Deum crediderunt, neque de peccatis, quibus in animo suo Dei imaginem deformarunt, ante mortem doluerunt. Detectis ad hunc modum vtriusque multitudinis, vel peccatis, vel meritis, quorum ratio, & numerus virtute diuina dicto citius constabit, Christus viuorum, & mortuorum iudex integerrimus pro tribunali sedens Angelorum omnium consensu, & iustorum hominum approbatione summa sententiam publicè promulgabit. Ea sententia decernet in primis, vt pij homines, & bene de virtute meriti animæ, corporisque coniunctione, & gloria hilariter triumphantes, ad immortalis gaudij, quam meruerunt, fruitionem, vt verè beati sint, secum conscendant. Deinde statuet, vt omnes improbi, & vitæ flagitijs addicti caudæmo-

PRAEMIA.

Pœnarum.

num stipante cœtu ad inferos exturbentur, vbi pœnarum exquisitissima varietate, & multitudine perpetuo torquebuntur. Mox Christus hominum Saluator, & Iudex Angelorum pariter, & iustorum hominum nobilissimo choro circumdatus, momento temporis in cælestem patriam, vnde ad iudicandum descenderat, se recipiet, vbi lætissimum gaudij felicitis fructum nulla molestia inquinat, nulla cura interpellat, nullus dolor contaminat, nulla formido inficit, aut ægritudo corrumpit. Alia parte terra fatifcente elemento findetur, atque immanissimis hiatibus vnà cum dæmoniis, relictisque post conflagrationem mundi fordibus, homines, quos Iudex Deus ad inferorum sempiternos cruciatu damnauerat, subitò deuorabit. Hic finis est, quem CHRISTVS, cum adhuc terras incoleret, feminis pariter, ac viris, tam probis, quàm improbis, mundoque vniuerso prædixit affuturum.

Quod autem ad iudicij huius rationem attinet, admirabilemque mortuo-resurrectionem, licet ea res tota supra naturam sit, & ex diuina virtute dependeat, ac proinde rationibus humano ingenio excogitatis, & inuentis concludi satis nequeat: tamen si expendere omnia, quæ circumstant, & perscrutari singula non oscitanter voluerimus, stabiliri firmissimo æquitatis fundamento doctrinam hanc totam comperiemus.

Et quidem, vt de iudicij extremi die primum dicam, naturali rationis humanæ præeunte lumine, intelligitur, conuenire omnino, vt dies constitutur, in quo omnibus omnium sæculorum hominibus inspectantibus, & audientibus singuli quid de ipsis iudicatum fuerit, cognoscant. Hæc verò conuenientia cum ex Dei sapientissimo consilio, tum ex communis vitæ ratione perspici facilè, & demonstrari potest. Et quidem opus esse, vt iudicij extremi dilucescat aliquando mundo dies, idque ad diuinam prouidentiam spectare, ex his, quæ subiicientur rationibus, apertè intelligitur.

RATIONES, cur dies extremus iudicij futurus sit.

Prima ratio est, quia vt Deus in omni operum diuinorum efficientia tantam perfectionis, tamque exactam rationem habet, vt nec minimam vitij, aut defectus notam admittat. Ex quo sequitur, vt tanquam iudex integerimus, & æquitatis obseruantissimus, à nobis sit colendus. Quare omnis ratio postulat, vt ad iustitiæ libram, examinationis hominum causis, quæ in vtramque partem rectè, vel perperam sunt facta, congruentem habeant remunerationem. Innumera enim diebus propè singulis exempla iniustitiæ oculis stupentibus vsurpamus; ipsosque, quod plus est, iniustitiæ administratos, & scelerum satellites magnis auctos opibus, & honoribus eximiis florentes, vitam delictis omnibus affluentem viuere, & tranquillè finire. Contra verò videmus, bonorum famam, & existimationem sæpè petulanter lædi, & contumeliis ignominiosè proscindi, vitamque honestè, & laudabiliter institutam, laboribus, & ærumnis, quæ vix morte ipsa finiantur, consistari, sic vt multis vel ex hac consideratione in mentem venerit sacrilega quædam suspicio, qua ducti affirmarent, vel Deum, qui mundum regeret, nullum esse, vel si esset, omnem prorsus huius mundi curam, & prouidentiam à se abieciisse. Videbant siquidem grassari impune lætiferam iniustitiæ pestem, omnemque peccandi licentiam per orbem volitare, & quod iniquissimum est, nullis pœnis flagitium constringi, nullis præmiis excellentem virtutem munerari. Vt igitur diuinæ iustitiæ præclara commendatio extaret, secundum quam nullum scelus relinquitur impunitum, nulla honesta actio suo fraudatur præmio: atque vt nemo ignoraret iustitiæ integritatem, supplicium in hoc mundo, vel præmia meritis hominum debita longissimæ expectationis mora aliquando extrahentem, dicta, & facta omnia si non in vita, saltem post mortem in loco diuinitus destinato ad æqualitatis nusquam fallentem normam exactè compensaturam: conueniens profectò, ne dicam necessarium, omnino fuit, vt iudicij vniuersalis dies orbi dilucesceret, in quo hæc veritate ab omnibus exploratè

Supra initio decimi libri.

A Dei perfectione, & iustitia.

Nullū scelus impunitum. nullū bonum irre muneratū.

cognita, quantà, & quàm laudabilis semper fuerit siue in pœnis flagitio irrogandis, **A** siue in rectè factis gloria munerandis diuini numinis iustitia, planè constaret. Hæc enim, nube illa penitus sublata, quæ mentibus hominum offusa in miserandam soluitur, ac pestilentem errorum pluuiam, effecit, vt de prouidentia, & iustitia Dei, dubia, ancipitique disceptatione ratiocinati mortales, turpiter, & flagitiosè non hallucinentur.

Ab eadem iustitia necessario manifestanda.

Altera ratio ex absoluta sumitur, & planè perfecta Dei iustitia, cui internæ æquitatis sibi tantum cognitæ ornamentum nequaquam satis esse potest. Opus enim præterea est, vt foras lucem suam efferat, & ab omnibus palàm agnoscat. Quia tamen humani moris est, vt post iudicium, in quo flagitiosi, & impuri grassatores de scelere conuicti fuerunt, & ad graue aliquod supplicium damnati, passim conqueri soleant distitantes; iniuriam sibi cum supplicio calumniosè fuisse irrogatam: nunc verò ad inferorum pœnas exturbati homines hanc inter cetera flagitia prauitatem conseruant, vt sua errata extenuantes Deum de iniustitia accusent; idcirco opus fuit, iudicij vniuersalis diem decernere, in quo omnibus manifesta sit Dei iustitia, quæ semper conspicua fuit, in tribuendis muneribus, aut suppliciis, ponderata meritorum dignitate. Id verò in occasu senescentis mundi haud dubiè constabit, singulis hominibus conscientia suæ virtutes omnes, & vitia, veluti ante oculos ad spectaculum constituta inusitato miraculo ita introspicientibus, vt proprio testimonio conuicti, laudem diuinæ iustitiæ debitam, quantumcunque à recta ratione auersi fiant, nec negare possint, nec audeant.

Tertia ratio inde vim habet, quia plerique mortales, quamdiu has humiles, iacentesque terras incolunt, Deo propterea subirasci solent, quòd in rerum siue aduerfarum, siue ad voluptatem fluentium successu, personarum, non meritorum discrimina videntur spectare. Crudelitatis insuper calumniam iustitiæ diuinæ affingunt, quod ob vnus dumtaxat lethalis culpæ labem, homines interdum ceteroqui bonos, sempiternis destinet inferorum cruciatibus. Alij non sine impia obiurgatione Deum insimulant, quia diffusa per orbem Euangelicæ doctrinæ luce, ante sint condemnati, quàm Christi Saluatoris hominum notitia ad eos fuerit perlata. Vt ergo liquidò constet, Deum non personarum diuersitate æstimata, sed meritorum pondere ad iustitiæ examen adducto, supplicij grauitate magnitudinem culpæ nequaquam superante, suam cuique tribuere dignitatem, ad diuinam videtur æquitatem pertinere, in publico hominum conuentu falsam hanc opinionem radiantisimo veritatis gladio aliquando iugulare. **C**

A necessitate falsæ opinionis hominum tollendæ.

Ceterum si hominum conditionem, & statum vitæ communis spectes, par esse, vt ruenti in occasum mundo dies vniuersalis iudicij affulgeat, sequentibus argumentis faciliè in animum induces. Prima igitur ratio est, vt constricta eorum mens conscientia flagitiosæ vitæ teneatur, nec quisquam in posterum criminum, quæ turpiter commisit, inficiatione vt possit, aut accusatione aliqua legis diuinæ æquitatem, quòd difficilis sit, impudenter calumniante. Idcirco iudicij vniuersalis dies præstituetur, in quo animi aperta testificatione quid virtuti, quid vitio affine gesserint, Deo auxilia ad honestas actiones suscipiendas necessaria nunquam denegante, ante summi iudicis tribunal exhibebunt. Stringentur nimirum rabie plusquam ferina improbi, quòd tam munifica diuinorum munerum liberalitate, quæ in vita ad manum (vt dicitur) habuerunt, turpi orio languentes neglexerint, simulque intelligent miseri, quantumcunque à rationis iudicio alienati olim extiterint, quanta cum facilitate legi diuinæ obsecundare potuissent, videntes in iis, qui beatæ vitæ opibus, & gloria circumfluent, innumerabilem operum, quibus, dum in iisdem olim terris vixerunt, studiosè vacarunt, admirabilem pulchritudinem, & lucem aduersos à pietate oculos præstringentem.

A necessitate testificationis diuinæ beneficia.

Accedit, tam honestis, quàm vitiosis actionibus, in amplissimo communis vitæ theatro propositis publicum, siue præmium, siue supplicium ex præscripto rationis adiudicari oportere. Illos etiam, qui aliis occulta fraude imponunt, si in flagi-

A necessitate publici, siue præmij siue supplicij.

flagitio deprehendantur, dignos esse putamus, quorum nefariæ machinationis inuolucra publicè euoluantur, vt neque ipsi insidiari fraudulenter audeant, neque alij malo exemplo ducti similibus insidiis abutantur. Idem ferè in munerum largitione videre est, quæ propterea publicè conceduntur, quòd amplior inde, & illustrior benemeritis gloria existat, & iis, qui sanctas illorum, & studiosas functiones vident, ardens ad honestatis amorem, & inflammata oriri soleat concitatio. Quod si inter homines hæc iustitiæ integritas elucet, æquissimum profectò est, vt in examine, quo probitas cum improbitate comparatur, idem splendor pulchrius emineat, & ostendatur illustrius. Necessarium igitur fuit, diem iudicij vniuersalis Dei prouidentia destinari, in quo hominum spectante multitudine infinita præmio quisque, aut pœna pro dignitate afficeretur.

Tertia ratio inde efficax est, quia licet in priuato iudicio, quod eo ipso die peragitur, quo vitæ occumbentis periodus clauditur, animus excédens è corpore damnationis meritæ iudicium subeat: non tamen condemnatur in terra relictum corpus, imò maiori plerunque, quàm par sit, funeris pompa, & tumuli fastu decoratur. Non condemnatur fama, & præclara nominis existimatio, quæ post mortem viutorum, in viuorum delusis falsa opinione animis insidens, iustissimis hominibus populorum præsentis prædicatione, & litterarum sempiternis monumentis sæpè solet ablandiri. Igitur, vt horum etiam bonorum, quæ imperiti vt magna, & eximia, admirantur iactura fiat, vtque sua cuique corpori flagitiorum administro damnatio accedat, cum ratione videtur conuenire, vt iudicij vniuersalis dies decernatur, in quo omnes mortui tubæ diuinitus personantis clangorem audientes à tumulis suscitentur, præmium, aut pœnam ad vtranque partem humanæ integritatis, aut corruptelæ pertinentem adepturi. Ex dictis perspicitur, lumen intelligentiæ humanæ, & naturalem æquitatem postulare, vt tandem aliquando iuxta Christi prædicationem iudicij vniuersalis dies fesso orbi, vt ruenti concedatur.

A necessitate præmij, vel pœnæ, quibus afficienda sunt corpora.

Tuba.

Quòd ad resurrectionem hominum spectat, Christus à quo rebus humanis mirabiliter consultum est, hominum mortuorum, & feminarum communem fore à tumulis suscitationem, affirmavit. Quæ res, si in speciem dumtaxat externam intueamur, difficilis videtur, & minime digna, cui fides aliqua habeatur: at verò si in intimam naturæ vim introspicimus, conueniens sane videtur, & rationi consentanea.

Resurrectionis hominum.

Atque, vt argumentis credibile reddatur hoc mysterium, quod barbaris incredibile visum est, nonnullas subijciam rationes. Prima ex eo vim continet, quia animus pars hominis est, & non totus homo. Constat enim hominis integritas ex animo pariter, & corpore. Quare cum homini quicquid laudabiliter, aut vitio se agitur, vel dicitur, ascribi soleat, non autem animo soli, aut corpori, fit, vt toti homini ex suis partibus integro, perfecto, non autem huic, vel illi parti iustitiæ libra supplicium irrogare debeat, aut lauream concedere. Sequitur igitur, diuinæ iustitiæ, & humanæ æquitati conuenire, vt animus in suum corpus redeat, atque adeò idem ipse homo, qui se flagitio viuus deuinxerat, mortuus Dei subeat iudicium.

Rationes de Resurrectione.

Altera causa est, quia licet peccati, & virtutis sedes volūtas sit, voluntas autem in viribus animi numeretur, ac propterea tam præmij, quam supplicij portio, & excellentior pars animo debeat: cum tamen corpus, quæ est altera hominis pars, in periorationis obtemperet, & rerum omnium, quæ infeliciter accedunt, incommo-ditates perferat (flagellis enim læditur, ieiunijs intabescit, pœnis torquetur, doloribus angitur, atque aliis operibus excarnificatur fieri solitis ex poenitentia præscripto) æquum sanè est, vt post mortem gaudio, quo animus perfunditur, omnino expers non sit. Insuper idem corpus auidis sensibus voluptatum à peccatis nascentium multò maximam partem improbe consecretur: afficitur enim libidino sa, & illicita delectatione interdum, plerunq. ciborum iucundissima varietate capitur, cetera quoque omnes vnde quaque cupidissime haurit voluptates, quibus in hac misera, & ærumnosa vita homines petulanter solent, & impure deliniri. Neque vero solum affluentes

A præmio, vel pœna debita sensibus.

Occasio da-
ta mali, pu-
nienda in
die iudicij.

fluentes sensibus oblectationes admittit, sed etiam magna ex parte hominibus ad vi-
tia pronis peccandi præbet occasionem. Illic quidem ut ventri seruiant, & corpo-
ri oblectamenta qualicunq. aucupio venari possint, cum grauitur delinquant, tum
delicti impunitatem procurant. Ex quibus sequitur, ad iustitiam diuinam pertine-
re, corporibus, quorum ministerio animus in vita usus est, præmium vel supplicium
saltem post mortem assignare. Quæ meritorum compensatio fieri profecto nequit,
nisi in die vniuersalis iudicij corpora in puluerem redacta, Dei virtute, humo ex-
citantur.

Duo virtutū
genera in
anima.

Tertia confirmatio est, quia animus altera pars est, & forma hominis, cui duo vi-
rium genera insunt. Ex iis quædam materiæ expertes sunt, ac propterea absque vllo
corporis adminiculo agere possunt, & suo munere probe defungi, quales sunt in-
telligentia, & voluntas. Aliæ corporeæ sunt, & cum materia coniunctæ, quæ idcirco
si corporis instrumentum, quo in primis egent, semoueas, actiones suas exercere
nequeunt: atque hæc sunt sensibiles potentia, & virtutes. Quoniam vero animus à cor-
porum societate solutis, ac liberis, adhuc hæc virtutes tanquam in fonte insunt, à
quo profuendi vim accipiunt, ita ut corporibus redditi fungi sensuum officio, & ve-
luti famulatu possint, quo separati omnino carebunt: opus profecto est, ne huiusmo-
di mentis humanæ vires post corporis in cineres abeuntis extinctionem, otiosæ, &
superuacaneæ videantur, vsu agendi, & nitendi contra propensionem suæ naturæ,
perpetuo sint orbatæ. Ex quo fit, rationi, & æquitati consonum esse, ut in corpora
sua animi iterum includantur, quò superioris, & sensuum, qui inferiorem partem ob-
tinentes corpori insunt, ministerio vtantur.

A natura-
libus viui-
bus quæ na-
turæ insti-
tuta propen-
sionem cupiūt
explere.

Accedit huic argumentationi ex eo robur, quia, ut diximus, duæ existendi ratio-
nes in animo perspicuntur. Vna, quam à se ipso habet vi spiritali, & à corpore mini-
me dependente præditam: altera, quam eatenus obtinet, quatenus est corporis exi-
mia, & præstantissima forma, in cuius organis inhærentes sensus moderatur, & re-
git. Quoniam vero vtraque existendi ratio in operationis vsu sita, animo naturalis
est, accidere necesse est, ut in migratione à corpore, qui altera existendi, & viuendi
parte spoliatur, violentiam dolenter patiat. Porro cum hæc violentia naturæ ad-
uerfetur, quiescere non sinit animum, qui perinde, ac formæ aliæ, innata cupidita-
te corporis sui coniunctionem appetit, ut pristinum existendi modum, secundum
quem imperare sensibus confueuerat, tandem recuperet. Ex quo facile perspicitur,
non posse animum, si in illius vim introspicere, & instam propensionem velis, abso-
lutæ beatitudinis perfectionem fortiri, nisi à puluere suscitatus homo, corpus ite-
rum suum, assumat, naturæ videlicet superioris iuxta & inferioris coniunctionem
perpetuam assequutus.

VERI-
TAS Re-
surrectio-
nis vade.

Cum vero non naturæ opibus, quæ, cum debiles sint, multa declarant: sed diuina
virtute, cui nihil difficile est, corpora hominum in extremo iudicij die suscitanda
affirmemus, nemini profecto licet de illius veritate sine flagitio dubitare. Præterea,
cum Dei maiestas nullis potentia terminis, ut dudum diximus, circumscribatur, cur
ille non eadem facilitate, qua ex nihilo cœli, terræque immensitatem puncto tem-
poris extulit, & decentissime ornauit, atque ex puluere & cinere in quem coagmen-
tatio humana dissoluetur, corpora, quorum in vita functionibus vsi sumus, suscita-
re denuo non poterit. Sanè apparet Deus, vel ob eam causam in nascentis mundi
primodijs hominem non ex ignea, aut cælesti materia, sed ex luto, & argilla effin-
xissè, ut ex illius facti consideratione veluti diuina ducente manu, animi, qui nun-
quam interit, cum corpore, cuius licet, interierit, aliquid tamen superest, futuram
copulationem intelligeremus. Quid, quod ex naturali hominum fatu, & conceptu
similitudine translata probabilis reddi potest hæc resurrectio? Videmus corpus hu-
manum ex feminali liquore foedissimo, & corruptissimo, nondum ipso, vel animo,
cui copulabitur, extrante, sensim sine sensu efformari. Quo igitur pacto Deo rerum
omnium, & naturæ totius architecto, et principi negari potest, quod naturæ conce-
ditur? At non poterit naturæ vniuersæ auctor, et effector Deus ex puluere, et cinere,
in quem

Deo implū
esse negari,
quod natu-
ræ conce-
ditur.

A in quem resoluta est corporis compago, accessione animæ, quæ nunquam extincta
fuit, corpus fingere rursus, & efformare? Perspecta igitur harum rerum vi, & mo-
mento, nemo non intelligit, posse Deum homines ad vitam immortalem reuocare,
omnique æquitati, & rationi consentaneum esse, ut vniuersalis iudicij amplissimo
theatro hæc quoque corporum resurgentium celebritas accedat.

PARADISI GLORIA, ET INFERORUM
pena. Caput VII.

P

ARADISVS locus est altissimam cœli regionem obtinens. In
hoc Deus sedem sibi, Angelisq. beatis constituit, ut gloriam, qua
ipse ex omni æternitate perfruitur, creatæ mentes inditam propen-
sionem secutæ, tandem participant. Hunc tamen nemini fas est
Deum loco vno definire. Hic enim, nullo circumscriptionis spatio per
omnes rerum creaturarum fines præfens vbique, & intus funditur:
sed idcirco paradysum Dei sedem dicimus, quia peculiariter, in eo gloriæ suæ im-
mortales diuitias beatis mentibus communicat. Quare hic locus summam delecta-
tionem continet, & inexplicabilem pulchritudinem. Vocatur interdum paradysus,
interdum etiam cœlum empyreum, cuius cum alia sit materia ab ea, quam cerni-
mus, aliaque architectura ab eximij regiarum ædium parietibus longe dispar, vix
vlla nobis suppetunt verba, quibus valeat explicari. Neque enim ex lapidibus, ti-
gnis, argento, aut auro extructum est hoc ædificium, neque ex alia simili materia
elaboratum. Sed eam habet dignitatem, quam excogitare, & fingere potuit abso-
lutissima perfectissimi architecti, & diuina sapientia. Est igitur ijs numeris perfecta
hæc structura, quibus perfici illum locum decebat, quem ipse Deus sui videndi bea-
tis mentibus facta copia, incolere decreuerat. Quapropter si cœlum hoc, quod sus-
picimus, Sol, Luna, cæteraque errantes, aut fixæ stellæ, quas Deus ad hominum ob-
sequium, qui has humiles terras incolunt, luce accendit, eum euibrant splendorem,
eamque præferunt admirabilitatem, quam fati percipere nequaquam mēs potest:
quanta putes splendoris excellentia locus ille quem diuina mens cum Angelis, &
hominibus gloriæ suam communicandi causa incolit, omnem, quam animus in-
telligit, pulchritudinem antestabit? sane percipi sensu, aut animo cogitari, tam exi-
mia loci dignitas nequaquam potest. Quia tamen beata felicitas non in loci mate-
ria, aut ornatu sita est, sed in ijs rebus, quæ loco accedunt, ut quisq. intelligere pos-
sit beatitudinis vim, & definitionem, illud in primis animo hæreat, necesse est, bea-
tum esse neminem posse, qui post optatæ felicitatis, adeptionem, animo adhuc ali-
quid sitienter appetit, vel cupiditate aliqua vtilitatis, quam nondum habet, permo-
uetur. Si enim aliquid quantumcunque minimum bonum absit, & propter desiderium
non expleatur, nequaquam dici, aut cogitari beatus quisquam potest. Hinc fit, ut
plerique omnes bonis artibus imbuti, vel litteris vtcunque tincti, assument, beato-
rum vitam nihil esse aliud, quam bonorum omnium securam, & perfectam posses-
sionem, cuius felici copia animi circumfluentes, quod ulterius appetant, nihil reli-
ctum vident. Quare beatitudo, quam essentialem communi nomine licet vocare,
secundum Christi domini, & Dei nostri definitionem, in eo sita est, ut Deum videam-
us, eiusque admirabili pulchritudine, qui est omnis bonitatis fons, & principium,
in omni æuo perfruamur. Cū enim Deus bonorum omnium principium sit, & fons,
vnde copia incredibili, & perennitate cetera bona dimanant: quidquid præter
Deum animus cogitare potest, beatæ felicitatis innatam cupiditatem explere non
potest. Relinquitur ergo, non posse quenquam veris bonis affluere, & beatis opibus
abundare, nisi ad illum bonorum omnium fontem accesserit. Illud etiam con-
sequitur, posse solidam, & perfectam beatitudinem consistere, absque diuitiarum
præsidio, & rerum, quæ auidos oculos futili splendore perstringunt, ornamento;
modò Dei ipsius securæ, & immortalis possessio animis concedatur.

Paradysus,
cœlum Em-
pyreum.

C

Quis sit
Beatus.

D

Felicitas
quid.

E

Beatitudo
essentialis.

Quis sit
Beatus.

Felicitas
quid.

Beatitudo
essentialis.

Ad fontem
bonorum om-
nium eun-
dum.

Atque

Homo ex animo & corpore.

Atque ut hæc doctrina animis nostris altius inhæreat, & facilius percipiatur, illud statuendum est, de quo nemo nisi hebes sit, & plumbeus dubitare potest, hominem duabus partibus constare, animo nimirum, & corpore. Quocirca, ut in vitæ beatæ perfectam possessionem venire possit; profecto omni voluptate, & cognitione, cuius est capax, & ad quam in beata patria cœli, incolis communionem gloriæ coniunctus potiundum cupidissime aspirat, perfruatur, necesse est. Ceterum cum animus nobilitate ab spiritualis naturæ vi profecta, & maiori quàm corpus, cui vitæ, & sensum confert, capacitate potiundi felicitatem præditus sit: efficitur necessario, ut beatitudo potissimum posita sit in explenda gloriæ appetitione, ad cuius possessionem adeundam animus ardentem inflammatur.

A necessitate explende appetitionis gloriæ.

Quare sicut accessione animæ corpoream materiam informantis, vita, & sensuum usus corpori tribuitur: ita necesse est, ut felicitas beata, & gloriæ desiderata copia, pro capacitate virium sensilium in corpus refundatur. Itaque beatitudo in anima, quæ Dei imago est, & cognoscendi, potiundique Deum ipsum, cuius est capax, insita afficitur cupiditate, sedem habet immortalem. Quamobrem ex hac felicitate in anima constituta, felix quoque corpus existet, gloriæ videlicet, ad quam capeffendam aptum est, ex animæ coniunctione, cum ad vitam reparabitur, accepta.

Felix corpus vadit.

Quod attinet ad animæ beatitudinem, nemo non experitur, ardorem inesse ad tres maximas res, atque adeo infinitas omni studio perfequendas: primum enim appetens est animus, & capax infinitæ sapientiæ, ob idque quantumcunque ad apicem humanæ scientiæ, dum vita superest, pertingat, cum innumeræ adhuc res ignorantur, quarum cognitionem, & intelligentiam parari posse videt, veritate aliqua

Ardor animi in vita.

A veritate obiecto intellectus.

ignorata nequaquam expleri potest. Veritas enim, ut supra dictum est, nullis circumscripta finibus, proprium est humanæ intelligentiæ obiectum.

A bono, quod est voluntatis obiectum.

Deinde capax est hominis animus, & appetens boni nullis terminis definiti, quippe qui, quamlibet creatis bonis ad voluptatem cumuletur, bona adhuc expetit cumulatio. Idcirco perinde atque intelligentiæ nostræ obiectum veritas est summa, & infinita, sic & voluntatis vltimum, in quod omnia refert, bonum est nulli certæ rei additum.

A desiderio immortalitatis.

Postremo capitur, & incenditur animus, cum mortis expertus sit, studio vitæ nullis sæculis interitura: unde fit, ut bonorum omnium quæ obtinet, possessione ad omnem æternitatem perfruendi capax sit, & unde quaque aptus: ergo, ut beatus homo haberi possit, & esse, necessarium profuturum est, ut tota illius capacitas cumulate expleatur intelligentiâ; nimirum omnium veritatum ornamto magnifice exulta, & voluntate omnium bonorum abundantia in omni ævo felicissime satiata.

Dei agnitio, quam vitæ.

Harum rationum vires, qui expendet, facile intelliget, beatitudinem, ad quam animus anhelat, in perfecta cognitione positam esse, & securam, mortisque experte Dei immortalis possessionem. Cum enim Deus veritas sit summa, & infinita, illum si homo perfecte agnoscat, in nullius veritatis ignoratione versabitur, imo sapientiæ opibus amplissime decoratus quietem sibi pariet cum summa iucunditate, & otium cum dignitate. Aderit gloriæ splendor, beatæ iucunditatis pulchritudo, & omnium bonorum affluentia. Aberunt culpæ, & flagitio congruentes pœnæ: nulla erit frigoris sæuitia, nulla famis rabies, nulla mortis truculentia, paupertas nulla, nulli metus, nullæ agridines. Exulabunt degeneres metus; malitiæ, & sceleris neruis præcisus: nihil denique erit, quod felicitati vel minimam afferre possiturbationem. Et quia animus earum rerum beatam, & securam possessionem sine amissionis formidine in omnem æternitatem obtinebit, tranquilla, & quieta societate caelestium civium cum fruitione bonorum, & gloriæ, qua Deus ipse fruitur, abunde circumfluat. Erunt igitur homines è corporibus exeuntes heredes Dei; & in possessionem æterni gaudii, quantum animi natura tulerit, instar filiorum adoptabuntur:

Possestio æterni gaudii. Adoptio in filios Dei.

in quo ea ratio, æquitasque seruabitur, ut quamuis alij aliis pro meritis actionum, quas in vita susceperunt, cumulatio gloriæ perfundentur: omnes tamen animi desiderantis appetitiones, prout idonei fuerint, lætitia immortalis explebuntur. Unde nulla

nulla iam eos amplius tristitia afficiet, nulla inuidiæ tormenta exagitabunt, nulla cura ingenium versabit, nulla denique ambitio, aut cupiditas à recta ratione transuersosaget. Quemadmodum enim si nobilis paterfamilias summos, medios, & infimos domus suæ tam viros, quam pueros eodem conuestiret panno, lacernis, vel tunicis, ad vniuscuiusque staturam sartoris arte aptatis, puer non inuideret adolefcenti, aut viro, cum idoneo suæ magnitudini cultu, & panno esset ornatus: sic beatitudo, & gloria eo modo vniuscuiusque capacitate exæquabit, ut, quamuis alij aliis maioris gloriæ possessione præsent, omnes tamen eodem gaudio sine vlla maioris boni cupiditate perfundantur.

Omnes suæ forte erunt contenti.

Ex hac tam illustri beatæ vitæ felicitate, qua animus potietur; corpori iterum adiunctus, sua quoque in corpus gloria, sua felicitas redundabit; imitabitur spiritus in splendore pulchritudinem illiusque moderationi, & regimini sensus subijciat, omnibus, quæ cum corpore communicari possunt, voluptatibus duntaxat ab eo statu non abhorrentibus magnificentissime exceptis. Inerunt igitur sanctorum rediniuis corporibus ex animi gloria, insignia quædam, & præclara ornamenta, quibus multo nobiliora erunt, quam vnquam antea extiterint. Præcipue vero erunt quatuor illa, quæ dotes nuncupari solent, ex Apostolorum doctrina à sanctis Patribus obseruatæ. Prima impassibilitas dicitur; munus scilicet, & dos, quæ efficiet, ne molesti aliquid tolerare vlllo ve dolore, aut cruciatu torqueri queant. Nihil enim illis aut frigorum iniuriæ, aut flammæ ardore, aut vndarum impetus, aut regionum intemperies obesse poterit. Contra verò damnatorum corpora, & si beneficio resurrectionis corruptionis expertia, & interitus reddentur, æstare tamen poterunt, atque

Sua in corpus gloria redundabit.

Dotes corporum resurrectionis.

Impassibilitas.

algeri, & innumeris affici cruciatibus, ut in seipsis diuinæ experiantur æquitatis exempla. Secunda sequitur subtilitas, cuius virtus ad spiritus naturam proxime accedens, animæ imperio omnino subijcitur, eique aderit, & ad nutum præsto erit.

Subtilitas.

Quare poterunt iustorum rediuiua corpora, quæcumque locorum impedimenta sine vlllo impedimento superare: quod damnatorum torpescens membrorum moles, & tarda, præstare nunquam valebit. Cum hac dote coniuncta est illa quam agilitatem vocant, cuius vi corpus ab onere, & grauitate, qua nunc depressum fatigatur, à Deo liberabitur, facilitateque incredibili, in quamcunque partem animus iusserit, ita moueri poterit, ut nihil queat ea motione celerius excogitari. Unde regiones natura admodum, & situ disclusas tanta breuitate peruagabitur, quanta ferme nunc temporis humana mens ad easdè regiones cogitatione defertur. Aliter aut miserima damnatorum corpora afficiuntur: grauitate quippe, & infano pondere vix pedem ab eo, in quo erunt affixa, loco poterunt efferre. Bonis denique addetur claritas,

Agilitas.

Claritas.

qua sua corpora, tanquam solis meridiana luce coruscantes radij fulgebunt: quod in torpescens, & sulphureum halitum expirantibus improborum corporibus longe aliter eueniet. Retardabuntur enim in incessu, atque ob grauem membrorum pressum, fordesque, dum aliquid molientur, pigri erunt. Est vero claritas hæc fulgor ex animi eximia gloria ad corpus beatum mirabiliter redundans. Hac itaque quadripartita diuinorum munerum, quæ dotes gloriæ vulgo appellantur, adptione, corpus rediuiuum spiritus ipsius quandam præferet imitationem: ac proinde liberum erit ab impotenti libidinis, & cupiditatis, cui nunc paret, dominatu, solisque oblectamentis illis, & voluptatibus afficietur, quæ spiritus puritate, & status felicissimi conditione congruere videbuntur. Angelis igitur ad hunc modum coniunctis homines ita diuinis gloriæ immortalis opibus perfruuntur, ut nullo metu exagitari possint, nulla formidine possessionem beatæ vitæ amittendi aliquando perturbari. Atque hæc omnia, quæ de vtriusque humanæ partis felicitate hætenus exposita sunt, facile ex ijs liquet, quæ dicta sunt, quæ ve breuius colligi sic possunt.

Primum enim inest homini vis capeffendi scientiam infinita, & immensi boni cupiditas immensa, atque ut hæc bona sempiterna sint, naturale desiderium. An non experimur, nullis huius vitæ bonis humanam expleri posse appetitionem? sequitur igitur necessario, ne frustra inditam esse à Deo hanc capacitem affirmemus, fore

A vi & cupiditate sciendi, & Boni immensi.

fare aliquando, vt animus, quantum capax est, desideratis bonis fatietur.

A propriis
oblectis in-
telligitur,
ac voluntas

Deinde illa confirmatio accedit, quia Deus veritas est summa, summamque, & infinitum bonum, quæ duo humanæ intelligentiæ, & voluntatis propria sunt obiecta. Extorquet igitur ratio eam à nobis confessionem, vt dicamus, hominis felicitatem in cognitione Dei absoluta, & perfecta, eiusdemque immortalis possessione positam esse, cum ijs rebus adeptis, vires animi quò ferantur, vltra non habeant.

Ex ordine,
& modo na-
tura.

Tertia adiungitur ratio, quæ ex naturæ ordine, & modo vim habet. Naturæ enim rebus omnibus fines suos descripsit, quos nisi impeditio aliqua extrinsecus fuerint retardata, propensione, & ductu naturæ, plane assequuntur. Neceffe est igitur fateri, homini, qui inter res creatas, quæ cæli complexu continentur, perfectissimus est, assignatum à natura esse finem aliquem suæ naturæ conuenientem, & modum insuper, quo finis huiusmodi humanis viribus ope diuina adiutis possit comparari.

B sine con-
ueniente
hominis na-
tura.

Atqui videmus ferri homines incredibili studio, & conatu, tanquam in finem, quò omnia referantur ad beatam vitam potiundam: eosdem cernimus, vt ad partem aliquam felicitatis optatæ peruenire queant, nullum non lapidem mouere. Cum ergò, dum has humiles, & caliginosas terras incolunt, nec corporis, nec animi felicitate perfruendi desiderium aliquando expleant, opus sanè est, vt demus saltem post mortem cupiditatem hanc satiare. Id enim si diffiteri pergas, hominem, quem natura altum, & in cælum erectum finxit, omnibus rebus creatis, & ad terram abiectis infeliciorem esse concludes. Quare si hominis beatæ vitæ appetitionem nusquam explendam esse dixeris, cum ceteræ res suos fines facillè assequantur, turpiter hallucinaberis, diuinam, scilicet sapientiam, totiusque naturæ ordinem, non sine flagitio calumniatus.

Homo cur
creatus in
cælum ere-
ctus.

C Infernus.

Quò ad inferni carceris pœnas attinet, quales sint ex dictis conijci potest. In primis enim locus ipse inferis destinatus nihil cum paradisi gaudio commune habet, nihil simile. Terræ si positionem consideres, meditullium obtinet, crassis tenebris, execranda fœditate, & pœnarum horribili multitudine formidabilis. Hic dæmonum fœdissimi greges, hic homines Dei iudicio condemnati, tam bonis orbati, quam malis omnibus corporis, & animi circumuenti, pœnis, quibus digni sunt, afficiuntur sempiternis.

Pœna cor-
poris, & ani-
mæ in infer-
no quales,
& quantæ.

Pœna dam-
ni.

Iam vero animi illo doloris morsu noctes, diesque excarnificabuntur, quem consideratio vitæ præteritæ efficiet, dum in mentem venerit, quam facilis fuerit iis, & expedita ad cælum via, qui eam tenere voluerunt. Hanc doloris, & impatientiæ immortalis carnificinam, amaritudo, desperatio, & Dei immane odium consequetur, sic, vt in se ipsos præ rabie eo sæuiant furentius, quò se felicitatis sempiternæ præmiis destitutos altius considerauerint. Atque hæc sempiternæ felicitatis priuatio, quæ pœnarum est maxima à Theologis pœna dani appellatur: nec interim existimandum est, hæc dumtaxat pœna affici damnatos: cruciantur enim vi diuina illo igne sempiterno, & eo tormentorum genere, quo in seipsis cruciantur, si alligati essent corporibus: post diem verò iudicij eorum corpora etiam torquebuntur, dum ignis, qui nunquam exstinguitur, fumo, & sulphure accensa flammæ membra non consumenda exedunt, & nouò semper viscerum pabulo confervata nouum ingerunt cruciatum. Quæ omnia, quantum cum æquitate naturali consentiant, sequentes aperient rationes.

Rationes
consonæ,
cur eiusmo-
di pœnæ fu-
erint in
inferno.

Primum enim compertum est, non minus ad iustitiæ rationem spectare bonos præmijs, quam malos supplicijs afficere. Quare sicut Dei prouidentia æternam vitam cum innumeris, quæ ipsam circumstant, bonis ad proborum hominum cumulationem felicitatem destinauit: sic ad impiorum immortalem pœnam inferorum carcerem definiuit obscurum, & caliginosum exquisitis cruciatuum generibus confertum. Vt enim animus mortis expers est: sic debita animi remuneratio sempiternum tempus spectare debet. Quapropter si homines sponte sua vitam turpem vixerunt, & libidinibus mancipatam, & idcirco inferorum æternis addicti sunt supplicijs; non est cur iustitiæ diuinæ remunerationem meritis exæquant succensere possint;

A possint; sibi igitur irascantur miseri, quòd animo sciente, & volente deliquerint sibi succenseant.

Huic adiuncta est altera illa ratio, quia, cum peccatum, Dei, qui infinite bonus est, maiestatem offendat, sequitur vt infinita quoque iniuria Deum ad sceleris vindictam la cessat. Quo enim maior est personæ, cui iniuria irrogatur, dignitas, eo grauior est iniuria, & supplicio dignior. Quocirca cum Dei infinita sit, & immensa dignitas, eius offensio digna supplicio est, non ad mensem, vel ad annum duraturo, sed ad posteritatem sempiternam, vt minime mirum sit, si dicamus, torqueri apud inferos mortuorum animas cruciatibus nullum finem habituris.

B Sequitur tertia ratio; nemo enim inficiari potest, æquum esse, vt supplicij perpetui acerbitatem patiat, qui neque à peccandi consuetudine mentem vnquam auocauit, nec consuetudinem à mente peccandi: quòd ex eo planum sit, quòd lethifera peccati macula infectus peccator, cum vel in hora mortis procurare posset perniciosæ maculæ abluitionem, nihil egit, vt peccatorum sordes expurgaret.

Postremo idem ostenditur, quia malitia, facinus, & obstinatio nullo æuo finienda, maius singulis diebus in animis damnatorum odium in Deum concitat, nec culpe & fœditatis propriæ cognitione admittit, neque vult ab iniustis querelis, aut sacrilegis contra Deum execrationibus temperare. Cum verò damnati ad statum hunc infelicissimum videntes (vt dicitur) & sentientes flagitio stimulante deuenerint, cur quæso, iustitiæ diuinæ decretum, quo pœnæ immortales sceleratis inferuntur, non laudabimus?

Laudandus
Deus quòd
sceleratos
ita puniat.

C Omnes itaque diuinæ legis præceptiones, & scita, siue aliquid definiant, quòd ad vitam hanc mortalem spectet, siue aliquid credendum proponant, quòd ad illam immortalem referatur, præterquam quòd nihil à veritate alienum, vt pote que Deo auctore tradita sint, continere possint, eximiam doctrinam rationi naturali valde consentaneam ostendunt.

Quæ cum ita sint, Mens humana, cuius præcipuum munus est in veritatis inuestigationem euigilare, si per omnia acutissimæ perspicientiæ oculos circumferat, necessario fateri debet, legem, quam Christiani amplectuntur, veram esse, & à Deo supremo Legislatore sanctissime institutam. Quare cum hæc sola lex, veris promissionibus, & minime fallentibus salutem nobis immortalem spondeat, illi profectò adhærendum est, illi seruiendum repudiatis omnino Iaponensium legibus, ceterisque omnibus, vbicunque terrarum obseruatis superstitionibus, & sectis, quippe quæ falsæ sint, & mendaces.

Christiana
lex verissi-
ma, & à
Deo san-
ctissime in-
stituta.



LAVS TIBI DOMINE IESV.

HYMNVS

BIBLIOTH. SELECTAE
HYMNVS AD CHRISTVM SALVATOREM

Ex Clemente Alexandrino verbatim è Græco conuersus, nulla versus
habita ratione. Quo Hymno Auctor Bibliothecæ inuitat pue-
ros, & qui ex gentibus ad Ecclesiam adiuncti sunt, vt se-
cum laudent Dominum IESVM.



R ENVM pulloꝝ indociliũ,	Vestigia Christi,
Penna volucru non errantiũ,	Vita celestis,
Verus clauus infantium,	Verbum perenne,
Pastor agnorum regalium,	Aeum infinitum,
Tuos simplices	Lux æterna,
Pueros congrega	Fons misericordiæ,
Ad sanctè laudandum,	Operatrix virtutis,
Sincerè canendum,	Honestã vita
Ore innoxio	Deum laudent, Christe IESV.
Christum puerorum Ducem,	Lac celeste.
Rex Sanctorum,	Dulcibus vberibus
Verbum, qui domas omnia,	Nymphæ Gratiarum
Patris altissimi,	Sapientiæ tuæ expressum
Sapientiæ rector,	Infantuli
Laborum sustentaculum,	Ore tenero
Aeuo gaudens,	Enutriti,
Humani generis	Mammæ rationalis
Saluator Iesu,	Rescindo spiritum
Pastor, arator,	Impleti,
Clauus, frenum,	Laudes simplices,
Penna celestis	Hymnos veraces,
Sanctissimi gregis.	Regi Christo,
Piscator hominum,	Mercedes sanctas
Qui salui fiunt.	Vitæ doctrinæ,
Pelagi vitij	Canamus simul.
Pisces castos	Canamus simpliciter
Vnda ex infesta	Puerum valentem,
Dulci vita inescans.	Chorus pacis,
Sis Dux omnium	Christo geniti,
Rationalium pastor	Populus modestus,
Sanctæ, sis Dux,	Psallamus simul Deum pacis.
Rex puerorum intactorum.	

PRIMÆ PARTIS BIBLIOTHECÆ
SELECTÆ FINIS.